ARMAMENTARII HISTORICO-LEGALIS ORDINUM EQUESTRIUM ET MILITARIUM IN...




6
7 N
17


1.6.
Sic propius otiis
consuluit Anno 17

ARMAMENTARII
HISTORICO-LEGALIS
ORDINUM EQUESTRIUM ET MILITARIUM
IN CODICES TRIPERTITI

In quorum Primo decem Discursibus præmissis

RES EQUESTRES PERPENDENTIBUS
PECULIARES ALPHABETICA REGULA

De quolibet Ordine singillatim Discursus habentur,

Sic in altero continuatur Ordinum Nomenclatura,

IN TERTIO AUTEM TOMO

MATERIA LEGALIS, CANONICA, ET MORALIS

Ad illorum ornatum enucleatur

OPERA, ET STUDIO

THOMÆ ALOYSII SILVII TORELLI

Ex Comitibus Castri Falcini, Nobilis Patricii, & Episcopi Forolivii, ac Solio Pontificio Assistentis

TOMUS SECUNDUS
PARS SECUNDA.





Forolivii Typis Antonii Barbiani Impress. Episc. Superiorum Facultate

SUB TESSERA EQUITUM)(1758.)(





SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XIII.

TER OPTIMO TER MAXIMO PONTIFICI





THOMAS EPISCOPUS FOROLIVIENSIS

Perennem Gloriam, & Felicitatem.



Anctissimorum Pedum Tuorum, BEATISSIME PATER, provolutus ad osculum, Armamentarii Mei Historico-Legalis Tomi II. Partem alteram, sub Tui Nominis Tutela, qua major nec inveniri potest, nec desiderari, in lucem profero.

Felix idcirco Meus hic Codex, nec impar Duobus, qui superioribus Annis hac eadem Impressione donati, & Sa-

 me.

me. Benedicto XIV. dicati: gemina quippe Volumina illa, Originis, & progressus Equestrium Militarium Ordinum Historias, juridico stilo, ac methodo complectuntur

Tertium hoc Historico-Legali Operi Armamentario finem imponit; cumque finis rei sit coronamentum, postremum hoc, singulari Sanctitatis Tuę Clementia, & peculiari Gratia, Beatissimi tui Nominis Inscriptione decorare fas mihi datur.

Hinc series integra Ordinum omnium, & nedum Ordinum proprie consideratorum, suaque Requisita, partesque habentium, sed aliorum etiam cum Ordinibus Analogiam aliquam tenentium: sic quotquot in Orbe Terrarum ad præsentem usque diem instituti, vel designati, vel ficti fuerunt Ordines à præclaris Viris, excelsis Principibus, Potentissimis Regibus, Augustissimis Imperatoribus, ac immediate ab ipsis Sanctitatis Tuæ gloriosissimis Antecessoribus, Summis Romanis Pontificibus instituti, vel Apostolica confirmatione roborati fuerunt, cunctos collegi, ac cumulavi.

No-

Nobilissimarum Classium clarissimæ Militiæ Equitum Bella Domini gerentium, Tu SANCTISSIME PATER, Equestri revera Patricio Veneto Sanguine cretus, Virtutum omnium Viro Principe dignarum undique præsidio stipatus, Tu Dux es, & Imperator, & ad tui oris Imperium cuncta pendent.

Fortunatos censeri Populos illos, quibus Doctus, & Sapiens imperat Princeps, nemo sapiens ignorat.

Fortunatissimi Nos porro omnes sumus, qui Divino favore sub Doctissimo, & Sapientissimo Principe vivimus, qui in Judicantium Subselliis, & Sacræ Rotæ Tribunali, quod Justitiæ, & Æquitatis exemplar est in Urbe, ac in Orbe, solidæ Doctrinæ referta accepimus responsa in subiecto quoque Equitum Argumento, & Equestris Religionis, ut videre est in Tomo 2. par. pr. pag. 547., & latius in Tertio Tomo ad Armamentarii legalis ornatum, publici Juris quam primum faciam, modoque Orbis Universus suprema expectat Oracula.

To-

Tota jam lætatur Urbs, totus resultat Orbis gaudiis, Te in Supremo Petri Solio Sedente, ac optima sacratissime Jura dante, Populorum ad Deum Vox una est, omnium Deprecatio una, ut te incolumem, & sospitem plurimorum annorum cursu, ad plenam Catholicæ Ecclesiæ felicitatem diutissime servet ipse Deus Optimus Maximus, quem enixe totoque corde obsecramus omnes assidue; & ut Ambrosii verbis utar, nullius sit irritum Votum, nullius vacua postulatio, ipse omnibus suggerat Preces, quas ipse audire, & exaudire delectatur.

Ne dedignetur itaque Pontificia Clementia Tua, SANCTISSIME PATER, Volumen hoc Tertium excipere, quod Venerabunda porrigit Manus mea octogenaria, & plusquam octogenaria, & pene dixerim nonagenaria manus, superno tamen, & constanti Dei munere, nequaquam tremula Manus; mihique humillime efflagitanti Apostolicæ Benedictionis Pontificia Manus insigne Munus indulgeat.

CA-



CATALOGUS
OMNIUM ORDINUM

Cum nonnullis Adnotationibus

Licet separatim in quolibet Tomo adsit Catalogus Ordinum Equestrium, & Militarium, super quibus confectus fuit Discursus, ad commodiorem tamen usum opportunum duximus in hoc Volumine Tertio reperere generalem Catalogum eorundem Ordinum, & est ut sequitur

Ascen-

Cervi

b

Equi-

Ob-

Solis

San-

IN-

INDEX

Argumentorum Discursuum omnium, qui in Primo Tomo Armamentarii continentur habetur à pag. x., usque ad x.x.

Quæ adsunt in Secundo Tomo Parte Prima leguntur à pag. x. usque ad xvi.

Quæ apposita sunt in Parte Secunda ejusdem Tomi Secundi, sunt ut sequitur

Eque-

DISCURSUS CXLI.

DISCURSUS CXLII.

DISCURSUS CXLIII.

DISCURSUS CXLIV.

DISCURSUS CXLV.

DISCVRSVS CXLVI.

DISCVRSVS CXLVII.

DISCVRSVS CXLVIII.

DISCVRSVS CXLIX.

DISCVRSVS CL.

quoad

DISCURSUS CLXXXIII.

DISCURSUS CLXXXIV.

DISCURSUS CLXXXV.

DISCURSUS CLXXXVI.

DISCURSUS CLXXXVII.

DISCURSUS CLXXXVIII.

Rei-

DISCURSUS CLXXXIX.

DISCURSUS CXC.

DISCURSUS CXCI.

DISCURSUS CXCII.

DISCURSUS CXCIII.

DISCURSUS CXCIV.

DISCURSUS CXCV.

DISCURSUS CXCVI.

DISCURSUS CXCVII.

DISCURSUS CXXVIII.

Ordo

Ordo, ut pugnarent contra Mauros, pag. 568.

DISCVRSVS CCX.

Ostenditur hunc Ordinem esse penitus novum, & ab Anglis inventum, pag. 570.

DISCURSUS CCXI.

Exponitur fundatio Equestris Ordinis *Stellæ* in Regno Galliarum, ostenditurque illum fuisse institutum à Roberto Rege Franciæ, & postmodum restauratum à Rege Joanne. Refertur obligatio Equitum, eorum Insignia, tam de tempore Roberti, quam Joannis Regum, & demum narratur, quomodo hic Ordo fuerit extinctus, pag. 571.

DISCURSUS CCXII.

Novus est hic Ordo inventus in quodam Septentrionali Regno, pag. 580.

DISCURSUS CCXIII.

Exponitur fuisse renovatum à Marchione de Torace, & qua de causa, pag. 581.

DISCURSUS CCXIV.

Exponitur series Historica Institutionis, & quas ob causas, Equestris Militaris Ordinis S. Stephani Papę, & Martyris à Cosmo I. Medices, Florentiæ tunc, & Senarum Duce, deinde magno Etruriæ Duce labente anno 1561. peractæ currente anno 1562. cum præcedente Auctoritate Summi Pontificis Pii IV., & ab eodem etiam subinde confirmatæ, in tres Classes divisæ. Quę sint insignia. Quis Equitum Habitus. De Sede hujus Ordinis locata in Civitate Pisarum, ubi de Conventu, & Ecclesia ibidem ędificata agitur, pag. 584.

In secunda Sectione. Fundator Ordinis habuit etiam à Summo Pontifice amplam facultatem condendi Statuta, & illa commutandi.

Statuta Ordinis sunt ad instar Statutorum Ordinis S. Joannis Jerosolymitani. Vota emittant, & quæ Equites Milites, & Beneficiati Nobiles; & quæ Capellani Obedientiæ.

Duplex emittitur Professio. Agitur de Capitulo Generali, & Ordinario: quæ Dignitates creantur in iis. Agitur de Auditore, & Præside Religionis, eorumque Catalogus adducitur; & quot sint Prioratus, Bajulivatus, & Commendæ, pag. 605.

In Tertia Sect. Equites hujus Ordinis dividuntur in Tres Classes, Militum Laicorum, & Sacerdotum, vel Beneficiatorum Nobilium eandem Nobilitatem facientium. Unde ostenditur fieri transitum à Laicali Classe ad illam Sacerdotum, & Beneficiatorum Nobilium, & è converso. Ostenditur Generosam Nobilitatem requiri in quolibet latere saltem per quinque Generationes, non comprehenso Prætendente, tam inspecto vetere Statuto, quam novo Decreto novo, pag. 634.

In Sectione Quarta recensentur aliæ duæ Classes Equitum, sive Virorum componentium integraliter Ordinem Equestrem, & Militarem *S. Stephani* Papæ, & Martyris.

Adducitur *Statuti* Ordinis Caput 3. recensens omnia Requisita pro admissione ad Habitum in quacumque Classe.

Ostenditur idem *Statutum* iniungere onus probandi omnia, quæ mandat servare idem *Statutum*, & quidem per Probationes Juridicas, & ulterius iniungit *Statutum*, ut Equites referant etiam in scriptis per Epistolas

secrete

an-

APPROBATIO.

QUemadmodum Ternarius numerus perfectionem indicat, ita in Tertio hoc Volumine, quod iterum obsequendo Mandatis Illustrissimi D. Vicarii Generalis Forol. legendum assumpsi, Illustrissimus, ac Reverendissimus D. Thomas Torellius ex Comitibus Castri Falcini, Patricius Foroliviensis, ejusdem Civitatis Episcopus, ac Solio Pontificio Assistens, Discursibus Historico Legalibus omnium Equestrium, & Militarium Ordinum coronidem imponit. Amplum profecto, implexum, ac perdifficile Opus juvenili animo formidandum: hoc tamen doctissimus Auctor grandæva in Ætate constitutus, ac Pastoralis Officii curis circumdatus, impavide exantlavit, ac taliter absolvit, ut licet jugiter, & enixe laborando miserit semina, nunc in exultatione portat manipulos, hoc est gloriosissimum laborum fructum Æternitati donandum. Itaque egregium illud Opus avide percurrendo, inveni utile junctum dulci, nempe solidam Doctrinam cum omnimoda eruditione naviter conjunctam, pariterque vidi Catholicæ Religioni, Sacris Sanctionibus, rectisque moribus undequaque uniforme, ideoque ut quam primum imprimatur in publicum Eruditorum commodum, dignissimum judico.

Ego Annibal Bruni Patricius, & I. C. Forol.

AP-

APPROBATIO.

QUod nostra hac tempestate pauci sint ex Episcopis Italicis Scriptores, quique proprias Elocubrationes, & Opera prœlo subiiciant, notavit -- *Storia Letteraria d' italia lib. 1. cap. 5. n. 4. Volum. 2.* Quidquid sit de hac re, certum exploratumque est, quod hos inter recentiores Scribentes nunc emicat Illustrissimus, & Reverendissimus D. Thomas Torelli ex Comitibus Castri Falcini Patricius, & Foroliviensis Episcopus, ac Solio Pontificio Assistens, qui præter duo jam impressa, ac toti Litteratorum Reipublicæ notissima Volumina Ordinum Equestrium, ac Militarium Discursus Historico Legales referentia, in hoc Tertio integram eorundem Ordinum seriem fœliciter claudit; quod vivida mentis, ac oculorum acie, firmis viribus, constanti genio præstantissimi Auctoris, licet octogenarii, manu conscriptum, cum attente evolverim, ipsum in viis Catholicæ Fidei, Sacrorum Canonum, bonorumque morum ambulare reperii. Fæcundissimus tamen ejus calamus novos quotidie satagens edere fætus; Tertium Tomum dictorum Ordinum materiam Canonico Legalem præcise complectentem propediem Typographo consignabit. Ecquis ergo cum *Cassiodoro* de Cypriano loquente *lib. 8. Ep. 21.* non clamabit? -- *cum Ætate semper crescis & meritis, cursus annorum laudis tibi procurat augmentum; senescis quidem corpore, sed laude juvenescis; merito tibi prolixior Ætas optatur, in qua fama semper robustior invenitur* -- Interim Tomi illius secundi Pars secunda universam Equestrium, & Militarium Ordinum nomenclaturam perfectissime absolvens, ut Typis tradatur, libenter assentior, ac enixe efflagito. Si ita &c.

Jacobus Gallepinus I. C. Forol. in Curia Episcopali Pauperum Advocatus, Matrimoniorum, ac Regularis Professionis Defensor.

Attentis supradictis Attestationibus.

IMPRIMATUR

Dominicus Antonius Caballini Vicarius Generalis Forolivii.

APPROBATIO.

ITerum, dum pridie acceptis Mandatis Reverendissimi Patris Generalis Inquisitoris Sancti Officii totius Æmiliæ obtemperarem, & honorabili mihi commisso Revisoris Munere functurus essem, non minori tam aviditate, quam animi jucunditate accepi Exemplar Secundæ Partis Tomi Secundi non satis unquam commendandi Operis; Armamentarii nimirum Historico Legalis Ordinnm Equestrium, & Militarium in Codices tripartiti, miro ordine exquisitaque eruditione compositi per Illustrisś ac Reverendisś D. D. Thomam Torellum ex Comitibus Castri Falcini Patricium Foroliviensem, nostrumque Vigilantissimum Episcopum, Solioque Pontificio Assistentem: cumque illud volvissem, ac revolvissem, omnique impenso studio perlustrassem, nec minimum quidem, certe non citra expectationem, inveni Religioni, Fideique Catholicæ oppositum; imo verius jam undique notam Illustrissimi Præsulis solidam Doctrinam, Pietatemque patentiorem fieri observavi; quapropter publica luce meritissimum censeo; simulque Divinam enixe deprecor Majestatem, ut tanto, cæteroquin indefesso Auctori, tempus, viresque pro tam arduo, atque immenso incæpto Opere absolvendo elargiri digneiur, ad eo magis æternandam ipsius memoriam, ac ad majorem Studiosorum utilitatem, & eruditionis incrementum. &c.


Dominicus Franciscus Mazzolinus I. U. D. ac Advocatus Foroliviensis, & Sanctissimæ Inquisitionis Consultor.

Attenta supradicta Attestatione

IMPRIMATUR

F. Thomas Maria Cortini Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magister, ac Vicarius Sancti Officii Forolivii.

AR-



ARMAMENTARIUM HISTORICO-LEGALE ORDINUM EQVESTRIUM ET MILITARIUM

Tomus Secundus Pars Secunda.

DISCURSUS CXXXIII.

LAURETANUS

ARGUMENTUM

Exponitur in præsenti Discursu series institutionis Equitum Sanctissimæ Virginis Mariæ de Lauretto.

SUMMARIUM

1. *ORdo S. Georgii Ravennæ à Paulo III. institutus desiit.*
2. *Sixtus V. anno 1586. instituit Ordinem sub Titulo S. Mariæ Lauretanæ.*
3 *Sacra Domus Lauretana est eadem illa Domus, in qua nata est Beata Virgo, & Angelorum Ministerio in Dalmatiam translata, & deinde in Agrum Lauretanum.*
4. *Sanctæ Domus Translationis Festum celebrari præcepit in tota Piceni Provincia sa. me. Innocentius XII. cum Missa, & Officio proprio die decima Decembris.*
5. *Sacra Domus Lauretana in sola Terræ superficie posita est.*
6. *Super hoc adducitur Relatio habita in solemni recognitione super hac re extensa.*
7. *Enumerantur Auctores, qui de Ordine Lauretano scripserunt.*
8. *Equitum Collegium constat bis centum Equitibus, qui participantes vocantur. Instituti fuerunt ad Dei Servitium, & Gloriam Sanctissimæ Virginis Mariæ Lauretanæ.*
9. *Tessera Ordinis est Numisma aureum habens*

habens ex una parte Imaginem Sanctissimæ Virginis Mariæ de Laureto, ex alia parte Stemma illius Summi Pontificis, à quo quis creatus fuit Eques.

10. *Forma d. Tesseræ, à quo Scriptore referatur.*
11. *Figuram Equitis veste induti, quis referat.*
12. *Pontifex indulget Collegio Equitum facultatem condendi Statuta pro regimine ejusdem Collegii.*
13. *Equites prædicti in hac Provincia Militaribus Exercitiis invigilabant ad defensam littorum Maris contra Piratas.*
14. *Multa Privilegia his Equitibus concessit Summus Pontifex*, & n. 15. 16. 17. 18., & 19.
19. *Equites debent inservire Summo Pontifici in Expeditionibus Militaribus, vulgo* Cruciatæ.
20. *Ordo hic, tractu temporis, splendorem amisit.*
21. *Et durat solum in perceptione emolumentorum.*
22. *Magni Magistri Ordinis sunt Romani Pontifices.*

DISCURSUS CXXXIII.

LAURETANUS

Cum fa. me. Paulus III. ex inclita Familia Farnesia Pontifex Maximus, Ordinem Equestrem Sancti Georgii instituisset, sedemque eidem Ordini assignasset in antiquissima Civitate Ravennæ hujus Provinciæ
1. Romandiolæ, ut Adriatici Maris Littus à Turcarum incursionibus Equites custodirent, idem Ordo, Institutore deficiente, defecit, accedente etiam super dicta extinctione Decreto Gregorii XIII. Postmodum ad Apostolicum Thronum evectus fuit Sixtus Papa V. qui dicti Militaris Ordi-
2. nis abolitionem ægre ferens, novum erexit Ordinem, seu Collegium bis centum Equitum, quos Lauretanos Participantes nuncupavit, ut Civitatem quoque, & Mare Adriaticum à Christianæ Fidei Hostibus tuerentur, paratosque voluit ad Sacras expeditiones contra Infideles. Mediantibus ergo Apostolicis Litteris anno 1586. hunc Equestrem Ordinem instituit sub protectione Sanctissimæ Virginis Mariæ, cujus Imago, & Sacellum in Civitate Laureti in Piceno colitur. Illa est ipsius Virginis natalis Domus Divinis Mysteriis consecrata, quæ Angelorum Ministerio, ab Infidelium potestate in Dalmatiam prius, deinde in Agrum Lauretanum Picenæ Provinciæ translata fuit sedente
3. Sancto Cœlestino V. Eam denique ipsam esse, in qua Verbum Caro factum est, & habitavit in Nobis, tum Pontificiis Diplomatibus, & celeberrima totius Orbis veneratione, tum continva miraculorum virtute, & cœlestium Beneficiorum gratia, comprobatur. Quibus permotus Innocentius Duodecimus, quo ferventius, erga Matris amantissimæ cultum Fidelium memoria excitaretur, ejusdem
4. Sanctæ Domus Translationem, anniversaria solemnitate in tota Piceni Provincia veneratam, Missa etiam, & Officio proprio celebrari præcepit, ut totidem verbis habetur in Lectione *Breviarii Romani*, *Lectione Tertia secundi Nocturni* in die Festo Translationis Sacræ Domus Lauretanæ, quod celebratur die decima Decembris.

Hinc non abs re credimus, quin imo in novam Historicæ veritatis comprobationem, expediens judicamus inte-
5. gram Narrationem exponere formalis accessus

accessus, & recognitionis nuperimæ coram pluribus Episcopis, Prælatis, Magistratibus, Religiosissimis Viris, ac Nobilibus de anno 1751. occasione refectionis Pavimenti Sanctæ Domus, quæ omnium oculis constitit, nudo solo, absque ullo fundamento, sed in sola Terræ superficie positam esse.

Narrationem vero ad literam referimus, prout Nobis toties laudatus Vir Patricius D. Comes Franciscus Piazza, assueta humanitate folio extensam impertivit, tenoris sequentis.

Relazione del solenne Accesso delle Sante Mura nella Santa Casa.

5. ,, Fin dall' Anno scaduto fu considerato il Pavimento di Pietra
6. ,, entro la S. Casa assai consumato, ,, e dal continuo numeroso concorso de' Devoti, e Confluenti, e ,, dal lungo tempo, da che fu rinovato un'altra volta nel 1672. per ,, ordine della chiara memoria del ,, Cardinale Palutio Altieri, allora ,, Protettore del Santuario, furono ,, incominciate a lavorare le nuove ,, Pietre. Finalmente il giorno dei ,, 14. Aprile del presente anno 1751, ,, fu messa mano all'Opera, con levare le Pietre attorno, che accostavano imediatamente nelle Sante ,, Mura alla presenza di Monsignor ,, Baccettoni nostro Vescovo, e di ,, Monsig. Stella nostro Governatore, ,, e di molti Sacerdoti, e Cittadini: ,, furono vedute le Sante Mura senz' ,, alcun Fondamento posare sopra ,, Terra arida, e mossa, e sì flessibile, che colle stesse mani, sotto ,, le medesime Mura si fecero diverse ,, Buche, per le quali s' introdusse ,, da più di uno a Braccio fino all' ,, altra parte delle medesime.

,, La sera seguente dei 15. detto furono fatte nuove Buche nel terreno ,, a filo delle S. Mura, e particolarmente negli Angoli, ed altri siti ,, della S. Casa alla presenza degli ,, stessi Prelati, Sacerdoti, e Cittadini. Indi sì dalla parte di Tramontana, sì da quella di mezzo ,, giorno fu scavata una Buca per ,, ciascuna parte, e levata la terra ,, sotto le medesime Sante Mura, furono queste vedute non appoggiare in alcun modo al Muro, che ,, sostiene i marmi all' intorno, ma ,, bensì discoste da esso due buoni ,, palmi, di modo che più volte vi ,, furono introdotte le Torcie accese. ,, Tra gli Astanti vi si trovò un Padre Gesuita condotto dal Padre ,, Francesco Macquè Penitenziere ,, Fiamengo, che disse essere un ,, Padre de' Bolandisti, il quale considerate le S. Mura senz' alcun ,, Fondamento posare, fece obiezzione, che le S. Mura potevano essere impiombate, e raccomandate ,, con ferri al muro, che sostiene i ,, Marmi, e la Volta. Fu fatta ,, portare dal Muratore per ordine ,, del Custode Benefiziato una lunga ,, Scala, e posta a dirittura di un' ,, apertura, ch'è alfin della Volta, ,, e sopra il Santo Muro da mezzo ,, giorno vi fu fatto salire, e posta ,, alla buca di sotto una torcia accesa, mirò da quell' apertura il ,, Santo Muro senza alcun ferro, o ,, sostegno. Sicchè vedutosi il tutto ,, accordare colle memorie antiche, ,, e particolarmente colla Lapide, ,, che fece porre fra Marmi la Santa ,, memoria di Clemente Ottavo, fu ,, pensato di fare un solenne Accesso, e così procurare coll' evidenza di convincere modestamente gli

Eretici

„ Eretici, che tutt'ora mettono in„ deriso la sussistenza delle Sante Mu„ ra senza le fondamenta. Così ser„ rate le buche con tavole fu sospe„ sa l'Opera fin al giorno da stabi„ lirsi pel solenne Accesso.

„ Dopo diverse Conferenze avute la se„ ra dello stesso giorno, e la mattina „ dei 16. fu determinato il giorno „ per tale Accesso da Monsig. Gover„ natore, e fu quello dei 22. detto. „ Laonde nella stessa mattina si spe„ dirono Lettere a tutti i Vescovi „ della nostra Marca, invitandoli co„ me principali Deputati. Ed insie„ me si diede incombenza di ricer„ care quanti Architetti, e princi„ pali Capomastri si potessero trova„ re nella Provincia, e fuori, e far„ li ad ogni costo venire: furono „ trovati trè Architetti, e quattro „ Capomastri, che la mattina dei „ 21. quì si trovarono. La stessa „ sera dei 21. giunse il Vescovo Ma„ rana di Ascoli, il Vescovo Stelluti „ di Macerata, ed il nostro da Re„ canati. Il giorno seguente com„ parve l' Arcivescovo Borgia di „ Fermo, il Vescovo Fonseca di Ie„ si, il Governatore Finocchietti di „ Ancona, e il Prelato Ferrera, ol„ tre numerosissima Nobiltà di Uo„ mini, e Donne.

„ Gl' Eletti all' Accesso furono in pri„ mo luogo i Vescovi, e Prelati; „ in secondo una Dignità, un Ca„ nonico, un Benefiziato, ed un „ Chierico Benefiziato di questa S. „ Basilica, ciascuno de' quali rappre„ sentava il loro Ceto Corale, a „ quali s' aggiunsero i Cappellani „ Regii dell' Imperadore, del Re „ di Francia, e del Re delle due „ Sicilie, e della Republica di Ve„ nezia, dell' Elettore di Baviera, e „ della Casa Giojosa; in terzo li „ Penitenzieri Oltramontani, e Ol„ tramarini; e questi formavano il „ Corpo Ecclesiastico.

„ Succedevano a questi il Confalonie„ ro, e i tre Priori publici rappre„ sentanti; e diversi Principali Cava„ lieri della Marca, e di fuori, quà „ concorsi, o abattutisi formavano „ il nobil Corpo Secolare. Que„ sto fu l' Ordine stabilito dell' Ac„ cesso. Non però tutti gl' Eletti „ dovevano fare la Ricognizione in„ sieme, e nello stesso tempo, ma „ ordinatamente, e divisi, a cagione „ dell' angusto luogo della S. Casa.

„ Adunque il giorno dei 22. all' ore „ 20. circa, fu aperta la Porta del„ la S. Casa, che riguarda a mez„ zo giorno ben munita da ripari, „ e custodita da Soldati, fu dato com„ modo al divoto Popolo d' ogni „ genere, e condizione accorso, di „ considerare le S. Mura fino alle „ ore 23. dopo le quali incomin„ ciarono gl' Accessi de' Deputati, „ cioè prima gl' Ecclesiastici Regolari, „ indi i Secolari, ed in ultimo i „ Nobili.

„ Ad un' ora, e mezza di notte sce„ sero dal Palazzo Apostolico li „ Vescovi, e Prelati, accompagna„ ti dagl' Eletti Corali, e nobili „ Forastieri ascendenti al numero di „ cinquanta in circa, gl' Architet„ ti, e Capomastri fecero la rela„ zione, e a qualunque circostan„ za della quale erano condotti a „ riconoscere il narrato, e tutto „ ciò durò fino alle quattro passate „ della notte. La mattina seguen„ te furono stese le Deposizioni degl' „ Architetti, e Capomastri giurate, „ e sottoscritte colla recognizione „ de' loro Caratteri, le quali furo„ no approvate da Vescovi, che si „ sottoscrissero con loro giuramen-

to

„ to intorno alla Verità dell' Espo-
„ sto, e da più Notari ne fu fat-
„ ta la ricognizione de' Caratteri.
„ Di tutto ciò ne fu fatta una pu-
„ blica Copia da spedirsi pel primo
„ Ordinario in Roma a Sua Santi-
„ tà, ed alla Sagra Congregazione,
„ e fu fatto in questo Archivio del
„ Santuario l' Originale riposto.

„ Circa le S. Mura furono trovate
„ senza alcun Fondamento posare
„ sopra arida Terra lontane due
„ buoni Palmi da' Muri, che sosten-
„ gono i Marmi. Alla parte di Tra-
„ montana sopra Terra, come di
„ Strada con minute Breccie mis-
„ chiata, ed il simile dell' altre par-
„ ti: Alla parte di Ponente sopra
„ semplice Terra, o piuttosto Sa-
„ bbione con qualche pezzetto di
„ Tufo fino fino, e naturale. Fu
„ riconosciuta la Materia delle San-
„ te Mura essere Pietra naturale,
„ e non Mattoni di Terra cotta;
„ ma Pietra sì tenera, che assomi-
„ glia al nostro Tufo, fuorche nel
„ colore, che è di Rosso oscuris-
„ simo.

„ Si fecero da Vescovi molte obbie-
„ zioni, fra le quali le maggiori
„ furono, essere mischiati frà le Pie-
„ tre mattoni di Terra cotti, e
„ nello stesso tempo da un Vesco-
„ vo ne fu indicato uno nel Santo
„ Muro dalla Parte di mezzo gior-
„ no, a cui un Architetto Udinese
„ prontamente - *Caro Signore - per
„ ridurre in polvere una Scaglia di
„ mattone è necessario batterla col
„ Martello*: e pigliato un Mattone
„ portato di fuori, fece in presenza
„ di tutti la prova. Indi all' im-
„ provviso con gran devozione, e
„ coraggio, mà con ribrezzo uni-
„ versale scagliò un pezzetto della
„ Pietra indicata dal Vescovo, e
„ posto sù la propria palma, colle
„ sole dita lo sfarinò, dicendo - *Caro
„ Signore - vedete, che non è mat-
„ tone*.

„ L' altra; che per quelle poche dita
„ di Terra, che si vedevano sotto le
„ Sante Mura, non si poteva affer-
„ mare, che quelle fossero senza
„ fondamenti. Allora i Capomastri,
„ ed Architetti, pigliati più Paletti
„ di Ferro lunghi sopra quattro
„ Palmi Romani, li spinsero a scar-
„ pa fra le Sante Mura, e la Ter-
„ ra, che facilmente, e senza con-
„ trasto alcuno furono tutti fitti
„ nel Terreno; e ciò, sì nel Santo
„ Muro di mezzo giorno, sì in
„ quello di Tramontana. In quel-
„ lo d' Occidente, dopo pochi pal-
„ mi vi fu trovato qualche contra-
„ sto, per lo chè fu cominciato a
„ scavare sotto il Santo Muro, e
„ di quando in quando dopo qual-
„ che quantità di Terra si trovò
„ qualche pezzetto di sottil Tufo
„ naturale. Dopo lo scavo quasi
„ di mezz' uomo fu trovata la Ter-
„ ra vergine, che per tale fu consi-
„ derata da tutti; e fu veduto il
„ Santo Muro senza Fondamento,
„ e per lo scavo restare in Aria sen-
„ za lo scioglimento di un minimo
„ Sassolino, o caduta di un grano
„ di Calce. A tal prova vi fu uno
„ trà Vescovi, che non potendo sof-
„ frire lo scavo, esclamava ad occhi
„ chiusi - *Non più basta - si tenta
„ Dio!* Altro Vescovo interrogò, se
„ veramente, e secondo l' arte po-
„ tevano così sussistere le Sante Mu-
„ ra, a cui l' Architetto Svizzero -
„ *Illustrissimo Signore. Secondo la
„ mia Arte, e la mia lunga espe-
„ rienza gli sò dire, che nemmeno un
„ momento possono così sussistere,
„ e se questa Cosa fosse la mia, non*
mi

„ *mi arrischierei starvi ne pure un*
„ *momento* .
„ Tra gli altri Vescovi, e Prelati era
„ una meraviglia il vedere l' Arci
„ vescovo di Fermo, e il Vescovo
„ d'Ascoli dentro le Buche, e tra
„ volti fra la polvere senza alcun
„ riguardo, colle Teste sotto le San-
„ te Mura minutissimi osservatori di
„ tutto. Finita la ricognizione, li
„ Vescovi si posero genuflessi avan-
„ ti le Sante Mura da tenera devo-
„ zione compunti; pareva, che
„ non si potessero staccare da quel-
„ le, imprimendovi teneri Baci.
„ Per dare poi al Popolo ancora sodis-
„ fazione, per dieci giorni continovi
„ furono tenute aperte le Buche,
„ e gli Scavi, ed a qualunque Fo-
„ rastiere, che capitava, si facevan
„ vedere, come è succeduto a mol-
„ te Eccellenze, a cospicui Religio-
„ si, Abbati, ed altri nobili Oltra-
„ montani, ed Oltramarini, che
„ sono quà giunti, o per la Divo-
„ zione, o di Passaggio. Finalmen-
„ te adì 7. Maggio nella Santa Ca-
„ sa il nuovo Pavimento fu termi-
„ nato.

De creatione memoratæ Equestris Mili-
tiæ à Sixto V. peracta antedicto tempo-
7. re, agunt *Pater Andreas Mendo de*
Ordin. Militar. disq. 1. quæst. 2. §.
26. n. 56. Abb. Justinianus Istorie
Cronologiche dell' Origine degli Ordi-
dini Militari parte seconda cap. 35.
pag. 560. Pater Honoratus à Sancta
Maria Carmelita Excalceatus Disser
tations Historiques, & Critiques sur
la Chevalerie ancienne, & moderne
impress. Parisiis.

Instituit porro, ut diximus, d. Sixtus V.
Summus Pontifex in sua Bulla Colle-
gium Equitum bis centum, qui nun-
cupantur Equites Lauretani Partici-
8. pantes, qui ab eo promovendi essent
ad Dei servitium, & gloriam Virgi-
nis Mariæ de Laureto: *Pater Hono-*
ratus à Sancta Maria Carmelita Ex-
calceatus Dissertations Historiques, &
Critiques sur la Chevalerie ancienne,
& moderne impress. Parisiis Typis Petri
Francisci Giffart 1718. lib. 1. Dissert.
7 art. 2. pag. 140., & idem in Ta-
bulis Alphabeticis pag. 513. cum cæ-
teris infra allegandis. *Historia omnium*
Ordin. Monasticorum &c., & Milita-
rium &c. Gallice scripta, & in Ita-
licam linguam translata à Patre Jo-
seph Francisco Fontana Mediolanensi
Congregat. Matris Dei tom 8. parte
sex a cap. 58. pag. 383. juxta im-
press. Lucensem Typis Salani, & Vin-
centii Giuntini 1739 d. Abb. Justi-
nianus Istorie Cronologiche dell' Ori-
gine degli Ordini Militari parte se-
conda cap. 36. §. Cavalieri di Santa
Maria di Loreto pag. 560. Collector
Gallus Histoire des Ordres Militaires,
ou des Chevaliers tom. 4. §. 98. les
Chevaliers de Lorette an. de I. C.
1587. pag 218. juxta impressionem
Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.
Pater Mendo de Ordin. Militar. disq.
1. quæst. 2. §. 26. n. 56. Dominus
Jo. Fridericus S. R. I Comes in Koden
Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ
in Polonia in suo Corollario continen-
te Ordines in Christianitate existentes
imp ello *post Tractatum ejusdem*, cui
Titulus - *Adnotationes Historicæ de*
Origine &c. Ordinis Equitum Aqui-
læ Albæ impress. Coloniæ Typis Ada-
mi Cholini anno 1730. pag. 293.

In Tesseram Ordinis præscripsit Numis-
ma aureum, in quo ex una parte
conspicitur Imago Sanctissimæ Virgi-
nis Mariæ de Laureto, in brachio
Infantulum JESUM tenentis, & ex
9. altera parte Stemma Summi Pontifi-
cis, à quo quis Ordini fuerat aggrega-
tus: *d. Justinianus pag. 561. d. Colle-*
ctor

ctor Gallus d. tom. 4. *pag.* 219. idem. que *in explicatione omnium Stemmatum Equestrium Ordinum pag.* 420. *sub num.* 57. *Bonannus in Catalogo Ordinum Equestrium num.* 64. *& in calce ejusdem in figura omnium Stemmatum pag.* 153. *sub n.* 57. *d. Pater Honoratus d. pag.* 140. *d. Pater Mendo* §. 26. *Fontana d. pag.* 383.

20. Forma autem dicti Numismatis habetur penes *d. Justinianum pag.* 560. *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordinum Equestrium sub n.* 64., *& in sua Collectione omnium Stemmatum Ordinum Equestrium pag.* 153. *sub n.* 57. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 218., *& in d. explicatione omnium Stemmatum Ordinum Equestrium d. pag.* 420. *sub n.* 57.

21. Figuram Equitis sua Veste induti, & d. Tessera exornati, exhibet cœlatam *d. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinum Equestrium sub n.* 64. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 218.

22. Pro recto hujus Ordinis Regimine, Summus Pontifex Collegium Equitum, ut dictum est, constituit, cui Collegio ampiam tribuit plenamque facultatem concedendi, & prescribendi Statuta, & reformandi Constitutiones, ut narrat *Justinianus superius allegatus pag.* 561.

23. Equites prędicti continvo Militaribus Exercitiis operam dabant in hac Romandiolæ Provincia ad defensam littorum Maris adversus Piratas, & præcise ad tuitionem, & custodiam Sanctæ Domus Lauretanæ: *d. Justinianus* ubi supra *pag.* 561. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 219.

24. Liberali manu Summus Pontifex Institutor, Equites hujusmodi Privilegiis, & Prerogativis cumulavit. *Primo* enim, eosdem Equites Lauretanos constituit, & declaravit veros familiares, & continvos Comensales Pontificis. *Secundo*, declaravit eos Nobiles, & eorum Primogenitos Comites Lateranenses, quodque filii, qui ex eis nascerentur, & Ecclesiastici fierent, evaderent Notarii Apostolici; Laici vero Equites Aurati: sic Prothonotariatus Apostolicus per Sixtum V. conceditur Militibus Lauretanis, & ejusdem Militibus, & eorum Primogenitis concedit, ut dicantur Nobiles, & Aulæ Lateranensis Comites, & ex his Clerici dicantur Prothonotarii Apostolici; Laici vero dicantur Milites Militiæ inaurati, ut notat *Jo. Aloysius Riccius in Prax. Judic. Resolut.* 113.

25. *n.* 1. *Tertio*, quod Equites Lauretani Participantes, si cessarent esse Participantes, nihilominus continvarent esse Comites Lateranenses, ac respective Notarii Apostolici, ac Equites aurati cum eorum Primogenitis. *Quarto*, quod omnes Equites tam Clerici, quam Seculares, etiam Uxorati gaudere possent Pensionibus super Beneficiis Ecclesiasticis, aut eorum fructibus in locum Pensionum usque ad summam Ducatorum bis

26. centum auri de Camera. *Quinto*, quod liberi essent, & immunes ab oneribus ordinariis, & extraordinariis, impositis, & imponendis. *Sexto*, quod Equites Sacerdotes tempore mortis testari possent de Beneficiis ab ipsis possessis in totum, vel in parte, favore aliorum Sacerdotum, & de Bonis eorum Patrimonialibus ad libitum disponere. *Septimo*, indulsit Equitibus Ensis usum, cæteraque Arma non prohibita per totum Statum Ecclesiasticum. *Octavo*, quod possent retinere Officia, & Loca Cameræ plusquam numero decem, dummodo essent inter se compatibilia, & de illis libere disponere ad favorem Personarum ab ipsis nominatarum, cum

sola

sola contributione vigintiquinque du.
catorum Cameræ pro quolibet resi
17. gnatione. *Nono*, Jus fecit Equiti
bus addendi propriis Familiæ Stem
matibus Stemmata Pontificum. *De
cimo*, indulsit, quod deficiente ali.
quo Principe, aut Principum Orato-
re, & sic remanente numero insuffi
ciente ad ferendum Summi Pontifi-
cis Baldachinum, tunc, & eo casu,
post Principes, prædictosque Oratores
subintrarent in locum ad ferendum
idem Baldachinum Equites Laureta
ni. *Undecimo*, exemit ab onere sol.
vendi Cameræ. *Duodecimo*, statuit,
quod si in aliqua Sedis Apostolicæ
indigentia Eques aliquis Lauretanus
subministraret ex propria pecunia
18. summam centum mille scutorum,
talis Eques annua scuta octo mille
reciperet, & in casu extinctionis di.
ctæ Militiæ Camera Apostolica te-
neretur punctualiter dictam summam
restituere: voluit autem, quod Equi.
tes Seculares tenerentur se promptos
19. paratosque servare cum Armis, &
Equo inservire Summo pro tempore
Pontifici occasione Bellicarum expe-
ditionum, ut vocant di *Crociate*,
vel Conciliorum celebrationis, citra
alias expensas, sed eorundem Equi.
tum manutentio Apostolicæ Sedis
sumptibus præstaretur, quemadmo.
dum prædicta omnia constant ex
Bulla dicti Summi Pontificis Sixti
Quinti Institutoris, quæ est in Bul-
lario antiquo inter Constitutiones Six-
ti Quinti *à Laertio Cherubino Col-
lect. pag.* 103. *Constitut.* 35. *Romæ
1586. apud Hæredes Antonii Bladii*,
quę incipit - *Postquam Divina, & ibi
post dictam Bullam pag.* 109. sequi-
tur declaratio, ac extensio dictorum
Privilegiorum, *& in secunda parte
dicti Bullarii Romæ apud eundem
1590. pag. 97.* adest *Constitut.* 16.
ejusdem Sixti Quinti incipien. *Roma-
num decet Pontificem super erectio-
ne, & aggregatione aliorum sexa-
ginta Equitum, seu Militum Laure-
tanorum*, & respective de illis memi-
nit *Justinianus d. pag.* 561. *Petrus
Franciscus Bergamaschi in suo Libel-
lo - Breve Notizia Istorica del Pon-
tificio, ed Imperial Ordine de' Cava-
lieri Aureati pag.* 31. *juxta impress.
Taurini Typis Dominici Paulini im-
pressoris Cameræ Apostolicæ 1695.*,
ubi refert privilegia superius relata
in §. *Secundo declaravit*, & diximus
in nostro discursu *Ordinis Cruciatæ
sub n.* 31.

Tam ampla Privilegia, animos magis
Divitum, & Nobilium Virorum ex-
citarunt ad dandum nomen Nobili
20. huic Militiæ. Verum successu
temporis, & hic quoque Ordo splen-
dorem amisit, & tantummodo su-
perest in illis, qui possident Emolu-
21. menta illa, quæ ex locis vacabilibus
Cancellariæ detrahuntur: *Justinianus
d. pag.* 561. *Collector Gallus d. tom.*
4. *pag.* 129., *&* 218. *d. Comes in
Koden Sapieha pag.* 293., sicque id
reperimus, quod de istis Equitibus
Lauretanis tradit *Franciscus Sanso-
vinus in suo Libello - Della Origine
de' Cavalieri Libro primo; Chi faccia
Cavalieri pag.* 11., de quo late scrip.
simus in nostro *Discursu super Or-
dine Sanctorum Petri, & Pauli*.
Cœterum magni Magistri Ordinis
22. Equitum Lauretanorum fuerunt, &
sunt Summi Romani Pontifices, at-
que ideo series videri potest in calce
nostri Discursus 125. super Ordine
Equitum JESU CHRISTI Pontifi-
ciorum.

BIS.

DISCURSUS CXXXIV.

LEENÆ

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget,

TEmporum rerumque vicissitudines in Neapolitano Regno exordium tribuerunt nonnullis Ordinibus Equestribus, ac etiam Societatibus Militaribus, Collegiis, vel Cœtibus, & hoc, vel ex Principum, vel Virorum Nobilium factis, ut notat *Abb. Justinianus Istorie Cronologiche ec. degli Ordini Militari ec. parte seconda cap. 63. à pag. 105. cum seq. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & La Noù 1693. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom 3. §. 69. pag. 460. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*

Inter has simplices Societates, & Nobilium Virorum Cœtus adest ille nuncupatus *Leena* in Urbe Neapolitana, Italice *Leonessa, e Lionessa*, juxta superius allegatos, quibus addimus *Comitem Joannem in Koden Sapieha in sæpius allegato Corollario in verbo* Leenæ; *Patrem Joseph Franciscum Fontana Istoria degli Ordini Monastici ec. Militari ec. tom. 8. cap. 38. pag. 191. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Quoad præcisum hujusmodi Cœtus institutionis tempus, diversimode scribunt Auctores, quos refert *d. Justinianus pag. 706.* ubi inquit, Caracciolum in Historia Neapolis Sacræ de pluribus Monumentis mentionem facere, quæ antiquitatem quidem, non autem fundationis tempus explicant, & ex *Carolo Torello* in suo Tractatu *Giuoco d' Arme di Napoli*, apud Nos existente, qui dicit illam recensere, ac anteponere Ordini *Del Nodo della Nave*: *d. Comes in Koden* ponit *anno* 1385.

Subiungit *d. Justinianus d. pag. 706.* alios tenere Leenæ Societatem institutam contemporanee fuisse, & quasi pene ad æmulationem cum alia Harpedonis.

Seriem hujus Societatis sub Titulo Harpedonis exposuimus in *Tomo secundo Parte prima nostri Armamentarii Discursu* 111. *pag.* 107.

Postremam hanc Sententiam credimus solidiorem; etenim narratione Historica cum temporum allata combinatione innititur, pluresque illam sequuntur Scriptores.

Sicque Nos etiam asserimus in allegato nostro *Discursu* 111. *pag.* 180. ubi testamur, uno eodemque tempore eadem occasione qua inventa fuit Societas Harpedonis, quod introducta etiam fuit Societas Leenę: Tam enim Cœtus Harpedonis, quam Societas Leenæ patet, quod fuerunt instituti à diversis Nobilibus Neapolitanis; eo tempore quo duæ ibidem factiones aderant, Andegavensium, ac Hungarorum.

Prodiit prima Factio ex Nobilibus, ut vocant, del *Seggio di Porta nova*, quę in signum extulit, & ut dicitur, *Impresa* Harpedonem, sub quo simbolo significare intendebant debile Reginæ Margharitæ Gubernium, veluti Fœminea manu ductum, ut dictum est in allegato nostro *Discursu* 111.

Prodiit subinde altera consimilis Factio ex aliis Nobilibus del *Seggio di Montagna*, & hæc suum extulit Signum, & verius *Impresa, Leenam*, pedes habentem funiculo circumdatos, ac colligatos mediante hoc novo Simbolo. Nobilium mens erat palam exponere, nil

nil aliud eos desiderare, quam in vinculis quodammodo Reginam eandem Margaritam retinere, ut ratiocinatur laudatus *Abb. Justinianus dicta Parte secunda cap. 63. d. pag. 706.*

Insigne hujus Societatis erat Leenæ Imago, cujus Pedes laqueis circumdati erant, & colligati juxta formam, quam exhibent *d. Abbas Justinianus d. Parte secunda cap. 63. pag. 705. d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 46. Bonannus in Catalogo Equit. n. 67.*

Cujus coloris sit, non concordant Scribentes, inquit *Justinianus ubi supra:* aliqui dicunt illam esse ex argento, ut refert *d. Bonannus n. 67.*, *& Justinianus* pariter ubi supra.

Figura gerentis hanc Tesseram habetur apud *d. Bonannum sub n. 67.*, & est simplici veste Civica induta: *d. Collector Gallus tom. 3.* ubi supra.

Ex hactenus repetitis, Societas hæc Leenæ, quemadmodum & altera Harpedonis, jam desiniere sublatis factionibus, quæ brevi tempore cessarunt, juxta superius allegatos: cumque penitus careant requisitis ad formandum Equestres Ordines, frustra quæritur ad quem spectet magnum Magisterium; idcirco neque in primo Cœtu *Harpedonis*, neque in hoc secundo *Leenæ* apponi potuit Catalogus Magistrorum, qui si effingi posset, certe non nisi ad Reges Neapolitanos tribui deberet, ut bene observat laudatus *Abb. Justinianus pag. 709.* ubi testatur tamen, de facto per Renatum Regem hujusmodi Leenæ tessera ornatum fuisse clar. me. Jacobum Antonium Marcellum Equitem, & Senatorem Venetum.

Nostrumque hunc Discursum claudimus cum ipsis *Abbatis Justiniani* verbis *pag. 708* ibi - *Da quanto si è ragguagliato, insorge prova incontrastabile, che questa era più Corpo d' Impresa, e Divisa di Compagnia, di quello si possa dire Marca, o Insegna di Ordine Equestre, e meno di Religione Cavalaresca, non trovandosi approvazione alcuna, ne Apostolica, nè dell' Ordinario, come tampoco Regola, nè Abito particolare della Società: anzi che da ciò più si conferma questa Verità quanto gli Aggregati (come anco notano li Scrittori Napolitani) usavano queste Divise talvolta ne' proprii Scudi dell' Arme, e sovente al di fuori, e di sopra, e queste anco variate, come si vede nell' Arma del riferito Pignone di Napoli, nella quale la Leonza è d' argento, ed andare allacciata tutti quattro i piedi posta per capo superiore dello Scudo, ed all' incontro in quella del Marcello, inquartata rampante, e di oro con l' accrescimento del Sole, e della Vella, che allaccia i soli piedi da dietro.*

Nella stessa forma si rilevano gli esempi ancora nell' altre Compagnie, vedendosi la Casa Burgenza col Nodo avviticchiato, e posta a capo dell' Arme, e sciolto all' interno dello Scudo, e dalla Famiglia Boccapianola pure di Napoli usata la Nave per aggiunta al Cimiere.

Sono queste Osservazioni reputate opportune per ricavare la verità, e necessarie a chi gusta della Scienza Araldica, o dell' Arme.

DISCURSUS CXXXV.

LEONIS IN GALLIA

ARGUMENTUM

Narratur Historia Occisionis cujusdam ferocis Leonis secutæ anno 1080. per manus Enguerrandi Domini Loci de Coucy, qui in hujus memoriam Leonem lapideum construere fecit

in

in Platea dicti Loci; & in quibusdam annuis Solemnitatibus agebantur quædam jocosa Festa, & ex dicta Leonis occisione institutus fuit Equester Ordo, dictus Ordo Leonis.

Summario non indiget.

EQuestrem Ordinem sub titulo, & tessera Leonis olim in Regno Galliæ viguisse, memoriæ proditum est; nullus tamen hucusque ad manus nostras Scriptor pervenit ex professo de isto Ordine tractans: quamobrem hic referre non possumus nisi ea, quæ breviter leguntur in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallico Idiomate conscripta, quamque nuper in Italicam linguam transtulit *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis, Clericus Regularis Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 39. pag. 295. & seq. impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. Exponit hic Scriptor motivum Originis hujus Equestris Ordinis, præmittendo Historicam Narrationem facti hac methodo; scilicet, quod cum anno 1080. Enguerrandus I. Dominus Loci de Coucy strenua manu occidisset ferocem quemdam Leonem in Silvis de Coucy sævientem, ac finitimis etiam Locis stragem misere inferentem, ut tam generosi facinoris memoria perpetuo extaret, Lapideam ipsius Leonis Jconem construere fecit, & in Platea Castri de Coucy locavit, ibique nonnulla annua quædam ad hilaritatem Festa instituit, quæ ter in anno renovabantur, in Solemnitate videlicet Sanctissimi Natalis D. N. I. C. Paschatis, & Sancti Joannis Baptistæ, hęc autem Festa hac forma agebantur. Ex pręscripto quippe Fundatorum Abbatiæ de Nogent, qui erant ex Domo de Coucy, tenebatur Abbas Monasterii statis anni diebus offerre Panem, & Artocreas, Italice *Pasticci*, in dicta Platea dicti Castri, quod hoc modo exequebatur Abbas. Hic indutus more Agricolę cum Sacco deferri solito ab Agricolis, quoties semina in agris spargunt, & super Equum sedens, ut Agricolæ ad Agrorum culturam accedunt, equitans per girum, Plateam pluries circuibat, manuque tenens Scuticam vulgo *Frusta*, eandem hinc inde volvebat; subinde diligenter prævia recognitione, & visitatione examinabatur itinerarium Instrumentum, & suppellex ejusdem Abbatis, quod Nos dicimus *Equipaggio*, *Accompagnatura*, *Corredo*, an in bono statu sisterent, adeo ut, si casu vel unus deficeret in Equi Soleis clavus, statim Equus confiscaretur. Hujusmodi Ritum seruatum se vidisse testatur *Lalovete*, qui Genealogicam Historiam *Domus de Coucy* scripsit *anno* 1576 servari etiam dicitur adhuc, diversis tamen variationibus, quas dictus Auctor non explicat: in hoc tamen versantur, quod non amplius homagium hoc personaliter præstat Abbas, sed ad illud præstandum Abbatiæ Officialem deputat, qui Saccum defert plenum, ut dicitur *di Biada*, & secum Canem ducit, duas Artocreas collo appensas deferentem. At si illas Canis vel infringeret, vel comederet, aut in Platea corpus aliquo modo excrementis exoneraret, Abbas plectitur pœna pecuniaria: ulterius dictus Abbatiæ Officialis duos Leones lapideos amplectitur ad Portas Palatii Civitatis, in cujus Platea de præsenti d. Homagium præstatur, quod antiquitus, ut præmissum est, pendebatur in Platea Castri.

Hinc occasione memoratę generosæ occisionis dicti Leonis per Enguerrandum

I. facte, ipsum instituisse Ordinem Leonis, quem magnificentissimo apparatu renovavit Engerrandus II. eo tempore, quo regnare cœpit in Gallia Sanctus Ludovicus Rex, ut notat *Bellefores in Historia Franciæ*, de quo meminit antedictus *Pater Fontana*, qui probabilius esse subdit, hunc Ordinem Equestrem fuisse institutum ab ipso Engerrando II.

Cœterum testatur laudatus *Fontana*, quod Tessera hujus Equestris Ordinis *Numisma aureum* erat, in quo Leonis figura sculpta aderat.

DISCURSUS CXXXVI.

LIBERATIONIS IN REGNO CORSICÆ

ARGUMENTUM

Versatur in Historica Relatione Gestorum à Theodoro, qui se nominavit Regem Corsicæ.

SUMMARIUM

1. *NArrantur gesta à Theodoro Barone de Niewhoff in Regno Corsica, illius inauguratio in Regem, & Liberatio Regni à Gallis Militibus peracta.*
2. *Dictus Theodorus die 16. Octobris 1736. ibi in loco di* Sarrena *instituit Ordinem Equestrem sub Titulo* Ordinis Della Liberatione.
3. *Institutionis Decretum adducitur.*
4. *Regula ab Equitibus servandæ referuntur.*
5. *Tessera Ordinis quæ sit.*

DISCURSUS CXXXVI.

LIBERATIONIS IN REGNO CORSICÆ

THeodorus Baro de NieWhoff, nostra hac tempestate in Historia notissimus, qui Regnum affectans, Corsicæ Insulæ Regis nomen, & titulum usurpavit, & qui populares in Regno Corsicæ contra Januensis Reipublicæ Regimen excitatos tumultus, adeo armata manu, & ingenio coluit, ut ab iisdem Insulæ
1. Gentibus, in Corsicæ Regni Regem fuerit solemniter inauguratus, ibique aliquo temporis spatio Regiæ dignitatis Insignia gesserit, & Jurisdictionem exercuerit, ab eoque solum recessit, postquam per Januenses advocato Gallorum Militari subsidio, Rex Christianissimus Ludovicus XV. strenuas Militum Copias, ad eandem Corsicæ Insulam transmisit pro tumultibus componendis, Duce Marchione de Magliebois, qui varia cum Corsis inivit certamina, & bellica insimul prudentia, Nationis Corsicæ motus tandem compescuit. Adhuc tamen, dum hæc scripta revidemus, Galli Milites una cum d. Marchione de Magliebois in eodem Regno moram trahere continuant. Rerum Historica series, Vitaque Theodori descripta habetur in Libro, cui Titulus - *Storia delle Rivoluzioni dell' Isola di Corsica, e della Esaltazione di Teodoro I. al Trono di questo Stato, tratta dalle pubbliche, e dalle secrete Memorie, trasportata dal Francese; all' Haya 1739.*

Tempore igitur quo prænominatus Theo-
2. dorus Regis titulo in Regno Corsicæ potiebatur, Militarem Equestrem Ordi-

Ordinem condere excogitavit, sub titulo, & nuncupatione *Ordine della Liberazione*, prout die 16. Octobris 1736. commorans in loco nuncupato *di Sarrena*, solemniter fundavit, mediante Decreto, quod ad litteram, ut infra referemus, in quo Decreto præscribuntur Statuta, & Regulę, quod scilicet Rex Corsicæ pro tempore sit magnus Ordinis Magister; ad illum spectet collatio hujusmodi Equestris Gradus Viris illis, qui pollent Requisitis, quæ Statuta præscribunt quoad Nobilitatem, & Divitias, quoad prerogativas, & privilegia, & quoad eorum munera, eorum Habitum, & Tesseram, ut videre est in Decreto, Statutis, & Regulis tenoris ut sequitur.

Decreto Di Teodoro I. Re di Corsi. 8. ca per l' Instituzione di un' Ordine di Nobiltà, e di Cavaleria.

Teodoro I. Re di Corsica ec. Avendo Noi deliberato, sì per la gloria del nostro Regno, come per la consolazione de' nostri Sudditi, d' instituire un' Ordine di Cavaleria, che render potesse riguardevole per tutta l' Europa la Nobiltà di quest' Isola, il cui valore è oggimai sì noto, Noi faremo ogni opera per ottenere dal Papa la conferma di detto Ordine. Abbiamo intanto giudicato opportuno il dichiarare le qualità, gl' onori, i privilegi di coloro, che vi saranno ammessi, onde riconosciuti, e trattati siano come nobili nel nostro Regno non solo, mà presso quelle Nazioni, ove la riputazione de' Corsi si è fatta conoscere, ad onta della malizia de' Genovesi, che han fatto di tutto, per renderli sospetti, e dispregevoli, spogliandoli di tutte le loro prerogative.

Per tali cagioni Noi vogliamo, che gli articoli, o regole seguenti, che seguir douranno i Cavalieri del detto Ordine sieno publicate.

Primo. Il dett' Ordine sarà detto *l' Ordine della Liberazione*.

Secondo. Il Re ne sarà sempre il Gran Mastro.

Terzo. Porteranno i Cavalieri un' abito azurro con una Croce, ed una Stella smaltata in oro, in cui sarà figurata la Giustizia, con una bilancia in mano, sotto la quale vi sarà un Triangolo, nel cui mezzo si metterà la lettera T., e nell' altra mano terrà una Spada, sotto cui sarà un globo con sopravi una Croce, e negli angoli l' Arme della Famiglia Reale.

Saranno obbligati i Cavalieri a portare quest' abito quando saranno eletti, e in tutte le Cerimonie, e funzioni pubbliche: del resto sarà loro permesso gli altri giorni di vestire a loro talento, purche comparifcano con decenza.

Quarto. Il Re medesimo farà in persona la Cerimonia d' installare i Cavalieri.

Quinto. Dipenderà quest' Ordine unicamente dal Re, a cui i Cavalieri presteranno ubbidienza.

Sesto. Nell' atto di essere ammessi douranno giurar obbedienza, e fedeltà al Re, tanto per sè, quanto pe' loro discendenti.

Settimo. I Cavalieri, che saranno ammessi considerati, e trattati, saranno come Cavalieri, e Nobili di primo Rango, e goderanno il titolo d' *Illustrissimi*, e di *Eccellenza* i Commendatori.

Ottavo. Saranno esenti i Cavalieri da ogni pedagio, e da tutti gli aggravj, e imposizioni ordinarie, e straordinarie di qualunque nome, e natura.

Nono. La loro Casa, e Abitazione sarà privilegiata in maniera, che nessun

sun Tribunale potrà molestarla per alcun affare, o criminale, o civile, purche rei non siano di offesa Maestà.

Decimo. I Cavalieri saranno trattati alla Corte come Nobili, ed auranno l'entrata libera fino nell'anticamera del Re.

Undecimo. I soli Cavalieri, e non altri sarann'eletti Capitani delle Galere, e de' Vascelli da Guerra del Re, e Comandanti delle Fortezze, ed altre Piazze, dove si tien guarnigione.

Duodecimo. L'Ordine aurà l'incarico di mantenere di abiti, e di dare gli alimenti a' Cavalieri, che col tempo avessero la disgrazia di cadere in bisogno, per così conservare lo splendore, e l'onore dell'Ordine.

Decimo terzo. Non sarà alcuno ricevuto nell'Ordine, se il Re nol giudicherà abbastanza ricco, e se non farà vedere, che discende da civili Progenitori, fino alla quarta generazione.

Decimo quarto. Sono dichiarati incapaci di entrar nell'Ordine nostro coloro, che esercitano qualche mestiere, o il Padre de' quali, l'Avo, il Bisavo ne abbiano esercitato alcuno.

Decimo quinto. Saranno ammessi anche gli stranieri di qualsivoglia Nazione, e Religione.

Decimo sesto. Sarà obbligato ogni Cavaliere al suo ingresso di contare mille scudi, da' quali riscuoterà finche vive il dieci per cento, restando assicurato il capitale sopra l'Ammiralità.

Regole dell' Ordine.

Primo. Ogni Cavaliere sarà obbligato di recitare ogni giorno due Salmi, cioè il 70. *In te Domine speravi*, ed il 40. *Deus noster refugium, & virtus*, sotto pena di perder l'entrata della sua Commenda per quel giorno, in cui aurà mancato.

Secondo. Non potrà alcun Cavaliere rifiutar qualche impiego, o per mare, o per terra, che il Re vorrà conferirgli.

Terzo. Sarà obbligato ogni Cavaliere di seguire il Re in campagna.

Quarto. In tempo di Guerra i Cavalieri saranno guardie del Corpo del Re, e ciascheduno di loro dourà allora a sue spese mantenere due Soldati al servizio di Sua Maestà.

Quinto. Niun Cavaliere aurà ingerenza nelle cose di Stato.

Sesto. Ogni Cavaliere dourà sempre portare la divisa dell'Ordine, cioè i Commendatori una gran Croce, i Cavalieri una piccola, appesa a un verde nastro. Il Re, il Gran Priore, il Gran Commendatore porteranno un largo, e doppio nastro, e i Cavalieri almeno una cordelina appesa al collo, o attaccata all'abito.

Settimo. Non potrà alcun Cavaliere entrare al servizio di un Principe straniero, senza il contento del Re.

Ottavo. Il Re nell'accettare un Cavaliere gli dirà, stando il Cavaliere ginocchioni. *Io vi fo Cavaliere del Nobil Ordine della Liberazione: da Noi soli voi dovete soffrire di essere toccato tre volte colla Spada nuda, e voi ci sarete obbediente fino alla morte*; il che fatto, giurerà il Cavaliere fede, ed omaggio sul Vangelo, e i Cavalieri presenti lo accoglieranno, ed abbraccieranno lo come Fratello.

Nono. Douranno i Cavalieri portar sempre la Spada, e in tempo della Messa sfoderarla, e tenerla nuda, finche il Sacerdote leggerà l'Evangelio, senza eccettuarne neppure i Cavalieri di altre Religioni.

Queste

Queste sono le Regole, e gli Articoli, che doueranno osservare i Cavalieri della primaria Nobiltà del nostro Regno, e Noi vogliamo, che quest' Ordine si mantenga ad onore, e gloria del Cristianesimo, e singolarmente del nostro Regno, in fede di chè Noi abbiamo fatto apporre il nostro Sigillo. Dato dalla nostra Camera a Sartena, e pubblicato li 16. Settembre 1736.

La Croce, e Stella di quest' Ordine è
5. in campo rosso, con un' orlo d' argento, o bianco. Le sette punte della Croce, o Stella, e l'anello, a cui è attaccata, sono d' oro, o di giallo, le altre sette piccole punte sono nere, e colle armi del Re bianche, o di argento, e l'orlo della Croce giallo, o d' oro. Nel mezzo della Stella vi è la Giustizia di color carneo, in figura di Donna, con una cintura, da cui pende una foglia di fi. o d'oro. Tien ella con la destra una Spada di acciajo, con la sinistra una bilancia, in una delle cui lanci triangolari vi è una macchia rossa, nell' altra una di color di piombo. Sopra la mano, che tiene la Spada, vi è un globo d'oro, con Croce in cima, sotto la mano, che tiene la bilancia, vi è un triangolo d'oro con un T. in mezzo.

E' fondato quest' Ordine in memoria della liberazione dal Dominio de' Genovesi, e del ristabilimento dell' antica libertà nel Regno di Corsica. Ci furono ammessi oggimai molti Gentiluomini Cattolici, e Protestanti di diverse Nazioni.

Hactenus recensita Decreti, & Regularum verba ad literam Italico idiomate referuntur in Libro, cui Titulus *Storia delle Rivoluzioni dell' Isola di Corsica ec. Della Esaltazione di Teodoro I. al Trono di questo Stato, tratta da pubbliche, e da secrete Memorie trasportate dal Francese. All' Haya 1739. à pag. 205. usque ad 209.*

In prima vero pagina in fronte dictæ Historiæ impressa est Effigies Theodori, & super eam e dextero latere impressum est Stemma dicti Theodori, & in sinistro latere forma, & figura supraescriptæ Crucis novi Ordinis Equestris, & in calce dictæ figuræ adsunt sequentia verba Italice.

Il Baron di Niewhoff, che si fa Grande di Spagna, Lord d' Inghilterra, Pari di Francia Barone del S. Impero, e Principe del Solio Romano e riconosciuto Re da Corsi, sotto nome di Teodoro I.

Quod Decretum repetitum habetur pene substantialiter Italico sermone similiter in alio Volumine sub titulo *La Storia dell' anno 1737. divisa in quattro Libri, ove si espongono i maneggi del Congresso di Nimirow i Combattimenti de' Moscoviti, e de Tedeschi contro il Turco, la presa, e perdita di Nissa, l' acquisto, e difesa di Oczakof la morte del Gran Duca di Toscana, e gli altri fatti più memorabili dello stesso anno. Amsterdam a spese di Francesco Pitteri Librajo in Venezia.*

In dicto Libro. *Della Storia dell' anno 1737. Libro quarto à pag. 241. usque ad 244.* ita scriptum est.

In Corsica fu publicato di nuovo in nome suo il Decreto, col quale egli come Re di Corsica, ad imitazione delli Sovrani di Europa, già dall' anno scaduto instituiva un Ordine di Cavaleria, colle condizioni, e Articoli seguenti.

Teodoro I. Re di Corsica ec.

Essendo Noi risoluti, sì per il decoro del nostro Regno, come per conforto

to de' nostri Sudditi, istituire un' Ordine di Cavalleria, che rispettevole render possa in tutta l' Europa la Nobiltà dell' Isola, il di cui valore è già cotanto decantato, abbiamo giudicato bene manifestare le qualità, onori, e privilegi di coloro, che vi saranno ammessi, affinchè vengano riconosciuti, e trattati come Nobili, non solo nel nostro Regno, ma ancora da tutte le altre Nazioni, appo le quali si è fatta conoscere la riputazione de' Corsi, ad onta dell' astio de' Genovesi, che hanno fatto tutti li tentativi per renderli sospetti, e spregevoli, spogliandoli di tutte le loro prerogative. Per questi motivi vogliamo, che resi sieno publici gli Articoli, e le Regole seguenti, che dovranno osservare i Cavalieri dell'Ordine, che Noi procureremo venga dal Pontefice confermato.

Primo. L'Ordine sarà chiamato della Liberazione in memoria della libertà ricuperata da Corsi nel sottrarsi dal giogo de' Genovesi.

Secondo. Il Re ne sarà sempre Gran Maestro.

Terzo. I Cavalieri porteranno un'abito azzurro, con una Croce, e Stella smaltata in oro.

Quarto. Il Re in persona farà la cerimonia di vestire i Cavalieri.

Quinto. I Cavalieri, quando saran ricevuti, douranno giurare obbedienza, e fedeltà al Re per se, e per i loro discendenti.

Sesto. I Cavalieri, che vi saranno ammessi, saranno considerati come Nobili della prima Classe, e goderanno il titolo d' Illustrissimi, e i Commendatori quel di Eccellenze.

Settimo. Saranno esenti da ogni sorta di Gabelle, o Imposte.

Ottavo. La loro abitazione sarà privilegiata, cosicchè niun Magistrato potrà inquietarla per verun affare criminale, o civile, purchè non sieno rei di Lesa Maestà.

Nono. I soli Cavalieri, e non altri saranno eletti Capitani delle Galere, e Navi da guerra del Re, e Comandanti delle Fortezze, o Piazze presidiate.

Decimo. L'Ordine aurà obbligo di provedere il mantenimento decente a Cavalieri, che col tempo avessero avuta la disgrazia di cadere in povertà.

Undecimo. Niuno sarà ricevuto nell' Ordine, se non è giudicato abbastanza ricco dal Re, e se non diasi a vedere, ch'ei discende da Parenti onesti fino alla quarta generazione.

Duodecimo. Vi saranno ammessi anche i Forastieri di qualunque Nazione, o Religione Cristiana essi sieno.

Decimo terzo. Ciascun Cavaliere dourà sborsare entrando nell'Ordine, mille scudi, de' quali ne ritirerà dieci per cento il rimanente de' giorni suoi, restando il capitale assicurato sopra l' Ammiralità.

Regole dell' Ordine.

Primo. Ciascun Cavaliere sarà in obbligo di recitare ogni giorno il Salmo 45. *Deus noster refugium, & virtus*, e il 70. *In te Domine speravi*.

Secondo. Ogni Cavaliere sarà tenuto seguire il Re in campagna.

Terzo. In tempo di Guerra i Cavalieri serviranno di guardie del Corpo del Re.

Quarto. Niun Cavaliere potrà entrare al servizio di un Principe straniero, senza consenso del Re.

Quinto. Quando un Cavaliere riceve l' Ordine, il Re gli dirà: *Dovete soffrire da Noi soli, che vi tocchiamo tre volte colla Spada nuda*.

Sesto.

Sesto. I Cavalieri saranno in obbligo di portar sempre la Spada, e in tempo della Messa trarla fuori del fodero, e tenerla nuda finche il Sacerdote leggerà il Vangelo: e ciò douranno fare anche i Cavalieri, che non saranno della Religione Cattolica Romana.

Sono questi gli Articoli, e le Regole, che douranno osservare i Cavalieri del nostro Regno, volendo Noi, che l'Ordine sia mantenuto per gloria della Cristianità, e decoro del nostro Regno in particolare: in fede di chè abbiamo sottoscritto il presente Editto di nostro pugno, e vi abbiamo fatto porre il nostro sigillo.

Dato nella nostra Camera in Sartena, e publicato li 16. Settemb. 1736.

In meno di un anno entrarono in quest' Ordine fino a quattrocento Cavalieri, tra i quali, secondo la nota avutasi dall' Olanda, vi sono 30. Francesi, 12. Spagnoli, 43. Italiani, 9. Polacchi, 27. Inglesi, 11. Olandesi, 7. Greci, e gli altri Suizzeri, Prussiani, Livoniesi, e Curlandesi, oltre i Nazionali Corsi.

Cum, ut prænotavimus, dictus Theodorus, ab Insula Corsicę recesserit, idem Ordo progressum ulteriorem non habuit; nihil idcirco facti in præsenti Discursu supperaddere valemus. Cœterum animadvertere non omittimus, quod tenor *Capituli XV.* disponentis, ad Ordinem admitti posse. *Anco gli Stranieri di qualsivoglia Nazione, e Religione*, & juxta verba relata in allegata Historia anni 1737. sub cap. 12. dicitur *di qualunque Nazione, o Religione Cristiana essi sieno*, penitus dissonat ab expressione, quę habetur in principio ejusdem Decreti, scilicet, quod dictus Theodorus obtinere curabit à Summo Pontifice confirmationem Ordinis: si enim solus gradus Equestris in sui quidditate excludit Hæreticam pravitatem, multo magis hæc destruit institutionem, & confirmationem formalem Equestris Ordinis, & cum ea manifeste implicat, ex rationibus, quas cum *Soranzo*, & Agnato nostro *Pomponio Torello* adduximus in *Discursu* IV.

Quamobrem hic quadrare credimus responsionem illam, quam san. me. *Innocentius III.* in sua adducit Epistola ad Bertoldum Carinthiæ Ducem post Ottonis IV. electionem relatam in *Capit. Venerabilem de Electione*, ubi sic scribit - *Illis Principibus (seu Electoribus Collegii septem Viris) jus, & potestatem eligendi Regem in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ut debemus, ad quos de Jure, ac antiqua consuetudine noscitur pertinere, præsertim cum ad eos Jus, & potestas hujusmodi ab Apostolica Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium, in personam Magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos; sed & Principes recognoscere debent, & utique recognoscunt (sicut iidem in nostra recognovere præsentia) quod Jus, & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendum ad imperium, ad Nos spectat, qui eum inungimus, consecramus & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum, ut ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem manus impositio spectat. Numquid enim si Principes, non solum in Discordia, sed etiam in Concordia, Sacrilegum quemcumque, vel Excommunicatum in Regem, Tyrannum, vel Fatuum, Hęreticum eligerent, aut Paganum, Nos inungere, consecrare, ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omnino.*

DISCURSUS CXXXVII.

LILII, VEL LILIORUM Seu Lilii, & Griphi, aut *Della Jara*, hoc est Vasis, sive della Terraza In Navarræ Regno & Aragoniæ Sanctæ Mariæ Liliorum.

ARGUMENTUM

Exponitur in hoc Discursu series Historica Originis Lilii, & Liliorum Ordinis, & referuntur Narrationes Scriptorum variantium inter se quoad Institutoris nomen, tempus, & loca, ac Tesseras, concluditurque Primarium Ordinem fuisse institutum à Regibus Navarræ, & subinde à Castellæ Regibus inovatum.
Adducuntur Catalogi magnorum Magistrorum tam quoad Reges Galliarum, quam Hispaniarum.

Summario non indiget.

CUm in Equestrium Militarium Ordinum Nomenclaturis, de pluribus Ordinibus mentio habeatur Lilii Titulum præseferentibus, Scriptores ipsi in referendis illis Historias involuunt, motiva, Fundationum tempora, Nomina Fundatorum confundunt, & Loca. Auctores idcirco, renovationes, ut institutiones ponunt, titulos immutant, & diversimode exponunt, juxta tradita per *Justinianum pag.* 183.

In calce ponitur Catalogus magnorum Magistrorum Ordinis Lilii, & Liliorum in Regno Navarrę, tum quoad partem retentam à Rege Galliarum, tum quoad partem ad Hispaniarum Regem spectantem.

Nos ex instituto nostro cupientes res dilucidas reddere, Historicorum Narrationes hìc particulariter referemus. *Abbas Justinianus Historie Chronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec par. Pr. cap. 18. pag. 179. cum seqq. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù 1691.* historiam Ordinis sic exponit: Quod Decessorem suum Garziam imitatus strenuissimus ille Rex Dom Sanctius cognomento magnus, sive Major, sub anno 1023., ut Nobiles ejus Regni ad bellandum contra Infideles inflamaret, Vexillum exstruxit, in quo picta exhibebatur Imago Sanctissimæ Virginis ab Angelo Annunciatæ, exornata Liliis, una cum Religioso Lemate - *Deus primum Christianos servet:* adde *Bonannum in Catalogo Equitum n. 68.*, qui inquit id successisse anno 1043.

Subindeque Equestrem Militarem Ordinem creavit sub Titulo *Sanctę Marię Liliorum*: *d. Justinianus pag. 183. Petrus Franciscus Bergamaschi in Libello - Notitia Istorica dell' Ordine de' Cavalieri dello Speron d' Oro, e succinta Descrizione di moltissimi Ordini Militari pag. 53. juxta impressionem Taurini Typis Dominici Paulini anno 1695. Laurentius Vigilius de' Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. litt. S. de Summa Trinit. & Fide Catholica S. Notitia, & Series Equestrium Ordinum sub n. 65. pag. 740. juxta impress. Salisburgi 1729. Typis Jo. Josephi Mayr.*

Diximus d. Regem Sanctium strenuissimum fuisse: ille enim Regiæ Coronæ suę Navarræ cumulavit alia Regna, eadem acquirendo jure sanguinis, & armata manu, videlicet partem Regni Aragoniæ Regionis Gallæcię, Cantabrię, & Aquitaniæ, Seque, & Successores suos magnos Magistros statuit: *d. Justinianus d pag.* 183.

Injunxit autem Equitibus Ordinis tuitionem Nominis Christi contra Mauros, defensam pauperum, Viduarum, & Pupillis assistentiam: *d. Petrus Bergama*

gamaschi pag. 69. sub Regula Sancti Basilii militant: *Justinianus pag. 181. Bonannus n. 68.*

Hi Equites Lilii vocabantur, & Rosarium Beatissimæ Virginis Mariæ quotidie recitare tenebantur: *Bonannus n. 68. Justinianus pag. 181. d. Laurentius de Nicollis pag. 741.* ubi quod Sanctius insignes ab Hostibus victorias reportavit, diuque feliciter perduravit.

Verum in assignando Fundatore ejusdem, & fundationis tempore, discordes sunt Scriptores. Illum fundasse Sanctium IV. Navarræ Regem anno 1022., scribit *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus Disq. 1. quæst. 4. n. 95.* de quo meminit *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n. 73.*

Fuisse autem institutum à Garzia Rege Navarræ, inquit *d. P. Philippus Bonanni in d. Catalogo Ordin. Equestr. n. 73. Alexander Rossi juxta versionem Thomæ la Grue* in Volumine - *Les Religions du Monde, undecima Divisione.*

Figura Tesseræ hujus Ordinis habetur apud *d. Justinianum pag. 259.*, & continebat Numisma duobus Liliorum Ramis exornatum, illudque per girum circumdantibus, & in medio adest Imago Sanctissimæ Virginis ab Angelo Annunciatæ cum Lemmate in superiori parte - *Deus Primum Christianum servet: Justinianus* ubi supra.

Vexilli autem Bellici forma continentis ex una parte Imaginem Sanctissimę Virginis, ex alia scutum coronatum cum Stemmate Regni Navarræ una cum duplici Torque aurea, à qua pendet Lilium coronatum, adest penes *d. Justinianum pag. 181. d. Bonannum n. 68.*

Imago Equitis induti Veste militari, & Torque exornati, habetur apud *d. Bonannum n. 68.*, & *Collectorem Histoire des Ordres Militaires* §. 10. *&c. tom. 2. pag. 70. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1720.

Narrant alii, Equestrem Ordinem Lilii in Navarræ Regno institutum fuisse per Garziam VI. Navarrę Regem. Cum enim hic graviter ęgrotaret anno 1048., & salutis gratiam acceptam referens à protectione Sanctissimæ Virginis Marię, cujus imago colebatur in loco nuncupato *Nogera*, ubi Rex usque à prima juventute continuo moram traxerat, & ob id cognomentum de *Nagera* sumpserat, proinde d. anno 1048. magnificam Ecclesiam construere fecit, quæ nuncupatur *Sancta Maria la Reale di Nagera*, ibidemque magnum Monasterium ædificavit, quod inhabitandum concessit Patribus Sancti Benedicti.

Utque magis erga Sanctissimam Virginem venerationem, & cultum cunctis patefaceret, in ejus honorem Equestrem Militarem Ordinem instituit, sub Titulo *Sanctæ Mariæ Lilii*, reservato sibi, & suis Successoribus magni Magistri Gradu. Porrò, triginta octo Equitibus constat ex Nobilibus Familiis, ex veteri Castellæ, & Navarræ Regnis. Votum autem emittebant, & juramentum præstabant in manibus Regis exponendi eorum Vitam, & personas pro conservatione Coronæ Navarræ, & expellendi Mauros.

In Tesseram statuit Lilium argenteum efformatum, ut dicitur, di *Ricamo;* in Solemnioribus autem Torquem collo gestabant auream, ut dicitur *intralciata* litteris *M.* aureis Gothicis, à qua Numisma aureum pendebat, & in quo encausto albo surgebat Lilium cum Litera *M.* Gothica coronata. Præscripta eis fuit Regula dictorum

Monachorum S. Mariæ de Nagera; ideoque quasdam quotidie preces recitare tenebantur.

Floruit hic Ordo temporibus Successorum dicti Garziæ VI., & adhuc plures Imagines dictorum Equitum cum d. Torque conspiciuntur in dicto loco *Nagera* Sancti Salvatoris de Lyra, Sancti Joannis Baptistæ della Rocca in Monasterio de Roncevuaux in Cathedrali Ecclesia Pampilonen., prædictaque omnia desumpta sunt ex *Favino Historia Navarræ*, & *Theatro Honoris*, & *Equitum Historia delli Ordini Monastici ec.*, e *Militari ec. Gallice scripta*, & in *Italicam linguam translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tomo* 8. *cap.* 53. *pag.* 356. *juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani*, & *Vincentii Giuntini* 1739.

Recensitam rerum seriem in omni sui parte vellicant Auctores; nam primo *Tepes in Chronica Ordinis Sancti Benedicti* loquens de Militari Ordine à Garzia VI. instituto, illum nominat Ordinem della *Terraza*, aut Vasis Lilii, & institutionem ponit sub anno 1053. Motivum dictos duos Ordines instituendi, inquit fuisse, ex quo eidem dum venationi incumbebat, detecta fuit Imago Sanctissimæ Virginis. Alii Scriptores ajunt, Institutorem hujus Ordinis non fuisse d. Principem, sed ejus Patrem Sancium Magnum nuncupatum, anno 1023.

Discordant pariter in assignatione Tesseræ: *Favinus* quippe scribit, quod Equites gestabant Lilium album in Numismate cum Torque duplici catena mixta, cum Literis *M.* Gothicis. *Tepes* autem subdit, quod Collare conflatum erat ex catena aurea, & argentea, à qua Vas pendebat Liliis plenum, vocabaturque Ordo *Della Terraza*, aut Vasis Lilii, ex quo Navarræ Rex invenerit Vas Liliis refertum penes Imaginem supradictam Sanctissimæ Virginis.

Alii Auctores, veluti *Joseph Micheli Thesaur. Militar.*.. *Pater Mendo de Ordin. Militar.* scribunt, quod hi Equites super Vestem albam deferebant Imaginem Annunciationis Sanctissimæ Virginis Mariæ in medio duorum Liliorum.

Juxta opinionem *Tepes* hic Ordo post mortem Garziæ VI. extinctus remansit: sed *Favinus* è contra tenet, illum floruisse sub illius Successoribus.

Hujusmodi Narrationes legi possunt in d. Historia *Patris Fontana à pag.* 356. & *seqq.*

Animadvertit autem *d. Pater Fontana à pag.* 357. quod cum regula clara sit, & alias diximus nullum Militarem Ordinem institutum reperiri ante duodecimum Seculum, sequitur inde, nec Sancium nuncupatum il *Grande*, neque Garziam VI. fuisse d. Ordinis Institutores, sed solummodo dictorum Successores potuisse eundem Ordinem instituere; de qua tamen Institutione non liquet, sicut nec de illius tempore. Ob quæ cum *d. Abb. Justiniano ubi supra* & *Schoonebeeb in Histor. Ordin. Militar.* arguunt, Galliarum, & Hispaniarum Reges esse hujus Ordinis magnos Magistros, Catalogumque efformat *d. Justinianus*, qui Catalogus in calce Discursus referetur.

Et prosequitur laudatus *Pater Fontana d. pag.* 357. probabile esse, Ordinem Lilii institutum in Regno Navarræ, esse eundem, ac Ordinem Vasis Lilii Sanctissimæ Virginis institutum à Ferdinando Castellæ Infante cognomento de *Antiguera*, ob captam dic. Arcem à manibus Maurorum anno 1410. *Comes in Koden Sapieha in suo* Co-

Corollario omnium Ordinum impresso in calce ejus Tractatus de Ordine Aquilę Alba in verbo Lilii, & *Griphi*, *Conzalo de Mesca in secunda Parte della Historia Pontifical y Catholica lib. 2. in S. Reyes de Castilla pag. 92. à tergo juxta impressionem Barchinone Typis de Jayme Cendrat 1606*.

Quin imo Scriptores Hispanici autumant, d. Principem solum renovasse Ordinem Lilii, institutum, ut ipsi ajunt, à Garzia VI. & per ejus mortem remansisse extinctum.

Concluditque idem *Pater Fontana pag.* 357. quod secundum *Hieronymum Romanum* citatum *à Tepes* Ordo Vasis Lilii institutus fuit ab Infante Castellę anno 1403. ob insignem devotionem, qua flagrabat erga Sanctissimam Virginem, in cujus festo die Assumptionis hos Equites creaverit in Civitate *Medina del Campo* in Castella veteri. Tandemque optimo Discursu comprobat, non d. Anno 1403., sed 1410. instituisse hunc Ordinem in d. loco, & Civitate *Medina del Campo*, in qua natus erat, & postmodum regulariter moram trahebat: nam antecedentibus temporibus, ipse non erat Rex, & prædicta Civitas ad Henricum III. Castellæ Regem ejus Fratrem Ferdinandum spectabat, *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires Tom. 4. §. 76. pag. 23. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus in Volumine Dissert. Historic. & Criticarum Libr. 1. Dissert. 7. Art. 2. pag. 134. juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718.* sic de isto Ordine loquitur. Ferdinandus Castellæ Infans Princeps de Pegnafiel pro conservatione Memoriæ illius Victoriæ, quam de Mauris reportaverat in loco de Antequerra, & ad recognoscendum servitia Magnatum Regni eidem præstita, ut excitarentur ad gloriosa gesta, Anno 1310. Ordinem Militarem *Dela Jara, ou du Vase della Santa Vierge* instituit, cujus Equites se obligarent Fidem defendere, & Religionem, & Mauros à Regno expellere, nec non Viduas, & Orphanos protegere. Collare præscripsit iisdem, à quo Vasa duo pendebant Liliis plena cum Griphis duobus hinc, & hinc, cum Numismate, in quo conspiciebatur Sanctissimæ Virginis Imago Infantem Iesum in Brachiis retinens.

Idem tamen *Pater Honoratus à S. Maria in Tabula Alphabetica d. pag.* 514. ait, quod d. Ordo S. Mariæ de Lilio fundatus fuit à Rege Garcia Quarto in Navarra Anno 1048.

Alii scribunt illum fuisse institutum ex infrascripta Causa.

Celeberrimam de Mauris Victoriam reportaverat, occisis ex eis 15. millibus, expugnataque Arce de Antequerra in Regno Granatæ, Ferdinandus, ut dicitur Castellæ Infans, cognomento Justus, postmodum Aragoniæ, & Siciliæ Rex, filius Joannis I. Castellæ Regis, & Eleonoræ Aragoniæ, ut grati animi significationem erga Proceres Regni sui ob tam fortia gesta, & ad similia peragendum inflammaret, Equestrem Militarem Ordinem Anno 1410. instituit in Aragonia sub Titulo Lilii.

In Tesseram præscripsit Equitibus Collare conflatum ex Liliis mistis è Vasis emergentibus, a quo Collare pendebat Numisma: in eo sculpta, vel picta erat Imago Sanctissimę Virginis tenentis in suis Brachiis ex sinistra manu Divinum Infantem Iesum, sicut tradit *Dominus Hermane Histoire des Religions, ou Ordres*

Mili.

Militaires Tom. 2. cap. 34. pag. 295. juxta impress. Rothomagen. Typis Io. Baptista Besogne 1726. Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum impresso in Calce Tractatus ejusdem de Ordine Aquila Alba in Verbo Lilii, & Griphi pag. 298. juxta impress. Colonia Typis Adami Cholini pag. 298. ubi subdit, quod Insigne erat Collare aureum ex foliis Liliorum, & Griphibus, & quod institutus fuerat anno 1413., et jam non extat amplius. D.Torquis, & Numismatis figura habetur apud *d. Hermant d. pag. 295. Justinianum pag. 714. cap. 65. sub Titulo Cavalieri del Giglio, e del Griffo in Aragona.*

Primum Ordinis Capitulum celebratum fuit in Ecclesia *S. Maria del Campo*, servatisque Cæremoniis solitis & pompis, primus receptus in Ordine fuit Ferdinandus Castellæ, dictus *l' Infante*, postmodum Ruis Lopez de Avalos Comestabilis Castellæ: *d. Hermant ubi supra*.

Equites Juramentum præstant de fide defendenda, & eorum Vitas exponendi contra Mauros, eosque è Regno expellendi, defendendi Viduas, & Orphanos: *Justinianus d. cap. 65. pag. 715. d. Hermant pag. 297.*

Dictus Ordo è Castellæ Regno, ad Regnum Aragoniç fuit translatus tempore quo d. Ferdinandus Rex evasit. Tandem periit Ordo, itaut sola eadem memoria superstes fuerit, ut prosequitur *d. Hermant pag. 297.*

Dicto Ordini cooptati fuerunt multi Viri Principes, floruitque in exordio cum magna æstimatione: *d. Iustinianus d. pag. 715.*

Unde *Io. Antonius Summonte in Historia Neapolis tom. 3. lib. 5. pag. 72.* scriptum reliquit, quod Philippus Burgoniç Dux, cognomento *Bonus*, Fundator Ordinis Aurei Velleris, dono transmisit Alphonso Filio Ferdinandi; Hicque vicissim transmisit Alphonso Insignia proprii Ordinis della *Stola, e Iara*, quod factum refert *d. Abbas Iustinianus d. pag. 715. parte Secunda*.

Hactenus relatæ Historicæ Narrationes diversimode exponentes Fundationem hujus Ordinis, ita ut quoad Nomina Institutorum, tempus, & motivum Institutionis, & Loci, ac Tesserarum inter se differant, & pluralitatem Ordinum secum ferre videantur. Rebus tamen in substantia perpensis, non dissonare narrationes in comperto est, primariam suam Originem hunc Lilii Ordinem à Navarræ Regibus in Navarræ Regno habuisse, unicum fuisse Ordinem, & subinde ab aliis Regibus ad alia Hispaniarum Regna translatum.

Hinc patet æquivocum à Scribentibus sumptum in Narrationibus, dum simplices Ordinis extensores nominant Fundatores, & ex ipsa locorum diversitate, diversitatem in Ordine arguunt ex ipsa simplici additione Tesseræ, cum quibus transit etiam *Comes in Koden Sapieha pag. 298., & 301.* Quæ sanè accidentales expressiones substantiam unicitatis Ordinis non immutant, nec Ordinem multiplicant, neque confundunt, retenta distinctione personarum, temporum, & locorum, juxta Divi Augustini etiam in altiori Argumento, effatum - *Distingue tempora, & concordabis Scripturas*.

Cumque ob rerum, temporumque vicissitudines, Navarræ Regnum tum Armis, tum Jure Matrimoniorum, extinctis antiquorum Regum lineis, scissuris subiectum remansit, unaque pars ad Reges Galliarum, altera ad Hispaniarum Reges devenerit, ju-

xta

xta Historicam seriem, quam per extensum refert *d. Abbas Iustinianus in supra allegata parte prima cap. 18. pag. 184. & seq. Collect. Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 2. §. 20. pag. 70., & seqq. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. Proindeque antedicti Scriptores Catalogum exponunt magnorum Magistrorum, pro utraque Regia Stirpe Galliarum, & Hispaniarum Regum.

Dictum Ordinem in Navarra jam evanuisse inquit *Comes in Koden Sapieba in d. suo Corollario pag. 302.*

Hic est Catalogus MAGNORUM MAGISTRORUM Ordinis Sanctæ Mariæ Liliorum in Navarra, ex utraque Classe, Galliarum, & Hispaniarum Regum, relatus *à d. Abbate Iustiniano parte prima cap. 18. pag. 184., & seq.*, quem sequitur *Collector Gallus tom. 2. à pag. 72.*, de quo Catalogo meminit allegatus *Pater Fontana*.

Numero de' Re G. Maestri.	Anni di Cristo.		
I.	1023.	Sanctius IV. Cognomento Magnus Rex Navarrę, Fundator Ordinis Equestris, & Militaris S. Mariæ Liliorum in Navarræ Regno, primus Magister regnavit annos 11.	
II.	1034.	Garzias VI. Rex Navarræ occisus in prælio contra Ferdinandum Regem Castellę, & Legionis ejus Fratris, Magister secundus jure successionis, & sanguinis, ac Dominii: regnavit ann. 10.	
III.	1053.	Sanctius V. Victoriosus filius Garzię Regis Navarræ, Magister tertius occisus à Fratre Raymūdo, regnavit annos 23.	
IV.	1076.	Don Sanctius Rex Aragonię occupavit Regnum Navarrę, & abstulit à filiis Sanctii V. fuit Magister intrusus: vigore Dominii rexit per annos 18.	1076. Garzias, & Ramirus, filii Sanctii V. quibus Regnum abstulit Sanctius Aragoniæ Rex; iidemque Fratres Protectionem Castellę, & Legionis, ac Domus Lainez imploraverunt: Magistri vigore Successionis jure Sanguinis regnaverunt per annos 58.

Petrus

V.	1094.	Petrus Rex Aragoniæ, & Navarrę, filius Sanctii prędicti, Magister jure Dominii quintus, regnavit annos 10.		
VI.	1104.	Alphonsus Aragoniæ successit Fratri suo Don Petro Magister jure Dominii 7. ejectus à Garzia septimo, regnavit annos 30.	1134.	Garzias Septimus filius Ramiri & Socrus Alphonsi Septimi dicti Imperatoris Hispaniarum, & cum subsidio, & armis Roderici Diaz Lainez nuncupati il Cid, recuperavit Regnum Navarrę, Magister jure Successionis, & Sanguinis, & Dominii, Sextus Magister, regnavit annos 16.
VII.	1150.	Sanctius VII. dictus il Savio filius Garziæ VII. Rex Navarræ Magister jure Successionis, & Sanguinis Magister VII., regnavit annos 44.		
VIII.	1194	Sanctius VIII. dictus il Forte, Rex Navarræ filius Sanctii VII. Magnus Bellator, & Victor contra Mauros, Magister VIII. Regnavit annos 40.		
IX.	1234	Theobaldus III. hujus nominis, & septimus Comes Campaniæ Boie, & Saline filius Theobaldi Secundi, Comes Campaniç &c., & Blancę Sororis Sanctii VIII. mortui absque successione Rex Navarræ, ex Hæreditate Materna, à Regni Ordinibus ad Successionem vocati, Magister jure Sanguinis, & Dominii 9. regnavit annos.		
X.	1253.	Theobaldus filius Theobaldi III. Comes Campaniæ &c. Rex Navarræ, Magister jure sanguinis,		

&

		& Dominii regnavit annos 17.
XI.	1270.	Henricus Frater mortuus sine Descendentia, Rex Navarræ, & Comes Campaniæ, Magister 11. rexit annos 4.
XII.	1274.	Philippus Quartus nuncupatus Pulcher, Rex Franciæ, vigore Joannę ejus Uxoris, Filiæ, & Hæredis Henrici Regis Navarræ, ratione consanguinitatis, & Dominii Magister 12. regnavit annos 39.
XIII.	1313.	Aloysius, aut Ludovicus Utinus Rex Franciæ, & Navarræ, filius Philippi, & Joannæ, jure successionis Sanguinis, & Dominii 13. Magister, regnavit annos 2.
XIV.	1315.	Philippus il Longo, nuncupatus Rex Francię, & Navarræ, frater Ludovici, Magister 14. regnavit annos 6.
XV.	1321.	Carolus IV. Pulcher nuncupatus, Rex Franciæ, & Navarræ, Frater Philippi, Magister 15. regnavit annos 6.
XVI.	1327.	Philippus nuncupatus Bonus, Comes de Eureux prædictorum Consobrinus, & ex Uxore Joanna filia, & Hęrede Ludovici 10. Regis Navarræ, Magister jure successionis sanguinis, & Dominii Magister 16. regnavit annos 16.
XVII.	1343.	Carolus II. vocatus il Malo, Rex Navarræ, filius Philippi Comitis de Eureux, & Domini de Mompelier Magister 17. regnavit annos 44.
XVIII.	1387.	Carolus III. Filius Caroli II. Regis Navarræ, & Ducis de Nemurs, Magister 18. regnavit annos 38.
XIX.	1426.	Martinus Rex Siciliæ, & Joannes II. Rex Aragoniæ propter Uxorem Blancam filiam, & Hæredem Caroli III. Regis Navarræ Dignitatem Magistralem sustinuerunt pro d. Uxore in magnos Magistros 19. regn. annos 16.
XX.	1441.	Joannes II. Rex Aragoniæ ob Minoritatem Filiæ Eleonoræ susceptę ex Blanca, Rex Navarræ ex Dominio, Magister 20. regnavit annos 37.
XXI.	1477.	Casto Comes de Foix & ex Conjuge Eleonora filia, & hærede Blancę, Rex Navarræ, jure successionis, & Consanguinitatis, & Dominii Magister 21. Regnavit annos 5.
XXII.	1482.	Franciscus dictus Febo, Filius Castonis Infantis Navarræ, & Comes Viennæ, qui præmortuus est alteri Castoni ejus Patri, successit Avo, & in Civitate Pamplone coronatus fuit Rex anno 1486. Magister 22. regnavit annos 4.
XXIII.	1486.	Joannes d' Albret Princeps di Bearne &c., & ex Uxore Catharina Sorore, & Hærede Francisci Regis Navarræ, vigore Suc-

		Successionis Sanguinis, & Dominii Magister 23. ejectus a Ferdinando Catholico anno 1513. obiit anno 1517. regnavit annos 26.		
XXIV.	1517.	Henricus d' Albert Princeps Bearne continuavit in possessione majoris partis Ditionum Regni, vigore consanguinitatis, & Dominii Rex Navarræ Magister 24. obiit anno 1549. regnavit annos 32.	1515.	Ferdinandus V. Catholicus Rex Hispaniæ, ratione Uxoris filiæ Joannis Vicecomitis Narbonæ, fratris Infantis Gastonis, se transtulit ad capiendum Navarræ Regnum, Summo Pontifice favente: ex quo Matrimonio nullam Prolem suscepit; Magister, ratione partis Dominii computatus 24., regnavit annum.
XXV.	1549.	Antonius Borbonius II. Vandomi Dux, Comes de Soissons, & ratione Uxoris Joannæ filiæ, & Hæredis Henrici d' Albert Regis Navarræ, Magister jure successionis sanguinis, & partis Dominii numero 25. occisus à Roan anno 1562. regnavit annos 13.	1516.	Carolus de Austria filius Joannæ filiæ Ferdinandi V., & Isabellæ Castellæ, postmodum Imperator. Rex Navarræ, vigore successionis Dominii Magister 25. regnavit annos 40.
XXVI.	1562.	Henricus IV. Rex Franciæ, & Navarræ filius Antonii, Magister 26. regnavit annos 48.	1556.	Philippus II. Rex Hispaniæ filius Caroli V. Imperatoris, Rex Navarræ, Magister 26. regnavit annos 42.
XXVII.	1610.	Ludovicus XIII. Rex Franciæ, & Navarræ, filius Henrici IV. Magister 27. regnavit an. 33.	1598.	Philippus III. Rex Hispaniarum filius Philippi II. Regis Navarræ, Magister 27. regnavit annos 23.
XXVIII.	1643.	Ludovicus XIV. Rex Galliarum filius Ludovici XIII.	1621.	Philippus IV. Rex Hispaniarum filius Philippi III. Rex Navarræ, Magister 28. regnavit annos 44.
		Hucusque refert *Justinianus*.	1665.	Carolus II. Hispaniarum Rex, rexit annos 47.

Hucusque refert *Justinianus*.

A Nobis additur.

A No-

XXIX.	1715.	A Nobis additur quod dicto Ludovico XIV. Galliarum Regi, qui per annos 72. rexit, eidem Ludovico XIV. Proavo suo mortuo, successit in Regno Galliæ Ludovicus XV. undique felicissime regnans, & de quo agimus in nostro Tomo I. *Discursu* 20. *pag.* 368.

Forma autem Torquis consistebat in Gemino Vase, à quibus exibant duo Lilia, & hinc, & hinc à dextris, & à sinistris duo Gryphi, hoc est unus à parte dextera, & alius à sinistra, & in calce pendebat Numisma cum Imagine Sanctissimæ Virginis, ut expressa habetur penes *Hermant Histoire des Religions tom.* 2. *cap.* 34. Videatur de hoc Ordine allegatus *Comes in Koden Sapieha pag.* 298. ubi subdit, quod d. Ordo non extat amplius.

Quod dictus Equitum Cœtus non fuerit verus Ordo Equester, cum nulla inveniatur conjectura hoc probans; idcircò insigne simplex honoris, & ut dicitur *Marca d' Onore*, concludit laudatus *Justinianus d. pag.* 715.

Imago hujus Equitis habetur penes *Collectorem Gallum* infra allegandum *tom.* 4. *pag.* 23. ubi inquit, quod si consideretur etiam in hoc aliquid similitudinis cum Ordine, & Jus Principis supremi, & magni Magistri, hoc jus jure sanguinis, & successionis spectare deberet ad Domum Austriacam, quæ in Hispaniarum Regnis fixerat supremum Monarchię Dominium: proinde *Justinianus* ibidem *pag.* 716. quoad Ordinem in Aragonia, & *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 4. S. 76.

1700.	Philippus V., qui vigore Testamenti d. Caroli Secundi Regis Hispaniarum Regnum accepit d. 1700. Postmodum renunciavit Ludovico ejus filio Primogenito ex primo Matrimonio, quo mortuo Ludovico, Philippus Pater Regnum reassumpsit, & tandem obiit 1724. illique successit
1740.	Ferdinandus VI. felicissime Regnans.

pag. 25. *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. Catalogum extendit per hæc verba - *Serie de Capi Sourani dei Cavalieri del Giglio in Aragonia.* Eadem Arbor quoad Fundatorem hic habetur apud *Justinianum*, & *Collectorem Gallum* ubi supra.

Numerus Magistrorum Ordinis in Aragonia est, ut sequitur.

I.	1413.	Ferdinandus l'Honesto Frater Henrici III. Regis Castellæ fundator Ordinis, rexit annos	5.
II.	1416.	Alphonsus V. cognomento Magnanimus filius Ferdinandi rexit annos	45.
III.	1458.	Joannes Secundus frater Ferdinandi V. rexit annos	20.
IV.	1479.	Ferdinandus V. Catholicus filius Joannis Secundi, rexit annos	37.
V.	1516.	Carolus Austriæ Rex Hispaniarum, postmodum Imperator, rexit an.	40.
VI.	1556.	Philippus II. Rex Hispaniarum ob renunciationem Patris, rexit an.	43.
VII.	1598.	Philippus III. Rex &c. filius Philippi Secundi, rexit annos	23.
VIII.	1621.	Philippus IV. Rex, filius	

Philippi Tertii, regnavit annos 46.

IX. 1667. Carolus II. Rex, & Caput Supremus regnans de tempore hujus Scriptoris: *d. Justinianus*, regnavit annos 33.

X. 1700. Philippus V. Rex salutatus 6. Novembris 1700. qui cum renunciasset Coronam Loduvico Primo ejus Primogenito filio mortuo, coronam resumpsit die 6. Septembris 1724. & circa hanc Chronologiam vide Arbores, quas retulimus in Primo, & Secundo Volumine nostro in Ordinibus Equestribus, & Militaribus Regnorum Hispaniarum, partim fit mentio de cessione Coronæ peracta à Rege Philippo V. favore Ludovici ejus filii ex primo Thoro, quo mortuo rediit Philippus ad possessionem Regni & partim hujusmodi Cessio non refertur.

XI. 1746. Ferdinandus VI. filius Philippi V. natus 23. Septembris 1713. coronatus decima Augusti, felicissime regnans.

DISCURSUS CXXXVIII.

LILII PONTIFICII, VEL LILII CÆRULEI

ARGUMENTUM

Agitur de Equestribus Ordinibus à Summis Pontificibus creatis, & sic etiam mediante erectione Collegiorum Militum Participantium, ob contributionem pecuniarum factam propter angustias expensarum pro Sede Apostolica. Exponitur simile Collegium erectum à san. mem. Paulo III. sub nomine Ordinis Lilii cærulei, vel Pontificii.

Summario non indiget.

DE alio Equestri Militari Ordine sub titulo Lilii cum additamento Cærulei, vel Pontificii, nonnulla hìc subdimus. Primo autem notamus, à Summis Pontificibus creari Equites: cum enim hoc creandi Equites sit jus regium, & de Regalibus supremi Principis, ac de reservatis eidem supremo Principi, citra dubium est, Summum Romanum Pontificem creandi ubique Equites plenaria summaque potestate pollere totum per orbem ex quacumque Classe, ut ostendimus in nostro *Armamentario Historico Legali tom. 1. Discurs. VI. à n. 45. cum seqq. à pag. 166.*, ut videre est in creatione Equitum Calcaris aurei in nostro *Discursu 35. à n. 42. cum seqq. tom. 1.* In creatione Equitum Jesu Christi Pontificiorum *Disc. 125. pag. 283. tom. 2.*, *& Discurs. 126. dicto tom. 2.* Unde etiam creavere Pontifices Summi Militares Ordines, mediante erectione quorundam Collegiorum, cum præfixo numero Militum Participantium eorum vita durante, de quibusdam emolumentis, à Pontifice assignatis illis, qui talem summam soluerunt Pontifici pro indigentiis Sedis Apostolicæ, juxta temporum vicissitudines, cum concessione multorum Privilegiorum, sicuti videre est quoad Ordinem nuncupatum Julii, Pii, Lauretani, S. Petri, & S. Pauli, Lilii, de quibus meminit *Sansovinus dell' Origine de' Cavalieri lib. 1. pag. 11. juxta impressionem Venetam Typis Hæredum de Marchio*

Sessa

Sessa 1570., *&* Nos respective loqui. mur *in Tomo I., & II. nostri Armamentarii*.

Dicimus secundo, quod prænominatus Ordo sub Titulo Lilii Cærulei, vel Pontificii institutus fuit à Summo Pontifice Paulo III., juxta Bullam Romæ datam apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1546. Pontificatus sui anno duodecimo, quæ Bulla est *la* 50. *in Bullario Laertii Cherubini de Narcia edito opera & studio Hæredum Antonii Bladii anno* 1586. *sub pag.* 455.

Sane antedictus Pontifex Paulus III. laudatissimus ille Pontifex fuit, qui ad Orthodoxæ Fidei defensionem, Subditorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Decus, & Status Ecclesiastici conservationem quatuor Equestres Militares Ordines ordinavit, & construxit, quorum tres enumerat ipse Summus Pontifex in antedicta Bulla in exordio ejusdem. Primo autem loco fuit Ordo sub Titulo Sancti Pauli anno 1540. septima Julii, Pontificatus sui anno sexto, super quo adest Bulla ejusdem in prædicto *Bullario la* 23. *pag.* 392. Quoad hunc Ordinem damus Discursum in præsenti Volumine *sub Titulo Sanctorum Petri, & Pauli*.

Secundus Ordo fuit ille, qui institutus fuit in Marchia Anconitana, mediante Collegio Militum sub Denominatione Lauretanorum. Litteras Apostolicas erectionis hujus Collegii Lauretanorum non refert dict. Bullarium vetus Hæredum Antonii Bladii, sed solum in nota marginali d. pag. 455. exprimitur non apponi hanc Bullam.

Nos quidem in nostro Volumine Secundo *Discurs.* 107., *&* in præsenti *Tomo* 3., *seu Volumine II. parte* 2. *Discurs.* 133. *pag.* 1., *& seq.* retulimus Ordinem Equitum Lauretanorum institutum à Sixto V.

Tertius Ordo fuit ille erectus ab eodem Paulo III. in hac Romandiolæ Provincia, sub Titulo S. Georgii in Civitate Ravennæ, qui abolitus fuit à san. me. Gregorio XIII. ut similiter notamus in antedicto nostro *Discursu* 107.

Quartus Equester Militaris Ordo à Paulo III. erectus fuit ille fundatus in Provincia Patrimonii Beati Petri in Tuscia. De hoc Equestri Militari Ordine mediante simili Collegio Militum hic verba facimus, & quoad locum erectionis hujus Equestris Ordinis, referre sufficiat Verba Pontificiæ Bullæ de dicta Patrimonii B. Petri Provincia in Tuscia, ubi sic habetur - *Quæ cæteris ejusdem Romanæ Ecclesiæ Provinciis almæ Urbi nostræ, cui adiacet, vicinior existit, claris, & antiquis Civitatibus, & locis refertam, & à qua multæ nobiles, & antiqua Familia; ac Domus nostra de Farnesio originem traxerunt, quæque ad illius securitatem, cum ejus fines ad Mare Mediterraneum protendat, ab incursionibus, aliisque periculis defensione indigeat, & eo magis talis defensio procuranda sit, quod per eam, velut antemurale quoddam, ejusdem Urbis saluti non parum providebitur.*

Ob has rationes Summus Pontifex Collegium erexit quinquaginta Militum, qui tribuerunt Summo Pontifici Summam 25. millia scutorum auri, eosque Participantes effecit, quibus ter millia Scutorum similia annua responderi fecit ex reditibus ejusdem Provinciæ, ut loquitur d. Bulla Pontificis: ac notat *P. Bonannus in Catalogo Ordin. Equestrium: Pater Fontana in Historia Ordin. Monasticorum, & Militarium &c. ex Lingua Gallica*

in

in nostram Italicum idioma translata tom. 8. cap. 58. pag. 384.

Voluit autem Pontifex, ut isti Milites de Lilio appellarentur, & nuncuparentur, titulum ipsum eruens à qualitate Provinciæ, ut exprimit Summus Pontifex in d. Bulla, ibi - *Cum dicta Provincia adeo amana, jucunda, & cunctis dotibus ab illarum largitore Deo referta existat, ut merito Lilium appellari, & illi Lilio convallis, quod Sacra pagina commemorat, si cælestia humanis comprobanda forent, quodammodo comparari valeat.*

Hinc in Tesseram Ordinis statuit Numisma, in quo ex una parte adest imago Sanctissimæ Virginis in procera Arbore roborea elata, ac in Brachiis tenentis Divinum Puerum Salvatorem nostrum, & ut dicitur, Sanctissimę Virginis *Della Quercia*, in templo eidem dicato extra Muros Civitatis Viterbii, & ex altera Numismatis Parte adest Lilium cæruleum in campo aureo per girum tenente hanc inscriptionem - *Pauli* III. *Pontificis Maximi Munus - d. Bulla pag.* 457. *d. Fontana d. pag.* 384. Et hujus Tesseræ forma habetur apud *Bonannum in Catalogo Equitum n. 69. Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires in Explicatione Stēmatum pag.* 420. *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Tom.* 4.

Ob dictam Tesseræ descriptionem, cum relatis verbis *Pauli III. Pontificis Maximi Munus*, addi etiam potest denominationem hanc Ordinis fuisse desumptam à Lilio parte Stemmatis Farnesiæ Domus, ex qua erat Paulus III. cujus excelsissima Familia in suo Stemmate sex Lilia cærulea gerit. Unde ipsimet Scriptores in Titulo hujus Ordinis Equestris Militaris nominant Ordinem Lilii Cęrulei; sic *Hybner in sua Dictionario pag. 936. juxta impressionem Ratisbonæ* 1742.

Tandem idem Pontifex solicitus de Nobilitate horum Militum, eisdem indulget partem Armorum Familię suæ Farnesiæ, videlicet tria Lilia, cum, vel sine cujuslibet eorum propriis Armis, si ea habuerint, libere, & licite ponenda in veræ Nobilitatis signum assignamus, & etiam Insignia hujusmodi deferendi, vel non deferendi, Nobilitate prædicta non careant, juxta verba *d. Bullæ Pontificis Fundatoris pag.* 458. Prefatum Militum Collegium ob solutionem scutorum centum quinquaginta millia auctum fuit a Paulo IV. tercentum Militibus de Lilio sub iisdem Privilegiis à Paulo III. concessis, dictaque *Bulla Pauli Quarti est in Bullario la 22. pag. 596.*, & per errorem dicit *Pater Bonannus n. 69.* augmentum fuisse factum ab antedicto Paulo III.

Imaginem Equitis cum Veste civica, refert *d. Bonannus n. 89.*

Pluribus Gratiis, Favoribus, & Privilegiis Ordinem hunc Equestrem, & Militarem dotavit, & ditavit Summus Pontifex Institutor Paulus III., quę distincte leguntur in allegata Bulla fundationis Ordinis, & meminit allegatus *Pater Fontana d. tom. 8. pag.* 384. Assignavit itaque Pontifex huic Collegio honestam mansionem in Palatio Curiæ Civitatis Viterbii pro Congregationibus, Colloquiisque ibi habendis pro bono Collegii Regimine: *d. Bulla Erectionis pag.* 455.

Item Collegio facultatem concessit Statuta condendi, corrigendi &c. *d. Bulla Fundatoris pag.* 458.

Statuit, ut isti Milites *alios quoscumque etiam S. Petri, & Pauli, & Lateran., & Sancti Georgii, non tamen Participantes, etiam Regum, Principum, & Or-*

Ordinum, eorundem Regum, etiam Imperatoris, ac quarumcumque Militiarum, & quorumcumque Ordinum, Hospitalium, ac etiam Sancti Joannis Hierosolymitani Milites, & Fratres, in incedendi ordine, etiam coram Nobis, & pro tempore Romano Pontifice, & in quibuscumque locis praecedere, & quando Nos, & Romani Pontifices sub Baldachino procedent, & Baldachinum hujusmodi, deficientibus Principum Oratoribus, seu eis ad id non sufficientibus, cum eis tamen praecedentibus deferre, quodque Milites de Lilio hujusmodi, & eorum successores ab omn. iocalium nuncupatorum, & aliorum quorumcumque jurium in d. Camera ratione Officiorum Militum de Lilio hujusmodi, ipsi nunc, & pro tempore concessorum solutione, & praestatione omnino sint liberi, & exempti, ut totidem verbis loquitur *d. Bulla Fundationis pag.* 458.

Quemadmodum iisdem Militibus Lilii locus assignatur in Processione Papali in die Festivitatis Sacratissimi Corporis Christi, ut videre est in Bulla Gregorii XIII, in dicto Bullario in ordine *la 90. pag.* 1328.

Familiares Pontificis declarantur: *d. Bulla Erectionis pag.* 455., *&* 457.

Nobiles quoque, & Comites Aulae Lateranensis, & eorum Successores esse declaravit: *d. Bulla ubi supra pag.* 455.

Una cum facultate creandi Doctores in Jure Canonico, & Civili, ac in Theologia: *d. Bulla pag.* 455.

Item Notarios, & Tabelliones creandi: *d. Bulla pag.* 455. Circa hoc, vide *Constitutionem Pii IV. la* 212.

Facultatem concedit cum Spuriis, Bastardis, Munzeribus, Incestuosis, & aliis ex quovis illicito, & damnato coitu procreatis, in Parentum, & aliorum Bonis, tam ex Testamento, quam ab intestato [sine praejudicio venientium ab intestato) succedere, & quoscumque actus legitimos exercere, & ad quosvis honores, Dignitates, & Officia publica, vel privata assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo essent matrimonio procreati, libere, ac licite valeant, dispensandi, & quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Legibusque Imperialibus, etiam in illis, quae ex usibus feudorum, & authenticorum habentur &c, juxta *d. Bullam pag.* 456.

Clericos Milites Notarios Laicos auratae Militiae Milites creat, ita quod, etiamsi Milites de Lilio participantes esse desierint, nihilominus Comites Aulę Lateranensis, & Notarii dictę Sedis, ac Milites Aurati respective, sine tamen prejudicio participantium, etiam cum filio primogenito esse non desinant: *d. Bulla pag.* 456.

Facultatem tribuit transferendi Pensiones usque ad summam Ducatorum centum: *d. Bulla pag.* 456.

Facultatem tribuit Militibus de Lilio testandi, vel codicillandi tum de Bonis suis, quam Ecclesiasticis cujuscumque Ordinis, seu Militiae inter eorum utriusque sexus Liberos, etiam illegitimos, aut alias quascumque etiam incapaces personas &c. *d. Bulla Pauli III. pag.* 467.

Dictam tamen concessionem quoad illegitimos sustulit Sanctus Pius V. Constit. 120., & notat Apostilla marginalis d. Pauli III. Bulla eximit à Jurisdictione Ordinariorum: *d. Bulla Pauli III. pag.* 457.

Et ab impositionibus, & solutionibus cujuscumque pedagii, Collectae, aut cujusvis alterius oneris, ubique locorum eximit, & liberat: *d. Bulla pag.* 457.

Indulsit

Indulsit Equitibus, ut Enses, aliaque Arma deferre possent libere per omnes Ecclesiasticas ditiones: *d. Bulla Erectionis pag.* 457

Idem quoque Summus Pontifex Paulus III. *d. Bulla Erectionis* Collegii Militum de Lilio *pag.* 458. concedit facultatem disponendi, & resignandi hæc officia in manibus Summi Pontificis, seu Legatorum, aut Vicelegatorum, seu Gubernatorum d. Provinciæ: vide hoc ipsum in Bulla Pauli IV. in *d. Bullario la* 22. *pag.* 596., *&* 597.

Hujus Ordinis Magisterium, sicut & aliorum Ordinum ab ipsis Summis Romanis Pontificibus creatorum, spectat ad eosdem Summos Pontifices, ut in calce notavimus *in Discursu* 107., *&* 108. *Tom.* 2. *Parte pr. in* in præsenti *Tomo* 2. *Parte* 2. *Discurs.* 133. Sicque quoad Nomenclaturam Magnorum Magistrorum, Lectorem nostrum ad Catalogum relatum in calce *Discurs.* 125. *Tom.* 2. *Parte pr.* remittimus.

DISCURSUS CXXXIX.

LUDI, VULGO DE TRESETTE

ARGUMENTUM

Exponitur Tempus, & Causa creationis hujus Cœtus Equestris, & à quibus fuerit creatus, & comprobatur hunc Ludum esse ex licitis, & permitti Equitibus, & adducitur praxis, & modus ludendi, tam Italico, quam Germanico Idiomate.

Summarium patet ex Argumento.

NObilis Dominus Comes Franciscus Piazza Patricius noster Foroliviensis, qui plura Nobis eruditionum Documenta tradidit in hujusmodi Armamentarii nostri Tomo 1., & Tomo 2. Parte pr., humanissime etiam in hac ejusdem Tomi 2. parte secunda, Notitias suppeditavit: Nobis quippe exposuit nuperrime, excogitatum fuisse Ordinem, seu verius Cœtum Nobilium Virorum à Serenissimis Principibus Electoralis Domus Palatinæ: & facti Narratio est tenoris sequentis.

In Serenissima, & Electorali Aula Palatina paucis ab hinc annis recens est Equestris Ordo, seu verius Equitum Cœtus institutus, qui ab alearum ludo nomen habuit, & vulgo dicitur *de Tresette*. Nimirum, cum Serenissimæ Principissæ de Sultzbac Nepotes gloriosissimi Electoris Palatini nuper defuncti, ejusmodi ingeniosis lusibus delectarentur, venit forte in mentem alterius ex præfatis, ut qui majorem in eo ludi genere artem, vivaxque ingeniumque præseferret, is dignitate quapiam cohonestaretur, peculiarisque Ordinis, sive Cœtus Eques renunciaretur. Quamobrem Serenis. modernus Elector Coloniensis Clemens Augustus, qui casu ibi aderat, secreto fieri curat numismata aurea, seu insignia novi Ordinis, seu Cœtus præseferentia fasciculum Alearum de *Tresette*, ex encausto albo, eaque præbet, & dono dat Principissis consanguineis, & decernitur, ut ubi ea est quis assecutus, jam cum præfatis Serenissimis Principissis (quo jure cœteri carent) ipsi liceat ludum inire. Adeo ut, ad aliorum excitandam tarditatem, ingeniosos homines excipere humaniter Serenissima Palatina Familia, honoribusque, vel per ludum, & jocum augere consuevit. Ne soli tamen fortunæ committi videatur pretium, & meritum ad hunc Ordinem, seu Cœtum assequendum,

notan-

notandum est cum bo. mem. *Zaulo ad Statut. Faven. lib.* 4. *Rubr.* 42. Inter ludos, *in quibus tam sors, & fortuna, quam ars, & industria, ac ingenium simul, & mixtim gubernant*, connumerari jure merito ludum dei *Tresette*.

Diximus, memoratum Ordinem revera esse simplicem Cœtum Equestrem Nobilium Virorum: nunc subdimus, prefatum Ludum dei *Tresette*, Ludum esse Equitibus permissum, ut inquit *Card. De Lucca in Volumine Italico - Il Cavaliere cap.* 19. *sub n.* 14.

Postremo ad meram simplicemque eruditionem, respectu ludorum in Ordinibus Equestribus, hic repetimus quod diximus in *Discursu Ordinis Funiculi Flavi in Gallia, Du Cordon Jaune, qui Discursus in nostro Tomo Secundo parte prima est* XCIX. *sub pag.* 56. *in* §. *Inter*, quod scilicet in Statuto Ordinis nimis fortasse jocose injungitur, *Omnes Equites scire debere ludere ludo à Nobis noncupato Alla Mora*.

Imo dicti Ordinis *Funiculi Flavi* Institutum, appellatum fuit ridiculum ab Henrico IV. Galliarum Rege, ut exprimitur in d. nostro *Discursu* §. *Praterea*, & §. *Dilata*. Et nedum ob relatum Statuti caput, sed & perpensa tota ejusdem Statuti structura, & potissime illa expressione, quod Ordo constaret Equitibus Catholicis, & Protestantibus, ut legitur in dicto nostro *Discursu XCIX*. §. *Ordinem Funiculi*, idem Rex Henricus illum, ut in totum ridiculum, de medio sustulit; & juste quidem: nam Catholicorum cum Hæreticis mistio, ad formandum Equestrem Ordinem admitti nequit, & in terminis implicat; cum Heretica pravitas Equestrem gradum excludat, juxta rationes, quas late ponderavimus supra in Discursu Ordinis sub Titulo Liberationis in Regno Corsicę promoti à Theodoro Barone di NieWhoff, de quo loquimur supra in nostro *Discursu* 136. *pag.* 12. in præsenti Volumine.

Sciendum quoque est, quod tunc temporis Rex Henricus IV. Calvinianam Hæresim, quam cum lacte suxerat, palam ejuraverat anno 1593. concessa à Clemente VIII. Pontifice Maximo in Basilica Sancti Petri absolutione, & Catholicam Fidem solemni Ritu professus fuerat; unde ut Rex Catholicæ Fidei, ab Edicto Nannatensi abhorrebat, quod Hæretici ab illo extorserant; hujusmodi quippe Edictum Catholicis perniciosissimum, & Hæreticis utilissimum erat, dum inter alia Privilegia Jus ad Honores, Dignitatesque, & ad munera Regni, nec non Synodos celebrandi, & Cœtus agendi facultatem concedebat, juxta ea, quæ tradit *Pater Graveson in Historia Ecclesiastica tom.* 7. *Colloq.* 3. *pag.* 174., *juxta impress. Romę Typis Tinassi anno* 1721., *Et in Tomo IX. Tabularum Chronologicarum de tertia Stirpe, seu Dinastia Francorum Regum, qui Capetiani appellantur à pag.* 151. *cum seqq. Typis Romanis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi* 1722.

Hinc prefatum Ordinem admittentem in Equites etiam Hæreticos, illis proinde Honores, & Dignitates Equestres tribuentem, d. Rex provide abolevit, cassavit, & sustulit, ut dictum est.

Præterea laudatus Dominus Comes Franciscus, Nobis ad ornatum hujus Discursus efflagitantibus, exaravit scriptis Descriptionem, modumque ludendi hoc Ludo dei *Tresette* Italico sermone, quemadmodum pluribus Viris Scientia, ac Dignitate conspicuis placuit scriptis exponere quamplures

res alearum Ludos, & præ ceteris antedictus Eminentissimus De Lucca latino idiomate differuit, regulasque tradidit *Ludi dell' Hombre*, uti videre est in *tit. de alienationibus Discurs.* 49. *impress. in ejus Theatro Veritatis & Justitiæ pag.* 301. *Venetiis Typis Balleonianis* 1734 Quem Discursum ipse Eminentiss. eruditissime ampliavit, & linguæ Italicæ donavit, ut in *adnot. ad suprad. Discurs.* 49., *& impress.* reperitur *Venetiis apud Leonardum Pisoni* 1714. ubi de variis alearum Ludis mentionem facit, sicuti & de hoc, de *Tresette*, & novissime eruditissimus Canonicus Antonius Maria Biscioni Mediceo laurentianæ Bibliothecarius præclare descripsit Ludum de *Germini, o Minchiate*, Italica lingua, in opere, cui Titulus *Il Malmantile Racquistato tom.* 2. *cant.* 8. *Stan.* 61. *in ejus notis Venetiis* 1748. *Typis Stephani Orlandini pag.* 619. quam perspicuam dicti Comitis Francisci Narrationem, opere pretium duximus in calce præsentis Discursus referre. Cumque Nobilium hic Cœtus ludentium *Alli Tresette*, fuerit in Germania inventus, ut supra narravimus, congruum duximus Italicum Discursum in Germanicum idioma translatum exhibere. Favit in hoc Dominus Comes Nicolaus Piazza Germanus Frater d. Comitis Francisci, & ad præsens Cathedralis nostræ Arcidiaconatus Dignitate, quæ prima Dignitas est, insignitus existit. Transtulit itaque ad Literam Germani Fratris sui Narrationem, servato Ordine ejusdem, ita ut Paginæ sint bipertitæ, & in Columna Italica adsint tot §§. In alia e conspectu ejusdem Germanica, respondeant §§. numero iidem, quam versionem credimus vera Germanica Lingua exaratam; nam d. Dominus Archidiaconus Linguam Germanicam perfecte callet, quippe varios per annos Viennæ in Austria moram traxit in Cæsarea Aula Ephæbus clarissimæ recordationis Willelminæ Amaliæ de Bransuich Viduæ Josephi I. Imperatoris, una cum alio Germano Fratre suo Domino Comite Andrea, qui tunc temporis Ephebus pariter erat in Imperiali Aula immortalis memoriæ Caroli VI. Imperatoris semper Augusti, vivumque semper d. Germanicæ Linguæ usum servavit, & servat laudatus Dominus Archidiaconus, etiam de præsenti jam moralis Theologiæ scientia munitus, qui Christianæ Catholicæ Fidei zelo accensus, & suo Ecclesiastico gradu dignus, passim in Nosocomio, cæterisque Urbis Ecclesiis Germanorum ad hanc Urbem accedentium Summa Charitate Sacramentales Confessiones audit.

1. Il Givoco di Carte detto Tresette pare non inverisimile, ch' egli prenda tal nome dall' essere destinato il premio, che ad arbitrio de' Givocatori si stabilisce, a chi giunge il primo a fare ventuno punti, ch' è lo stesso, che tre volte sette punti.

2. Si giuoca colle carte medesime, colle quali giuoca la maggior parte degli altri giuochi ordinarj di Carte,

1. *Es ist glaub wwurdig, das das Treset Spiel seinen ubrsprung von diesem habe, das wwebr ebender in dem Obgemeldeten Treset Spiel dreymahl sieben machet, das ist so viel, als ein und zwwantzig, der gewwunnet iebnes umb wwas man spieblet.*

2. *Man spieblet mehrentheiles mit denen Karten, mit wwelchen die mei sten Karten spiebl gespieblet wwerden, ne-*

come

come di Bassetta, Pichetto, Primiera ec.

3. Queste Carte sono in numero di quaranta; ma sono divise in quattro diverse insegne, o imprese: i Toscani chiamano Semi, e gli Spagnuoli Palli; in modo che ogni impresa, o sia Seme ne contiene dieci.

4. E' bensì vero però, che queste medesime Imprese sono anch' elleno differenti, secondo i Paesi diversi, cioè dire in Romagna sono Coppe, Denari, Spade, e Bastoni, e altrove più comunemente Picche, Fiori, Quadri, e Cuori.

5. Queste dieci carte sono; l' uno, detto comunemente Asso, il Due, il Trè, il Quattro, il Cinque, il Sei, il Sette, il Fante, il Cavallo, o sia Donna, il Rè: di queste, le tre prime, e le tre ultime si chiamano Figure.

6. Il valore di tali Carte non è però secondo la riferita graduazione del numero, ma irregolarmente, cioè il Trè vince il Due, il Due l' Asso, l' Asso il Rè, il Rè il Cavallo, il Cavallo il Fante, il Fante il Sette, e così con tal ordine fino al numero quarto.

7. Ciò supposto, conviene sapere, che il givoco si fa ordinariamente in quattro, i quali seggono disposti in croce, ma due a due, cioè quelli, che stansi di rimpetto, convengono insieme nell' interesse, che comune avendo, procurano di avantaggiare concordemente, cercando di soccorrersi vicendevolmente colle carte, secondo l' urgenza, ed il bisogno.

hnlich mit denen Bassett, Ombert, Pickett, oder Primier Karten.

3. *Dieser Karten sein 40. so in 4. Gattungen oder farben abgetheilet werden, also das eine iede farbe 10. Karten habe.*

4. *Es ist aber zumercken, das diese 4. farben unterschiedlich genennet werden. In Romagna und Welischland nennet man sie: **Coppe**, **Denari**, **Spadi** und **Bastoni**. In Teutschland aber werden sie **Pick**, **Traffel**, **Caro** und, **Hertz**. Oder auch **Laub**, **Eicheln**: **Hertz** und **Schellen** genennet.*

5. *Diese 40. Karten werden in 4. Farben abgetheilet, eine iede farbe hat 10. Karten, die man also nennet, nehmlich: Eins, oder gemeiniglich das Ess. Zwey, drey, viere, fumfe, sechs, sieben, der bueb das Ross, oder die frau, und der* Konig, *von diesen obgemeldetem 10. Karten einer ieden gattung oder farben, die drey erste und die drey letzte Karten heist man figuren.*

6. ***Sie gelten aber nicht, wie man oben gesaget hat nach den nummeren, dann der 3. niehmet den 2., der 2. das Ess, und das Ess den Konig, der Konig die frau, oder den Ross, die frau oder der Ross den bueben, und der bueb din siebner, der siebner niehmet den sechser und also fort nach ein ander bis auf den vieren.***

7. *Dieses Tresett Spiel wird gemeingliсh in 4. Personen gespielet, also das sie Kreutz weis sitzen, und selbe, so gegen ein ander seind, einer den anderen helfe, und mit ein ander den gewienst theilen thuen.*

8. Si fa la distribuzione delle Carte ugualmente, sicchè a cadauno ne tocchi dieci, e questa distribuzione si fa nella seguente maniera.

9. Si alza da ognuno de' quattro giuocatori una carta. Quelli due che hanno alzato la carta maggiore, restano compagni nella partita, e da questi si comanda ad uno degli avversarj di distribuire le carte, affine di avere la prima volta la mano, ch' è vantaggiosa al giuocatore.

10. Distribuite le Carte, si giuoca; cioè si gitta da chi ha la mano sul Tavolietto, e a questa per ordine di mano, o di giro, cominciando a mano diritta, si risponde dai Compagni con altra carta, che sia dello stesso seme, o sia Pallo; e così si prosiegue fino che siensi givocate tutte quaranta, con questo però, che di mano in mano, a quattro a quattro per volta si ritirano, e si raccolgono da quello, che per aver givocato la carta di maggior valore, ha superato gli altri tre nelle carte da questi givocate. Gittate però le prime quattro carte, avanti che queste si raccolgano dal Vincitore, si accusano i punti, che ognuno ha.

11. Ma affinchè in ciò non nasca confusione veruna, avvertire si deve, che il punto non è altro, che una combinazione per lo più di tre Carte, che come abbiamo accennato, si dicono figure, cioè il Trè, il Due, l' Asso, il Rè, Cavallo, o Donna, e Fante.

12. Dissi, per lo più una combinazione di tre figure, perchè alle volte ancora tre semplici carte constituiscono un punto.

8. *Man giebet einem ieden also die Karten, und die vertheilung des Spieles geschehet volgender arth.*

9. *Ein ieder hebet eine Karte ab, und decket sie auf, und die mehr haben, sitzen gegen ein ander, und helfen sich mit ein ander, und diese schaffen und befehlen einem von der andere partey, das er die Karten gebe, oder austheile, ursachen halber das ienige die mehr haben gehabt in der aufhebung der Karten, die vorhand haben, dan dieses ist ein groser vortheil im dem Spiel.*

10. *Nach dem das man die Karten ausgetheilet hat, so spielet der selbige eine Karten aus, der die vorhand hat, und also ein ieder nach der hande, bis auf den letzten, und der mehr gewworffen hat, dem geboren die 4. Karten, und ziehet sie ein, und leget selbige vor sich, und dieser mus hernach ausspielen, und also fort bis alle 40. Karten gespielet sein. Dieses ist aber zu mercken, bis das wan man die erste Karten eingenommen und zugedacket hat, kan man allezeit die punsten ansagen.*

11. *Damit man aber nicht fahle, so mus man wissen, was die punsten seinde oder vas durch die punste verstanden wirdt. Die punste seinde nichts anderst als 3. figuren, wie man oben gesaget hat, nehmlich: der 3. der 2. das Es, der konig, die frau oder der Ross, der bueb.*

12. *Ich habe gesaget, das gemeiniglich 3. Figuren einen punst machen, dan es kan auch sein das 3. kleine karten einen punst machen.*

13. E

13. E perciò meglio conoscere, conviene distinguere due tempi diversi di valutare i punti: si valutano questi in principio, cioè come si è divisato, avanti che sieno raccolte dal vincitore le quattro prime carte givocate, e ciò dicesi accusare, o far noto i punti, che si fa separatamente da cadauno de' Giuocatori (benchè l' utile però ne ridondi anche al Camerata) Si valutano in fine del Givoco, allora quando giuocate tutte le quaranta Carte, e raccolte rispettivamente dai Vincitori, quelle che restarono in loro preda, secondo si disse, si estragono le figure, che constituiscono i punti, e questo dicesi, contare i punti.

14. Nel primo modo, o sia tempo, cioè nel principio, tre Tre uniti, fanno tre punti; la combinazione del Asso, del Due, e del Tre dello stesso seme, o sia Pallo, che dicesi Napolitana, fa parimente tre punti; e così ogni unione di tre Figure consimili, la quale si valuta sempre un punto, anche tre carte unite della stessa denominazione, benchè non figure, come sarebbe tre Quattro, tre Cinque ec. fanno parimenti un punto. Che se si uniscono quattro carte, o queste sieno Figure, o sieno altre carte della medesima specie, come quattro Cavalli, quattro sei, allora si contano queste quattro per due punti, a riserva di quattro Tre, che constituiscono quattro punti: la dove nel secondo tempo, cioè in fine del givoco, tre Tre non fanno che un sol punto, quattro due, e altre quattro figure della stessa qualità non danno che un punto, e una figura, come se fosser disuniti. La Napolitana non si considera, e per conseguenza non si valuta, che separatamente, come pure non si consi-

13. *Umb das Tresett Spiel aber besser zu erkennen, mus man das Spiel in zwweyerley arth unter Scheiden, nehmlich: Vor und nach dem Spiel, also das die Karten unter schiedlich gelten. Vor dem Spiel besteht man die punsten an zu sagen, und dieses thuet ein ieder von sich selbsten. Nach dem spiel thuet mann miteinander die puncten zehlen, nehmlich die Figuren.*

14. *In der ersten manier oder arth, 3. Dreyer sein 3. punsten und 3. andere figuren seindt auch ein punst, und auf die wweis 3. andere kleine karten machen auch einen punst - wwie 3. Siebner 3. Vierer Der 3. aber, und zwweyer, und das Ass von einer farbe machen 3. puncten, und saget man, eine Neapolitaner. 4. Figuren aber von der nehmlichen arth, machen 2. punsten; Nur die 4. Dreyer aus genommen, dan diese machen 4. punsten.*

dera,

dera l'unione di tre 5., tre 4. ec. all'incontro gli Assi si valutano un punto per cadauno, o uniti, o separati.

15. Ciò supposto, si viene in chiaro, che tutta l'industria del Giuocatore si riduce nel giuocare a tempo le Carte che ha, nel chiamare a tempo col segno di una bussata sulla Tavola, il Compagno a sostenere le sue mire, a procurare di sorprendere, e superare le Carte degli Avversarj, di attraversar loro le idee, e ingegnarsi di raccogliere con tal mezzo maggior copia di figure, o siano Carte, che costituiscono punti, affine di giugnere il primo a far ventun punto, nel che consiste la vittoria, e molto più nel farli prima che l'avversario giunga alla metà, cioè agli undici, poichè in tal caso si viene a guadagnare il doppio, che dicesi partita marcia. Che se qualcuna delle parti venisse a raccogliere, e guadagnare tutte le Carte, in modo che non arrivasse la parte aversa a far alcun punto, o pure secondo il sentimento di altri a non prendere alcuna Carta, in tal caso si dice Capotto, che importa due, o tre partite secondo le convenzioni, o l'uso de' Paesi.

15. Dieses recht zu verstehen, bekommet man licht, und wirdt man erleuchtet, das der gantze vortheil des Spielers, zu dem ziehl und ende gerichtet sey, das er zu richtiger zeit die Karten die er in der handt hat gleichfals zu richtiger zeit Lockender weis auf spiele, mit einen zeichen, das er die handt mit der karte auf den tisch braw aufschlage. Sein mit spieler aber, oder Camerath der mus seine meinung oder Concept secundieren, und nachfolgen, und ihn beschutzen, und iederzeit dahin trachten, das er die karten deren zweien anderen uber spiele und auf alle arth und moglichkeit verschaffen mit besseren undt hoheren Karten die wieder spieler zu unterdrucken, dancken und nachsinnen mit allen fleis die grosse menge deren Figuren oder auch Karten die einen punct machen ein zuziehen, und stets dahin ziehlen ebender als die anderen zwei 21. punct zu machen; in diesem bestehet der sieg. Auch der gleichens viel mehr nach-streben, 21. punct zu machen, ebender als die andere den halben theil deren puncten, das ist 11. punct machen. In diesem fahl ge-wunnet man schon den halben theil, so genennet wirdt Martsch. Bisweilen geschicht es auch, das man alle Karten einziehet, oder auf die arth und manier gewunnen, das die andere partey gar Keinen punct mache, oder geschicht auch das die anderen 2. partitanten gar kein blath oder Karten einziehen, und dieses heisset man Capott, so 2. oder 3. partiten machet, oder austraget, nach deme es die spieler vor dem Spiel beschlossen haben.

DIS-

DISCURSUS CXL.

SANCTI LUDOVICI

ARGUMENTUM

Series exponitur Institutionis Militaris Equestris Ordinis Sancti Ludovici Franciæ Regis peractæ Anno 1693. à Rege Ludovico XIV. cum distinctione trium Classium, ut scilicet alii sint Equites Magnæ Crucis, alii Commendatores, alii simplices Equites. Hunc Ordinem idem Rex dotavit non exiguis Reditibus: eligendi autem in Equites debent esse Officiales, qui per spatium decem annorum inservierint Regi Galliarum in Bello, & debent esse Catholicæ Religionis Apostolicæ Romanæ.

SUMMARIUM

1. *Francia Rex Henricus III. Parisiis instituit Ordinem, & Domum pro Militibus invalidis, qui signum Ancoræ gestabant.*
2. *Ludovicus XIII. pro eodem effectu Communitatem instituit in forma Equestris Ordinis sub nomine Commendæ Sancti Lazari.*
3. *Ludovicus XIV. Nosocomium ad eundem finem construere fecit.*
4. *Ludovicus XIV. instituit anno 1693. Ordinem Equestrem Militarem sub titulo S. Ludovici, & se ipsum, & ejus Successores declaravit magnos Magistros,* n. 5., & 25.
5. *Delphinus fuit aggregatus d. Ordini, qui tribus Classibus constat; Equitum magnæ Crucis, Commendatorum, & simplicium Equitum.*
6. *Tribus Officialibus similiter constat, & qui sint.*
7. *Equites magnæ Crucis sunt Equites primæ Classis, & sunt sex.*
8. *Equites Commendatarii sunt viginti quatuor.*
9. *Equitum simplicium numerus pendet à Regis arbitrio.*
10. *Tessera Ordinis est Crux aurea octogona & quæ habeat ornamenta,* & n. 11. 12., & 13.
14. *Forma Crucis apud quos habeatur.*
15. *Magnæ Crucis Equites quomodo illam deferant,* & n. 16.
17. *Equites magnæ Crucis aliam deferunt Crucem assutam Vesti, & Pallio.*
18. *Crucem assutam, & ut dicitur di* Ricamo, *non deferunt Commendatarii. Figura Equitis cum d. magna Cruce apud quem habeatur.*
19. *Equites simplices gestant Crucem solum ante pectus parva Tænia appensam.*
20. *Rex declarat Delphinos hujus Ordinis Equites, etiam cum Crucis Sancti Spiritus gestatione. Ad hunc Ordinem, qui Officiales admittuntur.*
21. *Ordo hic est compatibilis cum aliis Ordinibus Sancti Michaelis, & Sancti Spiritus.*
22. *Dos pinguis fuit à Rege assignata huic Ordini, & in quo consistat,* & n. 23.
24. *Magnæ Crucis Equites Commendatores, & simplices Equites, quomodo creantur.*
25. *Admittendi ad hunc Ordinem debent esse Officiales veterani, qui Regi Galliarum spatio decem annorum inservierint laudabiliter. Ad Regem spectat admittere ad hunc Ordinem.*
26. *Admittendi ad hunc Ordinem debent esse Catholicæ Religionis Apostolicæ Romanæ.*
27. *In eorum admissione tenentur id solemniter jurare.*
28. *Rex quomodo tradat illis Crucem, & qui electi fuere ad quid teneantur.*
29. *Annuatim in Generali Assemblea in die Festo Sancti Ludovici eliguntur Administratores, & Gubernatores Ordinis,*

dinis, qui postea rationem reddunt, & n. 30.

31. *Hic Ordo mirifice splendet in Gallia.*

32. *Statuta fundamentalia Ordinis adducuntur.*

33. *Adducitur casus cujusdam Capitanei Galli, qui proprio marte Crucem Ordinis assumpserat, quomodo fuerit punitus, & quid fuerit statutum generaliter.*

34. *Magnum Magisterium Ordinis spectat ad Galliarum Reges.*

DISCURSUS CXL.

SANCTI LUDOVICI

PLures quidem Galliarum Reges, emeritis Militibus, qui sub eorum Vexillis gloriose militarunt, variis, honorificisque subsidiorum modis opitulari satagerunt. Henricus quippe III. Ordinem Christianæ Charitatis instituit pro Officialibus, Militibusque, qui bellicis pro Rege laboribus, invalidi, mutilique effecti fuerant. Statuit ergo in Civitate Parisiensi, in Regione nuncupata Sancti Marcelli in Via Fratrum Sancti Francisci Ædificium, & pro manutentione annuos assignavit Reditus, ex Gallici Regni Hospitalibus excerptos; Milites autem in hunc Ordinem, Domumque recepti, juxta Regis præscriptum, in eorum Vestibus Crucem deferre tenebantur ad instar Ancoræ efformatam, ex serico albi coloris, vulgo *Raso*, o *Taffetano*, circumornatam serico cœrulei coloris, & in medio *Une Lonzange*, ex serico cœruleo, Liliis refertum, ut ajunt, *in ricamatura d'oro*, & in Crucis circulo
1. legebantur verba Gallica *Pour Avoir Bien Servi*: huic tamen Operi, nec ipse Henricus III., nec Henricus IV. finem imposuere, teste *Patre Honorato à Sancta Maria Carmelita Excalceato Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 7. art. 4. pag. 154. juxta impress. Parisiensem Petri Francisci Giffart anno* 1718. cum aliis, quos adduximus in nostro *Discursu de Ordine Charitatis Christianæ tom. 1. Discurs. LXIII.*

Rursus autem Ludovicus XIII. quam-
2. dam instituit Communitatem in formam Equestris Ordinis, sub nomine Commendæ Sancti Ludovici, pro Militibus, qui certaminum infortuniis, mutili membris, invalidi corpore ad Bellum impotentes erant, ut constat ex Litteris Regiis Sancti Germani datis anno 1633. Sed neque hoc Inventum, complementum habuit, ut scriptum reliquit allegatus *Pater Honoratus à Sancta Maria ubi supra: Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. pag. 270. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

At nobiliori, & munificentiori metho-
3. do Opus perfecit Ludovicus XIV. Galliarum Rex, ob summas undequaque Galliarum Rege dignas virtutes cognomento Magnus: Primo siquidem ingens construere fecit Nosocomium, ut vocant Martis, ut in illo manutenerentur Militares illi Officiales, cœterique Milites, qui Exercitibus Regiis, saucii vulneribus, mutilique membris, amplius certare non poterant, ut prosequitur *d. Collector Gallus ubi supra: d. Pater Honoratus d. pag. 154. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 49.*

Secundo, idem Rex magnificus, rem bellicam augere, honorificis nobilitare
4. Titulis, Honoris Tessera exornare satagens, & præclaro munerare subsidio Militiæ suæ emeritos Officiales, qui Offi-

Officiales, qui annorum cursu cum Vitæ discrimine bellicis actionibus strenue pro Rege, ac Gallica Corona laborarunt, & insimul magis, magisque ad Regis servitium excitare, ac ad generose certandum, novum Militarem Equestrem Ordinem Cœ-
4. tumque creavit, sicque anno 1693. Equestrem Militarem Ordinem Terra, Marive, pro antedictis tum terrestrium, tum maritimorum Exercituum Officialibus fundavit, sub Patrocinio, Tituloque Sancti Ludovici Regis, seque, & Successores suos Caput, magnumque Magistrum constituit, ut scribunt *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordinum Equestrium n. 70. d. Collector Gallus tom. 4. d. pag. 271. praedictus Pater Honoratus d. pag. 154.* Volumen, cui Titulus - *Li Sovrani del Mondo tom. 4. in §. L'Ordine Militare di San Luigi pag. 303. juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin anno 1720. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 270. Dominus Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario omnes Ordines complectente, in verbo Sancti Ludovici in Gallia pag. 299. impress. post ejusdem Autoris* Volumen, cui Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ Typis Coloniæ apud Adamum Cholini* 1730., & late tradit *Philippus Cason. in Historia - Di Lodovico il Grande Parte seconda lib. 9. pag. 298., & lib. 1. parte terza §. Non contenso il Re: Hermant Histoire des Religions tom. 2. cap. 49.* Late fundationis hujus Ordinis Historiam cuncta distinctim recensentem dilucida exponit *Historia Ordinum Monasticorum &c. & Militarium* Gallice scripta, & in Italicum Idioma translata *à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congreg. Matris Dei tom. 8. cap. 67. à pag. 440. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Rex Institutor, præter sui, & Successo-
5. rum Regum Personam cum qualitate magni Magistri, eidem Ordini aggregatos voluit semper Delphinum filium ejus, aut Principem Heredem præsumptiuum Coronæ, ut inquit *d. Pater Honoratus, & Collector Gallus* ubi supra: *d. Philippus Casoni d. lib. primo parte terza §. Non contento il Re*: Ubi quod - *Tutti i Principi del sangue sono Cavalieri nati di quest' Ordine, i Marescialli, l' Ammiraglio, e Generale delle Galere di Francia lo divengono da che prendono il possesso delle loro Cariche: d. Pater Fontana pag.* 440. Quodque hic Ordo sit inseparabilis à Corona Gallica, dicemus infra *sub n.* 20. Ordinem vero ipsum in suas Classes distribuit, statuens, ut alii essent Equites magnæ Crucis, alii Comendatores, alii simplices Equites: *d. Bonannus d. n. 70. d. Pater Honoratus d. pag. 154. d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 271. d. Volumen li Sovrani &c. tom. 4. pag. 303. d. Comes in Koden pag. 299. d. Pater Fontana d. pag. 440. d. Hermant tom. 2. d. cap. 49.*

Et tandem statuit tres totius Ordinis
6. Officiales, Thesaurarium nempe, Cancellarium, seu Registratorem, ac ut nuncupant *l' Huissiere*: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 271. d. Pater Fontana pag.* 441.

Equites primæ Classis sunt Equites ma-
7. gnæ Crucis, quos esse numero sex inquit *d. Comes in Sapieha* ubi supra, sed revera numero octo esse testantur *d. Pater Bonannus d. n. 70. Pater Honoratus à Sancta Maria, & d.* Col-

Collector Gallus superius allegati: d. Volumen *Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 303. *d. Pater Fontana pag.* 441.

8. Equites Commendatarii vigintiquatuor sunt: *Bonannus*. *Pater Honoratus*: *d. Volumen* 4. in locis supra allegatis: *d. Pater Fontana pag.* 441.

9. Equites simplices non habent præfixum numerum, sed Regis arbitrio creantur perpenso meritorum pondere, ac servitiorum Bello præstitorum: *Bonannus d. n.* 70. *d. Volumen Li Sourani tom.* 4. *pag.* 303. *d. Pater Honoratus pag.* 155. *d. Philippus Casoni* ubi supra *lib.* 1. *parte tertia d.* §. *Non contento*: *d. Pater Fontana d. pag* 441.

10. Tesseram Equitum statuit Rex Crucem auream octangularem (ut est illa Sancti Spiritus in Gallia) cum limbo argenteo, & in summitate octo acuminum adest globulus argenteus, & in ejusdem Crucis quatuor lateribus adest Lilium aureum, in medio autem Crucis extat Numisma, sive Circulus ex una parte cum Effigie Sancti Ludovici Armis induti, & Regia Clamyde exornati, in manu

11. dextera Coronam lauream sustinentis, in sinistra vero manu Spineam Passionis Coronam, & Clavos, cum Epigraphe *Ludovicus Magnus instituit anno* 1693. in alia Numismatis parte Ensis adest flammatus, cujus cuspis transit per Coronam Lauri appensam parvo albi coloris amento cum Lemmate *Bellica Virtutis præmium*.

12. Ita Tesseram hanc describit *Pater Fontana pag.* 443. ubi tamen non nominat limbum argenteum: *Bonannus d. n.* 70. *idemque in Generali Descriptione Insignium pag.* 157. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 275., *& seq. d. Pater Honoratus d. pag.* 155., ubi tamen ipse non describit quid deferat manibus dicta Sancti Regis Imago, nec refert Lemmata: sic nec de illis meminit *d. Casonus* ubi supra.

13. Quapropter prędicta Crux non concordat cum illa, quam describit præfatus *Pater Bonannus d. n.* 70. In columna enim latino idiomate inquit, quod avreo, & argenteo filo circumdata est, & discrepat etiam ab ea, quam circumscribit *d. Comes in Koden Sapieha ubi supra*, asserens esse Crucem auream rubeo colore tinctam, nec meminit de limbo argenteo, nec de liliis aureis, subditque etiam, quod adest elaborata ex auro spinea Corona, tres Claui Passionis Dominicæ, deferuntque ad sinistrum latus in Vestimentis. Commendatores autem Corona hac *Non utuntur*, *nam sunt Ecclesiastici*.

14. Forma vero Crucis superius recensitæ delineata habetur apud *d. Patrem Bonannum in d. Catalogo Ordin. Equest. n.* 70., *& in Generali Descriptione omnium Insignium Ordinum Equestrium n.* 63. *pag.* 154. ubi exhibet figuram Crucis in utraque parte anteriori, & posteriori: sic etiam apud *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 170., & in calce ejusdem Voluminis in *Explication des Armes &c. sub n.* 63. *pag.* 421. refert figuram anterioris, & posterioris partis ejusdem Crucis: *d Paterem Honoratum à Sancta Maria in* §. *Explication des Armes &c. sub n.* 36. *pag.* 463. qui delineatam solum refert anteriorem Crucis partem, non posteriorem, neque mentionem facit de prædicto gemino Lemmate: *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 222. ubi similiter solam anteriorem Crucis partem delineat: *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom.* 2. *cap.* 49. *pag.* 455. *impress. a Rouen chez Jean Baptiste Besogne* 1726.

Superius descriptam Crucem Equites magnæ

15. magnę Crucis, ac Commendatarii deferunt appensam magnę Tæniæ sericæ, latitudinis quatuor digitorum, quæ Tænia serica coloris ignei est: deferunt autem Crucem in extremitate dictæ magnæ longęque Tænię sericæ: *Bonannus d. n.* 70. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *d. Pater Honoratus pag.* 155 *d. Volumen Li Sourani &c. tom.* 4. *pag.* 304.

Illamque Equites magnæ Crucis, & 16. Commendatores gestare diagonaliter, ab humero dextero, ad lęvum latus pendentem, inquit *d. Bonannus d. n.* 70. sed in figura Equitis, quam delineatam idem *Bonannus* refert, Tænia delineata est in humero sinistro cadens ad dexterum latus, eademque forma induta conspicitur ejusdem Equitis figura penes *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 270.

Hinc stante discrimine inter Descriptionem, quam *Pater Bonannus* exhibet quoad modum deferendi collo appensam Tæniam, e parte dextera cadentem ad latus sinistrum, ac modum, qui cernitur in Imagine Equitis ab eodem *Bonanno* relata, in qua aspicitur Tænia appensa collo, e parte sinistra cadens ad dexteram, certum redditur, vel ex parte Historici *d. Patris Bonanni*, vel ex parte Incisoris Imaginem irrepsisse errorem, quem si dabitur alloqui aliquem ex Equitibus Commendatariis, audito usu tento ab illis, & servato ex qua parte sit, errorem recognoscemus, & sincere more nostro explanabimus.

Præterea iidem Equites magnæ Crucis, 17. ultra dictam Tæniam rubeam, cum d. Cruce aliam deferunt Crucem assutam vesti, & pallio, ut dicitur di *ricamo d'oro*: *Bonannus d. n.* 70. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 272. *Volumen* 4. *li Sourani del Mondo d. pag.* 304., & innuit *d. Comes in Koden pag.* 300. *d. Fontana pag.* 441.

Hanc autem Crucem Vesti assutam non 18. deferunt Commendatarii, sed solum primam Crucem magnæ Tæniæ appensam deferunt, ut supra diximus: idem *Collector Gallus d. tom.* 4. *d. pag.* 272. *d. Fontana pag.* 441.

Figura Equitis cum dicta magna Cruce habetur apud *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordinum Equestrium sub n.* 70., & apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 4. §. 110. *pag.* 270. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Simplices vero Equites deferunt solum 19. Crucem ante pectus appensam in parva Tænia ejusdem flammei coloris, non autem *en ecarpe*: *dictus Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 272. *Pater Honoratus d. pag.* 304. *d. Volumen Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 304. *d. Comes in Koden Sapicha d. pag.* 300. *d. Philippus Casoni lib.* 1. *parte tertia* ubi supra: *Fontana d. pag.* 441.

Volens tandem Rex novum hunc a se creatum Equestrem Ordinem illustrem 20. reddere, statuit, quod idem Rex Delphinus, Reges Successores, ac Delphini, aut Hæredes præsumptivi Coronæ Gallicæ, Crucem hujus Ordinis gestarent cum ipsa Ordinis Spiritus Sancti Cruce. Quodque cum hac Sancti Ludovici Ordinis Cruce, ornare intendebat *es Marechaux* Francię, uti principalem Officialem Exercituum Terrę, Architalassum, hoc est *Amiral* Franciæ, uti principalem Maris Officialem, Generalem Triremium, uti principalem Triremium Officialem, prædictorumque in dictis Muneribus Successores. Ulterius declaravit Rex, quod tres Equestres Ordines Sancti Michaelis, Spiritus Sancti, & Sancti Ludo- 21. vici compatibiles sint in una eadem-

que

que Persona, neque unus obicem faciat alteri, neque duo tertio officiant, sed simul stare possint, ut scribit *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 272. *d. Fontana pag.* 44. Adeo hic Ordo est incorporatus Coronæ Gallicæ, ut ab ea prohibita sit separatio: *d. Hermant pag.* 456.

Ut Ordo hic Militaris Equester perpetuo servetur, & floreat, Rex Ludovi-
22. cus pinguem Dotem ei tribuit, fundumque fructiferum constituit, qui annuum reditum produceret Librarum Gallicarum trecentum mille: distributio autem Pensionum pro tribus Equitum gradibus, hoc modo quolibet anno peragitur. Quadraginta octo mille libræ assignantur pro octo magnæ Crucis Equitibus, ad rationem sex mille librarum pro quolibet; triginta duo mille pro octo Commendatoribus; quadraginta octo mille pro sexdecim Commendatoribus, ad rationem trium mille pro quolibet; triginta sex mille pro viginti quatuor aliis Equitibus, ad rationem librarum mille, & quingentarum pro quolibet; quadraginta octo mille pro quadraginta octo aliis Militibus, ad rationem librarum mille pro quolibet, viginti quinque mille, ac sexcentum pro triginta duobus Equitibus, ad rationem librarum octo centum pro quolibet; quatuor mille libræ pro Thesaurario; ter mille pro, ut vocant *Huissier*, ex causa eorum stipendiorum, expensarum, computorum, registrorum, & aliarum rerum: aliæ autem, quæ supersunt sex millæ libræ, reservantur
23. pro Crucibus, aliisque supervenientibus expensis, ut explicat *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 274., *& seq. d. Volumen li Sourani &c. tom.* 4. *pag.* 304. *d. Pater Bonannus n.* 70. *d. Comes in Koden Sapieha* ubi supra, qui tamen solum in genere testantur de magnis proventibus hujus Ordinis, non tamen quantitatem specificant.

Specificat autem italico Idiomate, etiam distributiones redituum *Philippus Casoni Storia di Ludovico il Grande parte tertia lib.* 1. §. *Non contento ec.* dicens - *Il Re à assegnato a quest' Ordine* 300. *milla Franchi di annua rendita, otto sonovi Gran Croce, ogn' uno de' quali à sei mila franchi l' anno di pensione; ventiquattro sono i Commendatori, otto de' quali hanno quattro milla Franchi per anno, ed altri sedici ne godono tre mila per ciascuno: gli Officiali dell' Ordine sono, un Tesoriere, un Cancelliere, ed un Usciere, i quali portano pure la Croce, come i Cavalieri. Tutta la Rendita, oltre gli onorarj, che si pagano ai suddetti trè Officiali, e che s' impiegano a favore de' Gran Craci, e delle* 24. *Commende, viene impiegata in Pensioni, che si distribuiscono a' Cavalieri.* Distinctius exponitur à *d. Patre Fontana d. tom.* 8. sæpius allegato *cap.* 67. à *pag.* 442., *& seq.* ibi: *Gode quest' Ordine trecento mila lire d' entrata, quali quarantotto mila sono affette agl' otto Gran Croce, a ragione di sei mila lire per ciascheduno; trentadue mila lire agl' otto Commendatori, a ragione di quattro mila lire per ciascheduno; quarantotto mila a sedici altri Commendatori, a ragione di tremila lire per ciascheduno; quarantotto mila a ventiquattro Cavalieri, a ragione di due mila lire per ciascheduno; trentasei mila lire a ventiquattro altri Cavalieri, a ragione di mille cinquecento lire per ciascheduno; quarantotto mila lire a quarantotto Cavalieri, a ragione di mille lire per ciascheduno, e venticinque mila seicento lire a trentadue Cavalieri, a ragione di ottocento lire per cias-*

ciascheduno; quattro mila lire al Tesoriere, tre mila al Registratore; mille quattrocento all' Usciere per i loro stipendj, spese di conti, registri, ed altre, e ciò ogn' anno; e le altre sei mila lire, che rimangono, sono destinate per le Croci, ed altre spese straordinarie.

Decima die mensis Maii solet Rex creare Equites magnę Crucis Com-
24. mendatores, ac Equites hujus Ordinis, ut prosequitur *d. Collector Gallus tom. 4. pag. 275.* ubi refert nomina, & cognomina tunc temporis in fundatione creatorum, ex Officialibus, qui Terra, vel Mari pro Rege militarunt.

Magnæ Crucis Equites creari debent ex numero Commendatorum; Commendatores autem ex numero Equitum; Equites autem ex numero Officialium, qui copiis Terra, vel Mari pro Rege belligerantibus præfuerunt: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 272. & seq. Pater Fontana pag. 441.* superius allegati.

Juxta fundamentales hujus Ordinis Equestris Militaris leges, necesse est, quod admittendi ad eundem, Regi, & Regno Galliarum Officiales
25. in Bellicis Terra Marique Expeditionibus, laudabiliter plurium annorum spatio inservierint, ut prenotavimus in §. *Secundo idem Rex*: Et quidem, quod inservierint per cursum decem annorum, sicuti notat *Collector Gallus d. Tom. 4. pag. 273. Fontana d. pag. 442.*

Cooptatio autem ad eundem Ordinem unice pendet a Regis Galliarum favore, qui semper hanc Honoris Tesseram, annuumque subsidium, vel in primo, vel secundo, aut tertio gradu emeritis, & veteranis Militiæ Officialibus confert, & distribuit, secundum assertionem Scriptorum supra allegatorum.

Porro in Statutorum Articulo XIV., prudentissime Rex vere Christianissimus sanxit, ut omnes ad honorificum
26. hunc Ordinem provehendi, sint Catholicę Religionis, Apostolicę, Romanæ, & proinde in eorum ad hunc Ordinem admissione, solemne præstare super hoc debent Juramentum, cujus forma modusque in eodem *Articulo XIV.* exprimitur, qui sic loquitur.
27. *Eques provisus, se coram Nobis præsentat præstaturus juramentum, ad quem effectum genu flectet, jurabit, atque promittet vivere, & mori in Religione Catholica, Apostolica, Romana, quodque fidelis erit, nec unquam discedet ab obedientia Nobis debita, ac illis, qui jubent, sub nostris jussionibus, quodque servabit, defendet, sustinebit totis viribus Honorem nostrum, nostram auctoritatem, jura nostra, nostraque Coronæ, contra, & adversus omnes; quod nunquam servitium nostrum deseret, nec in alterius extranei Principis servitium transibit sine nostra permissione, ac approbatione in scriptis; quod Nobis revelabit omne id, quod cognoscit esse contra nostram Personam, Statum nostrum; quodque exacte Statuta servabit, & Regulas dicti Ordinis; quod in totum se geret, ut se gerere debet bonus, sapiens, virtuosus, & strenuus Eques*, ut idiomate Gallico per extensum refert laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria d. art. 4. pag. 154.*; sic etiam *Collector Gallus d. tom. 4. pag. 273.*, & generaliter testantur *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag. 299. d. Volumen li Sovrani del Mondo tom. 4. pag. 304.*

Statuta fundamentalia hujus Ordinis integre referemus infra *sub n. 32.* in Italicam linguam translata.

Præ-

Præstito per Equitem recensita forma flexis genibus Juramento, Rex illum amplectitur, eidem Crucem Ordinis tradit; postmodum in Assemblea, quæ
28. habetur die festo Sancti Ludovici Franciæ Regis, in cujus honorem institutus fuit hic Ordo, tenetur præsentare facere litteras suæ Provisionis, ut ibi legantur, & in Registris Ordinis reponantur, & Regi referantur a Cancellario: *d. Fontana pag.* 442.

Similiter Equites, qui Litteras obtinuerunt promotionis eorum ad Gradum Commendatorum, ac Equites Commendatores, qui obtinuerunt Litteras promotionis ad Gradum Magnæ Crucis, litteras predictas Assembleę presentare tenentur.

Cumque quolibet Anno die Festo Sancti Ludovici Capitulum Ordinis habeatur, & ut dicitur Generalis Assemblea, in hac, mediante Votorum
29. pluralitate, duo eliguntur Magnę Crucis Equites, Quatuor Commendatarii, & sex simplices Equites, qui totius anni curriculo Gubernium Ordinis tenent, ejusdemque redituum, & negotiorum administrationem, completoque eorum munere, de omnibus ab ipsis peractis rationem exacte reddere tenentur: *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 274. *d. Volumen Li Sourani tom.* 4. *pag.* 304. *d. Fontana pag.* 441., *& seq. Comes in Koden pag.* 299.

Antedicta autem Generalis Assemblea, quæ habetur in Festo die Sancti Ludovici, ut diximus, & in ea intersunt Equites Magnæ Crucis, Com-
30. mendatores, ac Equites, qui omnes de mane assistentiam pręstiterunt Regi in auditione Sacrosancti Sacrificii Missæ, quę celebratur orando, ut Deus Optimus Maximus cœlestes Benedictiones, Regi, Regali Domui, totique Regno largiatur: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 274.

Ex hactenus super hunc Ordinem re-
31. censitis, merito Equester, Regiusque hic Ordo cum aliis duobus Sancti Spiritus, & Sancti Michaelis Regiis Ordinibus, non modice coruscat in Gallia valde famigeratus; cum pene nullus Militiæ Officialis adsit, qui hujus Ordinis Tessera decoratus non inceedat, ut inquit *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 276.

Pro hujus Discursus nostri, non feram,
32. sed feria Coronide, duo hic subdimus, Statutorum scilicet fundamentalium seriem hujus Ordinis, ac expressam, & per extensum confirmationem erectionis suis cum Statutis peractam à Sacra Regia Majestate Regis Ludovici XV. undequaque felicissime Regnantis.

Porro series rerum integre desumpta est ex allegata Historia Ordin. Militarium *Hermant tom.* 2. *cap.* 49. *à pag.* 453. *cum seqq. juxta impress. Rothomagensem Typis Joannis Baptistæ Besogne* 1726.

Capitolo XLIX. Storia dell' Ordine Militare di S. LUIGI.

„ Quest' Ordine militare, che „ porta il nome di S. Luigi, è „ opera di Luigi il Grande di felice, „ e trionfante memoria, il quale l' „ instituì nel mese di Aprile dell'an„ no 1693. Questo Principe, che à „ si giustamente meritato questo no„ me con una infinità di azioni glo„ riose, che gli annò guadagnata l' „ invidia de' Sourani, e de' Re col„ legati inutilmente contro di Lui, e „ che malgrado il numero formidabi„ le delle loro Armate, non solamente „ à resi vani tutti li sforzi, ma anco„ ra sopra quelli ha fatto delle gran-

di

„ di conquiste, e riportato delle il-
„ lustri vittorie: questo Principe, che
„ ha concepite, ed eseguite tante
„ vaste idee, di edifizj sorprendenti,
„ che ha portato sì lungi la perfe-
„ zione delle belle Arti, e delle
„ Scienze collo stabilimento di molte
„ celebri Accademie, che ha prove-
„ duto con tanta gloria, e bontà al
„ sollievo di una infinità di generosi,
„ e fedeli Soggetti, ai quali, o l'
„ età, o le ferite, o le grandi spese
„ avessero levato il modo di sosten-
„ tarsi nel Mondo con onore: que-
„ sto Principe finalmente, che si è
„ veduto così ben servito da' suoi
„ valorosi Uffiziali, che si sono se-
„ gnalati con tante azioni conside-
„ rabili di valore, e di coraggio
„ nelle vittorie, e nelle conquiste,
„ nelle quali è piacciuto a Dio di
„ benedire la giustizia delle sue armi,
„ ha creduto, che non bastando all'
„ affetto, ed alla recognizione dei
„ loro servizj le sue ordinarie ricom-
„ pense, egli dovesse cercare dei nuo-
„ vi mezzi per ricompensare il zelo
„ loro, e la loro fedeltà. A questo
„ riguardo adunque egli si è propo-
„ sto di stabilire un nuovo Ordine
„ puramente militare, al quale, oltre
„ i segni d' onore che vi sono an-
„ nessi, egli ha ancora accresciuto
„ in favore di quelli che vi saranno
„ ammessi, delle rendite, e delle
„ pensioni, che cresceranno a pro-
„ porzione che essi se ne renderan-
„ no degni colla loro condotta. Il
„ Re instituendo quest' Ordine mili-
„ tare, al quale egli ha dato il no-
„ me di S. Luigi, ha voluto, che
„ non vi si ricevessero se non gli
„ Uficiali delle sue Truppe, e che
„ la virtù, il merito, e gli servizj
„ prestati con distinzione nelle sue
„ Armate, fossero li soli titoli per
„ entrarvi. Con questo medesimo
„ Editto si dichiara di portare anche
„ in avvenire una applicazione par-
„ ticolare ad accrescere li vantaggi
„ di quest' Ordine, di maniera che
„ egli avrà la soddisfazione di essere
„ sempre in istato di fare delle gra-
„ zie agli Uficiali; e ch' essi per par-
„ te loro, vedendo le ricompense
„ assicurate sopra il valore, si por-
„ tassero di giorno in giorno con
„ un nuovo ardore a procurare di
„ meritarle colle loro azioni.

„ Ecco come questo gran Monarca
„ parla, e si spiega negli Statuti, Or-
„ dini, e Regole, che sieguono l'
„ Editto della sua Instituzione; e
„ che il Lettore sarà contento di
„ vedere.

I. „ Noi ci dichiariamo Capo, Sovra-
„ no, Gran Maestro, e Fondatore
„ del dett' Ordine. Vogliamo, che
„ la detta Maestranza, o sia carica
„ di Gran Maestro sia unita, ed
„ incorporata, come di fatti Noi l'
„ uniamo, ed incorporiamo con le
„ presenti lettere alla nostra Corona,
„ senza che ella ne possi essere sepa-
„ rata da Noi, ne dalli Re nostri Suc-
„ cessori, per qualunque causa, o
„ occasione che si possi essere.

II. „ L' Ordine di S. Luigi sarà compo-
„ sto di Noi, e dei nostri Successori
„ in qualità di Grandi Maestri, del
„ nostro carissimo, ed amatissimo
„ Figlio il Delfino, o del Principe,
„ che sarà Erede presuntivo della
„ Corona; di otto grandi Croci;
„ di ventiquattro Comendatori; del
„ numero de' Cavalieri, che Noi
„ giudicaremo a proposito di am-
„ mettervi; e degli Uficiali quì ap-
„ presso stabiliti.

III. „ Vogliamo, che tutti quelli, che
„ comporranno il dett' Ordine di San
„ Luigi, portino una Croce d'oro,
sopra

,, ſopra la quale vi ſarà la immagi-
,, ne di S. Luigi, con queſta diffe-
,, renza, che le Grandi Croci la por-
,, teranno attaccata ad un Naſtro
,, largo di colore del fuoco, ch'eſſi
,, metteranno ad armacollo, e auran-
,, no ancora una croce in ricamo d'
,, oro ſopra l'abito, e ſopra il man-
,, tello. Li Comendatori porteran-
,, no ſolamente il naſtro ad armacol-
,, lo con la Croce, che vi ſarà at-
,, taccata, ſenza che poſſino porta-
,, re la Croce in ricamo d'oro ſopra
,, l'abito, nè ſopra il mantello; ed i
,, ſemplici Cavalieri non potranno
,, portare il naſtro ad armacollo, ma
,, ſolamente la Croce d'oro attacca-
,, ta ſopra lo ſtomaco con un picco-
,, lo naſtro color di fuoco.

IV. ,, Eſſendo la noſtra intenzione di
,, onorare più che ci è poſſibile il d.
,, Ordine, ci dichiariamo che Noi, e
,, il noſtro cariſſimo, ed amatiſſimo
,, Figlio il Delfino, li Re noſtri
,, Succeſſori, e ſotto quelli li Delfi
,, ni, o Eredi preſuntivi della Co-
,, rona, porteranno la Croce del
,, detto Ordine di S. Luigi, con la
,, Croce dello Spirito Santo.

V. ,, Intendiamo ancora di onorare col
,, dett' Ordine di S. Luigi li Mare-
,, ſcialli di Francia, come li princi-
,, pali Ufficiali delle noſtre Armate di
,, Terra, l'Ammiraglio di Francia,
,, come principale Ufficiale della Ma-
,, rina, e il Generale delle noſtre Ga-
,, lere, e quelli che ſuccederanno in
,, dette Cariche.

VI. ,, Dichiariamo gl'Ordini di S. Mi-
,, chele, dello Spirito Santo, e quel-
,, lo di S. Luigi compatibili in una
,, medeſima Perſona, ſenza che uno
,, poſſa eſcludere l'altro, nè li due il
,, terzo.

VII. ,, Riſerviamo à Noi ſolo, ed ai
,, Re noſtri Succeſſori in qualità di
,, Capi, e Generali Maeſtri del dett'
,, Ordine di S. Luigi la ſcelta, e la
,, nomina, tanto delle primarie Gran-
,, di Croci, Comendatori, e Cava-
,, lieri, quanto di quelli, che ſaran-
,, no ammeſſi in avvenire in ciaſcuno
,, di queſti ranghi; di ſorte che nul-
,, ladimeno che le Grandi Croci non
,, potranno eſsere eſtratte, ſe non
,, dal numero de' Comendatori, nè
,, li Comendatori ſe non dal numero
,, de' Cavalieri, il tutto per ſcelta;
,, e così quanto Noi, e li noſtri Suc-
,, ceſsori giudicheranno a propoſito,
,, ſenz' eſsere obbligati di oſservare
,, l'ordine di anzianità.

VIII. ,, Le Grandi Croci, li Comenda-
,, tori, e li Cavalieri ſaranno ſem-
,, pre, ed in perpetuo eſtratti dal
,, numero degli Ufficiali ſerventi nel-
UT methodum nostram servemus, recensendi videlicet indistinctim Alphabetico Ordine Cætus omnes, sive proprie, sive improprie sint Equestres Ordines, vel Collegia, Sodalitates simplices, ponimus hic Discursum Lunæ apud Turcas, penes quos, an vere dari possint Equites, jam perpendimus in *Primo Tomo nostri Armamentarii Discurs.* 4., ubi Primo generaliter discutitur materia quoad Hebræos, & Hæreticos *à n.* 21. *& seqq. pag.* 104. *cum seqq.*, ubi cumulavimus trium præclarissimorum Theologorum suffragia per extensum. Secundo in specie de Mahumetanis *à n.* 59. *cum seqq.* ad quem nostrum Discursum Lectores nostros remittimus.

Nunc aggredimur ipsas Historicas Narrationes, quas Scribentes de hac materia referunt; suntque sequentes. Postquam Barbara Turcarum Natio Orientale Christianorum Imperium invaserat Anno 1452. die 29. Maii, Bizantium Imperii Sedem Armorum vi cæpit, & successive ab ipsis etiam inventus fuit Torquatorum Equitum crescentis Lunæ Cætus.

Qua vero de causa, & à quibus Bizantii introductus hic usus fuerit, sane non liquet; scribit vero *Joseph Micheli in Thesauro Militari*, Turcas desumpsisse hunc morem ab ipsis Græcis Christianis Imperatoribus Constantinopolitanis, qui post Constantinum Magnum ibi consuevere Militiam hanc Lunæ conferre. Unde extulere in Tesseram Labarum Constantinianum, à quo Luna pendebat, cum cornibus deorsum versis, juxta figuram, quam tradit *Ab. Justinianus* loco superius allegato, hoc est *parte secunda cap.* 92. *pag.* 857.

Apposuisse autem in d. Labaro crescentem Lunam asserunt, ad indicandum Victorias contra Turcarum Nationem ab Imperatoribus Constantinopolitanis reportatas, inquit *d. Micheli*, vel augmentum virtutis, & gloriæ, cum crescedi vis Lunę tribuatur: *Pierius Valerian. Hieroglyphic. lib.* 44. *verb. Æternitas*.

Verum, Narrationem hanc impugnat *d. Justinianus*, ponderando primo, quod cum idem Auctor nominet dictos Equites *Solimanos en Turquia*, si Ordo descendisset à Luna Bizantina, tam antiquam originem desumente, non congruebat eidem Ordini relata Nominatio *Equitum Solimani*. Secundo quia nullus allegatur Imperator Constantinopolitanus Christianus, qui Ordinem hunc instituerit.

Hinc non abs re asseri potest, nuncupationem desumptam fuisse à Tessera antiqua Lunę Bizantinæ. Nam Lunam antiquissimum fuisse Bizantii Insigne, vetera Nos docent Numismata, in quibus cernitur Lunę impressio, ut habetur apud *d. Justinianum d. pag.* 858. *Bergamascum in Libello - Breve Notitia Istorica del Pontificio ec. de' Cava.*

Cavalieri Aureati ec. juxta impressionem Taurini Typis Dominici Paulini anno 1695. pag. 97.

Tandem constat, quod Othomani solum post captam Urbem Constantinopolitanam, Lunam antiqui Bizantii Tesseram, in propriam assumpserunt, & fecere peculiarem, ut prosequitur *d. Justinianus pag.* 860.

A quo autem Othomanorum Rege fuerit introductus hic Cœtus, Scriptores discordant.

Prædictarum Historicarum narrationum epilogum tradit in suo Libello præallegato *d. Bergamaschi*, nostro Italico Idiomate exarato, sub titulo - *Breve Notitia Istorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati impress. Taurini anno 1695. Typis Dominici Paulini impressoris Reveren. de Camera Apostolica pag. 97.* ibi - *Cavalleria de' Principi Infedeli. Così gl' Imperatori Cattolici dell' Oriente Successori del nostro Gran Costantino, per opporsi più vigorosamente ai progressi della Gente Ottomana, instituirono l' Ordine Cavalleresco della Luna Bizantina, così nominata da Bizanzio vecchio nome dell' oggi Constantinopoli, che però davano ai Cavalieri più forti, e più valorosi una Collana d' oro, che sosteneva appeso il Venerabile Labaro di Constantino, loro magnanimo Predecessore, cioè il Nome del nostro Salvatore, espresso con le parole X., e P. abbracciate e l' Alpha da una parte, e l' Omega dall' altra, dal quale Labaro pendeva una mezza Luna volta con le corna all' ingiù, ed erano tenuti questi Cavalieri alla difesa dell' Impero, particolarmente pugnando contro i Turchi, e vivendo con molto progresso, e pietà sotto la Regola di S. Basilio. Passò con l' Impero quest' Ordine ai Gran Signori Imperatori de' Turchi, i quali riformarono la Collana, e davano per premio a' Principali dell' Impero un Collare formato di mezze Lune, da cui pendeva una Medaglia d' oro, coll' effigie del Gran Signore.*

Dicono però aver avuta un' altra riforma, e che al presente si conferisce a' Grandi dell' Imperio la Collana d' oro, da cui dipende una sola mezza Luna, con obbligo di guardare l' Imperio, difendere i confini, e conservare il Corpo del loro Profeta Maometto, ed altre incombenze ec.

Scribunt itaque Auctores, Lunæ Ordinem in Imperio Turcico fuisse fundatum à Solimano secundo, ut Christianos Principes æmularetur: *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. sub n.* 139.

Sed *Abbas Justinianus* sustinet, Institutorem fuisse Mahometem II. versus decimum quintum seculum: *d. Justinianus pag. 857. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires ec. tom.* 4. sub titulo - *Ordres Militaires Estragers pag.* 397.

Tessera Ordinis est Torquis aurea, à qua Luna crescens pendebat, ut inquit *d. Bonannus n. 39. d. Collector Gallus tom.* 4. allegato §. *Ordres Militaires Estranger d. pag.* 397.

Equites prædicti tenentur tueri Imperium Turcicum, & se devovere ejus defensioni, & custodire sepulchrum Mahometis falsi dictę Gentis prophetæ: *d. Collector Gallus d. pag.* 397.

Imago d. Lunæ crescentis habetur apud *Bonannum* in generali Descriptione Tesserarum *sub n.* 115. *Justinianum cap. 92. pag.* 856.

Imago Equitis cum longa Toga ad collum habentis antedictam Torquem, videri potest apud præallegatos, scilicet *Bonannum*, & *Collectorem Gallum*.

Hinc suboritur illa questio, an sit licitum Viro Christiano, & Catholico acceptare ab Heretico, sive Turcis, & Gentilibus Principibus delatam Torquem, seu Tesseram Equestrem? Super qua inspectione rem hanc discussimus cum debita distinctione in Tomo Primo nostri Armamentarii dic. Discursu IV. *à n.* 65. ubi loquimur de' Gentile Bellini optimo Pictore Veneto, qui à Selimo Secundo fuit muneratus Torque aureo ex triplici Luna confecto, una cum aureo Numismate d. Selimi secundi effigiem habente, quam refert *d. Justinianus pag.* 859. Ad quem nostrum Discursum IV. Lectores remittimus.

Catalogus Magnorum Sultanorum, qui ad instar Magnorum Magistrorum dictam Torquem conferunt. Vide *Justinianum pag.* 861. *Collectorem Gallum Tom.* 4. *pag.* 399.

	Anno	
I.	1453.	Mahumetes II, rexit per annos 28.
II.	1481.	Bajazet II. d. Mahumetis filius, rexit annos 31.
III.	1512.	Selimus I. filius d. Bajazet, rexit per annos 8.
IV.	1520.	Solimanus II. d. Selimi filius, rexit per nos 46.
V.	1566.	Selimus II. filius Solimani, rexit per annos 8.
VI.	1574.	Amhuratus III. filius d. Selimi, rexit per annos 21.
VII.	1595.	Mahumetes III. d. Amhurati filius, rexit per annos 9.
VIII	1604.	Achmet I. filius Mahumetis, rexit per annos 13.
IX.	1617.	Mustapha Achmetis Frater, rexit per Menses 6.
X.	1617.	Osman Achmetis I. filius, rexit per años 5.
XI.	1622.	Mustapha Imperio restitutus, rexit per Annum 1.
XII.	1236.	Amhurat IV. Osmanni Frater, rexit per annos 17.
XIII.	1640.	Ibrahim Amhurat IV. Frater, rexit per annos 15.
XIV.	1655.	Mahumetes IV. d. Ibrahim filius, rexit per annos 32.
XV.	1687.	Solimanus III. Mahumetis Frater, rexit per annos 4.
		Hucusque *Justinianus* sequitur Catalogum *Collector Gallus*.
XVI.	1691.	Achmetes II., rexit per annos 4.
XVII.	1695.	Mustapha II., rexit per annos 9.
XVIII.	1704.	Achmet III., rexit per annos 26.
XIX.	1730.	Mahomut V. Solimani filius modo regnans.

Vid. *Motraye Osservazioni Storiche, e critiche sopra la Storia di Carlo XII. Re di Suezia del Signor di Voltaire pag.* 68. *& 69. Venetiis* 1739. *apud Franciscum Pitteri:* Et in libro, cui titulus - *Tavolette Cronologiche della Storia Universale &c. del Sig. Abb. Lenglet Dufresnoy par. Seconda pag.* 428. *Venetiis apud Simonem Occhi* 1748.

DIS-

DISCURSUS CXLIII.

LUPULI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

PLurimos quidem de re Equestri, tum Veterum, tum Neotericorum Scriptorum Codices sedulo revolvimus, & perlegimus. At nullus occurrit, qui de hoc *Lupari Ordine* verbum faceret. Novissime vero Dominus Comes Franciscus Piazza Nobilis Patricius Forolivii, Vir sane eruditissimus, Dissertationem Juris publici Nobis tradidit, cui Titulus - *Vindiciæ Austriacæ pro Aurei Velleris Ordine, quas Dissertationes Juris publici, indulgente Illustri Jureconsultorum Collegio in Fridericiana, Præside D. Joanne Grubero Jurium in Accademia Giessensi Professor. Ordin. Designato A. D. XX. Maii anno* CIↃIↃCCXXIV. *H. L. Q. C. publice proponit Auctor, & Respondens Joannes Gaspar de Porgell. Eques Silesius Hale Magdeburgica, Ære Joannis Grunerti Accadem. Typogr.*

In dicta porro Dissertatione *sub pag.* 16. *&* 17. antedictus Scriptor ipse quoque testatur, quod ejusdem Ordinis *Lupari* originem, atque Imaginem cœteri Militarium Ordinum Scriptores penitus ignorarunt, atque ideo nullam de illo mentionem faciunt. Subdit tamen, quod de hoc loquitur *Jo. Jacobus Chiffletius in Lilio franc. cap.* 11. *pag.* 78., *&* 79., cujus auctoritate fretus idem Auctor Dissertationis narrat, quod Joannes cognomento Intrepidus, Burgundiæ Dux secundus, ut Flandriæ Populorum corda sibi captivaret, Equestrem *Lupuli Ordinem* fundavit, sic nuncupatum, eo quia in Tesseram, sive Insigne præseferebat aureum Torquem ex Lupulo Salictario, quem ipsi Belgæ decoctum, ad condiendam Cerevisiam adhibent, & Tesseræ Lemma Teutonicis verbis præscripsit, quæ in latinum translata sonant - *Ego sileo*. Cumque nil aliud quoad illum Ordinem apud Nos teneamus, placet hic ad litteram transcribere verba antedicti *Jo. Gasparis de Porgel* Equitis Silesiç, ac Auctoris memoratæ Dissertationis *d. pag.* 16., *&* 17. §. *V.* ubi sic habet - *Excepit Patrem dignissimum, haud degener filius Joannes, qui ob præstantem in pene puero conspicuam animi magnitudinem, intrepidus est adpellatus, quive Patre superstite, nobilissimam, omnibusque annalibus celebratam expeditionem adversus Turcas suscepit, Sigismundi Hungariç Regis socius, & cladis Neapolitanæ particeps, ubi in Turcarum manus traditus, cum Nobilitatis Francicæ, Belgisque flore, captivus in Asiam abducitur, & post varia fata, liberatus restituitur* (H) *Ille igitur Ioannes Burgundiæ Dux secundus, ad conciliandos sibi animos Flandrorum, quorum ipse primus stirpis Franciæ Hæreditarius Comes erat, primusque Flandrice loquebatur, Ordinem instituit, cujus Insigne fuit aureus Torques ex Lupulo Salictario, cujus flores Belgæ, ad condiendam Cerevisiam* (I) *decoquunt, compositus inscriptusque verbis teutonicis* .. Ego sileo

H. De Ioannis Intrepidi Patre adhuc superstite, suscepta expeditione in Bulgariam, ejusque captivitate Turcica, agunt passim Scriptores æquales: succinte rem narrat Heuterus Rer. Burgund. l. 3. *fol.* 72.

I. Quod potus genus, Germanis Belgisque familiare, Tacitus de Moribus Germanorum

norum cap. 23. vocat *humorem ex hordeo, aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptum, quasi Cerebisia, eo quod Ceres bibatur.*

K. *Vocatus est hic Ordo Lupuli, cujus Originem atque Imaginem, ceteris Ordinum Militarium Scriptoribus, ignoratam, atque prætermissam, protulit in lucem* Jo. Jacobus Ghisflerius in Lilio Franc. cap. 11. fol. 79, & 80. *Torquem illum Ioannes Intrepidus fœderis, & amicitiæ causa anno 1411. dederat Ludovico Aurelianensi Duci, ac similem ipse per omnem vitam gesserat, quo demum spoliatus est, cum anno 1419. jussu Caroli V. Regis Francorum occideretur.* Heuterus lib. 3. fol. 19. *Maximi autem pretii Torquem illum fuisse, vel id satis evincit, quod filius Philippus Bonus pace Atrebatensi anno 1435., cum Rege Carolo inita, eum sibi restituendum pepigit. Instrumentum pacis* habet Olivarius Marcanus Comment. lib. 1. cap. 3. integrum, ex quo huc pertinent verba: *Sauve au Duc. son action, & poursuite au regard du bel Collier de feu son pere.* Excerpta pacti dedit *Heuterus Rer. Burgund. lib. 4. fol.* 113. ubi dicitur - *Pro iis, quæ Intrepidi detracta sunt cadaveri, quinquaginta aureorum liliorum Rex solvito, his non connumerato Torque pretiosissimo, unionibus, aliisque pretiosis lapidibus rigente, de quo separatim satisfacito.*

Hucusque transcripsimus verba *d. Joannis Gasparis de Porgel Equitis Silesii*, quæ habentur in præallegata sua Dissertatione. Addimus Nos ad simplicem eruditionem, quoad dictum vocabulum *Lupuli*, quod *Lupulus*, quem *Gaspar Barinus*, & *Pitto Tournefort* dicunt masculum, à Fuchsio, à Lobelio, Dodoveo, appellatur Salictarius, quę vox *Salictarius*, vox latina est, qua utitur *Cato de Re rustica cap.* 11., & venit *à Salix*, quemadmodum *Salictetum Ulpiani*, & *Salictum*, apud *Virgilium Georg.* 2. & *Titum Livium l.* 25. *cap.* 17. planta est, quæ ut se extollat, indiget subsentaculo, circa quod se volvit, frequenter autem Salices ascendit; hinc d. nomen Salictarii sumpsit. In Anglia, & Flandria, finitimisque Regionibus magna colitur sollicitudine, & ad instar Vitis, magnis baculis innititur, proinde ab aliquibus appellatur *Viris Septentrionalium*. Multis autem Italiæ locis dicitur *Bruscandola*, & vide *Dalecampium in annotation. ad cap.* 25. *Plinii litt.* 55. *lib.* 22.

In Regionibus Septentrionalibus additur hordeo ad conficiendam *Cerevisiam*, seu *Zythum*, vulgo *Birra*, hæcque ab Oleo amaro Lupoli præservatur, quod non acescat. Cæterum *Birram* increpat *Henricus Albricensis*, qui sub Henrico III. Angliæ Rege, floruit sequentibus carminibus; de quibus *Car. du Fresne.*

Nescio, quid Stygiæ Monstrum conforme Paludi
Cervisiam plerique vocant, nil spissius illa
Dum bibitur, nil clarius est dum mingitur, unde
Constat, quod multas faces in ventre relinquat.

Tandem quoad hunc Ordinem *Lupuli* dicimus, quod si vigeret, vel de novo reflorescceret, Gradus magni Magistri spectare deberet ad eos, ad quos spectat Ordo Aurei Velleris institutus à veteribus Burgundię Ducibus.

DIS-

DISCURSUS CXLIV.

MANDARINORUM

In Imperio Sinensi

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

IN vastissimo etiam Sinarum Imperio Equestris Ordinis, Equitumque usum de temporibus usque antiquissimis viguisse, & ad pręsens florere, testantur Scriptores. Hosque Equites asserunt esse selectos illos, celebresque Viros, qui ibi *Mandarini* nuncupantur. Hi porro à Rege creantur Mandarini, qui summam Gradus Dignitatem, Honorem, & Authoritatem in toto Imperio nanciscuntur. Illorum Tessera est Biretum ex serico rubeo acuminatum, ut dicunt *Rebrassè di Hermines, ou de Marthes*, & huic fixa est Stella aurea cum sex radiis. Ex Bireti hujus acumine emergit umbella ex serico rubeo, clavis aureis, & argenteis exornata, quæque descendit ad scapulas, in extremitate autem magnus cernitur aureus floccus. Mandarinorum Habitus est Subtanea ex serico aureo, & argenteo exornata cingulo, ut dicitur *ricamato*, cum gemmis, & adamantibus, pretiosisque lapillis: pro Caligis vero Sandalia, aut cothurnos aureos gerunt, & ita hæc describit *d. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires de l'Eglise tom. 2. in Addition. pag. 511. juxta impress. à Rouen Typis Joannis Baptista Besogne 1721. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 2. Dissert. 3. Art. 4. à pag. 37. cum seq. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart* 1718. ubi subdit, quod *Ces Mandarins, c'est a dire Chevaliers du Seigneur.*

Magna, ut diximus Dignitate, ac Auctoritate in Sinensi Imperio pollent Mandarini; ipsis namque Provinciarum Regimen committitur, extra tamen locum eorum Nativitatis: Populi vero erga hos Mandarinos summi Honoris significationes ostendunt, eo modo, quo ipsam Imperatoris Personam prosequuntur, qui illos constituit Gubernatores, quemadmodum testatur laudatus *Hermant* loco superius allegato: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 378. *& seq.* ubi allegat *Tavernier Relation de Tonquin: Favin. Teatre d'honor lib. 9. pag.* 1676.

Præterea, in d. Imperio adsunt Doctores, qui ibi vernaculo sermone appellantur *Loitias*, quique in maxima apud omnes æstimatione habentur. *Loitias* isti Doctrinam sequuntur Confusii. Proceres omnes Imperii Confusii Doctrinam profitentur, imo, ut ad Equestrem Ordinem quis aspirare valeat, necesse est, quod Confusii Doctrinam formiter sectetur.

Ex his Doctoribus *Loitias* promovet ad Gradum, ut dicunt *Mandarini*, qui *Mandarini* Loitias appellantur. Hujusmodi Mandarini sunt Equites, & vocantur *Equites Domini*, duasque Classes constituunt, Equitum scilicet Litteratorum, qui Civilium Causarum decidendarum munus exercent, & alterius Classis Equitum Militarium, qui Militiæ imperant. Omnes vero eandem Tesseram gestant, quam superius descripsimus, quemadmodum tradit laudatus *Pater Honoratus à Sancta Maria d. Dissert. 3. Art. 4. d. pag.* 378., *& seq.*

DIS.

DISCURSUS CXLV.

SANCTI MARCI VENETIARUM

ARGUMENTUM

Agitur hic de Ordine Equestri S. Marci Venetiarum, de quo tempore fuerit institutus; & à quibus. Adducitur Tessera ejusdem, & multiplex illius forma, & tandem duplicem esse hunc Ordinem, nempe alium à Senatu, alium à Duce collatum.

SUMMARIUM

1. *Quatuor Gubernii Genera antiquis temporibus viguere in Veneta Republica.*
2. *Tempore Gubernii Ducum, vulgo* Dogi *translatum fuit ab Alexandria Venetias Corpus Sancti Marci.*
3. *Tunc circa annum* 851. *institutus fuit Equester Ordo Sancti Marci, & adducuntur initium dantes aliis temporibus.*
4. *Tessera Equitum est Numisma, in quo adest Leo alatus tenens Librum Evangeliorum, cum Epigraphe* Pax tibi Marce Evangelista meus.
5. *Equites vocantur filii Sancti Marci.*
6. *Equites acquirunt Jus ad Indigenatum.*
7. *Cæremoniæ, quæ adhibeantur in creatione Equitum.*
8. *Equites S. Marci creantur etiam à Duce Venetiarum, & isti vocantur Equites Ducis.*
   Tessera horum Militum est Crux octogona, ut Melitensium, cum encausto cœruleo, & in medio adest ovale numisma cum d. Leone S. Marci.
9. *Forma antedicti Numismatis pro Equitibus à Republica creatis, & forma Crucis, cum Numismate pro Equitibus creatis à Duce refertur à Scriptoribus.*
10. *Habitum peculiarem non habent hujusmodi Equites.*
11. *Equites præstant Juramentum Fidelitatis promittuntque servire Religioni in Bello contra Infideles.*
12. *Rejiciuntur asserentes Ordinem Equitum S. Marci esse Ordinem* della Calza.
13. *Adducitur folium Italica lingua comprobans antedicta*, & n. 14.
15. *Quomodo se gerere debant Patricii Veneti creati Equites à Principibus.*
16. *Quibus, & à quibus conferatur hic Ordo Sancti Marci.*
17. *Probationes Nobilitatis non tenentur conficere dicti Equites.*
18. *Adducitur Catalogus magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CXLV.

SANCTI MARCI VENETIARUM

CUm discordes sint Scriptores in assignando initio, & tempore fundationis hujus Ordinis, hæc ta-
1. men ex descriptione desumi potest, quam iidem Scriptores afferunt quoad multiplex Gubernii Genus, quod diversis temporibus in Veneta Republica viguit, & tot ætates quodamodo amplectitur. Primum autem Gubernii Genus fuit sub Consulibus, & Tribunis ab anno 470. usque ad 703. Secundum sub Ducibus Supremis, quorum ultimus fuit Sebastianus Ziani anno 1173., Tertium, quo Populus sibi totam arrogavit auctoritatem. Quartum, quo Nobilitas regere, & gubernare cœpit, sub Magistris Equitum, de quibus *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. par. prima cap.* 11. *pag.* 106. *cum seq. juxta impressionem Vene-*

Venetam Typis Combi, *& la Nou 1692. Volumen*, cui titulus - *Li Sourani del Mondo*, *sub Titulo li Cavalieri S. li Ordini di Cavalleria tom. 4. pag. 313. juxta impressionem Venetam Sebastiani Coleti*, *& Jo. Malachin anno 1730.*, & recensuimus in nostro Discursu *Caliga apud Venetos*, qui est Discursus 54. *sub §. Sane, pag. 654.* Et consonant tradita per Auctorem Chronicę Venetæ, de quo meminimus in calce præsentis Discursus, ubi refertur Catalogus magnorum Magistrorum.

Tempore igitur secundę Ætatis Reipublicæ, quo scilicet Duces, vulgo
2. *Dogi* regebant, translatum fuit ab Alexandria Venetias Sacrum Divi Evangelistæ Marci Corpus, tunc in honorem ejusdem Sancti, quem Protectorem, & Tutelarem Reipublicæ
3. constituerunt, juxta rationabile motivum, conveniens est assertio, institutum fuisse Ordinem circa annum 851. *P. Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Dissert. Historiques sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 7. art. 3. pag. 151.*, *& in Tabula Alphabetica des Ordres pag. 514. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718.*

Et ob hoc, licet *d. Abb. Justinianus d. par. prima cap. 11. pag. 123.* ingenue fateatur, apud Scriptores non constare de præcisa hujus Ordinis origine, subdit tamen - *Ma essendo ella diritto di Principe Sovrano*, *non è inconveniente supporla coetanea col Principato della stessa Republica*.

Hinc audiendi non sunt, qui asserunt, hunc Ordinem apud Venetos anno 1562. incepisse, ut inquit *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 28.*, de quo meminit *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonic. tom. 2. Litt. S. in §. Notitia Equestrium Ordinum sub n. 69. in verbo Ordo Equest. S. Marci pag. 741. juxta impress. Salisburgi Typis Ioannis Iosephi Mayr 1729.* Vel institutum fuisse anno 1332. *d. De Nicollis d. pag. 741.*

In Tesseram deferunt aurea catena ap-
4. pensum Numisma, in quo adest Leo alatus tenens Librum Evangeliorum apertum cum Epigraphe - *Pax tibi Marce Evangelista meus*, quod est etiam Stemma Reipublicę: allegatus *Abbas Justinianus*, qui hos Equites appellat Equites Torquis S. Marci *pag. 123. Pater Fontana* in volumine *Storia degli Ordini Monastici ec. Militari ec. Gallice scripta*, *& per eundem Fontana translata in nostrum Italicum Idioma tom. 8. cap. 57. pag. 480. juxta impress. Lucensem Typis Iosephi Salani*, *& Vincentii Giuntini 1739. d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 151. Hermant Histoire des Ordres Militaires tom. 1. cap. 4. pag. 123. juxta impress. Rothomagen. Typis Jo. Baptistæ Besogne 1726.* ubi refert *Imaginem*, *& Collare*: *Collector Gallus tom. 4. in explicatione Tesserarum pag. 241. Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 72.* ubi refert Imaginem Equitis: solum exprimit, quod Tessera est Numisma aureum, in quo Leo alatus, & corona redimitus apparet, cujus pes dexter Gladium stringit, una cum Libro aperto, cum Lemmate antedicto - *Pax tibi Marce Evangelista meus*.

Equites communiter appellantur Filii
5. Sancti Marci, & non nisi pro summis meritis, seu obsequiis Reipublicæ præstitis tali honore decorantur: *d. Comes in Koden Sapieha d. Verbo S. Marci Equitum pag. 303.*

Equites isti eodem tempore recipiunt
6. Jus ad indigenatum, habentque Ju imponendi suis Stemmatibus Leonem Sancti

Sancti Marci, quod in magno honore est apud Venetos: *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 303. Tenentur militare contra Infideles: *d. Comes in Koden d. pag.* 303.

Postquam assumpti fuerunt ad hunc Or-
7. dinem, tenentur in Senatu comparere, & flexis genibus coram Duce, supplicant illum, ut eos Equites creet: Dux autem illos monet, ut Reipublicæ servitia præstare continvent: cum Ense spatulas cujuslibet percutit, dicens. *Esto Miles fidelis;* deinde aptare facit calcaria aurea eorum pedibus, Duxque, illis surgentibus, collo imponit Catenam auream, à qua pendet Numisma cum Leone Sancti Marci, Ensem quoque illis præcingit, & iterum genibus flexis gratias agit Duci: *d Collector Gallus d. tom.* 1. *d. Pater Fontana* ubi supra *pag.* 380. *Abb. Justinianus d. parte prima*.

Habet quoque Dux Venetiarum facultatem ex se creandi alios Equites S.
8. Marci, qui dicuntur Ducis, aut Principis Venetiarum, quos sic creat in Aula Audientiæ suæ: in Tesseram autem his tradit Crucem octogonam ad instar Crucis Equitum Melitensium cum encausto cœruleo circum ornatam auro, in cujus medio adest Numisma ovalis formæ, in quo expressus cernitur Leo alatus Sancti Marci cum Libro Evangeliorum aperto, ut prosequitur *d. Collector Gallus* ubi supra & *d. Pater Fontana d. pag.* 380. *d. Abb. Justinianus* superius allegatus.

Forma antedicti Numismatis cum Leo-
9. ne Sancti Marci pro Equitibus creatis à Republica, refertur à præallegatis Auctoribus, & signanter à *dicto Abbate Justiniano pag.* 124.

Forma d. Crucis cum Numismate habente Leonem alatum Sancti Marci pro Equitibus à Duce creatis, refertur ab allegato *Hermant d. tom.* 1. *pag.* 122. *Abb. Iustinian. pag.* 128.

Circa hujusmodi Equestrem Tesseram, ac Reipublicę Venetæ insigne, non omittimus recensere, quod antiquitus aliqua ex parte diversimode conspicitur; Leo enim alatus exhibetur, ut dicitur *in Maestà*, *ed andante* cum Diademate, & quidem exhibetur Leo alatus aureus in campo cœruleo, super quibus latius Lector noster videre poterit *d. Iustinianum pag.* 127. ubi testatur, hæc recognosci in Picturis, Sculpturis, Marmoribus, Æneis Nummis, atque argenteis.

Peculiarem non retinent Habitum; ideo-
10. que Imago horum Equitum est illa more Regionis, ut notat *d. Collector Gallus tom.* 1. *pag.* 224., & videre est apud *d. Bonannum d. n.* 72. *d. Collectorem Gallum d. tom.* 1. *pag.* 223. *d. de Nicollis* ubi supra.

Equites fidelitatis Juramentum in
11. Ducis manibus præstant, promittuntque servire Religioni in Bellis contra Infideles: *d. Volumen - Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 314.

Sic, ut diximus in Discursu *Caliga*, qui
12. est 54. §. *Notandum*, non subsistit quod dixit *Pater Mendo*, hunc Ordinem *Della Calza* esse Ordinem Sancti Marci, & notat superius allegatus *de Nicollis pag.* 74.

Pro explanatione præsentis Discursus hic ad litteram referimus Narrationem Nobis transmissam e Civitate Venetiarum, Classes Equitum distinguentem, quę est ut sequitur.

Dei Cavalieri Veneti.

„ DI tre sorte quì ne vengono
„ creati: altri si dicono *Cava-*
„ *lieri del Doge*, e questo è l'infi-
„ mo de' tre ranghi: tale fu Nicco-
„ lino famoso Musico, dichiarato Ca-

valie-

13. „ valiere dal Doge, come eccellen „ te nell'arte sua. Altri si chiamano „ *Cavalieri di S. Marco*, dichiarati „ non dal Doge solo, ma dal Col- „ legio de' Savj insieme col Doge: „ in questo rango si pongono certe „ Persone non nobili, che abbiano „ qualche benemerenza col Pubblico, „ come sono Capitani di Nave; che „ abbiano salvata una Nave pubblica „ in qualche borasca. Il terzo ran- „ go è de' *Cavalieri della Stola d'* „ *oro*: questi sono sempre Patrizj, „ de' quali altri hanno il Cavaliera- „ to perpetuo in casa, cosicchè sem- „ pre il primogenito di essa casa „ è Cavaliere; altri sono creati dal „ Senato per qualche benemerenza; „ altri sono fatti Cavalieri dai Mo- „ narchi, appresso i quali furono „ Ambasciatori, e confermati sono „ dal Senato. Si chiamano della „ Stola d' oro, perchè detti Cava- „ lieri portano orlata con una trina „ d' oro la stola nera, che sogliono „ portar senza la detta trina gli altri „ Patrizj; e quando, o per essere in- „ sieme Proccuratori di S. Marco, o „ per trovarsi in certe funzioni ve- „ stono a rosso, allora la stola è tut- „ ta di drappo d' oro. Altro non „ hanno che detta stola questi Ca- „ valieri, che di tal Ordine li dichia- „ ri: ne fan corpo fra loro, ne mai „ si uniscono, ne hanno Regole, o „ Leggi, ne preferenza alcuna per „ questo rango in qualunque Magi- „ strato entrino con altri Patrizj „ non Cavalieri.

Non ho lasciato di fare più, e più „ diligenze sulla materia di questi „ Nobili, che tornano Cavalieri dal- „ le ambascerie. Tutti concorde- „ mente, e fra questi il *Legge* ulti- „ mamente tornato da Parigi, dicono „ di nessun ordine, rispetto ai Sou- „ rani che lo conferiscono, essere il „ Cavalierato che ricevono, ma un „ Cavalierato in genere, se volete „ così chiamarlo. Siccome una vol- „ ta per i Tornei, e per le Giostre „ alcuni veniano armati Cavalieri, „ col dar loro la Spada, e lo Spero- „ ne; così dicono essere una imma- „ gine di tale antica usanza, il rice- „ vere la Spada al presente dal Sou- „ rano, al quale sono stati in quali- „ tà di Ambasciatori. In confer- „ mazione di chè adducono, che do- „ po essere stati dichiarati Cavalieri „ dal primo Sourano, alla cui Cor- „ te fanno la prima ambasciera, il „ secondo, nè il terzo, nè il quar- „ to, al quale sono mandati, rino- „ va detta formalità di crearli Ca- „ valieri: il chè par che dovrebbe „ farsi, se ognuno conferisse loro „ un' Ordine differente. Questo è „ quanto ò saputo ricavar qui.

14. De Equitibus Sancti Marci creatis à Duce Venetiarum, & qui vocantur Equites Ducis, meminit super allegatus *de Nicollis pag.* 74.

15. Et in proposito Equestris Gradus à Principibus collati Patricio Veneto, occasione, exempligratia, quod ille Patricius fuerit Reipublicæ Venetæ apud talem Principem Orator quomodò se gerere debeat quando ad Patriam revertitur, clare exponitur ab allegato *Patre Fontana d. tom.* 8. *d. cap.* 57. *pag.* 379., *& Justinianus pag.* 122. De Equitibus Stolę Aureæ, de quibus *d. Justinianus pag.* 119, habebimus suo loco peculiarem Discursum sub titulo *Stolæ*.

16. Antedictus Ordo Sancti Marci confertur à Senatu Veneto solum Subditis Reipublicæ, & aliquando etiam extraneis, qui in Reipublicę Exercitibus ac Certaminibus strenue se gesserunt, & ita bene de Republica meritis: *d.*

Pater Honoratus d. pag. 151. Pater Joseph Franciscus Fontana Historia Storica degli Ordini Monastici &c. Militari &c. Gallice scripta, & per dictum Patrem Fontana in nostrum italicum Idioma translata tom. 8. cap. 57. pag. 308. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739. Hermant ubi supra, *& in Collectore Gallo tom. 1. §. 13. pag. 223. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.* sub titulo - *Histoire des Ordres Militaires: Comes in Koden Sapieha in Corollario Ordinum in verbo Sancti Marci pag. 303. impresso in calce Voluminis de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, Coloniæ impress. Typis Adami Cholini 1730.*

Dicti Equites non tenentur conficere pro-
27. bationes Nobilitatis : *d. Collector*
Gallus tom. 1. §. 227. d. Pater Fon-
tana pag. 380. Clarissimus est hic Or-
do in Republica Veneta : *d. Comes*
in Koden Sapieha.

Superest, ut referamus Catalogum ma-
gnorum Magistrorum, qui in substan-
28. tia sunt Duces Venetiarum. Partem
hujus Catalogi refert *Abb. Justinia-*
nus pag. 128. Collector Gallus tom. 1.
pag. 223., & ex Historia Veneta
Garzoni Venetiis 1720. Typis Jo. Man-
frè: Volumen, cui Titulus - *Cronica*
Veneta Sacra, e Profana impressa
Venetiis anno 1736. Typis Francisci
Pitteri, in quo Volumine compre-
henduntur omnes Duces usque ad
annum 1735., ibique apponuntur
Stemmata eorundem Ducum Vene-
tiarum, & novissime ex *Langlet*
Dufresnoy in ejus opere, cui Titu-
lus - *Tavolette Cronologiche della*
Storia Universale ec. par. seconda Ve-
netiis apud Simonem Occhi 1749.
pag. 413.

I. 737. Dominicus Leoni primus Equitum Magister, Methamauci creatus, rexit per annos 1.

II. 738. Felix Cornicula, secundus Magister Equitum, rexit annos 1.

III. 739. Theodatus Ipatus, Ursi Ducis filius, tertius Magister Equitum, rexit annos 2.

IV. 741. Julianus Leparius, quartus Magister Equitum, rexit annos 1.

V. 742. Zianus Fabritius, quintus Magister Equitum, per paucos menses rexit, à Populo excæcatus.

VI. 742. Theodatus Ipatus, electus Dux in Concilio Methamauci habito, successit in Principatu, & rexit annos 13.

VII. 755. Galla, expulso non absque tyrannide Theodato, Ducatum invasit: hinc ob Gubernii improprietatem interemptus, rexit annos 1.

VIII. 756 Dominicus Monegazius, à quo originem trahit Domus Memo, excæcatus, rexit annos 8.

IX. 764. Mauritius Galbajus, ex Heraclea, rexit annos 23.

X. 787. Joannes filius Mauritii, rexit annos 16.

XI. 804. Obelerius Antenorius, aut Anasestus, rexit annos 5.

XII. 809. Angelus Participatius, à quo Domus Baduaria, transtulit sedem Ducalem in Ripaltum, rexit annos 18.

Justi-

XIII.	827.	Justinianus Participatius filius Angeli, & filiæ Justiniani Justiniani Domimini Justinopolis, qui tunc temporis se transtulit ad Rempublicam, rexit annos 2.
XIV.	829.	Joannes Participatius Justiniani frater, rexit annos 7.
XV.	836.	Petrus Tradonicus, rexit annos 28.
XVI.	864.	Ursus Participatius, rexit annos 17.
XVII.	881.	Joannes Participatius à Principatu expulsus, rexit annos 5.
XVIII.	887.	Petrus Primus Candianus, descendens ab Avo primorum Consulum Venetiarum, à quo Domus Patricia Sanudo, rexit menses 5.
XIX.	887.	Joannes Participatius ad Principatum restitutus, rexit menses 6.
XX.	888.	Petrus Tribunus; à quo aliqui asserunt originem habere Domum Memo, rexit annos 23.
XXI.	912.	Ursus Baduarius à Principatu se abdicavit, rexit annos 20.
XXII.	932.	Petrus Candianus secundus, Petri primi filius, rexit annos 7.
XXIII.	939.	Petrus Badoarius, rexit annos 3.
XXIV.	942.	Candianus, seu Petrus III. Candianus Petri II. filius, rexit annos 17.
XXV.	959.	Petrus IV. Candianus, Petri III. filius, rexit annos 18.
XXVI.	976.	Petrus I. Urseolus, Principatum renunciavit, & Monachatum assumpsit; modo ad Sanctorum gloriam sublimatus, rexit annos 2.
XXVII.	978.	Vitalis Candianus, Petri IV. frater, Principatum dimisit, & Monachalem habitum suscepit, rexit annos 1.
XXVIII.	979.	Tribunus Memo, renunciavit, & Monachus effectus est; rexit an. 14.
XXIX.	993.	Petrus II. Urseolus, Petri I. filius, rexit annos 17.
XXX.	1009.	Otho Urseolus, Petri II. filius, rexit an. 17.
XXXI.	1026.	Petrus Barbolanus, aut Barbolas, vel Centranicus, à quo Genealogici volunt descendere Familiam Salomoniam, rexit annos 4.
XXXII.	1031.	Ursus Urseolus Patriarcha Gradensis, rexit per annum in Interregno, hinc ad Patriarcatum reversus 1.
XXXIII.	1032.	Dominicus Flabanicus, aut Fiabanicus, rexit annos 10.
XXXIV.	1043.	Dominicus Contarenus, rexit annos 27.
XXXV.	1071.	Dominicus Silvius, rexit annos 12.
XXXVI.	1084.	Vitalis Falierus, rexit per annos 12.
XXXVII.	1096.	Vitalis Michiele, rexit annos 5.
XXXVIII.	1102.	Ordelaffus Falierus, rexit annos 15.
XXXIX.	1117.	Dominicus Michieli, rexit annos 11.
XXXX.	1128.	Petrus Polani, rexit annos 20.

XLI.	1148.	Dominicus Maurocenus, rexit annos 7.
XLII.	1155.	Vitalis Michiele II, rexit annos 17.
XLIII.	1173.	Sebastianus Ziani, rexit annos 6.
XLIV.	1179.	Orius Mastropiero, aut Malipiero, renunciavit, & Monachalem habitum induit: rexit annos 14.
XLV.	1192.	Henricus, aut Arrigus Candolus, rexit an. 13.
XLVI.	1205.	Petrus Ziani, Sebastiani filius, renunciavit, & Monachali vitæ se addixit; rexit annos 24.
XLVII.	1229.	Jacobus Tiepolo, rexit annos 20.
XLVIII.	1249.	Marinus Maurocenus, rexit annos 4.
XLIX.	1252.	Ranierus Zeno, rexit annos 16.
L.	1268.	Laurentius Tiepolus, rexit annos 7.
LI.	1275.	Jacobus Contarenus, rexit annos 5.
LII.	1280.	Joannes Dandolus, rexit xit annos 8.
LIII.	1289.	Petrus Gradenigo, rexit annos 21.
LIV.	1311.	Martinus Zorzi, rexit menses 10.
LV.	1312.	Joannes Soranzo, rexit annos 16.
LVI.	1328.	Franciscus Dandolus, rexit annos 10.
LVII.	1339.	Bartholomeus Gradenicus, rexit annos 3.
LVIII.	1342.	Andreas Dandolus, rexit annos 11.
LIX.	1354.	Marinus Falierus capite percussus, cum se absolutum Reipublicę Dominum efficere machinatus fuisset, rexit menses 8.
LX.	1355.	Joannes Gradenicus, rexit annos 1.
LXI.	1356.	Joannes Dulfinus, rexit annos 4.
LXII.	1361.	Laurentius Celsus, rexit annos 4.
LXIII.	1365.	Marcus Cornelius, rexit annos 2.
LXIV.	1367.	Andreas Contarinus, rexit annos 15.
LXV.	1382.	Michael Maurocenus, rexit menses 4.
LXVI.	1383.	Antonius Venieius, rexit annos 18.
LXVII.	1400.	Michael Steno, rexit annos 13.
LXVIII.	1413.	Thomas Mocenigo, rexit annos 10.
LXIX.	1323.	Franciscus Foscari, rexit annos 34.
LXX.	1457.	Paschalis Malipiero, rexit annos 4.
LXXI.	1462.	Cristophorus Moro, rexit annos 9.
LXXII.	1471.	Nicolaus Tronus, rexit annos 1.
LXXIII.	1473.	Nicolaus Marcellus, rexit annos 1.
LXXIV.	1474.	Petrus Mocenigo, rexit annos 1.
LXXV.	1476.	Andreas Vendraminus, rexit annos 2.
LXXVI.	1478.	Joannes Mocenigo, rexit annos 7.
LXXVII.	1485.	Marcus Barbadicus, rexit menses 8.
LXXVIII.	1486.	Augustinus Barbadicus, Marci frater, rexit annos 15.
LXXIX.	1501.	Leonardus Loredano, rexit per annos 19.
LXXX.	1521.	Antonius Grimani, rexit annos 1.
LXXXI.	1522.	Andreas Gritti, rexit annos 15.

Pe-

LXXXII.	1538.	Petrus Lando, rexit annos 6.
LXXXIII.	1545.	Franciscus Donatus, rexit annos 7.
LXXXIV.	1553.	Marcus Antonius Trivisanus, rexit menses 11.
LXXXV.	1554.	Franciscus Veniero, rexit annos 1.
LXXXVI.	1556.	Laurentius Prioli, rexit annos 3
LXXXVII.	1559.	Hieronymus Prioli, Laurentii frater, rexit annos 8.
LXXXVIII.	1567.	Petrus Loredano, rexit annos 2.
LXXXIX.	1570.	Aloysius Mocenigo, rexit annos 7.
XC.	1577.	Sebastianus Veniero, rexit menses 8.
XCI.	1578.	Nicolaus à Ponte, rexit annos 7.
XCII.	1585.	Paschalis Cicogna, rexit annos 9.
XCIII.	1595.	Marinus Grimani, rexit annos 10.
XCIV.	1605.	Leonardus Donato, rexit annos 6.
XCV.	1612.	Marcus Antonius Memo, rexit annos 3.
XCVI.	1615.	Joannes Bembus, rexit annos 2.
XCVII.	1618.	Nicolaus Donato, rexit menses 1.
XCVIII.	1618.	Antonius Prioli, rexit annos 5.
XCIX.	1623	Franciscus Contarenus, rexit annos 1.
C.	1624.	Joannes Cornelius, rexit annos 5.
CI.	1630.	Nicolaus Contarenus, rexit annos 1.
CII.	1631.	Franciscus Erizzo, rexit annos 14.
CIII.	1645.	Franciscus Molino, rexit annos 10.
CIV.	1655.	Carolus Contarenus, rexit annos 1.
CV.	1656.	Franciscus Cornelius, Ducis Joannis filius, rexit annos 1.
CVI.	1657.	Bertussius Valiero, rexit annos 1.
CVII.	1658.	Joannes Pesaro, rexit annos 1.
CVIII.	1659.	Dominicus Contarenus, rexit annos 15.
CIX.	1674.	Nicolaus Sagredo, rexit annos 1.
CX.	1675.	Aloysius Contareno, rexit annos 8.
CXI.	1683.	Marcus Antonius Justinianus, rexit annos 4.
CXII.	1688.	Franciscus Maurocenus, rexit annos 6.
CXIII.	1694.	Silvester Valiero, rexit annos 6.
CXIV.	1700.	Aloysius Mocenigo, rexit annos 8.
CXV.	1709.	Joannes Cornelius, rexit annos 12.
CXVI.	1722.	Sebastianus Mocenigo, rexit annos 10.
CXVII.	1732.	Carolus Ruzzini, rexit annos 3.
CXVIII.	1735.	Aloysius Pisani, rexit annos 5.
CXIX.	1741.	Petrus Grimani, rexit annos 10.
CXX.	1752.	Franciscus Loredano, felicissime regnans.

DISCURSUS CXLVI.

SANCTÆ MARIÆ BETHLEHEMITICÆ IN LEMNOS INSULA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

LEmnos Insula est Maris Ægæi, Thraciam à Septentrione, ab Occasu Athon Montem habens; sita est in Arcipelago, è conspectu Trojæ; celebris quoque ob Telluris speciem quam *Lemniam* nuncupant, nostrisque temporibus Terram sigillatam, quæ multis medetur malis, & de qua loquitur *Mattioli super Dioscoride lib.* 5. *cap.* 72., & magis distinctè *Thomas Porcacchi* in suo Volumine - *Dell' Isole più famose lib.* 2. *pag.* 127.

In hanc Insula Lemnos institutos fuisse Equites à Pio II. Summo Pontifice anno 1459., qui Equites vocabantur etiam Sanctę Mariæ Bethlehemiticæ, ut contra Turcas pugnarent, scribit *Jo. Hybner in suo Lexico in verbo Ritter, columm.* 1614. §. *ultimo sub Lit. L. & sub columm.* 1617. ubi inquit, quod diu hic Ordo non duravit. Cumque nullus hucusque ad manus nostras Scriptor pervenerit de illo loquens, hoc solum subdimus, quod consideratis circumstantiis, loci, & temporis, credibile revera est, quod modicissimo tempore perduraverit. Nam de dicta Lemnos Insula scribit præ laudatus *Thomas Porcacchi*, quod tempore Pontificis Calixti III. ejus jussu Ludovicus Patriarcha Aquilejensis, sexdecim Triremibus, Bellum contra Turcas trium annorum spatio gessit, pluribus expugnatis Turcarum locis; & tandem eandem Insulam Lemnos à Turcarum manibus recuperavit; sed vix, eodem Ludovico Archiepi, scopo recedente, iterum Turcæ Insulam eripuerunt. Cumque constet d. Calixtum III. obiisse die octava mensis Augusti anno 1458., eique in Pontificatu die decima nona ejusdem mensis Augusti ejusdemque anni 1458. successisse Pium secundum, ut videre est *in Tabulis Chronologicis Summorum Pontificum* penes *Patrem Ignatium Graveson in Historia Ecclesiastica tom.* 8. *parte secunda pag.* 48. *juxta impressionem Tinassi Romæ* 1721. liquet ex his, quod horum Equitum creatio facta fuit, vel à Sixto Tertio ultimo sui Pontificatus anno, vel à Pio secundo, primo anno sui Pontificatus; unde cum amissa fuerit d. Insula Lemnos, nil mirum si Ordo brevi tempore viguerit.

DISCURSUS CXLVII.

SANCTÆ MARIÆ DE LOS FYOSDALGO In Civitate de Andujar

ARGUMENTUM

Constat ex Summario.

SUMMARIUM

1. *COnfraternitates antiquitus censebantur ut Ordines.*
2. *In Confraternitatibus Christiana flores Pietas, elucet Nobilitas.*
3. *Magis antiqua illa est, quę in Hispania erecta fuit anno* 1245., *& quomodo* n. 4. 5., & 6.

Con-

7. *Confraternitates consimiles adsunt etiam in locis, & quibus.*
8. *Magis illustris est illa S. Georgii in Burgundia,*

DISCURSUS CLXVII.

SANCTÆ MARIÆ DE LOS FYOSDALGO

In Civitate de Andujar

PLures antiquissimis etiam temporibus Confraternitates, Sodalitatesque Equestres in usu fuerunt, quæ Ordinum Equestrium Catalogo nu-
1. merantur, ita ut nonnullæ etiam simpliciter Ordines ab Auctoribus appellentur, & respective Confraternitates, in quibus & Christiana floret Pietas, socialis, & reciproca inter Nobiles fovetur Charitas, Sanguinis elucet Nobilitas, cujus probatio in
2. admissione exigitur, prout in ipsorum Militarium Ordinum ingressu requiritur, ac tandem, quemadmodum Ordines, Tesseram habent peculiarem, ac Caput, cui subsunt, agnoscunt; unde vocari non immerito possunt Fraternitates Militares, *Confrarie de Chevalerie*, ut comprobant infra allegandi,

Siquidem antiquitus pene omnes Ordines Equestres in eorum origine, ac exordio, nominibus Confraternitatum, & Sodalitatum vocabantur, ut inquit *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires de Chevaliers &c. tom. 4. §. 75. pag. 5. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 8. art. 4. à pag. 196. cum seqq. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718.*

Inter autem hujusmodi Confraternitates
3. magis antiquas, fuit illa apud Hispanos nuncupata *La Confraria de Santa Maria delos Fyosdalgo dela Ciudat de Andujar en Andalute*, ut testatur *d. Pater Honoratus* ubi supra.

Hæc autem instituta fuit anno 1245. à
4. Bernardo Aquileta Commendatore Ordinis Templariorum, aliisque Nobilibus Viris sub Protectione Sanctissimæ Virginis, ejusque gloriosa Nativitate; & quidem instituta, ad exercenda Pietatis, & Religionis Opera: suis proinde legibus constabat, & regebatur, quas inter, illam Hispano idiomate expressam, sic legimus. *Ordenamos que el Confrade sea ome Fyodalco, que esta Hermandad y Confradia se giga delos Cavalleros Fyosdalgo, por ser fecha por tales Personas, la qual sea en honor de nuestra Senora Santa Maria y de su bendito Nascimiento.*

Duos habere debebat Præpositos, unum-
5. que Priorem, qui eligi debebant ad biennium post Festum Nativitatis Sanctissimæ Virginis.

Equites autem vovent servire Deo, &
6. Regi, ac reciproce, favore Sociorum, se bonis Officiis exercere; quolibet anno in Vigilia Nativitatis Sanctissimæ Virginis Vesperis assistere, & Missæ de Requiem interesse, ac Cereum accensum manibus tenere, Officiumque Defunctorum recitare pro Confratribus Defunctis, unoque mortuo, alii assistere debent: prædicta omnia, sequendo *Argote de Molina Jacobum Wareum Historia Hibernia sub Henrico III.*, tradit præcitatus *Pater Honoratus à Sancta Maria dicta pag. 197., & seqq.*

Consimiles Confraternitates in pluribus aliis

7. aliis Civitatibus viguisse, testatur idem *Pater Honoratus à Sancta Maria* loco superius allegato *pag.* 201. ubi inquit, quod in Civitate *Valentienes* unà aderat, quæ vocabatur *Des Damoiseaux*, hoc est Virorum Nobilium Equestrem Gradum prætendentium; alia in Civitate de *Tournai*, cujus Confratres super Manicam Lilium ex Unionibus compactum gestabant cum Epigraphe *Ave Maria*: in Hibernia quoque, & alibi aliæ aderant.

Inter vero Confraternitates hujusmodi principem locum tenet illa, quæ No
8. bilitate floret in Ducatu Burgundiæ sub titulo Sancti Georgii Martyris, de qua late egimus in nostro *Discursu de Ordine Sancti Georgii in Burgundia* sub littera G. in hoc præsenti *Secundo Tomo Discurs.* 104.

DISCURSUS CCLVIII.

S. MARIÆ ELEPHANTIS IN DANIA

ARGUMENTUM

Late perpenditur in præsenti Discursu Origo Ordinis Elephantini in Dania: quis ex Regibus Danicis fuerit Institutor, ostenditurque verum Ordinem incepisse à Christiano I. per confirmationem obtentam à fa. me. Sixto IV. Romano Pontifice. Refertur mutatio, vel alteratio Tesseræ hujus Ordinis.

SUMMARIUM

1. *Natio Danica, retroactis Seculis expeditiones Bellicas misit contra Africanos, & Mauros*, & n. 5.
Princeps Normannus, sive Danicus pugnans contra Africanos, occidit Elephantem albissimum in India, & n. 3.

2. *Elephas fuit assumptus pro Tessera Militari, & Trophæo à Danicis, & pro Vexillo in Bello*, & n. 5.

4. *Elephantis albissimi occisio, ubi evenerit, nescitur, & in India successisse firmatur.*

6. *Elephantinus Ordo originem sumpsit à Sacris Expeditionibus Danorum, ut alii ab aliis Cruciatis, qui Elephantinus Ordo in Tesseram extollit Elephantem.*

7. *A quo Rege Danico fuerit institutus hic Ordo, non liquet.*

8. *Enumerantur Reges, quibus tribuitur Institutio, & rejiciuntur*, & n. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15., & 16.

17. *Institutorem Ordinis fuisse Christianum I. Regem comprobatur*, & n. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24., & 25.

22. *Adducuntur aliqua Statuta d. Ordin.*

26. *Christianus I. Romæ commorans obtinuit à Sixto IV. Summo Pontifice facultatem instituendi Ordinem Equestrem in honorem Passionis Domini Nostri Jesu Christi.*

27. *Adducitur* Bircherodius *sustinens, longe antiquiorem esse Institutionem Ordinis*, & n. 28. 29. 30. 31., & 32.

33. *Respondetur* d. Bircherodio, & 34. & 35.

34. *Ordo Elephantinus capit esse verus Ordo postquam fuit approbatus à Summo Pontifice Sixto IV.* 1478., & n. 35.

36. *Ordo fuit institutus sub nomine, & Patrocinio Sanctissimæ Virginis Mariæ, & appellatus Ordo S. Mariæ Elephantis.*

37. *Insignia Sacra Ordo Elephantinus sumpsit à Summo Pontifice.*
Varie tractu temporis immutata fuerunt Insignia, & quare.

38. *Ordo habebat etiam Vexillum habens Torquem Ordinis, & Stemma Regium.*

39. *Torques Ordinis olim constabat catena aurea, & ab ea pendente Elephante ad latus habente Coronam spineam, cum tribus sanguineis Clavis.*

Anti-

40. *Antiquitus quoque habebat quatuor Elephantes Turritos cum Crucibus alternatim, in modum Anchoræ concatenatis, & cum Numismate, in quo aderat Imago Sanctissimæ Virginis Mariæ Jesum Salvatorem nostrum in sinu tenentis, & lunam sub pedibus habentis.*

41. *Alias insigne erat Torques referens quatuor Elephantes Turritos, additis Calcaribus, & cum Icone Beatæ Mariæ Virginis evibrantis radios solis, & subtus tres clavos, quibus affixus fuit Christus Dominus.*

42. *Tempore Christiani I. erat Torques, ex Crucibus Patriarchalibus, cum Numismate, & Elephante, & Imagine Sanctissimæ Virginis Mariæ radiis Solaribus ornata, ac cum tribus clavis in memoriam Passionis Christi Domini,* & n. 43.

44. *Tempore Regis Joannis I., fuit Torques, à qua pendebat Elephas, ad pedes habens Coronam Spineam cum tribus clavis.*

45. *Tessera alia, fuit Torques cum pluribus Elephantibus, & Turribus intermediis, & à Torque pendebat Elephas Turritus.*

46. *Alias, fuit Numisma cum Imagine Sanctissimæ Virginis, quod Numisma pendebat à tribus globulis, & subtus globulos aderant tres clavi Passionis Domini Nostri Jesu Christi.*

47. *Alias, erat Torques aurea cum Elephante aureo in encausto albo, habente castellum argenteum, & fibriam nigri coloris, qui Elephas erat fixus Terræ viridi, & d. Torques tres catenas aureas habebat, multis mixtæ Crucibus, & Turritos Elephantes.*

48. *Alias sub Christiano II. Tesera erat Elephas Turritus cum Liliis, vel littera I.,* & n. 49.

50. *Tesseræ prædictæ Sacras res continentes sublatæ fuerunt cum magno piaculo,* & n. 51.

51. *Dania prolapsa in Hæresim Lutera-nam, loco Tesseræ Imaginem Sanctissimæ Virginis Mariæ continentis, extulit in Teseram unicum Elephantem è Torque aurea pendentem cum quatuor Literis initialibus nomen Regis ostendentibus.*

52. *Alia Tessera sub Friderico II. erat Elephas Turritus in latere habens Imaginem Regis pendentem à Torque cum literis M. H. Z. G. A.*

53. *Item alia Torques catenata cum Moneta aurea, cum Elephante Turrito, cum nonnullis literis, & quæ sint.*

54. *Christiani IV. tempore erat Elephas Turritus in latere habens nomen Regis, scilicet literam C., & in medio numerum quartum,* & n. 55.

56. *Idem Rex aliam habuit, Elephantem scilicet in medio lateris habentem unicam Gemmam magni pretii.*

57. *Fridericus III. apposuit quinque Adamantes in forma Crucis in latere Elephantis, qui parvum Maurum tenebat.*

58. *Idem Fridericus Teseram gestavit cum unico Elephante, ac unico adamante magni valoris, & Torquem auream mutavit in fasciam cæruleam. Addidit etiam unam stellam argenteam, cum verbis* Dominus providebit *una cum serto, in cujus medio in campo cæruleo aderant duæ coronæ.*

59. *Tesseram immutavit Christianus V. ablatis dictis verbis, apposuit verba* Pietate, & Justitia, *& Crucem Danebrogicam, & Torquem auream, cum pluribus Elephantibus, & Turribus.*

60. *In Statuto Christiani V. iniungitur, ut Elephas ex auro sit, & albo encausto, Castellum Dorso tenens, & collo Æthiopem, cum sagitta in manu, atque lateri Crucem adamantinam: è sinistro humero stella aderat argentea acu picta, octo constans radiis plano rubro villosi serici,*

L [Ha-]

61. *Habitus Equitum describitur*, & n. 62., & 63.
62. *Pileum deferunt ex serico villoso nigrum cum plumis rubeis, & albis. Pileus Regis habet plumas albas.*
64. *Equites hujus Ordinis sunt numero triginta, non comprehenso Domino Ordinis, & ejusdem filiis; & Equites nati dicuntur filii Regis Daniæ.*
65. *Equites hujus Ordinis debent esse majores triginta annis, nisi sint consanguinei, vel filii naturales Regis: in his sufficit, quod compleverint annum vigesimum.*
66. *Solum Luterani Hæretici admittuntur, Reges, & Principes extranei, intimi Consiliarii, Summi Ministri, Domini Ordinis, Militiæ præfecti, & Ordinis Danebrogici Equites ec. & idonei judicati à Domino Ordinis.*
67. *Nemo admittitur, nisi prius fuerit Eques Danebrogicus*, & n. 68.
69. *Eques quomodo eligatur.*
70. *Novus Eques debet tradere Secretario propria Insignia Gentilitia.*
71. *Eques de novo creatus accipit à Secretario volumen Statutorum.*
72. *Novo Equiti tradere debet Secretarius literas suæ creationis.*
73. *Equites hujus Ordinis creari solum in die coronationis Regum Daniæ, scribit* Favinus; *sed contrarium, quod etiam extra coronationis diem eligantur, sustinet* Collector Gallus, & *n.* 74.
75. *Ordo Elephantinus in Dania est magnæ æstimationis.*
76. *Ad hunc Ordinem admittuntur Principes, & Reges.*
77. *Sixtus IV. confirmavit hunc Ordinem, & illius Caput statuit Christianum I.*
Dominus Ordinis nominatur, non ut alii, magnus Magister.
Alii Auctores magnum Magistrum appellant.
78. *Figura Equitis cum Toga induti, apud quos habeatur.*
79. *De præsenti Cœtus Elephantinus habet Statuta erroribus Acatholicorum referta, & ad illum solum admittuntur Hæretici Secta Luterana.*
80. *Apponitur Catalogus magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CXLVIII.

S. MARIÆ ELEPHANTIS IN DANIA

Equestri Elephantino Ordini majorem antiquitatis notam adsciscere satagentes Danici Scriptores, Historicas Narrationes ab ovo, ut dicitur, exordiuntur: ajunt proinde, quod cum retroactis seculis pro recuperatione Terræ Sanctæ contra Africanos, & Mauros à Christianis Principibus plu-
1. res Bellicæ expeditiones, quas Cruciatas vocant, peractæ fuerint, Danica etiam Natio accessit, suasque habuit Bellicas expeditiones. Dum itaque in harum una, strenue decertan-
2. do, adversus Africanos & Mauros, quidam Normannus, sive Danicus Princeps Elephantem albissimum occidisset in Oriente; hinc factum est, ut Elephantem in Insigne Militare, ac Trophæum contra Barbaros extulerit, ac Gentis suæ Tesseram constituerit, ut in ea memoria Danicæ fortitudinis circumferretur.

Nullum porro Nationis discrimen in-
3. tercedit, an Elephantis occisor Princeps Normannus dicatur, aut Danus, sive horum Norvergus; dum Danicum nomen ad omnes Septentrionales se quondam extendebat, & Normannorum, ac Danorum Nomina pari

pari passu ambulabant, ac Danico nomine, ut præcellentiori, quondam vocatos fuisse Boreales Incolas, & Danorum Reges, ut multoties antea, sic etiam de præsenti, utrique Regno imperare, notum esse, allegatis etiam Manuscriptis Monumentis, nititur probare Ætherodoxus Scriptor *Jano Bircherodius in Breviario Equestri, seu de Illustrissimo, ac Inclytissimo Equestri Ordine Elephantico, ejusque Origine &c. cap. 2. sect. 6. pag. 10. cap. 9. sect. 1. & seqq. pag. 59. cum seqq. & sect. 5. pag. 65. & cap. 10. sect. 3. pag. 72. Hafniæ Ex Regiæ, & Universitatis Typographèo anno* 1704.

4\. Ubi vero strenuum opus occisionis albissimi Elephantis peractum fuerit, non conveniunt Scribentes, testantes solum, id successisse in India, cum *Vigelio in Encomio Generosæ mentis*, inquit *d. Bircherodius cap. 9. sect. 2. n. 61.*

5\. Successive, sub hoc Elephantino Vexillo certamina gesserunt Dani in expeditionibus contra Barbaros, ut referunt Auctores, penes *d. Bircherodium cap. 10. sect. 5. pag. 73., & sect. 6. pag. 74. & sect. 7. pag. 75.*

6\. Unde, quemadmodum apud alias Nationes occasione Bellicarum hujusmodi expeditionum, instituti fuerunt plures Equestres Ordines, vel Militares, aut Religiones, ut videre est in hoc nostro Volumine; ita ex Militia Cruciata, seu Sacris Danorum expeditionibus derivasse, consentaneum videtur in Catholicæ Religionis defensam, Ordinem Elephantinum gerentem in Tesseram Numisma Elephantem continens, sicuti tradunt *Ludovicus Voigtius in Tract. de Regio Ordine Elephantino impress. Baruthi anno* 1673. *Joh. Christ. Bechmanni in Syntagmate Dignit. Illust. Dissert. 19. sect. 11. Lyps. 1695. d. Bircherodius de Ord. Elephantino in Præfatione ad Lectorem, & cap. 1. sect. 6. pag. 5. ac cap. 2. sect. 6. pag. 9. & cap. 9. sect. 5. pag. 65. Abb. Justinianus in Histor. Cronolog. dell' Origine degli Ordini Militari ec. par. seconda cap. 72. pag. 760.* qui reprobatur *à dic. Bircherodio pag. 65.* quoad aliam opinionem simpliciter relatam ab eodem *Justiniano* circa Institutionem Ordinis per Christianum IV., vel Fridericum II.

7\. De quo autem, & à quo Rege Danico fuerit hic Elephantinus Ordo institutus, plane non liquet; cum quot Scriptorum enumerantur capita, tot sententiæ sint, ad tradita per *Bircherodium d. cap. 2. sect. 2. pag. 7. d. Justinianum pag. 761. Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equest. n. 36. Comitem Jo. Fridericum in Koden Sapieha, de quo infra §. Cum autem.*

8\. Alii quippe sustinent, fuisse institutum à Rege Christiano IV. sic tenet Scriptor Hispanus *Joseph Micheli in Thesauro Militari: Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. disq. 1. quæst. 2. n. 85., & cum Elia Ashmole de Ordin. Periscelidis* meminit *d. Justinianus* ubi supra *pag. 764. Petrus Franciscus Bergamaschi* in suo Libello, cui titulus - *Breve Notizia Istorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati ec. pag. 80. juxta impress. Taurini Typis Dominici Paulini 1695.*

9\. Sed hæc opinio, ob discrepantiam temporum, reiicitur ab *Abb. Justiniano d. pag. 761. d. Bircherodio cap. 2. sect. 1. pag. 7. & cap. 3. sect. 1. pag. 10. & 11. cap. 9. sect. 5. pag. 65.* ubi, ut diximus, reprobat *d. Justinianum* referentem, quod Christianus IV. fuerit Ordinis Institutor.

Fridericum II. fundatorem Ordinis faciunt

10. ciunt Scriptores, quos adducit *d. Bircherodius d. cap. 2. sect. 2. pag. 8. & d. Bonannus n. 36. d. Petrus Franciscus Bergamaschi d. pag. 80.*

Eosdem tamen reiicit ipse *Bircherodius*
11. *cap. 4. sect. 1. pag. 15., & seqq., & cap. 5. sect. 1. pag. 26., & cap. 9. sect. 5. pag. 65.*, ubi reprobat *d. Justinianum* referentem opinionem, quod Institutor Ordinis fuerit d. Fridericus II.

Alii institutionem tribuunt Christiano
12. III., & Friderico *I.* juxta allegata per *Bircherodium d. cap. 2. sect. 1. pag. 7. & sect. 3. pag. 8.*

Hos quoque reprobat *Bircherodius* ubi
13. supra, *& cap. 5. sect. 1. pag. 25., & seq.* ubi inquit, d. Christianum III. gessisse Torquem aureum, non cum Elephante, sed cum Delphino.

Alii asserunt, fuisse Institutorem Regem
14. Joannem I. sicut inquit *Bernardus Comes de Rebolledo*, penes eundem *Bircherodium sub d. cap. 2. sect. 4. pag. 8.*

Et hic similiter reiicitur per *d. Birchero-*
15. *dium* superius allegatum *pag. 8. & cap. 5. sect. 3. pag. 27.*

Sunt qui ajunt, Canutum VI., qui cir-
16. ca annum 1188. regnabat, fuisse Institutorem, & in hoc plures rationes cumulat idem *Bircher. cap. 2. sect. 6. pag. 9. cap. 10. sect. 5. & 6. pag. 72. & 73. & d. pag. 9.* allegat *Ludovicum Voigtium in Tract. de Regio Ordine Elephantino impress. Baruthi anno 1673.*

Fuisse hujus Ordinis Elephantini Insti-
17. tutorem Regem Christianum I., qui in Dania regnare cæpit anno 1448. demonstratur, tum ex Bullarum
18. Pontificiarum serie, tum ex Documentorum, Scriptorumque calculo: constat siquidem Christianum *I.* cognomento divitem, Daciæ Regem, in Ecclesia, vel prope Ecclesiam Roeskildensem non longe distantem à Civitate Copenagensi, ut notat *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers sub cap 84. Les Chevaliers del Elephant tom. 4. pag.* 104. instituisse quandam Fraternitatem, in qua multi Principes Nobiles, & in quibus Regii Consiliarii existebant, quod Sacellum Summus Pontifex Pius II. Indulgentiis decoravit, ut ex Bulla san. me. Pii II. de anno 1462., quæ habetur etiam penes *d. Bircherodium d. cap. 6. sect. 4. pag. 39.*

Latius constat ex Bulla fa: me: Sixti IV. in qua habetur, quod regnante in Apostolico Solio d. Sixto IV. Christianus I. Daciæ, Sueciæ, Norvergiæ, Sclavorum, Gothorumque Rex Romam petiit, & in præsentia Pontificis, eidem Summo Pontifici ex-
19. posuit, ipsum fundasse d. Sacellum Roeskildense, ad Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Gloriosissimæ Virginis Mariæ, Sanctæ Annæ, & Trium Regum, totiusque triumphantis Curiæ exaltationem, laudem, & gloriam, ibique unam Confratriam sub eadem invocatione, cum certis Capitulis, & Ordinationibus, ipsisque Principibus, Proceribus, Baronibus, & Nobilibus de eadem Confraternitate existentibus, unum decentem Torquem elargiri: unde d. Rex Christianus I. supplicavit Summo Pontifici, quatenus præfatas Institutionem, & Ordinationem, cum Capitulis, & Constitutionibus approbare, & confirmare Apostolica auctoritate dignaretur, prout Summus
20. Pontifex approbavit, & confirmavit, juxta Bullam d. Sixti IV. anno 1474. impressam quoque apud *d. Bircherodium*, ut supra *pag. 40. & seqq.* ubi aliæ duæ ejusdem Pontificis Bullæ adducuntur de dicta

Con-

Confráternitate, & Torque loquentes.

Quod vero prædictum Sacellum sub Rege Christiano I. olim in d. Ordinis Elephantini usum, Equitumque Conventum sancitum esset, & destinatum, fatetur idem *Bircherodius d. cap. 7. sect. 7. pag.* 51. unde notat constare, quod ibidem creati fuerunt antiquitus Equites eum Cæremoniis,

Rursus idem Sacellum tempore d. Regis Christiani I. quod fuerit conse-
21. cratum Ordini Elephantino, ac Fratribus hujus Ordinis (sic enim quondam appellabantur) probant Manuscripta, & Inventaria Capituli Roeskildensis, ac Bullæ, sicuti scribit *d. Bircherodius d. cap. 7. sect. 6. pag.* 49.

Liquet igitur ex premissis, Institutorem Ordinis fuisse Regem Christianum I.
22. Ordinemque à Summo Romano Pontifice approbatum, & confirmatum fuisse Apostolica Auctoritate, statuto ejusdem Elephantini Ordinis Capite Daniæ Rege pro tempore existente, efficiendo sic, mediante Pontificia auctoritate, Ordinem hunc Equestrem Ordinem insimul Religiosum, & Militarem, ut narrat *Thomas Bartolinus in Differt. Histor. de Ordin. Danebrogic. à pag.* 45., & fatetur idem *Bircherodius cap.* 7. *per tot.* Congregabantur autem Fratres in d. Regio Roeskildensi Sacello, aderantque Regulæ, & Statuta pro ejusdem Ordinis Regimine, ut inquit *d. Justinianus d. par. secunda cap.* 72 *pag.* 764. Quorum Statutorum fragmenta quę supersunt, sunt sequentia, ut videri potest apud *Bircherodium cap. 7. sect. 7. pag.* 50., *& seqq.* videlicet

1. *Passum & Crucifixum*, jugi, & sancti tenere memoria.
2. Pro Ecclesia Christi fortiter pugnare.
3. Justitiam defendere, Viduas, Orphanos, & Egenos protegere.
4. Concordiam amare, Eleemosinas in Pauperes erogare.
5. Elephantinum Insigne in solemni Congregatione, & Festo gerere.
6. Hoc idem Insigne post mortem ad d. Capellam trium Regum remittere.

Tenore fundationis trium Regum Capellæ, tenebantur etiam hujus Ordinis
23. Socii, præter ipsam Ordinis Tesseram, Testamento quinque aureos Rhenanos Capellæ huic legare in pauperum subsidium, & Sacros usus erogandos.

Circa hujus Ordinis Institutorem, dilucide Historicam demonstrationem per extensum contestatur *Ovenius Bilde* Aarhavsiensis Episcopus, quem fuisse ultimum in illis Regionibus Pontificiæ Religionis Episcopum, olimque Regis Joannis Cancellarium, à
24. Christiano III. perquam dilectum, quique obiit anno 1555., inquit *d. Bircherodius d. cap. 6. sect. 3. pag.* 33. *Ovenius* ergo Bilde Episcopus Aarhausiensis ita rem ennarrat in sua Epistola anno 1537. directa Joanni Priis Cancellario Regis Christiani III. quæque Epistola latine reddita habetur apud *d. Bircherodium cap. 6. sect. 3. pag.* 32. & est tenoris sequentis.

Charissime Domine Cancellarie admodum benevole; te certiorem reddimus, fratrem nostrum Æschium Bilde, ante aliquot dies per literas indicasse tuum desiderium, quo à Nobis informationem quæris, quid de illo Sodalitii ornamento, scilicet insigni, sentiamus, quod Reges solent hic in Regno donare, ac conferre, & an peculiaria aliqua regesta, vel literæ relictæ extent, tam, ut quamcumque notitiam ea de re haberemus, tibi communicaremus. Charissime Domine Cancella-

cellarie à pueritia audivimus, & intelleximus, quod cum Christianus Senior Rex, cujus anima cum omnium Fidelium animabus Deus sit propitius, & clemens, Roma esset, inter alia varia, & magna beneficia, qua Roma Sixtus hujus nominis Quartus prastitit, & exhibuit pradicto Regi Christiano, obtulerit eidem, ejusque Successoribus Regibus Dania Ordinem, in memoriam Passionis Domini Servatoris nostri. In hujus scilicet Ordinis gratiam, Christianus Rex instituit, fundavit, & fecit Christianam, atque insignem fundationem in Templo Cathedrali Roeschildia, et Sacello suo, quod nunc vocatur trium Regum, sive Regium Sacellum, ut idem scilicet Rex posset admittere in eundem Ordinem Principes, ac Dominos Equites, et generosos Viros, qui Nobils erant genere, & volebant in Ordinem adsciscí, et ut illi, qui ejus Ordinis erant, tenerentur gestare illam sodalitatem, ac Tesseram, qua erit facta ad similitudinem Elephantis, una cum Corona Spinea, et tribus sanguineis clavis infra illam Confraternitatem in honorem, et memoriam Passionis Domini Nostri JESU Christi. Preterea concessit scilicet Pontifex ei, ac omnibus illis, qui in Ordinem illum admissi sunt, ac suspicere voluerunt pradictam Societatem, notabiles, ac singulares Indulgentias, Immunitates, ac Privilegia. Audivimus quoque, quod omnes, qui in Ordinem illum cooptari volebant, obstricti essent ad prestandum quędam Officia Omnipotenti Deo, eleemosinas dandas, & preces in memoriam mortis, ac dolorum Christi, necnon ad plures alios articulos servandos, quorum nunc non possumus. Prasertim vero Sodalitas, sive Tessera in Sacello pradicto Roeschildensi conservaretur, ac restitueretur, Rex Joannes equidem pradictam Sodalitatem continenter usque ad diem mortis sua gestavit in omnibus solemnitatibus, ac conventibus, et in summo eam honore habuit, prout multis notum est. Admisit etiam idem Rex in eundem Ordinem ac Fraternitatem Henricum Seniorem Anglia, Regem Scotia, suum à Sorore Nepotem, & utrique misit pradictam Tesseram, qui etiam eum Ordinem usque ad obitum, magna amicitia, & benevolentia cum ipso coluerunt: hunc etiam Ordinem, Rex Joannes dedit complurium Principum Legatis, quos Equites creavit, sicut etiam multis Regni Danię Senatoribus, ac Nobilibus &c. Charissime Domine Cancellarie, Bullas, sive signatas Literas, qua de hoc Ordine & Instituto edita sunt, inter Regni literas inveniri credimus, nisi forte Rex Christianus II. eas sustulerit, antevecta, seu amissę sint in ultimo Bello, quod in Regno gestum est, ut de iis diligenter quaratur inter Capellę prędicta Monumenta, & Archiva, an ipsa veracia ipsarum exemplaria ibidem inveniantur.

Quæ autem clarior, majorque probatio
25. vel haberi, vel desiderari potest, prædicta Epistola à Viro Episcopo Cancellario Regis Danię alteri Daniæ Regis Cancellario directa, testimonium perhibente de re sua ætate circiter confecta? Quicumque in hujus Historiæ serie cavillari tentat, tentat, ut dicitur, nodum in scirpo quęrere: merito proinde Auctores referunt *Eliam Ashmol* testari, se vidisse Epistolam ab Episcopo Artusen. Cancellario Joannis Regis Daniæ anno 1537. scriptam Joanni Tris Cancellario Christiani III. in qua, ut dictum est, Historiam exponit, scilicet Christianum I. Romæ commorantem à Sixto IV. Summo Ponti-

Pontifice petiisse, & obtinuisse facultatem instruendi hunc Ordinem Eque,
26. item in honorem Passionis Domini Nostri JESU Christi, cujus Ordinis Rex Daniæ pro tempore Caput esset, & ut vocant magnus Magister, prout magni Magistri semper fuerunt Reges Daniæ. Sic de *d. Ashmole* meminit *Justinianus par. pr. cap.* 72. *pag.* 761. *Collector Gallus tom.* 4. *sub* §. 84. *pag.* 104. Et passim testantur Scriptores, Christianum I. esse Institutorem hujus Ordinis sub Sixto IV. Videantur *Pater Anselmus in Palatio Honoris par.* 2. *cap.* 30. *Alex. Rossaus in Relig. Mund.*. *Jo. Boisseau in Promptuario Armoriali*. *Valerius Ernestus Lescherus in Isagogymensis sect.* 11. *de Ordine Elephantino Tract. edito Wirtemberga anno* 1697. quos refert *d. Bircherodius cap.* 1. *sect.* 5. *pag.* 9. *Huitfeldius in Chron. Christiani I. Volumen Descript. Ordin. Militar. Parisiis impress. anno* 1671. *in* §. *Ordre de Elephant institué por Christien Primier Roy de Danimarch*: Volumen, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo in* §. *L'Ordine di Cavalleria dell' Elefante pag.* 290., *juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti*, & *Jo. Malachin* cum aliis infra allegandis.

At rursus, hunc Ordinem Elephantinum, non à d. Christiano I. sed longe ante
27. viguisse, nititur probare præallegatus *Bircherodius cap.* 2. *sect.* 6. *pag.* 9. *cap.* 6. *sect.* 1., & *seq. pag.* 29., & *sect.* 2. *ac seq. pag.* 30., & *seqq.*, & *cap.* 7. per totum *à pag.* 45. *cum seqq.* & *cap.* 10. *sect.* 1., *et seq. pag.* 71. ubi deduci inquit, hunc Ordinem 500. ab hinc annis institutum fuisse, & *cap.* 11. *sect.* 2. *pag.* 78.

Ad hanc antiquitatem Ordinis astruendam, *d. Bircherodius cap.* 10. *sect.* 7. *pag.* 75. & *seqq.*, refert delineatam
28. formam antiquæ Monetæ, quam Cardinalis Bessarion è Græcia in Italiam transtulit, necnon consimilis Monetæ in Hispania existentis, in quibus Monetis, in prima earum facie conspicitur Beata Maria Virgo sedens cum Infante JESU, corniculatam Lunam habens sub pedibus, & in altera Monetæ facie Elephas insistens hypostilio, quod Corona ex Spinis contexta cingebatur, hocque ex *Cassiano à Puteo* subdit esse insigne Militum Christianorum, qui Sacro Bello in Oriente adversus Saracenos militabant, & conjecturam desumi, Regium fuisse insigne, & quidem ejus Ordinis esse, cujus illo tempore usus erat apud Daniæ Reges.

Nititur pariter idem *Bircherodius* alle-
29. gatis superius Capitulis asserere, quod adductæ Pontificiæ Bullæ solummodo Indulta, & Privilegia continent à Summis Romanis Pontificibus Regi Christiano I. quoad Ordinem Elephantinum concessa, non autem importare fundationem Ordinis, qui jam præexistebat; unde *Bircherodius d. pag.* 78 reiicit *Adrianum Schoonebeck* sub Titulo - *Histoire de tous les Ordres Militaires, ou de Chevalerie cap.* 95. *impress. Amstelodami anno* 1699. asserentem, quod hic Elephantinus Ordo originem habuit anno 1478.

Et iterum *d. Bircherodius d. cap.* 6. *sect.* 1. *pag.* 29. subdit, quod Auctores
30. originem Ordini tribuentes sub anno 1478. vere non loquuntur de origine Ordinis, sed simpliciter verba faciunt de Marchione Mantuæ tunc temporis dicta Equestri Tessera donato.

Quodque ante Sixtinam Bullam vigeret Ordo Elephantinus, ad hoc probandum idem *Bircherodius cap.* 6. *sect.* 4. *pag.* 34. asserit, decem annos antequam Christianus I. Romam peteret, extitisse

se Equites: & rursus *d. cap.* 7. *sect.* 5. *pag.* 48. allegat Manuscripta quędam comprobantia traditionem Torquis per Christianum I. factam anno 1457. Geminiano Trivisano Militi, & aliam factam anno 1462. Franconi Friderico Marchioni Mantuæ.

Tandem quoad Epistolam prælaudati Episcopi Ovenii Bilde, satagit *Bircher. cap.* 6., & 7. *à pag.* 29., & per to-
31. tum, & *pag.* 45. *cum seqq.* adducere nonnulla fragmenta Manuscripta, in quibus narratur causa, quę Christianum I. impulit ad petendum Romam, scilicet pro dispensatione obtinenda super Voto, quod emiserat, visitandi Sanctum Sepulchrum: narrantur honoris significationes, quibus Summus Pontifex Regem Christianum I. excepit. Asseritur lecta fuisse acta Sixti IV., & nihil de hoc Ordine exprimi, prætendendo tali forma resultare probationem negativæ.

Nec omittimus subdere quod scribit
32. *d. Abb. Justinianus d. par. secunda cap.* 72. *pag.* 764. allegatum *Ashmole* referre, quod *Jureus Nicolaus Herbtolm*, in quodam Tractatu, nondum tamen publicæ luci dato super Ordine Elephantino, impugnat d. Epistolam prædicti Episcopi Ovenii Bilde.

Profecto enarrationibus hujusmodi, asser-
33. tio nostra Historica minime labefactatur; omisso siquidem examine super Manuscriptis, quę cumulat *Bircherodius*, & eorum supposita legalitate, ac posthabita indagine quoad qualitatem Torquis per Reges Danię Viris Principibus donatæ, cum citra dubium sit, antiquissimis etiam temporibus consuevisse Principes, & Reges, diversis ex causis Viros illustres Torquibus exornare, vel in simplicem rei gestæ, & conspicui facinoris Tesseram, vel in Equitis Torquati, vel Armati Signum, aut occasione conferendi gradum honorificum Equitis aureati, sive aurei calcaris, juxta ea, quæ Nos tradidimus in nostris *Discursibus de Equite Armato, Torquato, Aureato, sive Calcaris aurei*, qui Gradus Honoris non efformant verum Ordinem Equestrem, suis constantem stabilimentis; ad rem nostram distinguimus tempora, & concordabunt Scripturæ: nam Torques
34. illæ honorificæ, quas Daniæ Reges eorum arbitrio largiebantur ante confirmationem Ordinis factam à Sixto IV. esse potuerunt Torques etiam Equestres, sed non Torques veri, ac fundati Equestris Ordinis; postquam vero accessit approbatio, & confirmatio Ordinis Equestris formiter erecti, mediante auctoritate Summi Pontificis, tunc in esse Ordinis, & qualitate formali Equestris Ordinis, exordium sumpsit Ordo hic Equester Elephantinus, & sic à tempore dictæ
35. approbationis, & confirmationis effectus est Ordo: quę approbatio cum à Sixto IV. peracta fuerit sub anno 1478. petente Rege Christiano I., firmum manet, & inconcussum, ipsum Regem esse fundatorem Ordinis Equestris: Huncque Ordinem fundationem, & institutionem desumere à prædicto anno, sicuti communiter testantur *Adrianus Scoonebeck in dic. Tractat. Histoire de tous les Ordres Militaires, ou de Chevalerie cap.* 95. *d. Volumen li Sovrani del Mondo d. pag.* 290. *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib.* 1. *Dissert.* 5. *art.* 1. *pag.* 59. *juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno* 1718. *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques*

Eques Ordinis Aquilę Albę in Regno Polonia, in suo Corollario celebriores Ordines continente, in verbo Elepantis in Dania Ordo pag. 270. quod *Corollarium impressum est in calce e, jusdem Auctoris*, cui titulus - *Adnotationes Historica de Origine &c. in Regno Polonia Ordinis Equitum Aquilę Alba Typis Adami Cholini anno* 1730. *Colonię*, præter alios superius allegatos *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 104.

Institutus fuit Nobilis hic Ordo sub Augustissimo Nomine, & Patrocinio
36. Sanctissimæ Deiparæ Virginis Marię; unde dictus fuit Ordo Sanctæ Mariæ Elephantis, ut pręmissum est in principio hujus Discursus, & notat *Abb. Justinianus d. par. secunda cap.* 72. *pag.* 759. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 59. *d. Pater Anselmus in Palatio Honoris par. secunda cap.* 30. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordinum Equestrium n.* 36. *Andr. Favin. in Theatro Honoris tom.* 2. *pag.* 1363. *Thomas Bartholinus in Differt. Histor. de Ordine Danegrogico pag.* 45., *&* 46. aliosque etiam cumulat *d. Bircherodius cap.* 7. *sect.* 2. 3., *&* 4. *pag.* 45., *& seqq. cap.* 10. *sect.* 8. *pag.* 76., *& cap.* 11. *sect.* 1., *&* 2. *pag.* 77., *&* 78. *dic. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 405. *d. Petrus Franciscus Bergamaschi pag.* 81.

Ordo hic Sacra sua sumpsit Insignia ex
37. Summi Pontificis concessione, ac additamento, ut supra diximus, quæ tamen temporum varietate, rerumque Danicarum vicissitudine, & Danorum Regum arbitrio variata, aucta, & immutata pluries fuerunt, ut scribit *d. Bonannus n.* 36. *Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 1. *pag.* 77., unde & multimode referunt Auctores, sicuti inquit *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 105. Nosque seriem mutationum ordinatim referemus. Non solum autem Ordo Elephantinus sua tenebat Insignia, sed eodem fundationis tempore, ut vere Ordo Equester Militaris, Bellicum etiam Vexillum extol-
38. lebat, hocque Vexillum ex una parte exhibebat Torquem Ordinis, & ex altera parte Stemma Regis Danici, quod formatur ex tribus Leonibus cœruleis leopardatis, ambulante uno super alium, ac coronatis in campo aureo sparso cordibus rubeis, ut testatur *d. Justinianus d. par. secunda cap.* 72. *pag.* 765. ubi refert delineatam figuram.

Igitur à principio Torques Ordinis con-
39. stabat Catena aurea, à qua pendebat Elephas, ad latus habens Coronam Spineam, cum tribus sanguineis clavis in memoriam Passionis Domini Nostri JESU Christi, ut tradit *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 405.

Antiquitus pariter formabatur Torques
40. cum quatuor Elephantis Turritis, & Crucibus alternatim junctis, atque in modum Anchoræ quasi concatenatis cum Numismate habente Imaginem Sanctissimæ Virginis Mariæ, JESUM Salvatorem nostrum in sinu tenentis, & corniculatam Lunam sub pedibus: per hæc autem denotantur Bellicæ Danorum contra Mauros, Africanos, Saracenos, Expeditiones, hoc est Cruciatæ, ut inquit *d. Bircherodius d. pag.* 77. ubi *Tabula* 7. *pag.* 51. delineata exhibet dicta Insignia; *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 405.

Alia forma Insignis erat Torques ex
41. quatuor Elephantis Turritis, additis Calcaribus, una cum Icone Beatæ Marię Virginis, radios solis ad instar evibrantis; nec non subtus tres Clavi conspiciuntur, qui illos denotant, quibus Christus Dominus Cruci affixus fuit, sicuti videre est penes

M Sil.

Silvestrum Petra Sancta in Tesseris Gentilit. Romæ editis anno 1635.*pag.* 635. *d. Bircherodium* ubi supra *pag.* 78., & Figuram exponit *Tabula* 7. *n.* 1. 2., *&* 3. *Bonannum n.* 36. *Ab. Justinianum par. secunda cap.* 72. *pag.* 761.

42. Tempore Christiani I. erat Torques ex Crucibus Patriarchalibus confecta, Numisma retinens, in quo aderat Elephas turritus, & sub eo Imago Sanctissimæ Virginis Mariæ solaribus radiis circumdatæ, & subtus tres clavi in memoriam Passionis Christi Domini, juxta ea, quæ tradit præallegatus *Adrianus Schooneheck: Abb. Justinianus d. par. secunda cap.* 72. *pag.* 760. *d. Bircherodius d. pag.* 78. *& in Tabula* 7. *ejusdem n.* 4. ubi exhibet figuram æri incisam: *d. Pater Bonannus d. n.* 36.

43. Initio temporis Torques distinguebatur Elephantibus Turritis, intermixtis Calcaribus (juxta Pailotum Crucibus anchoratis) à qua Torque in Numismate pendebat Imago Sanctissimæ Virginis radiis redimita: *d. Comes in Koden Sapieha* superius allegatus.

44. De tempore Regis Joannis duplex fuit forma Tesseræ; nam secundum ea quæ scribit *d. Ovenius Rilde relatus à d. Bircherodio d. cap.* 11. *sect.* 3. *pag.* 78. Primo Torques erat aurea, à qua pendebat Elephas habens ad pedes Coronam Spineam, cum tribus clavis pro Christi Domini Passione significanda, & figura hujus Tesseræ habetur apud *d. Bircherodium* ubi supra *d. Tabella* 7. *n.* 7.

45. Altera forma Tesseræ constabat Torque cum pluribus Elephantis, & Turribus intermediis, à quo Torque unus Elephas Turritus pendebat, ut inquit *d. Bircherodius pag.* 78., ubi refert figuram d. Tesseræ in *Tabula* 4. *pag.* 27., *&* *Tabula* 7. *n.* 6. *d. Pater Bonannus d. n.* 36. *in Generali Descriptione omnium Tesserarum Equestrium*.

46. Alii scribunt, fuisse Numisma cum Imagine Sanctissimæ Virginis, & quod Numisma pendebat à tribus globulis, & subtus globulus, in quo erant tres clavi Passionis Domini Nostri: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 105. *d. Petrus Franciscus Bergamaschi pag.* 81.

47. Torquem auream alii describunt, à qua pendet ad latera Elephas aureus cum encausto albo, habens supra dorsum Castellum argenteum, & fimbriam nigri coloris tenens, quique Elephas erat fixus Terræ viridis coloris: sic tradit *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 105., ubi subdit, quod *Pater Heliot* inquit, in quadam pagina impressa Torquem apparere, tribus Catenis aureis efformatam: illam autem, quam describunt *Favinus, & Anselmus*, impressamque exhibent, esse Torquem multis mistam Crucibus, & Elephantibus Turritis, à qua pendet Numisma radiis circumdatum, & in medio Imago Sanctissimæ Virginis.

48. Christiano II. regnante, Insignia Ordinis erant Elephas Turritus, additis Liliis: *d. Bircherodius* ubi supra *d. cap.* 11. *sect.* 4. *pag.* 79.

49. Adsunt & aliæ impressiones Torquis, quæ constant catena aurea, ex ossibus dorsi, à qua Torque pendet Elephas Turritus, & super Turrim adest Littera *I.* significans Joannem Regem: *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 105.

50. Sub Friderico I., & Christiano III. Ordo Equester Elephantinus decrementa passus est in ipsis etiam Insignibus, à quibus egressus est omnis decor, & gloria: siquidem cum Sanctissima Crux Domini nostri

JESU

JESU Christi, in qua Nos gloriari oportet, una cum tribus clavis, in memoriam Passionis ejusdem Divini Redemptoris nostri, necnon Icon Beatissimæ Deiparæ Virginis Mariç nobilior pars esset Tesseræ dicti Equestris Ordinis; heu piaculum! Sacra hęc omnia ab Ordinis Equestris Insignibus auulsa fuere, atque exclusa.

Ac sub Friderico II. in præceps ruit Ordo olim Equestris Sanctæ Mariæ Elephantis, ex quo Regiones illæ Danicæ ab Avita, vera, Catholica, Apostolica, Romana Fide misere recedentes, Luteranam Hæresim amplexæ sunt; sicque desiit esse Equester Ordo, uti carens substantialibus partibus constituentibus Equestrem Ordinem, sine quibus non Ordo, sed deordinatio efficitur, quemadmodum de consimilibus Ordinibus Equestribus in sua fundatione Catholicis, & postea in Hæresim cadentibus, ostensum est in nostro *Discursu IV. n.* 24., *& n.* 130.

Post itaque lapsum Daniæ in Hæresim
51. Luteranam, pro Tessera, loco Beatissimæ Virginis Mariç, adhibuit unicum Turritum Elephantem è Torque aureo pendentem, & habentem à latere nomen Regis initialibus indicatum literis, & sub pedibus adscriptas quatuor Literas T. I. W. B. apophthegma Regium, hoc est lemma, quo Rex utebatur lingua Danica exponentes, quod Italico idiomate nostro sonat - *Fedeltà, e cosa rara*. *d. Justin. par.* 2. *cap.* 72. *pag* 761. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 59. *d. Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 6. *pag.* 79., *& apud eundem in Tabula* 7. *n.* 8. ubi exhibetur figura: *d. Justinianus par. secunda cap.* 72. *pag.* 761., qui asserit esse has tres literas P. F. P.

Alia forma Tesseræ utebatur d. Friderici
52. cus II., Elephante nimirum Turrito, in latere habente Imaginem Regis, ac à Torque aurea pendente, sub pedibus autem aderant literæ M. H. Z. G. A. juxta alterum simbolum ejusdem Regis: *Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 6. *pag.* 79. ubi subdit, quod alia aderant Schemata, quæ ipse exhibet impressa *Tabula* 7. *n.* 8. 9. 10., *&* 11.

Imo alia Tessera cernitur d. tempore
53. Friderici II., hoc est, è Torque anulis catenata pendens Moneta aurea, in qua Moneta adest Elephas Turritus, habens ad latus Numisma cum literis F. S. nomen Regis indicantibus, additis sub pedibus Elephantis quatuor literis T. W. B., & in circulo dictæ Monetæ in summitate Crux adest, & verba *Mein Hoffnungen Gott Alleini* 1580. *d. Bircherodius cap.* 11. *sect.* 6. *pag.* 79., *& in Tabula* 8. apud eundem.

Sub Christiano Quarto Insigne erat
54. Elephas Turritus in latere habens Regii nominis litteram C. continentem in medio numerum quartum: *Justinianus pag.* 764. sicque significantem Christianum Quartum: *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 105., quæ littera erat cum Corona Regia desuper, & ita duravit usque ad annum 1616., quo ejusdem Regis Exercitus Calmariam expugnavit, Victoria contra Suecos reportata, unde motivum sumpsit Rex instituendi Ordinem *Brachii Armati*, de quo agimus in suo particulari *Discursu* 150. sub dicta nuncupatione, tuncque sublata fuit d. litera C., & ejus loco appositum Brachium armatum cum quatuor gemmis, ut videre est in figura, quam refert *Tabula* 8. *n.* 3., *&* 4. *pag.* 81. apud *d. Bircherodium*.

Fuit etiam tempore ejusdem Christiani
55. IV. alia Tesseræ forma Elephas e Torque aureo pendens cum aliquibus

literis in medio ejusdem: *d. Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 7. *pag.* 80.

Postmodum idem Christianus IV. aliam
56. Tesseram gestavit, scilicet Elephantem in medio lateris ejusdem Elephantis unicam magni pretii Gemmam habentem, ut notat *d. Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 7. *pag.* 80. & apud eundem *in Tabula* 8. *n.* 4., *& in d. cap.* 11. *sect.* 7. *d. pag.* 80. ubi subdit, quod ita exprimebatur Fidei, & Imperii Unitatis memoria, unico numero aliquid nec dividente, nec multiplicante.

Fridericus autem III. Tesseram sic aptavit:
57. loco quatuor Gemmarum, quę Brachium armatum exornabant, apponi fecit quinque adamantes in latere Elephantis, qui è cœruleo cingulo pendebat. Quinque vero Adamantes in forma Crucis dispositi erant, ut ita quotidiana recordatio haberetur quinque vulnerum Christi Domini: *d. Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 8., & penes ipsum *Tabula* 8. *n.* 5., *& seqq. d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 106. ubi, quod Torques, quæ de præsenti defertur, ex multis Elephantibus constat habentibus supra dorsum phaleram cœrulei coloris, & è d. Torque pendet Elephas aureus cum dictis quinque Adamantibus, in memoriam quinque vulnerum Domini Nostri JESU Christi, idemque Elephas est cum encausto albo, tenetque supra collum parvum Maurum.

Aliquando d. Fridericus III. gestavit Tesseram unicum Elephantem habentem
58. expressum, cum unico magni valoris adamante: mutavit etiam Torquem auream in fasciam cœruleam, & anno 1663. addidit etiam Stellam argenteam cum radiis, habentem in medio circulum, in quo simbolum Regis legebatur, videlicet - *Dominus providebit* -. aderatque dispositum quoddam sertum artificiose connexum, in cujus medio in cœrulea, & argentea planitie, seu campo, duæ Coronæ conspiciebantur, juxta descriptionem factam à *d. Bircherodio d. cap.* 11. *sect.* 8. *pag.* 80. *n.* 5. 6. 7., *&* 8. *d. Comes in Koden Sapieha* supra allegatus.

Tandem tempore Christiani V. firmata
59. fuit Tesserę forma; dictus quippe Christianus V. diu quidem gessit Tesseram eo modo, quo disposuerat Fridericus III., ut superius notavimus: postmodum tamen mutavit simbolum prędictus Ferdinandus III. quod, ut diximus, erat - *Dominus providebit* - & apposuit suum, his verbis efformatum - *Pietate, & Justitia* - quemadmodum etiam loco duarum Coronarum in supradicta argentea stella appositarum, jussit locari Crucem Danebrogicam in memoriam per eum restauratı Ordinis Danebrogici. Postremo, Torquem addidit auream, ex plurimis Elephantis, & Turribus concatenatam, diebus solemnioribus ab adscriptis gestandam: *d. Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 9. *pag.* 81. *Abb. Justinianus par. secunda cap.* 71.

Unde in Statuto edito à d. Rege Chri-
60. stiano V. *sub n.* 4. injungitur, quod Equites, dextro latere, quotidie gestent Elephantem puro constantem auro, alboque pictum encausto, qui dorso Castellum, collo Æthiopem sagittam manu tenentem, sedentemque ad radicem Castelli, atque lateri Crucem adamantinam feret, & forma habetur expressa in fronte *d. Dissertationis Bircherodii*, ubi legitur lemma hoc - *Magnanimi pretium* -. dictusque Elephas appensus erit fascię fericę coloris cœrulei. E sinistro humero Tunicæ aderit Stella argentea acu

acu picta, octo constans radiis, & in medio ejus Crux argentea acu picta, innitens plano rubro villosi serici. Forma videri potest in *Tabula* 8. *pag.* 81. penes *d. Bircherodium*, sicuti Imago Equitis Elephantini cum d. Tessera penes *Abb. Justinianum*, *Patrem Bonannum d. n.* 36. *d. Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 104.

Cœterum Habitus horum Equitum non
61. semper fuit ejusdem formæ, sed temporum variatione in parte immutatus fuit, ut notat *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 106. Unde ab eodem Collectore ibidem sic describitur; quod magna Clamys sit ex serico villoso coloris rubei subsuta ex serico, vulgo *Raso* albi coloris, cum cauda oblonga duobus Brachiis cum Capucio: dicta Clamys ligabatur cordulis argenteis, & sericis rubeis, interior vestis, ac tibialia ex serico albo, vulgo *Raso;* caligæ coloris, ut vocant *di Perla*. Deferunt Equites in sinistro latere Clamydis Crucem acu elaboratam, & radiis cir-
62. cumdatam, Pileum ex serico villoso nigro cum plumis rubeis, & albis, sed Regis Pileus plumas habet albas cum pluma nigra, & ejusdem Regis Clamys subsuta est pelle muris Pontici, vulgo *Armellino*.

Sed in aliquibus differt prædictus Equi-
63. tum habitus, quem describit *d. Bircherodius d. cap.* 11. *sect.* 9. *&* 10. *pag.* 81., *& seq.* ubi integre Togam describit, hæcque descriptio Habitus concordat cum forma injuncta à Christiano V. in Statutis sub *n.* 4. 6., *&* 7.

Crux autem, de qua in d. *Statuto n.* 4. describitur eodem modo *à Comite in Koden Sapieha* superius allegato §. *Profecto*.

Equites hujus Ordinis sunt numero tri-
64. ginta, non comprehensis in hoc numero Ordinis Domino, scilicet Rege Daniæ, & ejusdem filiis, quia hujus Ordinis sunt Equites nati, ut inquit *Statutum n.* 2.

Ut quis admittatur ad Ordinem, debet
65. esse major triginta annis, nisi sint consanguinei, & filii naturales Domini Ordinis, isti enim admittuntur, si compleverint ætatem viginti annorum: *Statutum n.* 3.

Admittuntur solum ex Secta Luterana
66. Reges, & Principes extranei, Ordinis Domini, intimi Consiliarii, Summi Ministri, præcipue Militiæ præfecti, & Ordinis Danebrogici Equites, qui Bellicis rebus, vel alio modo virtutem suam, & fidelitatem declaraverint, & idonei fuerint judicati à Domino Ordinis, juxta *d. Statutum n.* 11.

Nemo recipitur, qui antea creatus non
67. fuerit Eques Danebrogicus: *d. Statutum n* 14. Volumen - *Li Sourani del Mondo d. tom.* 4. §. *L'Ordine Militare di Danebrog. pag.* 276., *&* §. *L'Ordine di Cavalleria dell'Elefante pag.* 290. *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario in* §. *Elephantis in Dania pag.* 272.

Et siquis fuerit ad Ordinem Elephanti-
68. num destinatus, qui non sit Eques Danebrogicus, debet absque ulla solemni Cæremonia octo ante dies prius fieri Eques Danebrogicus; cum autem in Ordinem Elephantinum admittitur, debet deponere Insignia Ordinis Danebrogici, & tradere Secretario Ordinis: *d. Statutum n.* 14. *Comes in Koden Sapieha* allegatus supra subdit, quod ab onere assumendi Danebrogici Equestris Ordinis gradum, excipiuntur Monarchæ.

Vacante aliquo loco hujus Ordinis
69. Elephantini, Dominus Ordinis convocabit Ordinis Socios, ut de persona digna vacante loco deliberent sincere, remoto amicitiæ, ac cognationis motivo, & nomina Virorum in

in carta scribent clausa proprio sigillo, eamque Domino Ordinis tradent, ut ex proprio arbitrio aliquem eligat: *d. Statutum n.* 12., *&* 13.

Creatus Eques Elephantinus tradere
70. debet Secretario Ordinis Insignia sua gentilitia, vivis suis coloribus depicta, & simbolum suum, quæ omnia in ænea præscriptæ magnitudinis, & in formam clypei fabrefacta lamina deinceps depingentur, in Sacello Ordinis Fridericoburgi appendenda; *d. Statutum n.* 20, *&* 45.

Receptus in Ordinem, recipit ab Ordi-
71. nis Secretario Legum Apographum fideliter cum originali collatum, roboratum cum Sigillo Ordinis, & cum Secretarii subscriptione: *d. Statutum n.* 19.

Secretarius Ordinis Patentes Literas ab
72. Ordinis Domino super admissione datas expedire tenetur, & in margine subsignare, ac in Matricola Nomen, & Titulum, ac tempus receptionis in Ordinem inscribere; *d. Statutum n.* 42.

Quod hic Gradus Elephantini Cœtus
73. non conferatur nisi die coronationis Regum Daniæ, inquit *Favinus*, & novissime scribit sæpe allegatum Volumen, cui titulus - *Li Sovrani del Mondo tom.* 4. *pag.* 290. *Co. Jo. Fridericus in Koden Sapieba in d. Corollario* verbo *Elephantis pag.* 279.

At hæc opinio non subsistit in facto;
74. constat enim, etiam extra diem eorum coronationis, Reges Daniæ creasse pluries Equites Elephantinos, juxta exempla, quæ enumerat, rejecto *Favino*, *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 107.

Hunc Elephantinum Cœtum esse in
75. Dania magnæ æstimationis, Virosque in d. Regno Principes eo donari, inquit *Justinianus d. parte secunda cap.* 72. *pag.* 765.

Et ad illum admitti Principes, & Reges,
76. plures enumerando testantur respective allegati Auctores *Co. in Koden*, *& Collector Gallus d. tom.* 4.

Unde in Statutis Rex Christianus V., nominando Ordinem, nominat cum titulo nobilissimi in omni pene capitulo.

Diximus supra in §. *Liquet igitur*,
77. quod Summus Pontifex Sixtus IV. confirmando hunc Ordinem, Caput Elephantini Equestris Ordinis statuit Christianum I., ejusque Successores in Regno Daniæ, tunc eorundem seriem enumerabimus: sed præmisimus, quod *Justinianus d. pag.* 766., & Statuta Ordinis, dum nominant Caput Ordinis, non utuntur assueto vocabulo magni Magistri, sed absolute nominant Dominum Ordinis, ut videre est apud *d. Justinianum*, & in Statutis in calce relatis. Nos vero, ab usu non recedentes, & stylo, cum quo in hoc etiam procedit *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 110., enumerabimus dd. magnos Magistros.

Figura Equitis dicta Toga induti videri
78. potest penes *Abb. Justinianum d. par. secunda cap.* 72. *pag.* 763. *Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordinum Equestrium n.* 36. *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 104.

Ob Hæresim prædictam, sublatis de me-
79. dio Sacris Constitutionibus Ordinis, de quibus modo pauca solum remanent fragmenta, quæ superius transcripsimus, in §. *Liquet igitur*, de præsenti d. Cœtus Elephantinus Statuta habet Acatholicorum erroribus referta, & juxta eadem Statuta ad illum admittuntur solummodo Hæretici Luteranæ sectæ, ut legitur in Statutis, quæ per extensum ad literam referuntur à *d. Jano Bircherodio in antedicto Breviario Equestri de Ordine Elephantino cap.* 12. *à pag.* 85. *cum seqq. juxta impressionem Hafniæ*

anno

anno 1704. quę quidem Statuta constant quinquaginta capitibus, & confecta fuerunt à Christiano V. Rege anno 1693.

Catalogus magnorum Magistrorum, seu 80. Dominorum Ordinis recensetur.

CATALOGUS MAGNORUM MAGISTRORUM

Justinianus pag. 765., *Collector Gallus tom.* 4. *à pag.* 110., referunt usque ad tempus quo scripserunt; sed prosequitur *Langles Dufresnoy* in Opere, cui titulus. *Tavolette Cronologiche della Storia Universale par. seconda pag.* 433. *Venetiis apud Simonem Occhi* 1748.

I.	1448.	Christianus I. electus Rex Daniæ, Norvegię, & Sveciæ, Ordinis Fundator, rexit per annos 33.
II.	1481.	Joannes Christiani Regis filius, rexit per annos 32.
III.	1513.	Christianus II., Joannis Regis filius, rexit per annos 9.
IV.	1522.	Federicus I. Christiani Patruus, hujus Successor ob Masculinę Prolis defectum, rexit per annos 11.
V.	1534.	Christianus III. Federici filius, rexit per annos 25.
VI.	1559.	Federicus II. Christiani III. Regis filius, rexit per annos 29.
VII.	1588.	Christianus IV. Federici II. Regis filius, rexit per annos 60.
VIII.	1648.	Federicus III. Christiani IV. Regis filius, rexit per annos 22.
IX.	1670.	Christianus V. Rex, rexit per annos 29.
X.	1699	Federicus IV., rexit per annos 31.
XI.	1730.	Christianus, seu Chriernus VI. regnans.

DISCURSUS CXLIX.

SANCTÆ MARIÆ MAGDALENÆ

ARGUMENTUM

Continet hic Discursus narrationem Ordinis Equestris, & Militaris inventi ob finem tollendi de medio detestabilia Duella, & particularium contentionum usum, ad promovendum Dei Honorem, Regis obedientiam, & Reipublicæ commodum. Cumque hujusmodi Ordo fuerit excogitatus à Joanne Ghesnel Nobili Gallo, & sit unus ex Ordinibus simpliciter propositus, & ut dicitur *Proggettato*; nunquam executioni demandatus fuit; idcirco Summario non indiget, veluti continente solum descriptionem Tesseræ, & seriem Statutorum.

SUMMARIUM

Ex Argumento desumitur.

ORdo Equester sub Titulo, & Protectione Sanctæ Mariæ Magdalenæ, quem pius Vir Joannes Ghesnel
1. Dominus de Caponeray, vel Chapponaye Nobilis ex Provincia Brittannię instituere cogitavit, in Dei honorem, & Christianæ Reipublicę commodum profecto cessisset, si perfici potuisset. Verum, ob necessarię Dotis deficientiam, res infecta remansit. Nos tamen hic loci Ordinem hunc, licet solum scriptis creatum, recensere non omittimus, ut laudabile Joannis Ghesnel Votum cunctis pateat, & norma tribuatur aliis, quę Ghesnel incæpit, favente Deo exequendi: series autem propositi Ordinis per Ghesnellum hæc fuit.

Orientalibus peragratis Regionibus, ad
2. Patriam reversus Joannes Ghesnel, detestabilem in Gallia Duellorum usum, quamvis tot Legibus, Regiisque Decretis damnatum, una cum depra-

depravatis moribus adhuc ferpere animadvertens, ficque Viros Nobiles Animæ detrimentum paffim fubire, & Vitam profundere, ac indignis Nobilitate moribus deturpari; corruptis hujufmodi Vitæ inftitutis, lethiferifque morbis efficax remedium meditari cępit, & parare. Hinc Regio Concilio Galliarum Regis Ludovici XIII. fupplicem porrexit Libellum anno 1614, expofuitque, ad tollendum de medio Duellorum, cœterarumque particularium conten-
3. tionum ufum, quas Nos Itali dicimus *Pontigli* (fignificatque *Pretenfione di effere preferito, o di fopra ftare alteri, che che fia*, ut explicat Vocabularium linguæ Etrufcæ nuncupatum *la Crufca* in verbo *Pontiglio* §. 1.) & ad Dei honorem promovendum, Regi obedientiam, & commodum Reipublicę prętandum, nullum aliud excogitari poffe præfidium, quam peculiarem Equeftrem Ordinem Militarem fub Sanctæ Marię Magdalenæ tutela inftituere, Ordinationibus, ac ftabilimentis opportunis munitum. Arifit Ludovico Regi pium Joannis Ghefnelli propofitum, ac approbavit; ftatimque eundem Joannem Equitem creavit enunciati Ordinis, & faculta-
4. tem conceffit deferendi Crucem, & ex illo tempore Titulo Equitis Sanctæ Mariæ Magdalenæ decoratus fuit, quemadmodum narrat *Alexander Roß. juxta verfionem in Linguam Gallicam Thoma la Grue* in Volumine - *Les Religions du Monde* 11. *Divifione pag.* 257. *juxta impreffionem Amftelodami Typis Joannis Schipper anno* 1666. *Collector Gallus Hiftoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 4. fub titulo - *Ordres Projettez qui n' ont eu d' Execution* §. 4. *Ordre dela Magdelaine à pag.* 291. *cum feqq. juxta impreffionem Amftelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Differtations Hiftoriques, & Critiques fur la Chevalerie &c. lib.* 1. *Differt.* 10. *Artic.* 4 *pag.* 236. *& feq. impreff. Parifiis Typis Petri Francifci Giffart anno* 1718. *Dominus Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquila Alba in Regno Polonia in fuo Corollario omnium Ordinum* in verbo *S. Maria Magdalena pag.* 305. *impreffo in calce Tractatus ejufdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Hiftorica de Origine &c. Equeftris Ordinis Aquila Albę in Regno Polonię, qui eft impreffus Colonia anno* 1730. *Typis Adami Cholini* ubi, quod hic Ordo difparuit: *Joannes Hybner* in fuo Lexicon in verbo *Ordo Sancta Maria Magdalena columna* 1616. *juxta impreffionem Lypfia anno* 1735. *Pater Jofeph Francifcus Fontana Congreg. Matris Dei - Storia degl' Ordini Monaftici &c., e Militari Gallice fcripta*, & quam ipfe in noftrum Italicum Idioma tranftulit *tom.* 8. *cap.* 69 *pag.* 453. *juxta impreffionem Lucenfem Typis Jofephi Salani*: *Hermant Hiftoire des Religions, ou Ordres Militaires tom.* 2. *cap.* 47. *à pag.* 440. *juxta impreff. Rothomagen. Typis Jo. Baptifta Befogne* 1726.

Dictus itaque Joannes Ghefnel, pro recto à fe propofiti Ordinis regimine, Statuta, & Ordinationes exaravit, viginti Articulos complectentes, quæque impreffę fuerunt Parifiis anno 1618. in quibus difponitur, quod
5. Rex Galliarum pro tempore Caput effet Ordinis, & ab eo conftitueretur Generalis, ipfius Locumtenens, & huic poft Regem, obedientiam præftarent Equites, ipfeque Locum tenens, durante ejus Officio, Equites ad Bellum duceret, juxta Regis mandata. Adeffet quo-

que

que magnus Magister Ordinis, qui tertia Persona Ordinis esset, ac eligi deberet ab Equitibus ad triennium, moramque trahere deberet in principali Ordinis Accademia, quæ ut caput cæterarum haberi debebat, & vocari, *L' Alberge Royale*: *d. Pater Fontana pag.* 455.

Quod ad hunc Ordinem nonnisi Viri No-
6. biles per tres Generationes, ac nonnisi Catholici admitterentur: *d. Pater Fontana pag.* 454., *& seq.*, & inter tres Classes divideretur.

Quod S. Catholicam Religionem pro-
7. fiterentur: quod in actu eorum receptionis renunciare tenerentur *Jocis de hazard*, & à Blasphemiis in Dei Majestatem abstinere promittere debebant, nec in vitiosos excessus erumpere, Libros vetitos non legere sine Superiorum licentia, neque cantilenas sensuales canere, nec verba mala, & inhonesta proferre, & à malis Sociis abstinere: *d. Pater Fontana d. pag.* 454. ibi - *Dovevano giurare di rinunciare a tutti i Giuochi di fortuna, di non bestemmiare il santo nome di Dio, di non lasciarsi trasportare ad eccessi vitiosi, di non leggere Libri proibiti, di non frequentare Conversazioni scandalose*.

Albam Equitibus Vestem præscribebat, & Torquem Ordinis compactam ex
8. duplici littera *M.*, & duplici *A.*, duplicique *V.* inverso insimul colligatis, & aliis arcanis notis, ut dicitur *Cifre*, nec non duobus cordibus insimul junctis, quę sagitta in modum Crucis formata transfigeret. Præterea Crux adesset aurea cum encausto rubeo, Vitta similis coloris alligata; in Crucis autem centro ovale spatium adesset, in quo ex una parte Imago appareret Divæ Magdalenę, & in altera Imago Sancti Ludovici; *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 293. At *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 454. inquit - *Doveva il loro Abito essere turchino*, & ibi describitur Collare Ordinis; *d. Hermant pag.* 442.

Super Pallio apponi debebat Crux, ut
9. dicitur *di Raso cremesi* auro intexta, & argento, in cujus medio figura ovali cernebatur Sancta Magdalena, cum his verbis: *Dieu est pacifique*: *Deus est pacificus*, sive ut ponit *d. Alexander Ross.* juxta versionem *dic. Thoma la Grue pag.* 258. *L' Amour de Dieu est pacifique*: sic scribit *d. Pater Honoratus explication des Armes pag.* 467. *d. Fontana* ubi supra. Clamydis horum Equitum forma ignoratur: *d. Pater Fontana pag.* 454.

Rursus *d. Hermant pag.* 443. Crucem describit, & inquit, quod illa esset circumdata Palmis, seu ramis Palmarum, quibus conspiciebantur quatuor Lilia ornata radiis Solaribus, Crux vero alba liliata erat, & in medio Numisma, quo insculpta esse debebat Imago Sanctæ Mariæ, & in quarto Crucis brachio extrema aderat Luna crescens, ut hæc omnia documento essent, Ordinem hunc institutum pro acquisitione Terræ Sanctæ, & gloriæ Nationis Gallicę augmento.

Pro isto Equestri Ordine construi debe-
10. bat Parisiis Domus, in qua Sacellum adesset, & in eo sex Sacerdotes Cruce Ordinis ut Equites insigniti, Divina exercere debebant; hæcque Domus nuncupari debebat *L' Auberge Royale*, & in eadem semper quinquecentum Ordinis Equites morari debebant primis duobus annis eorum receptionis in Ordine, & postmodum etiam morari poterant, juxta eorum placitum.

Completo dictorum duorum annorum
11. cursu, vovere tenebantur Charitatem, Castitatem Coniugalem, ac Obedien-

bedientiam. Renunciare debebant Duellis, cœterisque quibuscumque, ut Galli dicunt *Querelles Personelles*, & Nos *Puntigli Personali*, nisi forte ad servitium Regis spectarent, vel ad eorum defensam. Tenebantur prætterea Juramentum præstare in manibus Principis, vel illius Locumtenentis, de vivendo usque ad mortem in Principis servitio: *d. Pater Fontana pag.* 445.

Constitui debebat Concilium Ordinis conflatum ex duodecim Equitibus, quibus jus competebat invigilandi super transgressionibus Votorum, necnon querelas inter ipsos Equites sub ortas componendi.

Equites illi, qui completa mora biennii
12. in d. Regio Hospitio, ab eodem recederent Hospitio, tenerentur in dic. Festo S. Mariæ Magdalenæ Ordinis Protectricis, comparere ad reddendam rationem magno Magistro de eorum moribus in d. Concilio: *d. Pater Fontana d pag.* 455.

Commorantes verò in d. Hospitio, ob-
13. stricti essent Festis, Dominicisque diebus interesse Officiis, quę à Sacerdotibus Ordinis celebrarentur, seque sacra Communione reficere saltem primis cujusque mensis Dominicis, ac quotidie recitare Litanias, & Coronam Sanctissimæ Virginis, ac Orationem *Salve Regina*, necnon Orationes S. Mariæ Magdalenæ, & Sancti Ludovici: *d. Fontana pag.* 455.

Ne Equites otiosi vivant, in Regio Hospitio adesse debebant *des Ecujers*,
14. *des Maitres de Armes*; necnon mathematici, aliique Magistri, qui Equites docerent munera Viris Nobilibus congrua: *d. Pater Fontana pag.* 455.

Ad animum recreandum, in eodem Re-
15. gis Hospitio permitterentur *Ioci de paume au Mail*, cum aliis Nobilitati Equestri convenientibus Ludis: *d. Fontana d. pag* 455.

Et ut animi gratia se recrearent, permittebatur illis *Il Giuoco della Palla a corda, con quello del Maglio, e con altri convenienti alla Nobiltà*: *d. Pater Fontana pag.* 455.

Quilibet ex Equitibus in ingressu tene-
16. retur solvere tercentum scuta primo anno, & totidem in secundo, tam pro se, quam pro famulo, duobusque Equis; & hoc quoque capitale fixum, & pro fundo pro manutentione omnium Equitum: *d. Fontana pag.* 455.

Si autem inculpatæ vitæ moribus se ta-
17. les aliqui, & se capaces ad alios instruendos comprobaverint, isti poterant recipi in isto Ordine, & quidem cum sola probatione spatio quindecim dierum in Regio Hospitio: *dic. Fontana pag.* 455.

Poterant etiam alii aggregari eidem Ordini ut Equites honorarii, recipiendo Crucem auream è manibus magni Magistri: isti tamen non essent Commendarum Ordinis capaces, nec Dignitatum Ordinis: *d. Fontana pag.* 456.

Quotidie octoginta, aut centum Equi-
18. tes ad custodiam Regis debuissent assistere, & ut dicunt, *Monter la garde chez le Roy*.

Quingenti autem Equites semper in Regio Hospitio morari debebant: *d. Fontana pag.* 456.

In Ordine eodem adesse debebant Fra-
19. tres Servientes, qui eadem Vota emittere tenerentur, ut emittere debebant Equites, & in Tesseram Ordinis gestare Crucem ornatam argento, collo appensam in Tęnia rubea: *d. Fontana pag.* 456.

Famuli autem Equitum debebant habe-
20. re vestem cœruleam, cum rubro, ut dicitur *Gallone*; quilibet autem Famulus

Famulus, aliqua arte instructus esse debebat, & ipsi quoque Famuli emittere Vota, ut emittunt Equites: *d. Fontana pag.* 456.

Cæterum hic Ordo institui non potuit,
21. nec executioni demandari, ut in exordio Discursus dictum est: tum quia emi non potuit Domus, & Ædificium construi capax ad recipiendum tot Equites, & domesticos: tum quia Dos cumulari non potuit pro manutentione eorundem Equitum, sicque Ordo principium, & finem habuit in ipsomet Joanne Ghesnel, qui illum fundare cogitaverat. Quamobrem ipse Joannes, spe destitutus
22. de fundatione Ordinis, in Eremum nuncupatam della *Foresta di Fontaine* secessit, nomenque assumpsit Eremitæ Pacifici Divæ Magdalenæ. Hactenus recensita Statuta habentur apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 4 *à pag.* 292. *cum seqq.*, *&* *d. Alexandrum Ross. juxta versionem Thoma la Grue les Religions du Monde undecima divisione d. pag.* 257. *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria* ubi supra *d. pag.* 236., *&* *seq.* ubi, quod Statuta per Ghesnellium edita, sunt cuncta Christiana pietate referta: *d. Fontana pag.* 455.

Forma autem Torquis, & Crucis Ordinis habetur descripta, & delineata
23. apud *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria in S. Explication des Armes &c. pag.* 467. *sub n.* 55. ubi exponit, quod in Torque aderant litteræ M. L. A. indicantes Sanctam Mariam Magdalenam, nomen Regis Ludovici, & nomen Reginæ Annæ, quod inquit etiam *d. Hermans pag.* 440.

Sicut etiam apud eundem *Hermant pag.* 444. habetur forma Crucis descriptæ supra S. *Super Pallio*.

Hinc ad simplicem eruditionem duo addimus. Primo, quod sicut Galliarum Rex Ludovicus XIII. gradum Equitis Militaris Ordinis S. Mariæ Magdalenæ contulit Ghesnellio inventori ejusdem Ordinis Militaris; ita Romæ sa. me. Urbanus VIII. constituit Judicem pro salariis, & mercede Servientium, & pauperum laborantiam in Agricultura, Abbatem Octavium Sacchi, qui eidem Summo Pontifici proposuerat necessitatem erigendi Tribunal prædictum, ut refert *Zauli ad Statut. Faventiæ Observat. ad Rub.* 17. *lib.* 5. *n.* 32. *pag.* 89. *tom.* 2.

Secundo, quod Statutum hujus Ordinis S. Mariæ Magdalenę sub allegato *n.* 15., *&* 16. permittens animi gratia nonnullos Ludos Equitibus, citra prejudicium eorum gradus, inservire potest Discursui super Ordine Ludi *de Tre setti*, de quo egimus supra in nostro *Discursu* 139.

DISCURSUS CL.

SANCTÆ MARIÆ MATRIS DOMINI SIVE S. MARIÆ GLORIOSÆ

Vulgo postea dictus FRATRUM, vel EQVITUM GAVDENTIUM

ARGUMENTUM

Exponitur tempus Institutionis hujus Ordinis; quis Fundator fuerit ejusdem, primique Equites eidem aggregati; Leges, ad quas adstringebantur; finis hujusmodi Instituti; extinctio Ordinis quando evenerit, & qua de causa vulgo dictus fuerit *Ordo Fratrum Equitum Gaudentium*.

SUMMARIUM

1. *IN Italiæ Civitatibus Sæculo decimo tertio civilia Bella sæviebant, Discordiæ, & Factiones domesticæ.*

2. *Laudatur Pater Bartholomæus de Braganze Ordinis Prædicatorum, & Episcopus Vicentinus.*

3. *Idem in Civitate Bononiæ instituit anno 1233. Ordinem Equestrem sub Titulo* Sanctæ Mariæ Matris Domini, sive S. Mariæ Gloriosæ.

4. *Viri Nobiles Bononienses quinque fuerunt Promotores Institutionis; eorum Nomina recensentur.*

5. *Referuntur Auctores tribuentes Institutionem aliis temporibus*, & n. 6. *conciliantur inter se.*

7. *Ordo hic fuit confirmatus ab Urbano IV. anno 1262., vel 1263. sub Regula Sancti Augustini.*

8. *Urbanum IV. fuisse Institutorem tenent aliqui.*

9. *Sed sic confundunt Institutionem cum confirmatione.*

10. *Ordinis Statuta condidit Ruffinus Gurgo.*

11. *Ordo constabat Religiosis Claustralibus, & Equitibus.*

12. *Habitus Ordinis qualis fuerit.*

13. *Crucis forma, quæ fuerit*, & n. 14. 15. 16. 17. 18., & 19.

20. *Figura Equitis, Toga, & Cruce induti, apud quos habeatur.*

21. *Institutionis finis fuit Defensio Catholicæ Fidei, Pupillorum, & Viduarum Tutela, & servare pacem in Populo.*

22. *Nobilitatem probare tenebantur, & Equitis gradu esse insignitos.*

23. *Castitatem Coniugalem vovebant.*

24. *Vivebant Coniugati in eorum privatis Domibus.*

25. *Armabantur Equites eo modo, quo armantur Hierosolymitani.*

26. *Obedientiam eorum Superiori profitebantur.*

27. *Primus Magister dicitur quod fuerit Loderingus Andalò, secundum aliquos; alii tamen dicunt non fuisse inter eos Magistrum, sed vixisse in Fratrum æqualitate.*

28. *Tractu temporis sublati fuerunt Claustrales.*

29. *Equites subinde utpote pluribus commodis gaudentes, dicti fuerunt Equites Gaudentes, & Fratres Hilares*, & n. 30.

31. *Extinctus remansit totus Ordo tempore Sixti V., qui Bona concessit Collegio Montis Alti*, & n. 32., & 33.

34. *Reiicitur* P. Mendo *asserens durare Ordinem Bononiæ, Mantuæ, & Mutinæ.*

35. *Nonnullæ Commendæ tamen conservantur*, & n. 36., & *sub* n. 38.

37. *Refertur Commenda de Jure patronatus, favore Collegii Nobilium Civitatis Trivisii, & ejus Privilegia, & forma Crucis Commendatarii*, & n. 38.

38. *Commendatarius potest erectionem Commendæ in* Cavalierati *approbare.*

39. *Magistros non habuit hic Ordo.* Joannes Soranzo *parum honorifice scripsit de hoc Ordine.*

DISCURSUS CL.

SANCTÆ MARIÆ MATRIS DOMINI SIVE S. MARIÆ GLORIOSÆ

Vulgo postea dictus

FRATRUM, vel EQVITUM GAVDENTIUM

Cum

CUM plures retroactis Seculis Italię nostræ Urbes Civilibus Bellis, intestinisque Discordiis, ac Factionibus domesticis Guelphorum, & Gibellinorum misere laborarent, ad eas
1. sedandas, servandamque inter Cives Pacem, superno Dei munere, pii, & religiosi Viri ope, subsidium emersit. Pater siquidem Bartholomæus ex Nobili Familia Dominorum de Braganze Vicentinæ Civitatis, Vir ille tot muneribus laudabiliter gestis clarus,
2. & dotibus cumulatus, fuit quippe Sancti Dominici ejus Patriarchę Discipulus, Sacri Apostolici Palatii Magister, ab Innocentio IV. ad Sanctum Ludovicum Galliæ Regem in Oriente missus Legatus Apostolicus, ejus Consiliarius, & Pœnitentiarius, ab Alexandro IV. ad Episcopatum Vicentinæ Urbis ejusdem Patriæ suæ promotus, Religiosus Ordinis Prędicatorum dum adhuc in Claustris morabatur, Equestrem Ordinem in Civitate Bononiæ 15. Martii 1233. sub
3. Titulo Sanctæ Mariæ Matris Domini, vel Sanctæ Mariæ Gloriosæ instituit, ut scribunt *Pater Andreas Mendo Societatis Jesu de Ordinibus Militaribus disq. 1. quæst. 2. §. 10. n. 33. Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. par. seconda cap. 41. pag. 589. Typis Venetiis Combi, & la Nou 1692. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. in Addit., & Corrections post impress. Voluminis pag. 446., juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. Alex. Ross. in Gallicam Linguam translat. per Thomam la Grue in Volumine les Religions du Monde impress. Amstelodami Typis Joannis Schipper anno 1666. onzieseme Division. pag. 263. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 17. pag. 179. juxta impress. Rhotomagen. Typis Joannis Baptistæ Besogne 1726. Pater Joseph Franciscus Fontana - Storia degli Ordini Monastici &c. Militari &c. Gallice scripta, & per dic. Fontanam in Italicum nostrum Idioma translata tom. 4. cap. 57. pag. 499. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738.* Cum aliis infra allegandis *Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albę in Regno Poloniæ in Corollario omn. Ordin. in verbo - Fratres Hilares impresso in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Equitum Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n. 75. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica &c. parte secunda sub §. Notitia Equestr. Ordin. lit. S. n. 71. in Verbo Ordo Equitum Sanctæ Marię Gloriosę pag. 742. juxta impress. Salisburgensem Joannis Josephi Mayr 1729.*

Viri Nobiles, qui hujusmodi Ordinis in-
4. stitutionem promoverunt, ac perfecerunt, primique eidem Ordini se addixere, quinque enumerantur Aurati Equites ex Nobilissimis Familiis Patriciis Bononiensibus, nempe Ugolinus Lambertini, Peregrinus Castelli, Castellanus Malvolte, Loderingus Andalò, Giramonus Caccianemicus, ut scribit *Antonius Masini in Opere - Bologna perlustrata: Gentilis noster Pater Aloysius Torellus de Bononia - Secoli Agostiniani tom. 1. ad Annum 389. sub n. 131. pag. 269. Recordanus Malaspine - Storia antica di Firenze cap. 88. pag. 175., & seq. juxta impress. Florentiæ 1598. Jacobus Bosius - Historia Religionis Hierosolymitana tertia impress. Veneta Typis*

Hiero-

Hieronymi Albrizzi 1595. *lib.* 21. *pag.* 683. inquit, quod anno 1262. in Civitate Bononiæ institutus fuit hic Ordo ab aliquibus Viris Nobilibus divitibus, & potentibus, videlicet Castellano Malvolta, Loredano Andalò, Gravamonte Caccianemici, & Ugolino Lambertino Bononiensibus: *Abb. Justinianus Historie Cronologiche par. pr. cap.* 41. *pag.* 589. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù* 1693. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 3. §. 46. *Les Chevaliers de nostre Dame dite le Mer de Segnieur ou les Freres foyeux pag.* 272. *Pater Fontana Congregationis Matris Dei in - Storia degli Ordini Monastici ec., e Militari ec. Gallice scripta*, quam idem *Pater Fontana* in nostrum Italicum idioma transtulit *tom.* 4. *cap.* 57. *pag.* 499. *juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. *Hermant Histoire des Religions tom* 2. *cap.* 17. *pag.* 281. *juxta impress. Rhotomagen. Typis Jo. Baptista Besogne* 1716.

Prędictis Nobilibus Patriciis Bononiensibus addunt Scriptores Scalaniam Liazarii ex Civitate Regii, & Raynerium Andelardi ex Civitate Mantuæ, ut videre est penes *d. Patrem Fontanam, & Hermant* in locis superius allegatis, & de his *Dantes Cant.* 23. *Inferni*, ibique *Landinus in comment.* ubi late; qui inter Fratres Gaudentes recenset Fratrem Albericum, de quo habetur adagium *Le frutta di Frate Alberico* ibi *cant.* 34. *Inferni.*

Referunt etiam, ad hujus Nobilis Ordinis constructionem concurrisse Viros Nobiles, & Divites Bononiæ, & Mutinæ, ut notat *Sansovinus dell' Origine de' Cavalieri lib.* 2. §. *Cavalieri di S. Maria, juxta impreß. Venetam Haredum di Marchio Seßa* 1570. *Soranzo l'Idea del Cavaliere par. pr. pag.* 111. *juxta impress. Venetam Petri Mauritii Locarni* 1609.

5. Alii dicunt, fuisse institutum hunc Ordinem anno 1260. tempore Alexandri Quarti: ita tenet *Chirardaccius in Historia Bononię tom.* 1. quem refert *d. Pater Aloysius d. tom.* 1. *pag.* 269. ubi dicit, quod confirmatus fuit ab Alexandro Quarto: *Pater Honoratus à Sancta Maria* ubi supra in d. Addit. *pag.* 446. ponit sub anno 1263. *Andreas Guerini* scribit, fuisse institutum anno 1264.

6. Quæ temporum diversitas, & dissonantia, ea ponderatione conciliantur, quod Scribentes sumpserunt tempus confirmationis pro tempore Institutionis; dicunt enim fuisse approbatum, & publicatum d. anno 1262. in die festo Annunciationis ab Octaviano Ubaldino Bononiæ Episcopo: *d. Bosius d. pag.* 684.

7. Cœterum hic Ordo paulo ante Bononiæ erectus, ut præmisimus, fuit à Summo Pontifice Urbano IV. d. anno 1262. confirmatus sub Regula S. Augustini: *P. Petrus de Campo in Chronica Augustiniana lib.* 2. *cap.* 20. quem sequitur *d. Torellus tom.* 1. *ad annum* 389. *n.* 131. *pag.* 269. *impress. Bononię Typis Jo. Baptista Vaglierini* 1659., *& tom.* 4. *ad annum* 1262. *pag.* 679. *tom.* 4. *juxta impress. Bononia Typis Jacobi Monti* 1675. *dic. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 742.

Et generaliter de confirmatione Urbani Quarti testatur *d. Bosius d. pag.* 684. *Justinianus pag.* 590. *Pater Honoratus à Sancta Maria Dissert. Historiques &c. sur la Chevalerie* sub titulo - *Additions, & Corrections pag.* 447. *impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart* 1718. ubi quod fuit institutus anno 1233., & confirmatus ab Urba-

Urbano Quarto 1263. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag. 742. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestrium n. 75.* ubi in columna italico sermone inquit *Fu approvato da Urbano Quarto nell' anno 1262.* in columna autem latino idiomate dicit, fuisse approbatum ab Urbano
8. Quarto circa annum 1263. *Andreas Mendo Disq. 1. quæst. 2. §. 10. n. 33.* ubi, quod aliqui Auctores eundem Pontificem Urbanum Quartum fundatorem hujus Ordinis designant.

Sed fortasse confundunt Institutionem
9. cum confirmatione, ut notat *d. Fontana d tom. 4. pag. 499.*

Ordinis Statuta, & Leges condidit Ruf
10. finus Gurgo Placentinus, Pontificis Pœnitentiarius, ut notat *d. Bosius pag. 683. d. Pater Bonannus d. n. 75. d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag. 742.*

Constabat Ordo Religiosis Claustralibus,
11. & Equitibus: *d. Justinianus d. pag. 589. d. P. Torellus d tom. 1. d. pag. 269. d. Collector Gallus tom 3. pag. 272.*

Omnibus præscriptus erat Habitus, Tu.
12. nica scilicet talaris alba, cum subcinericia Veste: *d. Malespina d. pag. 175. d. Thomas la Grue d pag. 263. d. Bosius d. pag. 683. d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 10. n. 33. d. Pater Torellus d. tom. 1. pag. 269. Justinianus, Bonannus, d. Comes in Koden Sapieha* superius allegati: *d. Collector Gallus tom. 3. pag. 273. d. Pater Honoratus à Sancta Maria* ubi supra *pag. 447. d. Pater Fontana pag. 499.*

Præscripta quoque fuit Crux rubei co.
13. loris auro circumornata in campo albo, & cum stellis; sed quoad formam discordant Scribentes: nihil de forma explicat *d. Pater Torellus pag. 269. d. Sansovinus d. pag. 43. Mendo d. Disq 1. quæst. 2. §. 10. n. 33. d. Malespina ead pag. 175. d. Thomas la Grue d. pag. 263. d. Bosius d. pag. 683.* ubi quod sic etiam in Vexillo deferebant: *Joseph Micheli in Theatro Militari* inquit, fuisse figuræ octangularis ad instar Crucis Me-
14. litensis cum quatuor stellis appositis in spatio cujuslibet brachii, juxta formam delineatam apud *d. Justinianum pag. 590.*

Alii huic formæ Crucis auro exornatæ,
15. addunt in centro radiis circumdato Imaginem sanctissimæ Virginis intra brachia tenentis Infantem Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, ut videre est in forma descripta penes *d. Justinianum pag 591. Bonannum in d. Catalogo in Generali Descriptione Tesserarum omnium Ordinum n. 68.*

Sub alia forma describitur Crux, quod
16. scilicet Crux sit ornata Liliis in extremitatibus, in cujus Crucis medio adest Mariæ Nomen mediante sola littera designatum; super autem qualibet ex quatuor extremitatibus lilio ornatis, Stella adest cum circulo radiorum; sub floribus, & Cruce leguntur hæc verba *In hoc Signo vinces*; & sic loquitur *d. Collector Gallus tom. 3. pag. 273.*

Dicunt alii Crucem fuisse planam, æqua,
17. lem, quatuor Stellis ornatam.

Sed fuisse (aliquorum opinio est) ma,
18. gis longam quam latam auro circumornatam, & cum quatuor stellis appositis in singulo angulo.

Demum firmant alii, fuisse prædictam
19. Crucem magis longam, quam latam, cum quatuor ad brachia, vel cum solum duabus Stellis in superioribus Crucis brachiis, & hanc sic delineatam exhibent, & describunt *d. Mendo d Disq. 1 quæst. 2. §. 10. n. 33. Bonannus d. n. 75. Justinianus in principio d. cap. 41. pag. 588.* ubi

ubi inquit Bononiæ vidisse in Domo Comitis Hieronymi Bentivoli figuram Equitis Ascendentis ejusdem Familiæ Bentivolæ dicta Cruce ornati: *d. Collector Gallus d. tom.* 3., & in libro, cui Titulus - *Raccolta di Opusculi Scientifici &c. Tomo quarantesimo ottavo, Venetiis apud Simonem Occhi* 1753 *pag.* 187. §. 9. impressum exhibetur Sigillum cujusdam *Bonaventuræ Ordinis Militiæ Beatæ Mariæ Virginis*, in cujus extremitate adest stemma habens Crucem æqualem cum duabus stellis in superioribus Crucis brachiis.

Imago Equitis dicta Toga induti, &
20. Cruce prędicta insigniti habetur apud *Patrem Bonanni in d. Catalogo Ordinum Equestrium n.* 75. *Collectorem Gallum d. tom* 3. *pag.* 274.

Finis Institutionis hujusmodi Ordinis erat Catholicæ Fidei defensio, Vidua
21. rum, & Pupillorum Tutela, utque eidem adscripti incumberent sedulo in sedandis Civium Turmis, omnemque navarent operam, ut in Populo Pax, & Concordia servaretur: quapropter illam zelantes magna ex parte in ipso Urbium regimine cum ipsis Prętoribus jura dabant: *d. Pater Torellus d. tom.* 1. *pag.* 269. *Bosius d. pag.* 683. *Justinianus d. pag.* 590. *Bonannus d. n.* 75. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 274. *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 447. ubi quod eorum Officium versabatur etiam circa *reunir les Maris, & les Femmes, qui vivojent et mauvais menage*: *d. Thomas la Grue d. pag.* 263., hoc est peculiaris illis incumbebatur Viduarum & Orphanorum cura, & eorum qui in contentionibus versabantur reconciliatio, necnon Conjugatorum dissensiones componere, ut exponunt præallegati Auctores.

Admittendi in Equites Nobilitatem,
22. tam ex latere Patris, quam Matris probare tenebantur: *Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 7. §. 10. *sub n.* 33. *Justinianus d. cap.* 41. *par.* 2. *pag.* 590. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 274. *d. Fontana d. pag.* 499.

In hunc Ordinem ingredi nemo poterat, nisi prius Gradum Equitis obtinuisset: *d. Sansovinus d. pag.* 43.

Castitatem conjugalem profitebantur: *Mendo*, & *Justinianus* ubi supra:
23. fasque illis erat Matrimonium contrahere, & vocabantur Equites conjugati: *d. Pater Torellus d. tom.* 1. *pag.* 269. *Justinianus d. pag.* 590. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 274. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 447.

Et eorum Conjuges pariter alba Veste incedebant, & subtus cinericia, & Hyemis tempore cum pelle Agni, cum ligaturis, ut vocant, coloratis: *Justinianus d. pag.* 590.

Vivebant Equites in eorum privatis Do-
24. mibus cum Uxoribus, & Familia: *Joannes Soranzo l'Idea del Cavaliero par. pr. pag.* 112. *d. Bosius d. pag.* 684. *d. Sansovinus* ubi supra; *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 447.

Armabantur Equites eo modo, & for-
25. ma, qua Equites Sancti Joannis Hierosolymitani armantur: eisdem prohibebatur usus Calcarium aureorum, & Fræni aurei: *d. Justinianus pag.* 590. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 274. *d. Sansovinus d. pag.* 43.

Profitebantur etiam Equites Obedientiam
26. eorum Superiori: *Mendo* ubi supra; *Justin. d. pag.* 589., & *seq.* ubi dicit, quod *d. Micheli in Thesauro Militari* asserit primum Magistrum fuisse dictum Loderingum Andalò: *Jacobus Bosius d. pag.* 684. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 742. ipse *Justinianus* subdit, quod alii Historici referunt, quod inter eos non aderat

derat Dignitas Magistralis, sed quod vivebant in Fratrum æqualitate: idem dicit *d. Collector Gallus tom. 3. pag. 273., & seq.* & ideo non datur Catalogus magnorum Magistrorum, sicut notamus infra in calce Discursus *sub n. 39.*

Refert allegatus *Malespini* ubi supra, quod duo Equites Gaudentes, scilicet *Messer Catalano, ch' era Guelfo di Casa Malavolti*, & alter, *Messer Ludovico Degliandolo, ch' era Gibellino*, vocati fuerunt in Prætores Florentiæ; & *Landinus* ut supra *in comment. Dantis cant. 23. Inferni.*

Tractu temporis adauctis divitiis, & ob
28. eas fortasse probæ Institutionis fervore tepescente, Claustrales sublati fuere: *Justinianus* ubi supra: *Pater Torellus d. pag. 269.* ubi subdit, ignotum esse tempus extinctionis quoad dd. Claustrales: *d. Bosius d. pag. 684.*

Perseveraverunt per aliquod tempus
29. ipsi Equites, donec vixerunt qui tunc aderant; cumque pluribus commodis, & exemptionibus gauderent, vulgo proinde *Equites gaudentes* nuncupari cæperunt: *Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 10. n. 33. Justinianus d. pag. 590. d. Thomas la Grue d. pag. 263.*, ubi, quod dicti sunt Fratres Gaudentes, hoc est Fratres *de Joye*: *d. Bosius d. pag. 684. d. Sansovinus* ubi supra: *Soranzo l' Idea del Cavaliero pag. 112.*

Et prælaudatus *Comes in Koden Sapieha*
30. *in d. suo Corollario Alphabetico omnium Ordinum*, istum S. Mariæ Matris Domini ponit sub titulo, & verbo *Fratres Hilares*; subditque, quod ideo dicti sunt *Hilares Fratres, quod semper læti, ac sua sorte contenti viverent cum Sociis*: *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag. 742. dic. Pater Fontana pag. 499., & 500.* ibi vocabantur *Frati allegri.*

Desiit tandem totus Ordo etiam quoad
31. Equites, & extinctus fuit: *Comes in Koden Sapieha* ubi supra.

Obiit siquidem anno 1589. *Camillus*
32. *Volta* ultimus ex Equitibus tempore Pontificatus Sixti V. ut apud *dic. Torellum d. tom. 1. pag. 269. Justinianum d. pag. 590.*

Idemque Pontifex Sixtus V. applicavit
33. Bona Collegio Montis Alti in Civitate Bononiæ: *d. Justinianus d. pag. 590. d. Collector Gallus tom. 3. pag. 274. d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag. 742.*

Quamobrem minime subsistit, quod
34. supra allegatus *Pater Mendo* scribit, per Italiam scilicet, hos Equites, potissime Bononiæ, Mantuæ, & Mutinæ vigere, ac Trevisii.

Conservantur quidem adhuc aliqua
35. monumenta nonnullarum Commendarum, quę olim ad hunc Ordinem spectabant; constat quippe, quod Ecclesia Sancti Matthię, & Sanctorum Petri, & Pauli, & ut dicitur, *à Casarata* Senatoris Volta extra Civitatem Bononiæ ad Portam Mascarellæ, erat Commenda horum Equitum Gaudentium, & quod Collegium Nobilium Civitatis Trevisii teneat, & possideat Juspatronatus Commendæ,
36. aut Prioratus sub Titulo *Sanctæ Mariæ de Turre* ejusdem Ordinis Equitum Gaudentium, idemque Collegium nominet Equitem, & Priorem, quo moriente, à Collegio nominatur alius Nobilis ejusden Collegii, ut videre est apud *d. Justinianum pag. 591. Collectorem Gallum tom. 3. pag. 273.* qui nominatus assumit Crucem Ordinis formatam, ut dicitur *- di Raso carmesino*, octangularem, auro ornatam, &
37. cum quatuor Stellis ad latera, & in centro Crucis, Imaginem Sanctissimę Virginis Mariæ habentem, juxta formam, quam tradit *d. Justinianus*

pag. 591. ubi, quod tempore extinctionis Ordinis suborta aliqua difficultate super relata prærogativa, visis tandem titulis, & conditionibus, sub quibus fundata fuerat Comenda, sublatæ fuerunt controversiæ; & ita Eques Prior Commendæ reditibus gaudet, gestatque Crucem antedictam, non uti Eques Gaudens, sed ut electus à Col-
38. legio prædicto habente Juspatronatus. Et hoc pariter Privilegium conservat, admittendi erectionem Comendarum *in Cavalierati*, prout effective quidam Nobilis *Girardinus* de Bosso Comendam fundavit cum Jurepatronatus suorum Hæredum, ut de tali fundatione testatur *d. Justinianus pag.* 591. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 273. *d. Fontana pag.* 500.

Verum enim vero hic transcribendum est quod legitur in supra allegato libro *Raccolta di Opuscoli &c. pag.* 197. §. 19. nempe ,, Fino dal primo stabilimento suo quest' Ordine fu in Trivigi ,, ricevuto, avendoci nella Cattedrale una Prebenda da Frate Corradino di Piombino instituita l'anno ,, 1277., e negli Stromenti di quel ,, tempo frequente menzione ritrovandosi di altri Cavalieri di questa ,, milizia insigniti: comecchè l'Oratorio loro non fosse quì costrutto ,, prima dell'anno 1292., della qual ,, costruttura produrrò il documento, ,, giacchè fu solamente accennato dal ,, nostro Sig. Canonico Scoti, che ,, di quest' Ordine diede particolare ,, contezza. Molto più ampiamente ,, però ne ragiona l' elegantissimo ,, Monsignor Bottari nella istruttiva ,, dedicatoria da lui premessa alla ,, pregevol Romana edizione, che ,, ne diede delle Lettere di Fra Guitone d' Arrezzo; sopra la quale ,, mi conviene avvertir solamente, ,, che quel dotto Prelato non meno ,, del citato Signor Manni hanno a ,, chius' occhi seguito il Giustiniani, ,, e l' Anonimo Francese nell' appellare - *Commenda di S. Maria della* ,, *Torre, il Priorato di S. Maria delle* ,, *Fosse in Trivigi*; e nel credere, ,, che il *Collegio* avente di esso giuspatronato, sia un' adunanza di *Convittori*, quand' è l' aggregato di ,, tutti i *Nobili Trivigiani* compresi ,, in un *Collegio* derivato dall' antichissima *Scuola de' Militi* con ,, prerogative singolari, e constitutivo del primo grado della Cittadinanza in questa Città. Quanto ,, alla Croce, che sta nel fondo del ,, Sigillo, penso di non ingannarmi, ,, estimandola Croce dell' Ordine, ,, ch' era vermiglia con due stelle ,, sopra; secondo le autorità recate ,, dal mentovato Monsig. Bottari, e ,, dallo Scoti medesimo, il quale accenna innoltre, dal Priore Trivigiano portarsi oggidì la Croce di ,, quattro stelle adorna: comecchè ,, somigli essa l' Arme di presente ,, usata dal nostro Comune.

Et quod serventur aliquæ Commendæ, non solum Bononiæ, Mantuę, Trevisii, sed etiam in aliis locis per Italiam, testatur *d. Justin. d. pag* 290. §. *Portavano* vers. *Si mantiene tuttavia.*

Diximus superius, quod huic Equestri
39. Ordini non pręficiebatur Magister, sed vivebant Equites sub regimine æqualitatis fraternæ: proinde non ponitur, nec poni potest Catalogus Magistrorum: solumque Lectores nostros remittimus ad Discursum inferius apponendum sub Titulo Mediolanensium, seu Ambrosianorum Militum in sui institutione conspicua, & Commenda.

De hoc Equestri Ordine profecto parum honorifice scribit *Ioannes Soranzo* in suo Volumine - *L' Idea del Cavaliero par. pr. à pag.* 111., *& seq.*

DIS-

DISCURSUS CLI.

SANCTÆ MARIÆ DE MERCEDE Redemptionis Captivorum

ARGUMENTUM

Et Summarium non apponitur, quia continet meram historiam originis, progressus, & finis Ordinis.

Licet nonnulli Auctores, teste *Patre Andrea Mendo de Ordinibus Militaribus Disq. 1. quæst. 3. sub n. 99.* scriptum reliquerint, sub titulo *Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum* duos comprehendi Ordines, Equestrem unum, Regularem alterum, Equestrem sub Regula S. Benedicti, Regularem sub S. Augustini militantes, ad tradita per *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie lib. 1. Differt.* 10. *art.* 3. *pag.* 230. *juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno* 1718., unicum tamen revera fuisse Ordinem ex Equitibus, & Viris Religiosis conflatum, patens fit ex historica serie, quam hic referemus.

Profecto, Jacobum Primum Aragoniæ Regem, ad hujus Ordinis fundationem devenisse aliqui scribunt, ob Votum ab eo emissum de tempore, quo captivus reperiebatur apud Comitem *Simeonem de Monfort*: vovisse enim dicitur, si liber ad Paternum Regnum rediret, construere videlicet Ordinem Redemptionis Captivorum. At hæc assertio ex facti ponderationibus labefactatur; nam Rex Petrus, qui fuit Pater Jacobi, obiit 1213. in prælio contra dictum Comitem Simeonem, in loco de Mores, superstite Jacobo ejus filio in ætate quatuor annorum, qua attenta, improbabile prorsus est, illum certasse, & in prælio fuisse captum ab allegato Comite Simeone inimico: Comes vero Manfort occubuit anno 1218. in Tolosæ obsidione, quo tempore, scilicet anno 1218. dictus Jacobus fuisset in ætate annorum novem, & sic per imbecillitatem ętatis improbabibile redditur, hujusmodi certaminibus se se exposuisse; quemadmodum perpęsis temporibus, ratiocinatur *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. par. secunda cap. 39. pag. 579. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù 1692.*

Quamobrem, juxta solidos Sanctæ Ecclesię Fastus, certum est d. Jacobum Regem hujus Ordinis fundatorem extitisse; nam jussu Sanctissimæ Virginis Marię Dei Genitricis, quæ eidem Regi Jacobo noctu, serena fronte se conspiciendam dedit, ac apparuit die prima Augusti anno 1218. & aperuit in votis habere, ac acceptissimum fore Unigenito filio suo, & sibi, si in hujus honorem Religiosorum Ordo institueretur, quibus cura incumberet Captivos e Maurorum, & Saracenorum servitute redimendi.

Eadem quoque nocte similiter Virgo Sanctissima apparuit Divo Petro Nolasco, cui patefecit Divini filii sui voluntatem, ut d. Ordo Redemptionis Captivorum institueretur: & quoniam idem Petrus Nolascus nil operabatur, nisi consulto Sancto Raymundo de Pennafort Confessario suo tunc Canonico Barchinonæ, à cujus ore, nutuque in cunctis pendebat, visionem revelavit, quam ipsemet Divus Raymundus

mundus pari modo habuerat. Ex his cœleſtibus ſignis manifeſte agnoſcentes Dei voluntatem eſſe, ut hic Ordo conficeretur, coniunctim ſerio cogitare cœperunt media tenenda pro Operis complemento; optimeque videntes neceſſarium eſſe Regis conſenſum, & reſpective Epiſcopi, ſe ad Regem contulerunt, qui benigne eos recepit, & magno gaudio valde audivit Narrationes illorum, & apparitionem Sanctiſſimæ Virginis illis factam, quę pari modo, pari tempore eadem Sanctiſſima Virgo ſibi apparere dignata erat. Statim itaque Rex Jacobus ſe promptum paratumque obtulit ad omnia, ac Urbis Barchinonæ Epiſcopum accerſivit, & viciſſim patefactis Sacris Beatiſſimæ Virginis apparitionibus, Rex ab Epiſcopo poſtulavit novi Ordinis confirmationem: *Pater Fontana Storia degli Ordini Monaſtici &c., e Militari Gallice ſcripta, & per illum in Italicum Idioma translata tom. 3. cap. 34. à pag. 292. cum ſeq. juxta impreſſ. Lucenſem Typis Joſephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738. Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeſtr. n. 76. Hermant Hiſtoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 5. à pag. 45. cum ſeq. juxta impreſſ. Rothomagen. Typis Jo. Baptiſta Beſogne 1726.*

Peracta ergo fuit hujus Ordinis inſtitutio, conſtituto S. Petro Nolaſco primo Equite, ac Magiſtro Ordinis in ſe primo Militaris, deinde etiam per aggregationem Religioſorum, Equeſtris, & Militaris effecti, & ita Vitæ activæ, & contemplativæ addicti. Opus autem erectionis peractum fuit die decima Auguſti S. Laurentio dicata, quæ ſub hac Cœremonia peracta fuit anno 1218. *dic. Bonannus dic. num. 76. d. Hermant* ubi ſupra. Rex à tota Aula, & Curia ſua Regia, ac Civitate Barchinonæ ſociatus, ad Cathedralem Eccleſiam ſub Titulo Sanctæ Crucis in Hieruſalem ſe tranſtulit, ubi Epiſcopus Berengarius Pontificaliter celebravit: Sanctus autem Raymundus de Peña fort, conſenſo Suggeſto, poſt Evangelium Concionem ad Populum habuit, qua eundem Populum inſtructum reddidit de Dei voluntate, ac juſſu ſuper erectione hujus Ordinis, patefacto per cœleſtem illam revelationem ipſi Regi factam, Sancto Petro Nolaſco, & ipſi Divo Raymundo. Completo Sacræ Miſſę Offertorio, Rex, & Divus Raymundus obtulerunt novum Fundatorem Epiſcopo, qui Habitum Ordinis Divo Petro Nolaſco contulit, illumque induit; quo induto, idem Divus Petrus Nolaſco, uti principalis fundator, ſimiliter alios tredecim Viros Nobiles eodem Religionis Habitu induit, hoc eſt Guilelmum de Bas, Dominum de Mompellier, Arnaldum de Carcaſſona filium Vicecomitiſſæ de Narbona Conſobrinum Sancti Bernardi de Corbara, Raymundum de Montiolo, Raymundum de Moncada, Petrum Guilelmum de Cervellon, Dominicum d'Oſſo, Raymundum de Utrecht, Guilelmum de Sancto Juliano, Hugum de Mara, Bernardum de Eſſona, Pontium Solarez, Raymundum Blanchi, omnes Equites, aut Confratres Congregationis Beatæ Virginis de Miſericordia, qui omnes, comprehenſo etiam laudato Sancto Petro Nolaſco, tria emiſerunt Vota, & quartum addiderunt Redemptionis Captivorum, quo ſe obſtrinxerunt, ſe ipſos in Pignus dare, & in captivitate manere, quoties id neceſſe fuerit, pro liberatione captivorum: *d. Pater Fontana pag. 292. & 295., & 298. d. Pater*

Mendo

Mendo d. Disq. 1. quaest. 3. d. n. 99.
Et patet ex formula Professionis Militum infra §. *Caeterum* alleganda: *Collector Gallus tom. 3. pag.* 252. ibi - *Ego N. Miles S. Mariae de Mercede, & Redemptione Captivorum facio Professionem, & promitto Obedientiam, Paupertatem, Castitatem servare, Deo vivere, & comedere secundum Regulam S. Benedicti, & in Saracenorum potestate, si necesse fuerit, ad Redemptionem Christi Fidelium detentus manere:* & rursus refert *d. Pater Honoratus* ubi supra.

Cumque sex ex praenominatis Sacerdotes essent, & septem Equites, Sacerdotum Vestis Tunica erat, & subvestis, vulgo *Sottana alba*, cum Scapulari, & Cappa: Equitum autem Vestis alba erat, ad usum tamen Secularium, cum parvo Scapulari supra Habitum. Rex autem jussit, quod deferrent omnes supra Scapulare sui Regii Stemmatis scutum, in quo, ut dicitur, *in tre sbarre poste in campo rosso, sopra delle quali ordinò, che fosse posta una Croce bianca*, ad denotandum locum, quo dicti Religiosi eorum desumpserant Originem; & quoad hanc Crucem notant aliqui, quod cum pene omnes Natione Galli essent, antiquitus in eorum Vexillis extollebant Crucem albam in praeliis contra Mauros, ad Hispanorum distinctionem: alii autem Scriptores asserunt, d. Episcopum Berengarium assignasse hanc albam Crucem, quę erat Stemma suę Ecclesiae, aut Armis Regni voluit addere.

Completo Missę Sacrificio, mox Jacobus Rex, Sanctum Petrum Nolasco cum suis Religiosis ad Regium duxit Palatium, & in eo Mansiones paratas tradidit, ut loco Monasterii inservirent, hocque fuit primum Monasterium, in quo Regulam à Sancto Raymundo traditam observarunt, quousque Regulam à Sancta Sede traditam observarent, parendo interim d. Sancto Petro Nolasco declarato magno Commendatore à Sancto Raymundo.

Pro Ecclesia inservivit Sacellum Regis Aragonię Sanctę Eulalię dicatum, quod Sacellum etiam hodie possidet hujus Monasterii possessor, qui Titulum Vicarii Aulae retinet, & Religiosi, Regii Capellani appellantur: *d. Pater Fontana, & Hermant* ubi supra: *d. Justinianus pag.* 581.

Ordo hic vivae vocis Oraculo approbatus fuit ab Honorio Tertio, & deinde in scriptis à Gregorio IX. Perusiae prima Decembris 1229., vel 1230. mediante Arnaldo de Ameri, & Bernardo de Corbara, quorum unus supplicabat pro Equitibus, alius pro Sacerdotibus Ordinis: *d. Fontana tom. 3. pag.* 297.

Sub Regula Sancti Augustini positus fuit hic Ordo, à Gregorio IX. juxta Bullam 8. Januarii 1235. *d. Fontana d. pag.* 298. *Pater Graveson Historia Ecclesiastica tom.* 5. *Colloq. 6. pag.* 539. *juxta impress. Romae Typis Francisci Gonzagha* 1619.

Suum quoque Vexillum in Bello extollebat hic Ordo, Vexillum in forma quadrata Imaginem ex una parte retinebat Sanctissimae Virginis nubibus circumdatę retinentis in brachio Jesum Infantem, & ex altera Stemma Ordinis, & videri potest penes *d. Justinianum pag.* 582.

Forma Crucis, & Stemmatis habetur penes *Patrem Bonannum d. n. 76. & & in generali Tesserarum descriptione in Calce d. Catalogi sub n. 69. d. Hermant d. pag.* 45. ubi, quod circum Stemma adsunt verba - *Redemptionem misit Dominus Populo suo.*

In Capitulo Generali habito anno 1237. inter caetera resolutum fuit, quod in po-

posterum acceptarentur in Ordine plures Religiosi Chorales, quam Equites: *d. Fontana pag.* 298. *d. Justinianus* ubi supra.

Dicti Equites cum sint vere Religiosi, obstringebantur Votis, intererant Divinis Officiis omnibus, tam de die, quam de nocte, ac quando Choro adessent, supra eorum Habitum, qui similis erat Vesti Secularium, excepto Scapulari, ponebant Cappam: *d. Fontana d. pag.* 298.

Hic Ordo in suo exordio erat Ordo Militaris, cujus regimen semper exercebatur ab Equitibus usque ad annum 1317. quo tempore pro prima vice electus fuit in Generalem Sacerdos Frater Raymundus Albertus: *d. Fontana pag.* 299. *Justinianus pag.* 582. ubi quod - *Nel di lui principio fu governato l'Ordine di questa Sacra Militia da sette Maestri successivamente l' uno all' altro Cavalieri Laici, servendosi eglino nelle Residenze per l'amministrazione de' Sacramenti, e per la recita, e celebrazione de' Divini Officii di Sacerdoti. Cresceva il numero di questi; e vestendo l' Abito, si contenevano nella Vita Spirituale fra Chiostri: indi passò il Governo fra Claustrali ec. declinando all'incontro l'occasione a' Cavalieri di essercitarsi nelle Guerre ec. Parve, che anco i Cavalieri minorassero in quantità ec. Così il Maestro Generale dell' Ordine, che tra li Cavalieri continuava in vita, dopo l' ottavo Maestro si limitò a sei anni di Carica, con titolo di Generale.*

Ægre ferebant Equites hanc in Generalem Sacerdotum electionem, & sic suborta est altercatio in contingentiis casuum, donec attento majore Numero Sacerdotum, quam Equitum, Summus Pontifex electionem Generalis faciendam esse statuit in personam Sacerdotis, juxta seriem, quę late refertur à *d. Patre Fontana cap.* 34., *&* 35. per totum, & *d. Hermant*, *& d. Collector. Gallum tom.* 8. *à d. pag.* 250. *cum pluribus seqq. d. Justinianus pag.* 581.

Generose se gerebant hujus Ordinis Equites, & eorum strenuitate acquisiverunt Insulas Baleares, vulgo *Majorica*, *& Minorica*, & Valentiæ Regnum: *d. Justinianus pag.* 581., & alia vide apud *d. Fontanam à pag.* 296. *cum seqq.*

Occasione acquisitionis d. Regni Valentiæ accidit, quod supra Arcem loci vocati *Pouche* apparuere descendentes è cœlo in terram septem lucidissimæ stellæ multorum dierum spatio, ex quo facto curiositas suborta est recognoscendi terram, in quam ruebant eædem Stellę; facta autem terræ motione, ibi inventa fuit Imago Sanctissimæ Virginis Mariæ: hæc autem Imago dono data fuit Equitibus, qui in d. Terra Nobilem Conventum erexerunt pro veneratione Sanctissimæ Virginis Mariæ Cœlorum Reginę eorum Protectricis, erga quam Sanctissimam Virginem maxima populorum floret devotio, & miracula patrantur in Populorum supplicantium præsidium: *d. Justinianus pag.* 581.

Cœterum Imago Equitum hujus Ordinis Sanctæ Marię de Mercede Redemptionis Captivorum videri potest apud *Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 231. *d. Abbatem Justinianum pag.* 580. *Patrem Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 76.

Paulatim, & postremo tandem Equitum Classis defecit, & de Militari Religione remansit Monachalis, ut inquit *d. Abb. Justinianus pag.* 583. *d. Pater Bonannus d. n.* 76.

Solumque superest in Religiosis Ordo Beatæ Mariæ de Mercede, qui summopere

mopere viget in Regnis Hispaniarum: *d. Bonannus d. n. 76. d. Justinianus pag.* 583. ubi, quod floret in Hispaniis, & in Galliis: *d. Pater Fontana* locis supra allegatis.

Hic Ordo, ultra Sanctissimos Fundatores, plures enumerat Divorum Fastis adscriptos, nempe Sanctum Raymundum Nonnatum ex Ducibus Cardonæ, Beatum Petrum Paschalem Valentianum, magnum Castellæ Cancellarium Martyrem, B. Guilelmum Bas Gallum Regis Consanguineum à Secretis S. Petri Nolaschi, & secundum Ordinis Magistrum post mortem ejusdem anno 1256. B. Joannem Jofre Socium Sancti Vincentii Ferrerii, B. Bernardum de Corbera Castellanum primum Priorem Conventus Barchinonæ, ac Institutorem Monialium sui Ordinis, B. Bernardum de Corbeira juniorem, B. Seraphium Soto Martyrem, B. Sanctium de Aragonia Regis Filium, & Archiepiscopum Toletanum à Mauris occisum, Fratrem Ludovicum Puel Priorem Parisiensem, una cum sexaginta septem Fratribus ejusdem Ordinis ab Ugonottis occisum, B. Petrum Americum, seu Amerium quartum Generalem Ordinis Magistrum, B. Petrum Armegnau, sive Armognolum ex Comitibus Urgel, B. Guilelmum Novela Florentinum Martyrem, B. Simeonem de Sousa, B. Joannem Granatensem Martyrem, B. Petrum Malassanch Martyrem, B. Alphonsum Hispalensem, aliosque etiam Equites partim Laicos, & partim Sacerdotes: *d. Justinianus pag.* 582.

DISCURSUS CLII.

SANCTÆ MARIÆ DE MERCEDE

Redemptionis Captivorum SANCTIMONIALIUM

ARGUMENTO

Non indiget nec Summario.

PRælaudatus Militaris, & insimul Religiosus Ordo Sanctæ Mariæ de Mercede, à Sancto Petro Nolasco, & Jacobo Aragonię Rege Deiparæ jussu fundato sub anno 1218., ut jam in superiori Discursu exposuimus, adeo apud omnes magna veneratione exceptus est, & per Orbem Terrarum diffusus, ut ipsemet devotus Fœmineus sexus, in ipso fundationis exordio, eidem cooptari desideraverit. Piæ idcirco Mulieres, & magno sanguine cretę in Civitate Barchinonensi, Domina scilicet Elisabeth Berti Vidua, & Domina Eulalia Pins pariter Vidua anno 1260., quę cum prius in earum privatis Domibus Religiosissimum Vitæ genus ducere cæpissent, instanter expostularunt à Patre de Corvara tunc Superiore religiosorum, gratiam sumendi Habitum Ordinis; qua petitione delata ad Generalem Ordinis Patrem Guilelmum Bas, in Capitulo Generali anno 1260., idem Generale Capitulum statuit, earundem votis annuendum, & ob nonnullas subortas difficultates, delata fuit executio ad annum 1265., quo Clemens Quartus Pontifex sedebat, & Jacobus Rex unus ex Fundatoribus Ordinis regnabat. Sacro Missæ Sacrificio à Patre Generali solemni habita

habita Processione ductæ fuerunt ad Monasterium paratum. Dictus Pater Generalis ambas habitu Religionis induit.

Religiosa, quæ post eas fuit Venerabilis Soror Maria Cerbellona à succursu nuncupata, ob insignem in Pauperes liberalitatem, quæque natalibus Illustribus Barchinonæ nata erat. Hujus Vitam historice narrat in hujus Ordinis Historia *cap.* 1. *&* 20. *P. Alphonsus Remon d Ordinis Religiosus.*

Hactenus dicta habentur apud *Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equestrium n.* 127. ubi exhibet etiam Imaginem Monialis hujus Ordinis Monachali Toga indutam, & Stemma Ordinis tenentem, & rursus exhibet *dic. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 257.

Prælaudata Soror Maria Cerbellona nuncupata *del Soccorso*, vocatur titulo Beatę *à d. Justiniano pag.* 582. ubi, quod illa fuit *La prima Vergine, che vestisse l' Abito di Santa Maria della Mercede.*

DISCURSUS CLIII.

SANCTÆ MARIÆ DE MERCEDE Redemptionis Captivorum EXCALCEATARUM SANCTIMONIALIUM

ARGUMENTO

Non indiget, nec Summario.

Diximus in antecedenti Discursu, fuisse in Hispania introductas Sanctimoniales Ordinis Sanctę Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum: nunc addimus, quod anno *1616.* in Oppido inter Hispaniam, & Cordubam probe Betim fluvium sito, erectus fuit Conventus Monialium ejusdem Ordinis, sed Discalceatarum. Primæ Fundatrices desumptę fuerunt e Monasterio Assumptionis spectante ad Moniales Calceatas Civitatis Hispalis: nominabantur autem dd. Fundatrices, Clementia à Sanctissima Trinitate, quæ fuit Priorissa, Maria ab Incarnatione Vicaria, & Lucia à Resurrectione. His multę additæ fuerunt, quæ earundem exempla secutæ sunt, vixerunt, & vivunt: unde hujusmodi Monasterium initium tribuit pluribus aliis consimilibus Monasteriis in Hispaniarum Regnis mirifice florentibus.

Religiosæ, Vestibus laneis albis, sicut utuntur Masculi, indutæ sunt sine lineo indusio, scilicet Tunica, Scapulari, & Pallio ultra genua extento; ante pectus gerunt Stemma cum Cruce alba in campo albo, cum stemmate Regum Aragonię: Sandalia ex Canape gestant, faciem lineo Velamine albo circumdant, caput nigro contegunt. Quæ omnia recognosci possunt *in Catalogo Ordin. Equestrium Patris Bonanni sub n.* 138. ubi exhibet Imaginem ejusdem Monialis Discalceatæ, & rursus exhibet *dic. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 254.

DIS-

DISCURSUS CLIV.

SANCTÆ MARIÆ DE PŒNITENTIA SANCT. MARTYRUM

ARGUMENTUM

Agitur de Ordine Equestri sub dicto Titulo *Sanctæ Mariæ de Pœnitentia Sanctorum Martyrum*, & exponitur sub eodem adfuisse etiam Regulares, & quoad tempus Institutionis variæ adducuntur Scriptorum Auctoritates inter se discrepantes.

SUMMARIUM

Patet ex Argumento.

De isto Ordine unicum Scriptorem legimus, cujus nomen, & verba hic transcribemus, hoc est *Jo. Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha Equitem Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corrollario omnium Ordinum impresso in calce Tractatus ejusdem* sub titulo - *Adnotationes Historicæ de Ordine Aquilæ Albæ in verbo Sanctæ Mariæ de Pœnitentia pag.* 304. *juxta impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno* 1730. ubi sic inquit - *S. Mariæ de Pænitentia, Sanctorum Martyrum, quemadmodum sunt Religiosi, ita etiam Equites fuerunt iisdem ornati Insignibus, nimirum prominente Cruce rubea ex corde ejusdem coloris. Dividebantur in quinque classes, cum differentibus Equitum notis, sub uno tamen nomine. Desiit hic Ordo.*

Ut autem ea, quæ supradictus Scriptor *Comes in Koden Sapieha*, quoad Religiosos Regulares hujus Ordinis innuit, recte percipiamus, notitias super eodem Ordine Regulari à Scriptoribus diversimode traditas in unum recolligemus. Sunt, qui confundere, ac involvere satagunt Ordinem Metri Pœnitentiæ Martyrum, cum Ordine Sancti Demetrii in Polonia fundato à Piis Viris, circa Annum 1200. confirmato à Pontifice Alexandro IV. traduntque, Religiosos Habitum, ut dicitur *Bigio*, deferre, & super eo Crucem fixam in corde: alii scribunt Ordinem de Pœnitentia, Martyrum nuncupatum, in Italia fuisse fundatum anno 1332. à Clemente V. sub obligatione Religiosorum hospitandi Peregrinos.

Dicunt alii fuisse in Italia fundatum, sed Religiosos gerere Habitum album & Crucem rubeam, & ex Italia ad Hispanias translatum fuisse Ordinem.

Antiquissimum alii fuisse prætendunt, & usque à Sancto Pontifice Cleto desumunt Institutionem, & vocatos fuisse Religiosos de Pœnitentia, tum quia tempore persecutionum in sylvis degebant, & cavernis; tum quia Ecclesiæ illis temporibus Pœnitentiarii Papæ fuerant, & tandem Beatorum Martyrum dicebantur ob plures Gloriosos Martyres, qui ex hoc Ordine floruerunt.

Canonicorum Regularium Ordinem nuncupant alii; diffusum in Regno Poloniæ testantur, quodque ibi Sancti Marci vocantur, & quod fuerint in d. Regno recepti anno 1257.

Quod illos anno 1254. instituerit Alexander IV. scribunt alii, vel anno 1250. scribunt aliqui.

Multa Monasteria possident in Poloniæ Regno, & in Lituania Parochias retinent.

In Bohemia quoque possident Monasteria, ut in Civitate Pragensi.

Præpositus autem Widzinieiski jus habet adhibendi Ornamenta Pontificalia,

P

Habitus

Habitus eorundem Religiosorum in Veste alba consistit, ac Scapulari ejusdem coloris, super quod cor adest, in cujus summitate Crux rubea fixa est.

Quoties è Monasterio exeunt, nigram Vestem deferunt. In Ecclesiasticis autem functionibus superpelliceum, seu, ut dicitur, Cottam deferunt, & desuper Mozettam albam.

Canonicorum Titulus cum illo mendicantium legitur in verbali illo Processu habito in Translatione Corporis Beati Michaelis Gedroc Religiosi ejusdem Ordinis peracta anno 1414., qui Beatus Michael Gedroc descendens erat e Ducibus Lituaniæ, & in Domino obiit anno 1385. ad cujus sepulchrum plura ejus intercessione patrantur Miracula.

Huc usque recensita, & etiam latius legi possunt apud *Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallice scripta, & in Italicum Idioma translata per d. Patrem Fontanam tom. 2. cap. 36. à pag. 258. cum seqq juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani* 1737.

DISCURSUS CLV.

S. MARIÆ VIRGINIS DEL PILAR

Cæsaraugustæ in Hispaniis

IN ARGUMENTO

Continetur & Summarium.

Discursus hic Historiam exponit Originis, & Miraculi Sanctissimæ Virginis Mariæ de Pilari in Cæsaraugustæ Civitate, & celeberrimi illius Sacelli, & ample narratur institutio Equestris Cœtus peracta à Blanca Regina Navarræ.

CUm Ordinum Equestrium, & Militarium Nomenclaturæ Opus nostrum jam vergat ad finem, magno gaudio perfundi ingenue fatemur, præsenti Alphabeti litera *M.* datum fuisse Nobis quamplures Ordines illos cumulare, qui sub Sanctissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ nomine, & protectione militant, quorum partem jam enumeravimus, & cœteros postmodum referemus Ordines; modo autem locus, sedesque hìc aperitur, agendi de Ordine *Sanctæ Mariæ Virginis dò Pilar*, hoc est *Cesaraugustæ in Hispaniis*. cujus Ordinis ex Urbe suppeditavit Nobis notitias Pater Seraphinus Maria Potenza Religiosus Carmelita Calceatus Romæ commorans in Conventu Sanctæ Mariæ in Transpontina, Vir in Historiis apprime versatus: Religiosus hic quippe verum Sanctissimæ Virginis Mariæ devotum se ostendit, & verum Carmeli filium; pervento quidem ad illius manus quodam Volumine Hispana lingua exarato, edito à Patre Rocho Alberto Faci Cæsaraugustæ Typis Francisci Moreni 1750. cum recognovisset, ibi referri institutionem cujusdam Ordinis Equestris, sub titulo prælaudatæ Sanctissimæ Virginis do Pilar, humanissime ad Nos Documenta transmisit, quibus efformavimus præsentem Discursum. Et pro hujus Argumenti explanatione generali, præmittimus, quod inter cœteras Aragoniæ Regni Illustres Civitates, certe præfulget Urbs Cæsaraugustæ, vulgo *Saragoça*, Dignitate Archiepiscopali insignis, sub se suffraganeas Ecclesias continens, quas enumerat *Pater Graveson in Indice Geographico impress.*

impress. in calce Indicis Generalis suæ Historia Ecclesiastica pag. 224. juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi 1722.

Urbs hæc Cæsaraugusta, à Scriptoribus passim laudatur, ob singularem Civium Pietatem, ac Religionem, meritoque in ea Sanctuaria præfulgent, inter quæ celeberrimum illud est, toto tumque Catholicum per Orbem colitur, Imago videlicet Sanctissimę Virginis, nuncupata *do Pilar*, hoc est Columnæ.

Profectò series Historiæ refertur *à Patre Petro Ribadeneira Societatis Jesu*, in suo Volumine sub Titulo - *Flos Sanctorum &c. secondo Semestre impress. Venetiis 1743. Typis Nicolai Pezzanæ pag. 38. ab Alphonso Villegas secunda parte Flos Sanctorum in Vita B. M. Virginis impress. Venetiis 1741. P. Nadasii in anno Cælesti die 25. Julii, Bononiæ 1673. Typis Barberii.*

Equestris porro Cœtus hoc habuit exordium, illiusque Fundatrix fuit clarissimæ memoriæ Blanca Navarræ Regina, filia Caroli III. Navarrę Regis, Uxor Joannis Regis Aragoniæ. Hęc quippe Regina erga Deiparam Virginem Dei Genitricem devotionis studio maxime addicta, circa annum 1430. incidit in morbum, & quidem mortiferum, ita ut ab omnibus, ut jam mortua reputaretur, & circumstantes idcirco profusis lacrymis de mortuam eorum Reginam lacrymabantur exterius. At Regina Blanca in ipso mortis articulo à Sanctissima Virgine *del Pilar* subsidium imploravit, & Sanctissima Virgo eidem mirabiliter apparuit supra Columnam marmoream, & clementissime eidem Reginæ dixit - *Serva mea Blanca innitaris huic Columnæ, & sanitatem recipies: unde visione peracta, apertis corporis oculis Regina exclamavit: O Diva S. Maria del Pilar sis benedicta; me custodisti, & à mortuis resuscitasti.* Subito eadem Regina Navarræ promissionem, & Votum emisit, visitandi Sanctum Beatissimæ Virginis Sacellum, quod perfecit, sociata Principe, aliisque Nobilibus Regni. In Ecclesię Sanctissimæ Virginis Visitatione, plurium dierum spatio se detinuit, assiduis Pietatis, ac Religiosis Operibus, Vigiliis, Precibus, Jejuniis, Eleemosinis, pluraque pretiosa Donanaria in Gratiarum actionem Deiparæ Virginis reliquit.

Illustrius tamen grati animi sui Monumentum fuit, deliberatio, quam in Sacello Beatissimæ Virginis sumpsit, construendi, & fundandi scilicet Equestrem Ordinem Nobilium Virorum, & Mulierum, sub invocatione Sanctissimæ Virginis del Pilar.

Hujusmodi Ordinis Institutionis Instrumentum per extensum habetur apud Librum illum manuscriptum Miraculorum Sanctissimæ Virginis del Pilar, existentem in Archivio suæ Ecclesię apud *Antonium de Fuertes y Biota in Historia ejusdem Sanctissimæ Virginis impress. in Civitate Bruxellis Typis Guilielmi Schtybeles anno 16,4. Josephum Felicem Amada in Miraculis prædicta Sanctissimę Virginis del Pilar Miracul.* XX.

Miraculum, quod scribunt *d. Pater Ribadeneira*, & prællegati Scriptores, Sanctissimæ Virginis Columnæ in Cæsaraugustana Civitate, magnum testimonium est veritatis, adventus Sancti Jacobi Apostoli in Regno Hispaniarum. Dictum autem Miraculum, licet valde notum sit cunctis, ut eo magis tamen patens reddatur, ita illud exponit. Dum Sanctus Apostolus Jacobus in Civitate Cæsaraugustæ morabatur, & quadam nocte cum Discipulis suis ad ripam Fluminis Ebron

se contulisset ad orandum, apparuit eidem Angelorum Regina, Sanctissima Virgo Maria adhuc in hoc Mundo vivens, apparuit autem super quamdam Columnam ex Jaspide, & conspiciebatur magna Angelorum multitudine circumdata, qui suavissime laudes concinebant. Illam Diuus Jacobus Apostolus recognovit, & in obsequium ejusdem ad terram se provoluit: at Sanctissima Virgo, in hoc eodem loco, inquit, Ecclesiam meo Nomini ædificabis, quoniam Ego scio, quod Hispaniarum Pars hęc mihi erit devotissima, & Ego sub mea nunc protectione recipio: quo dicto, visio disparuit. Divus autem Jacobus Apostolus diligenter sibi à Sanctissima Virgine injuncta perfecit, ædificavitque Sacellum illud Sanctissimæ Virgini adhuc in terris degenti dicatum, Sacellumque illud nuncupatur Sanctissimæ Virginis *do Pilar* Hispanice, latine *Columna*, quia Columna antedicta, ex Jaspide, super qua apparuit Sanctissima Virgo ibidem remansit; meritoque dicitur Virgo Sanctissima do Pilar.

Hujusmodi Historiæ series late habetur in Volumine illo, cui titulus. *Viaggio in Ponente à S. Giacomo di Galitia ec. Auctore Sacerdote Dominico Laffi Bononiense cap. 15. à pag. 221. cum seq., & cap. 29. pag. 395. 399. juxta tertiam impressionem Bononię Typis Hæredum Pisarri.*

Hinc ex hujus Scriptoris narrationibus notandum quod ipse scribit *à pag. 399.* Apparitione confecta. *Subito la visione disparve, rimanendo ivi l' Imagine sopra la medesima Colonna, che al presente ancora viene venerata. Fu la B. Vergine portata dagli Angeli in Gerusalemme nella sua propria Casa dove dimorava ec.* Sanctus Jacobus *pag. 400. Si mise a fabricar la Cappella di quasi otto passi di larghezza, e sedici di langhezza, restando la Colonna nel frontispicio di essa sopra l' Altare, verso l' Occidente. Questo Pilastro è di altezza di un Uomo in circa, ma poscia cresciuta la Religione, e Pietà, si ampliò successivamente in diversi tempi, in modo che risplende, come oggi si vede.*

Sub *pag.* 400. inquit, quod Sanctus Apostolus *consacrò la Santa Cappella, e li diede il Titolo di Santa Maria del Pilar, nome, che pure tuttavia tiene, poichè come dissi, Pilar in lingua Spagnuola, è come dire Colonna, o Pilastro in Italiano ec.*

Nella detta Cappella sono grandissime Indulgenze, si operano di grandi Miracoli, i quali chi volesse leggere, veda il Libro di Don Antonio de Fuertes i Biota intitolado l' Istoria di nostra Signora del Pilar, stampato in Brusseles l' anno 1654.

Il Pilastro suddetto serve di base, e sostegno all' istessa Immagine della Beatissima Vergine, rappresentante gli Abiti, e gli Atteggiamenti, in cui la vide S. Giacomo, e non vi ponno entrare ne Uomini, ne Donne, se non Religiosi, quali si servono la Messa l' un con l' altro: vi è una grossa ferriata davanti, per la quale il Popolo può vedere la Santa Messa, ed ancora comunicarsi a detto Altare; dietro all' Altare medesimo, dov' è il Pilastro, aperto un fenestrino nella Muraglia della Cappellina, per il quale ogn' uno può toccare detto Pilastro, e quella Cappellina è posta nel mezzo della Chiesa grande, ed è ricca di grandi Indulgenze, e di forma, è simile a quella di Loreto in Italia.

Sub *pag.* 401. describit residuum Ecclesiæ exterioris, testaturque esse valde obscuram, pluraque servari lumina.

ria accenfa de die, & de nocte, cum magnis accenfis Lampadibus argenteis magni valoris, & quod *Vi è fempre un concorfo per la grandiffima devozione che portano alla Beata Vergine, e per toccare, e baciare quel Pilaftro per la fuddetta feneftrina, maffime che quefto alla metà tiene una rottura grande di otto dita, dalla quale fcaturifce un liquore a guifa d' Oglio odorifero, che fi raccoglie da Signori Canonici, e fi manda come Panacea contro tutti i mali,*

Rurfus *fub pag.* 403. fubiungit, quod licet d. Ecclefia non fit Metropolitana Ecclefia, tamen *Fra tutte le Chiefe e Conventi gia detti, la Chiefa di noftra Signora del Pilar è la principale, poichè veduta quefta due, o tre volte, andaffimo a vedere la Metropolitana chiamata e quì è la Cappella del Beato Pietro d' Arbues*, cujus Vitam ibidem defcribit, & Ecclefiam.

Quæ hactenus pleno calamo recenfuimus in honorem Sanctiffimæ Virginis *del Pilar*, narrata funt, ut cultus, & veneratio ejufdem augeatur, & devotionis crefcat affectus, ac ut Equeftris Cœtus, de quo infra loquemur, fplendor, & gloria emergat.

Porrò fubftantialia hujus fundationis funt. In Tefferam Ordinis præfcribit Bindam coloris cœrulei cum Columna aurea in encaufto albo, cum aureis litteris explicantibus *In te nitor*, & hæc Teffera deferenda erat quolibet Sabbato, omnibus Vigiliis, & Feftivitatibus Sanctiffimæ Virginis Mariæ.

Quique gereret d. Bindam, tenebatur jejunare in Vigiliis lætitiarum, hoc eft in Vigilia Annunciationis, Nativitatis, Epiphaniæ, Purificationis, Refurrectionis, Afcenfionis, Spiritus Sancti, ac recitare fexaginta vicibus falutationem Angelicam.

Quod fi aliquis in ftatutis Jejuniorum diebus, aut ex adverfa valetudine, aut aliqua perfonali occupatione jejunare non poffet, tali die fic impeditus tenebatur dare pauperi comeftionem: fic pariter, fi ob aliquod fuperius relatum impedimentum quis recitare non poffet fexaginta vicibus dictas falutationes Angelicas, tunc celebrare facere tenebatur unam Miffam Sanctiffimæ Virginis Mariæ.

Item d. Binda deferri debebat ab Hominibus, & à Mulieribus fubditis natis d. Reginæ, numero determinato, hoc eft, Homines erunt numero quindecim, comprehenfo Principe, in honorem quindecim graduum, quos afcendit Beatiffima Virgo Maria, quando præfentata fuit in Templo.

Mulieres vero erunt numero novem, in reverentiam novem menfium.

Quod fi alii Viri, & Mulieres, natalibus, & dignitate grandes, ex exteris tamen Nationibus, erga hanc Sanctiffimam Virginem devotione arderent, d. Regina fibi refervavit poteftatem dandi d. Tefferam novem Equitibus Scutiferis, vel Fœminis.

In cafu autem obitus alicuius ex aggregatis, poft habitam notitiam, quilibet vivens aggregatus tenebitur celebrare facere unam Miffam de *Requiem* pro Defuncto, vel Defuncta, necnon feptem Pfalmos Pœnitentiales recitare cum verficulo *Requiem æternam:* quod fi dictas Preces recitare non poffent, vel ignoraverint recitare, teneantur recitare triginta vicibus Orationem Dominicam, cum triginta vicibus Salutationem Angelicam.

Eadem Regina, licet fuerit Inftitutrix pii hujus exercitii, voluit teneri ad fingula fuperius injuncta, itaut fi aliquis, vel aliqua ex defcriptis in Catalogo obierit, vult habita notitia teneri præftare antedicta, & Miffas folemnes

cele-

celebrare facere, ac ulterius inducere tres pauperes, & ulterius vestire pauperem Mulierem nomen Mariæ habentem, in qualibet ex prædictis Vigiliis dictarum septem consolationum.

Sic pariter, Regina in Vigilia, & Solemnitate Assumptionis Sanctissimæ Virginis Mariæ Ecclesiam adire majorem sub invocatione Virginis Mariæ in d. loco ubi reperitur. voluit teneri, ire ad Vesperas, & Sanctum Missę Sacrificium audire. Voluitque, ut tunc omnes Aggregati, vel Aggregatæ teneantur tunc associare Reginam, & absentes, quando sint absentes, ut dicitur *una giornata*, venire teneantur ad Reginam, illamque associare ad d. Festivitatem.

Prænominatam Tesseram ipsa Regina Navarræ assumpsit, in honorem, & obsequium Sanctissimæ Virginis Mariæ, in Ecclesia Sanctæ Mariæ *la Maggiore* Civitatis Cæsaraugustanę in Sacello sub invocatione *del Pilar* decima sexta Augusti, anno 1433. *Blanca* Pro Regina Bartholomæus Munarriz.

Ex quibus patens redditur, Nobilem hunc Cœtum à Regina institutum, cum Ordinibus Equestribus analogiam tenere, & non immerito Equestrium Ordinum Nomenclaturæ addi, & cum ipsis misceri, quemadmodum alios miscuimus supra, juxta mentem nostram, recensendi quoscumque Ordines, Cœtus, Sodalitates affinitatem cum Ordinibus Equestribus habentes, ac videre est in nostro *Discursu* 157. *in hoc Volumine*, in quo agitur de consimili Cœtu Nobili, & ad pietatem directo, & instituto à Regina Galliarum.

DISCURSUS CLVI.

SS: VIRGINIS MARIÆ IN REGNO DE MOGOR

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

NE dedigeris, quæsumus, Sanctissima Virgo Cœli, Terræque Imperatrix, quod in hoc eodem Volumine, quo tot exposuimus Ordines, & Cœtus Equitum, quos sub augusto tui Titulo Christiani crexere Principes, illos quoque Equites recenseamus, quos Rex de Mogor, licet Idololatra, in tui gloriosissimum obsequium inauguravit. Pater quippe *Thomas Auriema Societatis JESU in Opusculo*, cui titulus - *Affetti scambievoli tra la Vergine, e suoi Divoti par. pr. cap.* 21., hęc habet.

Mi ricordo, che quando il nostro Padre Ridolfo Aquaviva diede al Re di Mogor un Immagine della Vergine, quel Principe, benche Gentile, fe ergere un sontuoso Trono, ed ivi collocatavi quella Figura, volle, che i suoi la riverissero, e baciassero. Stava tra tanto il Re guardando questa funzione, e creò Cavalieri tutti quelli, che vide più pronti a far quest' ossequio.

DISCURSUS CLVII.

SANCTÆ MARIÆ ROSARII

ARGUMENTUM

Exponitur in presenti Discursu Jesu Christi, & Sanctę Mariæ Rosarii Ordinum fundactio peracta

acta à Divo Dominico, & de quo tempore id evenerit. Exponitur etiam series ulterius Odinis *Du Collier Celeste du Saint Rosarie*, ac alius Coronæ Sanctissimæ Virginis.

SUMMARIUM

1. *ORdo Sanctæ Mariæ Rosarii an fuerit fundatus à Sancto Dominico*, & n. 2.
3. *Militiam hanc Sanctæ Mariæ Rosarii, fuisse institutam à Sancto Dominico anno 1209. sustinent aliqui.*
4. *Alii scribunt, institutam fuisse anno 1213.*
5. *Ordo Sancti Dominici fuit confirmatus à Summo Pontifice anno 1216.*
6. *An sit verisimile, quod Divus Dominicus instituerit Ordines, antequam Sedes Apostolica suum Regularem Ordinem confirmaverit, relinquitur considerandum.*
7. *Militiam JESU CHRISTI, Sanctus Dominicus prius instituit, deinde aliam Sanctæ Mariæ de Rosario*, & n. 8. 9, & 10.
11. *Ordo S. Mariæ de Rosario dicendus est institutus post annum 1217., vel 1220.*
12. *Ordinem JESU CHRISTI, & Sanctæ Mariæ Rosarii, fuisse insimul institutos sub duplici Titulo, sub eodem Vexillo Crucis liliatæ, & nigræ, sustinet Justinianus.*
Et utrique Ordini adscripti sunt iidemmet Viri conspicui.
13. *Ordinem S. Mariæ Rosarii, certum est fuisse institutum à S. Dominico.*
14. *Rosarium prædicare Populis, monitus fuit Divus Dominicus à Sanctissima Virgine Maria, prout fecit idem S. Dominicus. Rosarii festum celebratur Dominica prima Octobris*, & n. 28.
15. *Rosarium est Patrimonium Ordinis Dominicani. Rosarium vocatur Psalterium Dominæ Nostræ.*
16. *Exponitur modus recitandi Rosarium.*
Adsunt pro recitantibus Indulgentiæ.
17. *Cum cœpisset tepide exerceri, fuit per Patrem Alanum, vigore apparitionis Sanctissimæ Virginis, denuo inculcata recitatio.*
18. *Alexander Numajus Episcopus Foroliviensis, Nuntius Apostolicus in Germania, approbavit Rosarii Sodalitatem in Urbe Colonia Agrippina anno 1476. erectam.*
19. *De Institutione Militaris Ordinis Sanctæ Mariæ de Rosario, agunt Auctores ibi citati.*
20. *Crux liliata, & bicolor pro parte alba, & pro parte nigra, statuta fuit in Tesseram hujus Ordinis Sanctæ Mariæ de Rosario, eo modo, quo præscripta fuerat pro Ordine JESU CHRISTI.*
Additum tamen fuit, quoad Ordinem Sanctæ Mariæ de Rosario, quod in centro Crucis adsit Numisma, in quo adsit Imago Beatissimæ Virginis Mariæ in brachiis Divinum Filium tenentis, qui manibus Rosarium gerat.
21. *Crucis forma habetur apud Auctores ibi allegatos.*
22. *Habitus forma, seu Toga Equitum, & Equitis figura habetur penes ibidem allegatos Scriptores.*
23. *Viros Illustres, & conspicuos, quos S. Dominicus Ordini JESU CHRISTI adscripserat, eosdem huic S. Mariæ de Rosario adscripsit.*
24. *Simon Comes Manfortius Cruce signatus, cum modico Exercitu Catholicorum constante vix viginti mille Militum, debellavit Exercitum Hæreticorum conflatum centum millibus Militum.*
25. *Ordo hic fuit confirmatus ab Innocen.*

nocentio Tertio, qui eundem innumeris ditavit Gratiis, & Indulgentiis.

26. *Ordinis hujus Equites tenebantur Arma sumere contra Albigenses Hæreticos, & tenere in sinistra manu Rosarium, illudque recitare, & insimul Mysteria nostræ Redemptionis meditari.*

Rosarium recitare tenebantur cæteri Milites, licet non adscripti Ordini.

27. *Ordo prædictus desiit esse Militaris, cessantibus Bellis contra Hæreticos Albigenses, & conversus est in piam Rosarii Sodalitatem diffusam per totum Christianum Orbem.*

28. *Rosarii Sodalitatibus Summi Pontifices concesserunt Indulgentias pene innumeras.*

29. *Rosarii Confraternitates reguntur à Patribus Dominicanis, idest Generali, & Provincialibus; unde non potest formari Catalogus magnorum Magistrorum.*

30. *Militarem Ordinem sub Titulo Rosarii, post mortem Divi Dominici instituit anno 1225. Rodericus, vel Fridericus Archiepiscopus Toletanus.*

31. *Fundationis annus dicitur incertus. Huic Ordini Archiepiscopus fundator præscripsit Regulam ipsius Sancti Dominici.*

32. *Reiicitur Joseph Micheli incongrue aptans huic Ordini verba, quæ dictus Archiepiscopus protulit quoad Ordinem Calatravæ.*

33. *Crux alba, & nigra, in centro habens effigiem Sanctissimæ Virginis de Rosario, in Tesseram Ordinis præscripta fuit.*

34. *Equites hujus Ordinis tenebantur quotidie recitare Rosarium.*

35. *Ordo quoad Militares partes cessavit.*

36. *Imago Equitum d. Ordinis apud quos cernatur.*

37. *Exponitur fundatio Ordinis Fœminei in Gallia nuncupat* 'Du Collier Celeste du Saint Rosarie *cum Tania cærulei coloris, ut dicitur* Bleu.

38. *Tessera ejusdem.*

39. *Hic Ordo fuit simpliciter propositus, & ut dicitur* proggettato.

40. *Ordo Coronæ Sanctissimæ Virginis.*

DISCURSUS CLVII.

SANCTÆ MARIÆ ROSARII

NOn levis inter Historicos Ordinum Equestrium viget Disceptatio, an Ordo Militaris, sub Titulo Sanctissimæ Virginis Mariæ de Rosario,
1. sit unus ex Militaribus Ordinibus ab inclyto Patriarcha Sancto Dominico institutus? Sunt enim Scriptores absolute negantes, & sunt strenue asserentes. Nos utriusque Sententiæ Narrationes recensebimus.

Negantes siquidem, Divum Dominicum instituisse Militarem Ordinem sub Augusto Sanctissimæ Virginis Mariæ Rosarii Titulo, ajunt, Scriptores asserentes fuisse à Divo Dominico fundatum, æquivocum sumpsisse ab illa celebri expeditione militari, nuncupata Cruciata, tempore Comitis Simonis de Monfort, qui contra Albigenses pugnavit, & vicit. Cum enim de Albigensibus Victorias reportasset, supponendo eundem Comitem adscriptum fuisse huic Ordini Sanctissimi Rosarii, arguunt eundem extitisse fundatum à Divo Dominico: sic arguit *Schoonebec in Historia Ordinum Militarium: Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr.* Ita supradictos, & alios explicat *Pater Joseph Franciscus Fontana - Storia degli Ordini Monastici, ec. e Militari Gallice scripta, & quam*

quam in italicum idioma transtulit *d. Fontana tom.* 3. *cap.* 30. *pag.* 279., & 280. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani*, & *Vincentii Giunti*. *ni* 1738.

Verum, sustinentes alteram opinionem,
2. Sanctum Dominicum instituisse duos Ordines Militares, nempe illum sub Titulo Jesu Christi, & sub Titulo Sanctæ Mariæ de Rosario, multipliciter eorum assumptum comprobant; respectu enim *d. Ordinis Jesu Christi* videri potest noster Discursus 128. per totum *tom.* 2.

Quo vero ad Ordinem Sanctissimi Rosa-
3. rii, hunc fuisse institutum à Divo Dominico sub anno 1209. scribit *Abb. Justinian. - Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. seconda cap.* 37. *pag.* 571. *Pater Philippus Bonanni in Catalog. Ordin. Equestr. n.* 74.

Vel anno 1213. *Collector Gallus Histoi-*
4. *re des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 3. §. 41. *Les Chevaliers de notre Dame du Rosaire pag.* 226., *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel anno* 1721.

Sed, cum his temporibus nondum esset
5. à Summo Pontifice confirmatus Sancti Dominici Ordo, qui solum undecimo Kalend. Januarii anno 1216. ab Honorio III. confirmationem ob-
6. tinuit, teste *Patre Ignatio Hyacintho de Graveson Histor. Eccles. tom.* 5. *Colloq* 6. *pag.* 524. animadverti potest, an verosimile sit, quod Divus Dominicus, antequam Sacer illius Ordo fuerit à Sede Apostolica confirmatus, Militares Ordines instituerit.

Rursus, laudatus *P. Graveson pag.* 521.
7. præmittendo Divum Dominicum ad debellandos Albigenses Hæreticos Militiam JESU CHRISTI instituisse, indigitans succedaneum actum, subdit hæc verba - *Opposuit etiam impietati Hæreticorum Albigensium novam*
8. *à se institutam Devotionem recitandi Rosarium* - En ergo, quod non nisi post institutum Militarem JESU CHRISTI Ordinem, illum S. Mariæ de Rosario instituit.

Addi etiam potest ponderatio, quod cum uterque Ordo Militaris fuerit à Sancto Dominico institutus, ut infanda Albigensium Hæresis everteretur; flagitiosissimæ verò Albigensium
9. Sectæ errores, quos enumerat *d. Pater Graveson Histor: Eccles: tom. IV. parte secunda à pag.* 503. *cum seqq.* in odium erant *JESU CHRISTI Domini Nostri*, ad inficiendam, & destruendam Sacrosanctam Ecclesiam, ab eodem Christo Domino perfectissime institutam, multaque impia
10. sacrilego ore, adversus Sacratissimam semperque Virginem Mariam Dei Matrem evomebant Hæretici: Qua propter, ut ordinate procederet Sanctissimus Institutor Dominicus, credendum est, si distinctis temporibus duos militares Ordines fundavit, ex illis primo Jesu Christi Ordinem erexisse, & deinde alterum Sanctæ Mariæ Virginis Rosarii. Quo
11. ratiocinio supposito, dicendus etiam esset institutus hic Ordo post annum 1217. vel post annum 1220. juxta varias opiniones quoad tempus fundationis primi Ordinis, ut scripsimus in *Discursu Equitum Ordinis Jesu Christi*. Diximus, prædicta procede-
12. re, si distinctis temporibus duos militares Ordines instituit Divus Dominicus. Verum non desunt Auctores asserentes, ab eodem Sancto Institutore conditos fuisse duos hos Militares Ordines insimul unitos, ita ut uno eodemque tempore unicus sub duplici titulo *Jesu Christi*, & *S. Mariæ Rosarii*, sub eodem Vexillo Crucis liliatæ albæ, & nigræ fue-

rit institutus Militaris Ordo, quod non obscure convincit animadversio, quod à Scriptoribus tribuuntur utrique Ordini eadem Bellica facta, eedem Victoriæ utrique Ordini enumerantur, adscripti iidemmet Viri conspicui, & ita per prædicta ratiocinatur *d. Abb. Justinianus d. parte secunda cap. 31. pag. 572., & seq.*

Et de facto *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus, Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. Dissert. 10. art. 3. pag. 231., juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718., & d. Comes Fridericus in Koden Sapieha*, infra allegandi, loqui videntur de Ordine Sanctissimi Rosarii instituti à Friderico Archiepiscopo Toletano, de quo in calce loquemur, neque particulariter loquuntur de Ordine Rosarii à Sancto Dominico instituti, veluti imbibito fortasse in Ordine Jesu Christi.

Nos vero locum veritati Historicę relin-
13. quentes, sive contemporaneę, vel per modum unius, sive uno, vel alio tempore fuerit hic Ordo institutus, certissimum esse asserimus, Institutorem fuisse Divum Dominicum, qui sub præsidio, & titulo Sanctæ Mariæ Rosarii eundem Ordinem statuit. Cum enim tunc temporis Albigensium Hæresis per Tolosanum Regionem impie grassaretur, Divus Dominicus, qui Prædicatorum Ordinis nuper fundamenta jecerat, ad eamdem Hæresim convellendam totus incumbebat. Id ut præstaret validius, auxilium Beatæ semper Virginis Marię, cujus Dignitas dictorum Hæreticorum erroribus impudentissime petebatur, cuique datum est cunctas Hæreses interimere in universo Mundo, enixis precibus imploravit, à qua, ut memoriæ proditum est, cum monitus esset, ut Rosarium Populis prædica-
14. ret, veluti singulare adversus Hæreses, ac Vitia præsidium, summo mentis fervore, & felici successu injunctum sibi munus executus fuit, ut legitur in *Breviario Romano in Lectionibus secundi Nocturni*, quæ habentur in Festo Sanctissimi Rosarii Beatę Mariæ Virginis, quod celebratur Dominica prima Octobris, ut pręter superius allegatos, tradit *Pater Fontana Storia degli Ordini Monastici ec. Militari ec. Gallice scripta, & per eum in nostrum Idioma translata tom. 3. cap. 30. pag. 278., & seqq. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738.* Quodque Rosarium
15. sit Patrimonium Ordinis Dominicani, inquit *Martinus Navarrus*, quem refert *Graveson Histor. Eccles. tom 5. Colloq 6. pag. 522., & seqq.* ubi comprobat evidenter, Divum Dominicum vere fuisse institutorem Sanctissimi Rosarii, & respondet quibusdam Criticis, qui vanis assertionibus hoc impugnare nituntur. Manifestum est quippe, Sanctum Patriarcham Dominicum institutorem pręclarissimi Ord. Pręcdicatorum, inspirante ipsamet Beatissima Maria Virgine, tradidisse genus hoc (quod tunc novum fuit) orandi, & precandi per 150. Ave Maria, & 15. Pater Noster; quod ap-
16. pellavit Psalterium Dominæ nostrę; eo quod, sicut Psalterium Davidicum constat ex 150. Psalmis, ita hoc genus orandi constat ex 150. Ave Maria. Intercedente tempore cæpit tepide exerceri, & fere omitti: sed
17. Pater Alanus anno 1460. eadem Beata Virgine illi apparente, illumque hortante, sedulam curam adhibuit, ut denuo exerceretur. Institutum hoc orandi approbatum deinde fuit

à Si-

qui cum innumeris gratiis, Privilegiis à Sixto IV., & donatum Indulgentiis anno 1479., sed prius, anno scilicet 1476. erecta fuit prima Sodalitas, sive Confraternitas in Urbe Coloniæ Agrippinæ per Fratrem Jacobum Sprenger ejusdem Familiæ Prædicatorum, eamque approbavit
18. bon. mem. Alexander Episcopus Forolivienfis, qui erat Alexander de Numaiis Patricius Forolivienfis, tunc temporis cum potestate Legati à latere per totam Germaniam Nuncius Sanctæ Sedis Apostolicę, ut constat ex ejus Littera data Coloniæ eodem anno 1476., prout hæc, & alia habentur ex Libro composito per *Fratrem Albertum Castellanum*, cui titulus - *Libro del Rosario*, seu *Esercizio Spirituale delli buoni Cristiani, impress. Venetiis apud Joannem Variscum, & Socios anno 1561. pag.* 10. *cum seq.* & ex *Martino Navarro in tom.* 2. *suorum Commentariorum in Miscellaneis de Oratione, Miscellan.* 23., *& seqq. juxta nostram Venetam, editionem, apud Ciottum 1601. pag.* 166. *à tergo, & seqq.*, Et de Institutione hujus Militaris Ordinis sub d.
19. titulo *Sanctæ Mariæ Rosarii*, agit *d. Justinianus d. parte secunda cap.* 37. *à pag.* 571., *& seq. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 228.

Statuit in Tesseram hujus Militaris Ordinis eandem Crucem liliatam, & bicolorem pro parte albam, & pro
20. parte nigram, quam præscripserat pro Ordine JESU CHRISTI, cum hoc tamen additamento, quod in centro ejusdem Crucis aderat Numisma, in quo expressa cernebatur Imago Beatæ Virginis Mariæ in brachiis tenens Divinum Filium, qui manibus Rosarium gerebat, quemadmodum etiam B. Virgo Maria Rosarium manu extensa tenebat: sic describit *d. Justinianus d. cap.* 37. *pag.* 572. & seq. & omnes infra allegandi: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria in d. Tractatu Explications des Armes ec. pag.* 455. *sub n.* 50.

Forma autem d. Crucis relata habetur apud eundem *Justinianum* ubi
21. supra *pag.* 571. *Patrem Philippum Bonanni d. n.* 74. *Collectorem Gallum d. tom.* 3. *pag.* 226. *& tom.* 4. *in explicatione omnium Stemmatum ec. pag.* 421. *sub n.* 67. *d. Patrem Honoratum à Sancta Maria d. pag.* 465. *sub n.* 50.

Sicut, & formam Habitus, seu Togæ, qua induebantur Equites isti, cum figura Equitis illa ornati, tradunt *d.*
22. *Bonnanus d. n.* 74. *Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 226.

Huic Ordini nomen dedere Viri Illustres, & conspicui, quos propriis manibus Divus Dominicus eadem Cruce insignivit: inter autem Cruce signatos, iidem, ut præmisimus, ad-
23. scripti erant, qui adscripti quoque legebantur Militari Ordini JESU CHRISTI; & sic celebris ille Simon Comes Monfortius, una cum illus filiis Alano, & Antonio. Brittaniæ hic cum Catholicorum Exercitu vix duo mille milites numerante, certamine inito Anno 1213. cum Hęreticorum Exercitu centum mille militibus constante, victoriam, & tri-
24. umphum reportavit; sicque debellavit Exercitum Hæreticorum, quorum viginti mille interfecti sunt, & ex Catholicis septem solummodo, Sanctissima Virgine Rosarii mirabiliter opitulante: *d. Justinianus pag.* 572. *& seqq.* ubi ponit Victoriam contigisse anno 1213. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 226.

Hic Ordo confirmatus fuit Summi Pon-
25. tificis Innocentii III. auctoritate, qui

giis, ac Indulgentiis ditavit: *d. Justinianus d. pag.* 572.

Equites huic Ordini adscripti tenebantur Arma sumere contra Albigenses Hæreticos, & in actu certaminis dextera manu evaginatum Ensem tenere, & sinistra manu Rosarium, illumque in honorem Sanctissimę Virgi-
26. nis Marię recitare, & mysteria nostræ Redemptionis meditari. Rosarium Milites etiam, qui Ordini adscripti non erant, adhuc recitare tenebantur ad Divinam Opem implorandam: *d. Justinianus d. pag.* 573.

Quousque contra Hæreticos Albigenses
27. Bella durarunt, perduravit etiam in statu Militari, Militaris hic Ordo: cessantibus autem Bellis, idem Ordo statum mutavit, conversusque etiam in piam Confraternitatem Sanctissimi Rosarii, per totum Christianum Orbem longe lateque florentem; & huic Sodalitati Adscripti, Rosarium in honorem B. M. V. pie recitant, ut ejusdem Sanctissimæ Virginis Patrocinium in quacumque necessitate impetrent. Romani quippe Pontifices Rosarium recitantibus, ejusque Rosarii
28. Sodalitatibus Indulgentias pene innumeras concessere, hicque Breviarii Romani verba, quę in tertia Lectione secundi Nocturni habentur in Festo Sanctissimi Rosarii Beatę Mariæ Virginis, hoc est in Dominica prima Octobris, cunctis repetimus - *Sanctissimam ergo Dei Genitricem cultu hoc eidem gratissimo jugiter veneremur, ut quæ toties Christifidelibus Rosarii precibus exorata, terrenos Hostes profligare dedit, ac perdere, infernos pariter superare concedat.* & in puncto, quod præfatus Militaris Ordo in piam hanc Rosarii Sodalitatem sit conversus, testatur *d. Justinianus d. pag.* 573., *& seq. Pater Philippus Bonannus de Ordin. Equest. n.* 74.

Redacto proinde Militari Ordine in
29. formam antedictarum piarum Sodalitatum, quæ reguntur à Patribus Ordinis Sancti Dominici, hoc est Generali, & Provincialibus, efformari non potest Catalogus magnorum Magistrorum, ut notat *d. Justinianus d. pag.* 574.

A prædicto Militari Ordine sub glorioso Sanctissimi Rosarii Titulo, quem,
30. ut supra exposuimus, ad pugnandum contra Albigenses Hęreticos instituit Divus Dominicus, post obitum ejusdem Divi Dominici, normam sumpsit Rodericus Archiepiscopus Toletanus, creandi consimilem Militarem Ordinem, ut ejus Equites strenue contra Mauros certarent, qui Toletanam Urbem continvis invasionibus infestabant. Circa Annum proinde 1235. idem Archiepiscopus Militarem erexit Ordinem, cui Viri conspicui Hispaniarum se subscripsere, ut refert *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus disq.* 1. *quæst.* 4. *n.* 100. *Pater Philippus Bonanni d. n.* 74. *Albas Justinianus d. pag.* 574. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 227. *& seq. laudatus Ioannes Fridericus S. R. I. Co. in Koden Sapicha Castellanus Trocen. Eques Aquilæ Albę in Regno Polonię in Corollario celebriores in Christianitate Ordines continente in verbo S. Mariæ Rosarii pag.* 304. ubi inquit, quod d. Archiepiscopus vocabatur Fridericus, dictum vero *Corollarium est impress. in Calce Tractatus ejusdem Auctoris*, cui Titulus
31. *Adnotationes Historicæ de Origine ec. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. *d. Pater Fontana Tom.* 3. *pag.* 279. Et quod vocaretur Fridericus, prius scripserat supra allegatus *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 221., *&* 515., *qui in Tabella Alpha,*

Alphabetica Chronologica in fine Voluminis pag. 515. notat, quod Annus fundationis est incertus. Regulam præscripsit ipsius Sancti Dominici: *Justinianus, & alii superius allegati: d. Pater Fontana d. Tom* 3. advertit *sub pag.* 280. quod assertio, fuisse huic Ordini assignatam Regulam S. Dominici, redditur nimis uaga; cum Regula Ordinis Sancti Dominici fuerit Regula Sancti Augustini: proinde inquit *d. Pater Fontana*, ex præmissis ipsum dubitare, Historiam hujus Ordinis continere merum figmentum, unde nullam de hoc Ordine mentionem fieri in Historiis Ordinis: *Laurentius Vigilius de Nicollis* in Prax Canonica *Tom* 2. *sub lit. S* §. *Notitia, & series Ordinum Equestr. sub n.* 71. *pag.* 741., *& seq. juxta impress. Salisburgensem Typis Joannis Josephi Mayr* 1719. *Justinianus vero*, ubi supra *pag.* 574. advertit, quod *Joseph Micheli in Thesauro Militari pag.* 51., ad probandum, quod in dicto Ordine non solum Militaria Exercitia, sed insimul spiritualia habeantur, asserit, quod in ejusdem Ordinis Constitutionibus aderant sequentia verba. *Qui laudabant in Cantico, accincti sunt Ense,*

32. *& qui gemebant orantes ad defensionem Patriæ* - comprobat autem idem *Iustinianus*, quod dicta verba incongrue aptantur huic Ordini; nam dicta verba adhibuit Archiepiscopus in descriptione principii Ordinis Calatravæ, in quo revera Monachi Cistercienses & officia Psalmodiæ in Choro, & Militaria Arma tractabant, & ita armis spiritualibus, & bellicis militabant. Hoc autem vitę genus non ducebant Adscripti huic Militari Ordini; neque enim isti Claustrales erant, nec Choro addicti, & sic incongrue, ut diximus, dicta verba à Josepho Micheli aptantur his Militibus.

Tessera hujus Ordinis Crux erat alba, & nigra, ad instar ejus, quam gerunt

33. Ministri Sanctæ Inquisitionis, in cujus centro aderat effigies Beatæ Mariæ de Rosario: sic inquit *d. Mendo d. disq.* 1. *quæst.* 4 *pag.* 100. de quo *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 228. & antecedenter sub *pag.* 226. *d. Pater Fontana tom.* 3. *d. pag.* 279.

Equites hujus Ordinis tenebantur quo-

34. tidie recitare Rosarium: *Mendo d. disq.* 1. *quæst.* 4. *pag.* 100. *d. Iustinian. pag.* 574. *d. Pater Fontana* ut supra; ubi, quod tenebantur certis diebus recitare Rosarium.

Quod autem hic Ordo quoad Militares

35. partes defierit, solumque duret quoad recitationem Rosarii ex causa pietatis, & hanc esse omnibus communem, notat *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 304.

Imago Equitis d. Ordinis Militari veste

36. indutì, videri potest penes *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. *pag.* 226. *Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equestrium n.* 74.

Postremo, in Sanctissimi Rosarii cultum, & venerationem, fas nobis sit Discursum alterius Ordinis Fœminei in Gallia instituti hic exponere. Anno 1645. Anna Austriaca Galliarum Regina Vidua Regis Ludovici XIII. & Mater Ludovici XIV. Ordinem Fœmineum instituit sub titulo *Du Collier celeste du Saint Rosaire*.

Torquem statuit ex quadam Tęnia colo-

37. ris cœrulei, & ut dicunt *Bleu*, rosis albis, rubeis, ac ex albo rubeis, albo, rubeoque mixtis, & ut nos vocamus, *colore incarnatino*, intermixtis, ut dicitur cifra composita ex litteris A., & V. Crux præterea esse debebat ex auro, & argento, aut alterius metalli, juxta facultates illius, qui

quicam gerere debebat. Eadem Crux debebat esse octogona, & ex una parte adesse debebat Imago Sanctissimæ Virginis, & ex altera imago Sancti Dominici, & in quocunque radio in Crucis angulo adesse lilium, eaque Crux appensa *ad un cordone di seta*, & supra pectus pendens.

Totus Ordo componi debebat ex quinquaginta Fœminis devotis sub cura Fœminæ Superiorissæ. Quoties cum sanguinis Nobilitate Virtutes etiam, ac Pietas concurrebant in Fœmina, illa præferri cæteris debebat non habentibus cumulative omnes præfatas qualitates. Fœminæ acceptari poterant usque ad ætatem decem annorum, post probationem spatio unius mensis; tenebantur tamen ostendere, fuisse adscriptas Sodalitati Sanctissimi Rosarii, antequam admitterentur ad Ordinem Torquis cœrulei: qui Ordo poterat constabiliri in illis Locis, in quibus instituta jam erat Societas Rosarii. Si autem uno in loco non reperiebantur quinquaginta Puellæ, ad stabiliendum hunc Ordinem poterant assumi in circumvicinis locis, ubi adesset Societas Rosarii, quousque numerus esset completus, dummodo tamen decem adessent in qualibet Ecclesia.

Cœterum Cœremoniæ servandæ in admissione, infrascriptæ erant. Præmissis precibus recitatis coram Fœminis illis, quæ recipi debebant, Regina, vel illius vices gerens, Tæniam cœrulei coloris sinistra manu tenens, & Crucem in dextera, hanc ex utraque parte osculandam tradit Fœminæ postulanti; subinde, utraque manu d. Tæniam pandens, illam verbis his alloqui debebat: *Auctoritate, ac benevolentia Annæ Austriacæ Reginæ regnantis, Matris d. Ludovici XIV. Ego te recipio, & admitto suo Ordini Augustissimo Tæniæ coloris cærulei cœlestis Sacrosancti Rosarii, ac in Filiam devotam, ac meam carissimam Sororem, tibique commendo exactissime observare nostra Statuta, & summopere zelare gloriam Dei, ejusque Sanctissimæ Matris, Sancti Dominici, & Regalis Majestatis.*

Series prædictorum omnium legitur apud *Patrem Franciscum Arnoul Religiosum Ordinis Prædicatorum* in suo Volumine sub titulo - *Institution de l' Ordre du Collier du Saint Rosairie à Lion* 1645. cujus Auctoris testimonio omnes innituntur Scriptores, ut pariter patet penes *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires tom. 4. sub* §. 105. *Tit. Les Chevaliers du Collier celeste du S. Rosaire en France pag.* 259 *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Fontana Storia degli Ordini Monastici ec., e Militari ec. Gallice scripta*, quam ipse in Italicum idioma transtulit *tom. 3. cap. 30. pag.* 281. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 18. pag.* 190. *juxta impress. Rhotomagen. Typis Joannis Baptistæ Besogne* 1736.

Figura Torquis, & Crucis octogonæ hujusmodi Ordinis habetur apud *d. Hermant* compositæ cum forma o-
38. ctangulari, & in quolibet angulo Crucis adest Lilium, & super quolibet cuspide adest globulus, & in medio.

Hujusmodi Equestris Fœminei Ordinis
39. constructio laudatur à Scribentibus; qui tamen subdunt esse unum ex Ordinibus simpliciter propositis, qui nullum progressum habuit, ut testatur *d. Collector Gallus tom. 3. pag.* 282. ubi, quod antedictus Ordo delineatus solummodo, executioni non fuit

fuit demandatus, quamvis laudatus Pater Arnoul asserat obtinuisse patentes literas Regis: *d. Hermant pag.* 193.

Jam vero hujus Religiosæ materiæ Discursum claudimus cum eadem narratione illa, qua prædicti Scriptores finem imponunt Discursui de Ordine Sanctissimi Rosarii, cum Discursu de Corona ejusdem Sanctissimæ Virginis, & hic verba ipsius *Patris Fontana d. tom.* 3. *sub pag.* 280. transcribimus - *A questi Ordini della Madonna del Rosario, e del Collare celeste del Santissimo Rosario aggiungeremo quello della Corona della Madonna. Fu quest' Ordine instituito nel* 1520. *da alcuni Cittadini di Valentiennes in onore della Santissima Vergine, ed in*
40. *rendimento di Grazie per l' incoronazione dell' Imperator Carlo V. Furono ad esso ascritti tutti i Capi di ciascun Quartiere della Città. Lo Scudo delle loro Arme doveva essere circondato da una Corona rossa, da cui pendeva un Cigno bianco, per denotare la Purità della Santissima Vergine, e per Cimiero doveva avere un Vaso ornato da un Giglio, nel mezzo del quale eravi una Stella: questo Cimiero veniva circondato dai rami di una Salica verde*: idem habetur penes *Hermant pag.* 194. *tom.* 2.

Ne quid autem intactum relinquamus quoad Sacratissimæ Virginis Mariæ obsequium, Lectores nostros monemus, ut percurrant omnes Equestres & Militares Ordines sub augustissimo Sanctæ Virginis Mariæ titulo Militantes, qui sane plures sunt, & Nos in Nomenclatura Ordinum suo loco in nostris recensuimus Voluminibus.

DISCURSUS CLVIII.

S. MARIÆ VIRGINIS DE VICTORIA

ARGUMENTO

Et Summario caret.

UT pluries diximus in hoc nostro Volumine, mens nostra est, nedum Equestres Ordines recensere, qui revera Ordines sunt, sed alios etiam Cœtus simbolum cum re Equestri habentes, & non solum de præsenti subsistentes, sed illos quoque Ordines, qui olim extiterunt, ac demum illos quoque, quorum erectio simpliciter proposita fuit, & designata, absque eo quod ulli fuerint executioni demandati: quamobrem hic seriem ponimus Equestris illius Ordinis sub Titulo *Sanctæ Mariæ Virginis de Victoria*.

Porro hic Lectorem remittimus ad ea, quæ hujus Ordinis inventor scripta reliquit, & habentur apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 4. *in Capitulo seu* § *Additions a l' Histoire des Chevaliers* sub titulo - *Les Chevaliers de nostre Dame de la Victorie à pag.* 371. *cum seqq. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721., & repetitur adamussim in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallico idiomate scripta, & quam in Italicam linguam nostram vertit *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei tom.* 3. *impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738. *cap.* 33. *à pag.* 287., quod Capitulum est tenoris sequentis.

Ca-

CAPITOLO TRENTESIMO TERZO

De' Cavalieri dell' Ordine della Madonna della Vittoria.

„ PAssiamo adesso ad un'altro Ordine sotto il Nome della Madonna della Vittoria, il quale dovrebbe appartenere a quello de' Frati Predicatori, benche secondo tutte le apparenze rimasto sia in idea. Non fu dissegnato erigerlo se non dopo la celebre battaglia di Lepanto, di cui si è fatta menzione nel cap. XII., poichè in quel tempo fu instituita una Festa nella Chiesa in onore della Madonna della Vittoria, onde ciò ha forse dato motivo all' Inventore di quest' Ordine di dargli lo stesso nome. Gli Statuti, che furono stesi, e che ritrovansi manoscritti in Roma nella Libraria dell'Eminentissimo Cardinale Ottoboni, sono intitolati - *Regula, & Statuta novi Ordinis in Ecclesia, seu novæ Religionis*, sub hoc Titulo. *Ordo Sanctæ Mariæ de Victoria Matris Dei*.

„ Nel primo Capitolo si dice, che il Generale dell'Ordine de' Frati Predicatori mandi dodici Religiosi per tutta la Cristianità, i quali predicando nelle Città, stimolino i Fedeli ad entrare in quest' Ordine. Dopo la Messa, deve il Vescovo ricevere quelli, che si presenteranno per esservi ammessi. Debbono questi tali fare un giuramento solenne nelle sue mani, e promettere fedeltà, perseveranza, ed ubbidienza, e dopo la loro Professione portare in petto dalla parte diritta una Croce, ed una Stella. Il secondo Capitolo tratta della maniera da tenersi nella fabrica delle Chiese. Il terzo ordina, che da una parte della Chiesa si fabrichi una Casa di Pietà, in cui vi siano quattro diversi Appartamenti; nel primo vi saranno delle Celle per gli Ospiti; nel secondo un Dormitorio per il Priore della Chiesa, ed i Frati; il terzo sarà destinato alle Fanciulle; ed il quarto servirà di abitazione alle Donne maritate. Il quarto Capitolo concerne alla Sagrestia; e nel quinto si ordina, che la Chiesa venga governata da quattro Maestri.

„ Il secondo Libro appartiene alli Ufizi de' Maestri della Chiesa. Il terzo all' Abito, ed al modo di trattar delle Donne. Il quarto quinto, e sesto, trattano delle Opere Spirituali, e di Misericordia, che debbonsi da' Fratelli, e dalle Sorelle esercitare, e de' Suffragj da farsi in sollievo de' Defonti; il settimo spetta al Generale dell' Ordine de' Frati Predicatori; deducesi dall'ottavo dovervi essere una Chiesa in Roma, la quale sarà capo di tutte le altre; leggesi nel nono il modo, con cui si terranno i Capitoli, o Consigli Generali; il decimo tratta del Consiglio publico, del modo, e del tempo in cui devesi tenere; e l' undecimo parla del Consiglio segreto. Vi si trovano molte Lettere dirette all' Imperatore, ai Religiosi, e Comunità di Alemagna, al Re di Francia, a' Principi di Spagna, ai Re di Portogallo, d'Ungheria, di Boemia, ed altri a Veneziani, Fiorentini, ed a tutti i Fedeli della Chiesa. Nell' undecimo finalmente si danno molti consigli per ampliare quest' Ordine. In tutti questi Statuti si scorge la grande semplicità dell' Autore di essi. Furono

ancora

,, ancora presentati al Papa, come ,, apparisce dalla Prefazione, la qua ,, le ponghiamo qui per disteso, on ,, de appagare la curiosità del Letto. ,, re.

Cum Omnipotens Deus elegerit in Ducem, & Pastorem omnium Victoria norum sanctum Dominicum, qui ab utero Matris suæ vocatus fuit in tale Officium, ut sit in Mundo Canonicus, præco, resonansque tuba manifestans veritatem Verbi, & ut auferat ab Ecclesia sua multas Hæreses, & falsa Dogmata, ut sit Romana Ecclesia, gratia juvante Dei, semper lucida, & sincera in Catholica Fide, & quicumque non crediderint secundum illam, nec fuerint cum humili obedientia sub jugo ipsius, judicentur, & condemnentur perpetuis, & ęternalibus pęnis infernalibus: & cum in præsentia totus Mundus fere sit infestus multis Hęresibus, variisque dogmatibus falsis, unde est in præcipitio erroris, exaltans mendacium, & iniquitatem, & quotidie præliantur contra Agnum; cumque Lazarus mortuus sit, jamque quatriduanus fœteat, nuper intercessionibus Marthæ, & Mariæ hospitum Domini nostri Jesu Christi, iterum revertitur in Judęam, ut resuscitet illum, ut vivat, & habeat vitam æternam. Ecce igitur Dominus mittit novam lucem in Mundum sedentem in tenebris, & in umbra mortis, ut ipse Mundus cognoscat veritatem Verbi Incarnati in virgineo ventre Mariæ Matris, & Sponsæ Dei, ut Mundus credat huic veritati, & salvetur à suo peccato, misericorditer Deus ordinavit, & instituit in Ecclesia Sancta sua, intercessionibus suæ dilectæ Matris, & Sanctorum suorum, hanc Sanctam Religionem Militum Victorianorum, filiorum Sanctæ Mariæ de Victoria Matris Dei, quem novum Religionis ritum Deus manifestavit per typicas Sorores Martham, & Magdalenam, ut mortuus, fœtensque frater Lazarus habeat vitam æternam. Placuit Domino decorare Ecclesiam hac nova Religione per sanctum Brunonem Chartusientem, Patrem, & Authorem, & Ducem contemplativæ, & solitariæ vitę, in Officio Mariæ, & pro Pastore, & Duce instituit B. Dominicum, qui in vinea ejus exercet Officium Marthæ, ut Ligone linguę extirpet, & radat silveutres, & malas herbas, quę in Vinea ejus natæ sunt, & etiam dedit gladium ferri, quem Petrus in vagina tenet, ut amputet, & resecet luxuriantes Vites, ut majorem fructum producant, & ut semen, quod ceciderit in cultum agrum, unum faciat centum, & centum duo millia, favente Sanctitate Vestra, cui omnium animarum cura commissa est, & qui solus potes, juvante Christo, cadentem mundum relevare, & reficere: *quod pius, & misericors Deus nobis concedat per merita, & intercessiones suæ piissimæ Matris Sanctæ Mariæ de Victoria. Amen.*

In calce autem dictarum narrationum *Pater Fontana pag.* 289 refert hæc verba Italica - *Manuscritti della Libraria del Cardinale Ottoboni N. R. VIII.* 45.

DISCURSUS CLIX.

SANCTÆ MARIÆ SEU S. MARIÆ DE URBE

ARGUMENTUM

Ad tollenda æquivoca ostenditur, quod licet plures habeantur Ordines sub titulo augustissimi Nominis Beatæ Mariæ Virginis, reducuntur tamen ad duos distinctos Ordines.

SUMMARIUM

Colligitur ex Argumento.

De Equestri Ordine Sanctę Mariæ, vel Sanctæ Mariæ de Urbe, licet non admodum in sui Origine vetusto, quippe asseritur fundatus anno 1618. nihilo tamen minus satis obscure agunt Scriptores; unde cum ad nostras manus nullum hactenus juridicum pervenerit Documentum rem aperte dilucidans, ea solum hic cogimur referre, quæ de eo scripta reliquerunt Auctores. Sed primo notemus oportet, quod plures sunt, qui hunc Ordinem *Sanctæ Mariæ, seu Sanctæ Mariæ de Urbe*, veluti contemporaneum Ordinis Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, seu Militiæ Christianæ, hunc cum illo confundunt, & ita in sua Narratione utrumque miscet *Elias Asmbole in Descriptione Ordinis Periscelidis, vulgo della Gartiera pag. 92.* quem refert *Abb. Justinianus Histor. &c. par. secunda cap.* 84. *pag.* 830. Nam ibi *Asmbole* posthabita expressione nominis Militiæ Christianæ, nominat Equites *Sanctę Mariæ de Urbe*: horum Ordinem institutum fuisse asserit à Petro Joanne Baptista, & Bernardino Fratribus Spella, nuncupatis Petrignanis, qui Regulam Sancti Francisci præscripserunt servandam, testaturque, quod hujusmodi Ordinis Caput, & magnus Magister erat Summus Pontifex pro tempore, asseritque Paulum V. Summum Pontificem donavisse his Equitibus Palatium Lateranense, ac assignavisse in Sedem Ordinis, Urbem, quam appellant centum Cellas, & præterea vicinam Insulam pro Triremium constructione, necnon ejusdem Ordini Equestri Equitibus Pontificiarum Triremium Gubernium designasse, ut Mediterranum Mare, Italicasque Oras adversus Turcarum impetus tuerentur. Asserit prædictus Scriptor *Asmbole*, quod hujus Militiæ Tessera Crux erat, cujus formam describit, sane diversam à Cruce Ordinis Immaculatæ Conceptionis, seu Militiæ Christianæ: Crux enim hujus Ordinis Immaculatæ Conceptionis erat Crux octangularis, ad instar Crucis Equitum Melitensium, ex auro tamen, notis coloris cœrulei vermiculata, ut latius ostendimus in nostro *Discursu 69. tom. 1.* super Ordinem antedictæ Immaculatæ Conceptionis Beatissimę Virginis *à §. Præscriptum cum seq.* At Crux Ordinis Sanctæ Mariæ in sensu d. *Asmbole* describitur delineata cum extremitatibus liliatis, prout est Crux Constantiniani Ordinis. Inest autem Stella in qualibet ex quatuor Crucis partibus, & in Crucis medio Circulus adest, in quo cernitur Corona, & magna litera *M.*, & in hujus literę medio alia superponitur litera, scilicet *S.*, & per has geminas literas exprimitur Augustum nomen *Sanctæ Mariæ*: dictus vero Circulus à majori circumdatur Circulo, & in eo per girum hæc verba leguntur - *In hoc Signo vinces*. Duodecim insuper radii

dii æqualiter distributi per quatuor Crucis latera emergunt. Hujusmodi Crucis descriptio videri poterit in Volumine - *Descriptionem Ordinum Militarium continente Gallico Idiomate Parisiis impresso anno 1671.*, pariter in *Asmbole d. pag. 91.*, de quibus mentionem facit *d. Abb. Justinianus* loco superius allegato.

Eadem Crucis forma delineata habetur apud *d. Abb. Justinianum d. par. secunda cap. 84. pag. 830. cum seqq.*

Et ut penitus de medio tollatur æquivocum, quod suboriri posse videtur quoad numerum Ordinum erectorum sub Augusto titulo Sanctissimæ Virginis Mariæ, dicimus, quod tres proponuntur, seu ab Auctoribus describuntur Ordines, scilicet Sanctæ Mariæ Virginis Matris Dei, vel Militiæ Christianæ, ac Conceptionis in Italia, Jesu & Mariæ de Urbe, Sanctæ Mariæ de Urbe.

Qui Ordines ad duos reducuntur, & solum ex multiplicitate denominationum plures videntur. Siquidem Ordo Matris Dei, vel Militiæ Christianæ, ac Conceptionis est unicus Ordo, primo architectatus à Fratribus de Petrignanis, Petro Joanne Baptista, & Bernardo Nobilibus de Spello anno 1618. qui Ordo subinde executioni demandatus fuit à Carolo Gonzaga de Cleves Nivernensi Duce, & Comite de Althan in Civitate Olomucen, ut patet ex data institutionis d. anno 1618., & ostensum fuit in nostro *Discursu 69. tom. 1.*

Ordo autem sub titulo *Jesu, & Mariæ de Urbe*, videtur idem ac Sanctæ Mariæ de Urbe, ponderando tempus institutionis 1615., & tempus Pontificatus Pauli V., licet *Asmbole* nominet utrumque distinctim, & prodiit noster *Discursus 127. tom. 2.*, & præsens noster Discursus.

DISCURSUS CLX.

SS: MARTYR. PALÆSTINÆ SEU SS: COSMÆ ET DAMIANI

ARGUMENTUM

Refertur opinio institutionis hujus Militaris Ordinis, vel ab anno 1030., vel 1410., & recensentur Auctores illam impugnantes, quibus etiam respondetur.

SUMMARIUM

Patet ex Argumento.

Tempore quo plura Palæstinæ loca sub Infidelium jugo miserè jacebant, plurimi Christi fideles variis ex partibus ad illa accedere, ut Sacra loca tueri, & recuperare valerent. Cum vero ob insalubrem hujusmodi Provinciarum aerem varius habitantes languoribus afficerentur, & morbis, ac ægritudinibus laborarent, unde passim ipsimet Christiani Milites infirmabantur; hinc insignes pietate Viri circa annos 1030. in Civitate Hierusalem, & alibi Hospitalia, ac Nosocomia excitarunt, sub Titulo Sanctorum Martyrum Cosmæ, & Damiani Fratrum, qui dum viverent Nobiles Medici fuerunt ex Palæstina, vel ex Arabia. In hoc Hospitale Ægroti Pauperes, & Captivi redempti recipiebantur.

Præterea, Christiana dictorum Virorum Hospitalariorum Charitas versabatur etiam in succurrendis Egenis, opem illis subministrando, sicut etiam Viduis, ac Orphanis, illis Alimenta, & Vestimenta, ac Pecunias elargiendo, & in tumulandis Cadaveribus, ac in redimendis-

mendis à Barbarorum Captivitate Christifidelibus.

Hos Hospitalarios ad Equestrem gradum extulit Pontifex Joannes XX., confirmando eorum Institutum, iniungendo, ut sub Regula Sancti Basilii militarent, indulsitque ut Habitum album deferre possent, super quo Crux rubea plana adesset, & in medio ejusdem numisma præseferens Imaginem Sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani, sub quorum Protectione vivebant, juxta Auctores inferius allegandos.

Floruit hic Ordo summopere in Palæstina, tam in Hospitalariorum, quam Armorum exercitio, quousque sub Christianis Principibus stetit Palæstina Regio: sed ejectis ex Palæstina Barbarorum vi, Christianis, periit hic Militaris Hospitalarius Ordo: sic narrat *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq 1. quæst. 2. §. 17. Abbas Justinianus Istorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari par. prima cap. 17. à pag. 177., & seqq.* per totum *juxta impress. Venetam Typis Combi & la Nou 1692. Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 77. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. Differt. 7. art. 1. pag. 125. juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718.* ubi *in Annot. litt. A.* plures allegat. *Laurentius Vigilius de Nicollis in sua Prax. Canonica tom. 2. litt. S. de Summa Trinit., & Fide Catholica in §. Notitia, & series Ordin. Equest. & Milit. n. 74.* in verbo *Equit. Mart. in Palæstina pag. 742. juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Josephi Mayr anno 1719. Dominus Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia in suo Corollario omn. Ordin. in verbo Cosmæ, & Damiani pag. 265. quod est impress. in Calce Tractatus ejusdem Auctoris* sub titulo *Annotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730.*

Adsunt alii Scriptores, qui narrant hujus Ordinis magis recentem Institutionem, & illum fuisse confirmatum à Pontifice Joanne XXII. anno 1410. & injunctum, ut sub Regula Sancti Basilii viverent: sic sustinet *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. lib. 1. Differt. 7. art. 1. d. pag. 125., ed in Annotat. sub litt. A.* ubi varios allegat Auctores de isto Ordine agentes.

Figura d. Crucis hujus Ordinis habetur apud *Justinianum d. pag. 177. apud Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires d. tom. 2. §. 19. pag. 68. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1621. d. P. Honorat. à S. Maria Carmelitam Excalceatum in Explicatione omnium Tesserarum Ordinum Militarium sub num. 7. pag. 457.*

Sicuti figura Equitis d. Toga, & Cruce ornati, videri potest penes *d. Collectorem Gallum d. tom. 2. d. pag. 68. d. Patrem Philippum Bonanni d. Catalogo Ordin. Equest. n. 77.*

Huc usque dicta, ea sunt, quæ à prælaudatis Scriptoribus exponuntur. Non desunt tamen Auctores, qui licet easdem Narrationes referant, illas vero totaliter impugnant, & aperte fatentur esse fabulosas, & revera nunquam extitisse hunc Ordinem; & probare nituntur eorum assertum, sub ea ratione, quod cum asseratur d. Ordinem fuisse institutum circa annum 1030. in Palæstina ab

Insti-

Infidelibus occupata, & pro ea recuperanda vi Bellica Militum, insubsistens hoc manifeste detegitur, dum notissimum est, Bellicas illas expeditiones Christianorum Principum, quæ Cruciatæ vocantur pro recuperatione Terræ Sanctæ, nonnisi post añum 1095. fuisse injunctas, ut ita arguunt *d. Collector Gallus tom 2.* ubi supra: *Historia omnium Ordin. Monasticorum, Religiosorum, & Militarium Gallice scripta, & in Italicum idoma translata per Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 1. cap. 34. à pag. 284. cum seqq. juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1731. ubi nominatim reiiciunt *d. Abbatem Justinianum d pag. 177. cum seqq.*, aiuntque illum unice inniti Auctoritati *Menennii in Delitiis Ordin. Equestr.* qui tamen Scriptor solummodo loquitur de Religiosis Pœnitentiæ Martyrum, qui simplices Canonici Regulares sunt, confundendo prædictos Hospitalarios Equites cum dictis Canonicis Regularibus, qui Crucem rubeam super Habitu albo deferunt.

Verum criticæ hujusmodi ponderationes corruere posse videntur sub animadversione, quod in sui exordio Ordo hic de dicto tempore in simplici Societate consisteret, Christianorum ægrotantium curæ addicta; Christiani quippe in illis Regionibus, licet ab Infidelibus occupatis, privatim morabantur, ut legimus de aliis Ordinibus, sive Societatibus in ipsa Civitate Hierusalem commorantibus eo etiam tempore, quo Hierosolyma Urbs sub Infidelium jugo erat. Postea benedicente Domino recuperatis per Christianos ab Infidelium manibus Sacris locis, eadem Societas in Militarem Hospitalarium Ordinem emerserit, eo modo, quo de aliis simplicibus Hospitalariis evenit: prçterquam quod dantur exempla Ordinum institutorum longe ante tempus Expeditionum Militarium, qui confirmati fuerunt à locorum Episcopis, & deinde ab ipsa Sancta Sede, de quibus Ordinibus loquemur in nostro præsenti Volumine. Immerito proinde carpitur laudatus *Abbas Justinianus* describens hujus Ordinis Institutionem, & progressum: immerito redarguitur, illum inniti solum auctoritati *Menennii* miscentis hos Equites cum memoratis Religiosis Pœnitentiç Martyrum: nam, præter *d. Menenium*, certum est, quod ipse alios Scriptores allegat, & prædictis Nos addimus prænominatos Scriptores etiam Gallos.

Quod si consideretur, juxta sensum aliorum Scriptorum superius allegatorum, Ordinem fuisse confirmatum anno 1410. non à Joanne XX., sed à Joanne XXII., transeunt in evidentiam quæ diximus, & corruit objectio deducta ab enumeratione temporis 1030, & ita constat in facto de positiva Institutione hujus Ordinis, & quod per errorem Amanuensium, vel impressorum incuria scriptum fuit, à Joanne XX. sub dicto anno 1030. fuisse confirmatum, cum dici deberet à Joanne XXII., & ita sub memorato tempore 1410., Et superfluum remanet addere, quod Religiosi Pœnitentiç Martyrum, de quibus *Menennius* fortasse Religiosi erant d. Ordinis Sanctorum Martyrum, quorum pars erant Milites, & Hospitalarii, & pars Religiosi in variis Regnis, & Regionibus, & post recessum à Terra Sancta cessatis Militibus, continuaverunt iidem Religiosi in aliis Partibus, quemadmodum insinuat identitas Habitus, & Tesseræ, ac temporum, & de quibus Religiosis plura videri

videri possunt penes *d. Patrem Josephum Fontana* in d. translatione *Historię Gallicæ tom 2. cap. 36. à pag. 258. cum seqq.*

DISCURSUS CLXI.

SANCTORUM MAURITII ET LAZARI, ET S. MARIÆ DE MONTE CARMELO AC SANCTI LAZARI Hierosolymitano in Gallia

SECTIO I.

ARGUMENTUM

In hac Sectione Prima narratur Historia Ordinis Sancti Mauritii.

SUMMARIUM

1. *Sanctorum Mauritii, & Lazari Ordo compositus fuit ex duobus Ordinibus.*
2. *Ordo Sancti Mauritii secundum aliquos metitur suam originem à temporibus S. Mauritii*, & n. 5.
3. *Sancti Mauritii narratur Martyrium.*
4. *Sanctus Mauritius Martyr est Protector peculiaris Alobragum.*
Stemma Regię Domus Sabaudiæ est idem ac Stemma Legionis Tabeæ.
5. *Erectio Ordinis Equestris ejusdem nominis secundum aliquos incapit ab eodem Sancto.*
Intellige per modum exempli.
6. *Alii sumunt originem Ordinis à Sancto Martyre Mauritio Lugdonense.*
7. *Id tamen reiicitur, & quare.*
8. *Alii ajunt fuisse institutum ab Amedeo I. Sabaudiæ Duce.*
9. *Reiicitur d. Opinio*, & n. 10.
11. *Institutum fuisse ab Amedeo IV. sub titulo Sancti Mauritii Martyris Thebeorum Legionis Ducis*, & n. 18.
12. *Crux qualiter fuerit pręscripta.*
13. *Formam Crucis, qui Scriptores referant.*
14. *Fundationis Ordinis Historia narratur.*
15. *Amedei VIII. refertur Historia Vitæ ejus, secessus ad locum Ripaliæ, creatio in Antipapam, ejusque renunciatio*, & n. 16., & 17.
18. *Ordinis institutio prædicta, veluti sine Apostolica confirmatione, non habuit qualitatem Religionis.*
Ordinem approbavit Gregorius XIII. qui illum fundandi facultatem tribuit Philiberto Duci Sabaudiæ.
Idem Philibertus fundator Dotem ex suis Bonis tribuit annuorum scutorum quindecim millium.
19. *Conciliantur antedictæ Opiniones fundationis Ordinum.*
20. *Ordo fuit erectus sub Titulo Sancti Martyris Mauritii, quia & dictus Philibertus, & ejus Antecessores in Protectorem agnoverunt.*
21. *Ordo fuit erectus ad defensionem Christianæ Religionis, & ad propulsandos Hæreticorum, & Infidelium impetus.*
22. *Ordo militat sub Regula Cisterciensi.*
23. *Sabaudiæ Duces sunt Ordinis hujus magni Magistri.*
24. *Ampla magnorum Magistrorum auctoritas est*, & n. 25.
26. *Ad Professionem admittuntur Conjugati cum una tantum Virgine.*
Et admissi possunt similiter Matrimonium contrahere cum simili unica Virgine solum.
27. *Castitatem Conjugalem, & Obedientiam expresse profitentur.*

DIS.

DISCURSUS CLXI.

SANCTORUM MAVRITII ET LAZARI, ET S. MARIÆ DE MONTE CARMELO AC SANCTI LAZARI Hierosolymitano in Gallia.

SECTIO I.

EX duobus Equestribus, ac Militaribus Ordinibus, olim inter se
1. separatis, nunc componitur Sanctorum Mauritii, & Lazari Ordo. Ut ergo Historicam Narrationem exponamus, necesse est, quod de utorque separato Ordine particulariter prius verba faciamus: & quatenus spectat ad Sancti Mauritii Ordinem, sunt qui asserunt, ejus antiquitatem metiendam esse à temporibus usque Sancti Mau-
2. ritii Thebæorum Legionis primarii Ducis, Christianæ Religionis præclarissimi Martyris. Hic, cum Maximianus Imperator, ducto in Galliam Exercitu, in finibus Sedunorum Sacri-
3. ficii causa constitisset, Thebæorum Legio, ne se impiorum Societate Sacrorum contaminaret, à reliquis copiis discessit. Quare Imperator misit ad eos Milites, qui suo nomine nuntiarent, ut si salvi esse vellent, in Castra ad Sacrificia redirent; qui se Christiana Religione impediri responderunt: quorum responsum Imperator indignissime ferens, majori iracundia quam antea, exarsit. Itaque immissa parte exercitus in Thebæos, decimum quemque eorum primum occidi jussit: quod Martyrium sua sponte, maximeque hortatore Mauritio, qui sub albæ Crucis Vexillo, una cum sociis militabat, gloriosissime ferre maluerunt, quam imperata facere nefaria Imperatoris. Omnes idcirco invicta constantia Christum prædicantes, decimo Kalendas Octobris ab universo Exercitu Imperator trucidari imperat; meritoque Martyrii locus apud Agaunum in confinio Helvetiorum, atque Allobrogum hodie Sancti Mauritii nomen retinet, spectatque ad Helvetiorum Regionem, ut refert respective Sacra Ecclesiæ, ut vocant Legenda, in eorum Festo die 22. Septembris: *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. parte seconda cap. 69. pag. 744., & seq. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Nou 1692. P. Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 78.

Hinc cum idem Divus Mauritius Mar-
4. tyr peculiaris sit Allobrogum Protector, & Tutelaris, non desunt Scriptores asserentes, ipsius Regiæ Domus Sabaudiæ Stemma, idem ac Thebææ Legionis Insignia esse: arguunt proinde initium Ordinis desumi posse ab eodem Sancto Duce Mauritio Martyre. At cum tanta temporis intercapedo
5. effluxerit à formali Equestris Ordinis institutione, solum inferri potest, quod per modum exempli, ac imitationis successive deducta fuerit illius erectio per Regios Sabaudiæ Principes.

Desumunt alii Originem ab alio Sancto
6. Mauritio Martyre Lugduni Duce ex Regia Stirpe Andegavensi, qui ajunt in Christianæ Religionis defensam contra Turcas militans, gloriosus Martyr occubuit tempore Maximiliani Imperatoris: ita narrat *Joseph Micheli in Thesauro Militari pag.* 49. quem allegat, & sequitur *Pater Andreas*

dreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 16. n. 39.

7. Dictam tamen narrationem veluti equi vocis scatentem detegit *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. parte seconda cap. 69. pag. 744 juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Nou 1692.* tum quia tempora manifeste confundit, asserens, mortem Martyris fuisse de anno 1440., & de tempore prænominati Maximiliani Imperatoris Ethnici, quippe revera vivebat seculo Ecclesiæ quarto: & rursus *d. Joseph Michels* Turcarum Nationem nominat, quæ certe tempore dicti Ethnici Imperatoris non aderat, tandemque non Ethnicum, sed Hæreticum appellat.

8. Alii scribunt, institutum fuisse d. Ordinem ab Amedeo I. Sabaudiæ Duce, qui regnavit sub annis 1048., usque ad 1076. sic *Petrus Matthejus, Bellojus, Franciscus Menenninus*, quos refert *d. Justinianus d. pag. 743. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom 4. §. 96. pag. 153. juxta impress. Amstelodami Petri Brunel 1721.*

9. Qui tamen eosdem reiicit, veluti errones loquentes contra Chronologiæ seriem; nam Amedeus I. non Ducis, sed Comitis, & Marchionis titulo decoratus erat: subdit tamen idem *Justinianus*, posse conciliari illorum dicta respectu titulorum, quod ipsi intellexerint Amedeum I., qui titulo Ducis utebatur, quique revera fuit Amedeus VIII., vel IX. Adhuc tamen remanet dissonantia in assignatione temporum, longe, lateque intercedentium.

10. Et quod Amedeus I. Dux Sabaudiæ, ille scilicet qui Ripaliam petiit, vitam Eremiticam acturus, & sic Amedeus VIII., vel IX. fundaverit hunc Ordinem, tenet *Dominus Comes Joannes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, in suo Corollario omnium Ordinum Equestrium*, in verbo *Sancti Lazari, & Mauritii pag. 295.* quod Corollarium est impressum in calce illius Tractatus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Adami Cholini 1730.*

11. Communior igitur Scriptorum sensus est, quod institutus fuerit hic Ordo ab Amedeo VIII. Sabaudiæ Duce circa annum 1440. ut concludunt *d. Abb. Justinianus d. pag. 745. d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 295. Pater Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson Histor. Eccles. tom. 9.* continente *Continuationem Tabularum Chronologicarum, Tabula decima quarta, & ultima sub §. Ordines Monastici, & Equestres pag. 504. juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi 1721.*

12. Instituit autem hunc Equestrem Ordinem sub Titulo Sancti Mauritii Martyris Thebæorum Legionis Ducis, assignando in Tesseram Crucem albam planam in extremitatibus, ut vocant *Fiorata*, sive *Pomata*, quemadmodum eundem gloriosum Sanctum Mauritium Martyrem Crucem albam in suis Insignibus Thebæorum Legionis gestasse testantur Historici, quos sequitur *d. Justinianus pag. 744. Pater Mendo de Ordinibus Militaribus Disq. 1. quæst. 2. §. 16.*

13. Forma vero Crucis habetur apud eundem *Justinianum pag. 743. Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordinum Equestrium n. 78. d. Collectorem Gallum Histoire d. tom. 4. §. 96. pag. 153.*

14. Hanc ab Amedeo Ordinis fundationem latius exponunt Scriptores; nam scribunt alii, quod Amedeus VIII. Sabau-

14. Sabaudiæ Dux anno 1434. Uxore ejus mortua, Ditionem suam Ludovico ejus filio renunciavit, & ad locum Ripalliæ Diœcesis Geneven. prope Lacum Lemanum secessit, sex Nobilibus Equitibus sociatus, erexitque Ecclesiam, ac Monasterium, ibique die septima Novembris Indictione XIII. fundavit Ordinem Equitum *S. Mauritii, & Militum Jesu Christi* sub Regula Sancti Augustini. *Auctor Seculorum Augustinianorum*, hoc est *Pater Aloysius Torellus Bononiensis*, seu *Historia Generalis Sacri Ordinis Eremitani Sancti Augustini tom. 6. sub anno Christi Domini* 1434. *pag.* 656. *juxta impress. Bononiæ* 1680. *Typis Jacobi Monti*, ubi quod idem Amedaus cum Sociis devotum assumpsit Eremitanum Habitum, unde plures censuerunt fuisse Eremitam: hinc ipse in suos Capellanos utebatur Canonicis Regularibus Augustinianis; alii autem Franciscanum, juxta *Patrem Vadingbum*, & alios, super quo, inquit *d. Pater Aloysius*, quod veritati locum relinquit. Quapropter subdit, quod errant illi, qui asserunt d. Ordinem institutum à Beato Amedeo fuisse sub Regula Cisterciensi, aut Benedictina: hi enim Auctores æquivocum sumpserunt ab Ordine Sancti Mauritii instituto à Philiberto Emanuele auctoritate Gregorii XIII. applicando ea huic Ordini à Beato Amedeo instituto, cujus Militia, inquit d. *Auctor Seculorum Augustinianorum*, à d. Beato Institutore instituta fuit pro ejus Devotione, absque consuetis solemnitatibus, & absque auctoritate Pontificia, cum qua instituta fuit Militia magis moderna.

15. Nunc, quoad prælaudatum Amedeum, hic quod scriptum reliquerunt Auctores, compendiarie referemus. Basileense Conciliabulum sub anno 1439. temerarie non minus, quam nulliter Sententiam exauctorationis in Eugenium Quartum tulit, & à legitimo Pontificatu deposito Eugenio Quarto vero Summo Romano Pontifice, ut novum Pontificem eligerent, nonnullos Episcopos, simplicesque Sacerdotes, & quatuor, aut quinque Theologastros deputavit. Iidem Conclave intrantes, quod situm erat in medio Civitatis, ac in loco, quo publice Choreæ, juxta morem habebantur, ibi in Antipapam elegerunt Amedeum olim Sabaudiæ Ducem, qui tunc temporis morabatur in Eremo Ripalliæ in Habitu Eremitico Augustiniano, una cum Sociis Dei Famulitio inservientibus. Credens Amedeus electionem fuisse legitimam, Antipapatum acceptavit sub nomine Felicis Quinti: *Auctor Seculorum Augustinianorum Pater Aloysius Torellus de Bononia tom. 6. sub dicto año* 1439. *pag.* 702. *Pater Ignatius Hyacinthus de Graveson Historia Ecclesiastica tom. 6. colloquio* 2. *pag.* 119. *juxta impress. Romæ Typis Tinassi anno* 1720.

Legitimus autem Pontifex, dictus Eugenius IV. suprema sua Auctoritate, & sibi semper constans, nullam & schismaticam Antipapæ hujusmodi electionem damnavit, una cum Schismaticis Electoribus in dicto Conciliabulo factam, & dictos factiosos Antistites Basileenses anathemate percussit: *d. Pater Torellus d. tom. 6. sub anno* 1440. *pag.* 711. *d. Graveson tom. 6. colloq.* 2. *pag.* 119.

16. Et licet major pars Christianorum Regum, & Principum, semper Eugenium IV. in verum Pontificem concorditer agnoverint, & coluerint, dictus tamen Antipapa, Antipapatum retinuit spatio fere annorum decem: anno autem 1448. Fridericus III. Impe,

Imperator, Rex Franciæ, & Ludovicus Sabaudiæ Dux filius ejusdem Amedei suasionibus inducere satagerunt eundem Antipapam ad renunciandum umbratili Papatui, ut prosequitur *d. Pater Torellus d. tom. 6. sub anno* 1448. *pag.* 776. Unde tandem destitutus ab omnibus fere Christianis Principibus, & ad suasiones dictorum Friderici Imperatoris, Regum Franciæ, & Angliç, ac etiam Ludovici Sabaudiæ Ducis filii d. Amedæi, idem Amedęus anno 1449. Papatui renunciavit ad pedes Nicolai V. & ultro abdicavit: *d. Pater Torellus dic. tom. 6. sub d. anno* 1449. *n* 1. *pag.* 780., *& pag.* 819. *Pater Graveson* ubi supra.

Fuit vero à Summo Pontifice Nicolao V. Eugenii IV. Successore idem Amedęus 17. creatus Cardinalis Sabinensis, & Legatus Apostolicus perpetuus in Statu specialiter Sabaudiæ, una cum aliis pęrogativis admodum decorosis: *d. Pater Torellus d. tom. 6. sub d. anno* 1449 *sub n.* 1. *pag.* 780.

Latius pręrogativas, quas Nicolaus V. Summus Pontifex indulsit dicto Amedæo VIII. numerat *d. Pater Graveson Historia Eccles. tom. 6. colloq.* 2. *pag.* 122. videlicet, ut in *Ditionibus Ducis Sabaudiæ Vicarius, & Sedis Apostolicæ perpetuus esset Legatus; ei venienti Pontifex assurgeret, ille tantum osculum oris redderet, omnia reservaret ornamenta, & insignia Pontificalia, demptis tamen delatione Corporis Christi, Anulo Piscatoris, Cruce in Redibus, ac Umbella. Cardinales quos Amedæus, dictus Fœlix V. creaverat, recepit Nicolaus V., eosque veris, ac legitimis adnumeravit. Omnia, quæ tam in foro contentioso, quam in foro conscientiæ in personis, & locis, quæ Felici antehac obediebant, facta fuerant, pro bono Pacis, & Unionis Ecclesiæ, de Apostolicæ Plenitudinis potestate approbavit, ac confirmavit Nicolaus V. Omnes itidem Personas cujuscumque dignitatis, ordinis, & conditionis, quæ ob adhęsionem Felici, & Concilio Basilensi jam dissoluto, Beneficiis, aut Iurisdictionibus ab Eugenio IV. Pontifice Maximo privatę fuerant, in integrum iisdem restituit, ac tandem omnia, quæ contra eundem Felicem, vel ei adhęrentes, odiose dicta, vel scripta fuerant, nulla, & irrita declaravit, eaque omnia ex Regestis Eugenii IV. & aliis quibuscumque locis aboleri, & expungi jussit, datis in eam rem tribus Constitutionibus, quibus voluntatem suam universo Orbi testatam esse voluit, ut videre est apud Spondanum ad annum* 1449. *n.* 4. *His tribus Nicolai V. Constitutionibus sancita Ecclesia Pace, Amedæus Secessum suum Ripalliam repetiit, & deposito Pontificatu gloriosior, quam recepto, sancte obiit.*

Et præcise anno 1452. juxta magis probabilem assertionem, d. Amedæum obiisse in Civitate Genevæ tunc Catholica, scribit *Auctor Seculorum Augustinianorum* ubi supra.

Et quidem cum fama Sanctitatis, & Miraculorum, ad tradita per d. Auctorem Seculorum Augustinianorum ubi supra: *Ludovicus Moreri in suo Magno Dictionario Litt. A. verbo Amè VIII.*, ubi scribit, obiisse die septima Januarii 1451., & testatur eundem fuisse cognomento Pacificum: *Natalis Alexand. in sua Historia Ecclesiastica Secul.* 15., *&* 16. *art.* 7. *Dissert.* 8. *n.* 7. *ubi subiungit: Obiit eodem anno pari Sanctitatis opinione Amedæus, olim Felix V. in sua obedientia nuncupatus, quem & multis Miraculis post obitum effulsisse, Philippus Bergomensis, & alii testantur.*

Hoc

Hoc idem confirmat *Pater Constantinus Roncaglia in eandem Historiam animadvers ad Concil. Basilien* §. 7. *Editionis Lucensis tom. 9. d. Pater Graveson pag.* 123. per hæc verba - *Sancte obiit multisque post obitum Miraculis effulsit sicut Philippus Bergomensis, & alii testantur. Qua de re legendus est etiam Monodus in Amedeo Pacifico. Observat Spondanus ad annum* 449. *n* 3. *Amedæum dictum Felicem V. quo potentior apud Homines videri posset, ut pote consanguinitate, vel affinitate cunctis ferme Christianis Principibus coniunctus, eo gratiorem Deo esse quæsivisse perpetuo, & eximio veræ humilitatis exemplo, quod & Deus adeo acceptum habuit, ut ejus solo forte merito concesserit, nunquam hactenus ab eo tempore ullum succrescere in Ecclesia Romana Christi Sponsa. Schisma quibus antea frequentissime concutiebatur.*

Verum, cum in dicta Ordinis fundatione
18. sub titulo Sancti Mauritii nulla Apostolicæ Sedis adfuerit approbatio, ac confirmatio, sicuti qualitatem Religionis non pollebat, ita illam assumpsisse certum est tempore, quo Apostolica accessit Auctoritas, hoc est Gregorii XIII., qui Emmanueli Philiberto Sabaudię Duci tribuit facultatem fundandi, cujus vigore idem Emanuel, constituta ex propriis Patrimonialibus Bonis suis Dote annui reditus quindecim millium scutorum, illam erexit fundavitque anno 1572., ut videre est in *Bullar. tom. 2. inter Bullas Gregorianas la 6.*

Ad concordiam proinde reducuntur
19. ea, quæ de antiquiori Origine hujus Ordinis tradiderunt Scriptores, quorum aliqui loquuntur de Ordine sine Apostolica confirmatione constructo, alii de ipsa formali Apostoliça confirmatione, & demum alii de penecontemporali Unione hujus Ordinis cum Ordine Sancti Mauritii, ut videre est apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires tom. 4. §. 96. à pag. 153. cum seqq.*

Et fuit erecta sub Protectione, ac Pa-
20 trocinio Sancti Martyris Mauritii, quia idem Emanuel Philibertus Dux, & ejus Antecessores, ut præcipuum suum, ac rerum suarum Protectorem, eximio, ac perpetuo studio, & veneratione sunt prosecuti, ut exprimitur in eadem Gregorii Bulla § 1. & consonant, quæ superius diximus.

Ad eum finem erectus fuit Equester, &
21. Militaris hic Ordo, & institutus, ut sit in defensionem Christianæ Religionis, ad propulsandos quosuis Hęreticorum, & infidelium impetûs, ut in *d. Bulla* § 2.

Religio hęc militat sub Regula Cistercienſi: *d. Pater Aloysius Torelli de*
22. *Bononia Secoli Agostiniani tom. 1. anno Christi 389. in Catalogo Ordin. Equestr. Militar. sub Regula S. Augustini § L' undecimo, e l' Ordine pag. 269. juxta impress Bononiæ Typis Jo. Baptista Valverini anno 1659.* ubi reprobat Patrem Benonosum ex suo Ordine tenentem, Ordinem S. Mauritii militasse sub Regula Augustini, & fatetur militare sub Regula Cisterciensis.

Et sub regimine Ducum Sabaudiæ, qui
23. sunt perpetuo dictæ Militiæ magni Magistri, virtute dictæ Constitutionis Gregorianæ: *Mendo de Ordinibus Militaribus Disq 1. quæst. 2. §. 16. sub n 39.*

Tribuitur à d Gregoriana Constitutione magno Magistro facultas condendi Statuta, illaque ad arbitrium, & vo-
24. luntatem interpretandi, mutandi, limitandi, corrigendi, tollendi, aliaque de novo faciendi, *ut in §. 9. ejusdem* Bullæ Gregorianæ, Juspatro-

 natus

natus Fundatoribus, seu Dotatoribus petentibus reservandi, erigendi Prioratus, Bajulivatus, Præceptorias, & alia Beneficia, ut in eadem Constitutione.

Sic eidem magno Magistro concessa fuit
25. facultas, ad eandem Religionem admittendi quotquot illi visi fuerint Milites Nobiles, aut optima virtute cognitos, vel alias pro eorum arbitrio, vel Statuto qualificatos ex omnibus Nationibus, ut in *d. Constitutione Gregoriana* §. 4. Nec non Nationes dividendi §. 8.

Ad hunc Ordinem, & Professionem ad-
26. mittuntur Coniugati cum una tantum Virgine: similiter & admissi, Matrimonium cum simili Virgine, & unica dumtaxat contrahere possunt, alias vero ipsi Castitatem coniuga-
27. lem, & Obedientiam expresse profitentur, ut in *d. Gregoriana Constitutione* §. 3. *Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 16. *sub n.* 39.

DISCURSUS CLXI.

SECTIO II.

ARGUMENTUM

In hac 2. Sectione exponitur antiquitas Ordinis S. Lazari, & ostenditur fuisse institutum à Sancto Basilio Episcopo Cæsareæ circa annos 360. pro curandis Leprosis, deinde factum Ordinem Militarem late per Orbem diffusum, & post exitum à Syria, Gallias petiit, & *Boniacum*, vulgo *Boigni* adivit. Fuit à sa. me. Pio IV. Privilegiis decoratus, ac inter cœtera illud erigendi in Commendas Beneficia simplicia de Jurepatronatus Laicorum, per Bullam Regnantis Pontificis confirmatum. Enumerantur Probationes faciendæ pro admissione ad Habitum Ordinis. Ostenditur tandem post renunciationem, vel Mortem Janotti Castilionei à Gregorio XIII. fuisse concessum magnum Magisterium Emanueli Filiberto Duci Sabaudiæ, & unitus fuit hic Ordo alteri Sancti Mauritii, de qua unione late agitur.

SUMMARIUM

1. *Referuntur Opiniones Scribentium quoad antiquitatem Originis hujus Ordinis.*
2. *Ordinem hunc esse omnium antiquissimum, & fontem cœterorum,* & n. 9. *Duos fuisse Hospitalariorum Ordines pro Infirmis, & pro Peregrinis Hospitalia.*
3. *Primum S. Lazari, secundum Sancti Joannis.*
4. *Reiicitur* Maimburg *confundens unum Hospitale cum alio, & dicens, Sancti Joannis Hospitale trahere originem ab Hospitalariis Sancti Lazari,* & n. 5., & *6.*
7. *Sancti Lazari Ordo fuit institutus à Sancto Basilio Episcopo Cesareæ circa annos 360., 366., vel 370.*
8. *Tessera hujus Ordinis est Crux biforcata, & octogona coloris viridis* & n. *16.*, & 17.
10. *Ordo temporum iniuria lapsus refloruit tempore, quo Christiani Principes Terræ Sancta loca recuperarunt.*
11. *Summi Pontifices confirmaverunt, & Privilegiis ornarunt.*
12. *Ab Innocentio IV. obtinuerunt licentiam sibi eligendi magnum Magistrum.*
13. *Ordo fuit primo institutus pro curandis Leprosis, & dicitur Ordo Fratrum Hospitalitatis Leprosorum S. Lazari.*
14. *Idem Ordo factus fuit etiam Ordo Militaris Equester.*
15. *Militat sub Titulo, & Protectione Sancti Lazari Fratris Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Marthæ.*
Et fuit Episcopus Massiliensis, cujus Festum Militia hac Sanctorum Mauritii, & Lazari celebrat Taurini, ubi adest Ecclesia hujus Ordinis.
16. *Tessera est Crux octogona coloris viridis.*
Item Toga alba est.

17.

17. *Dictam Crucem Equites deferunt in sinistro latere; Servientes Armorum in latere dextro.*
18. *Equites se gesserunt praclare in Bello.*
19. *Late per totum Terrarum Orbem diffusus fuit hic Ordo per Asiam, Europam, Italiam, pracipue Siciliam, Calabriam, Apuliam, Terra di Lavoro, Germaniam, Hispaniam, Lusitaniam, & Gallias.*
20. *Ludovicus Galliarum Rex Ordini assignavit* Boniacum, *vulgo* Boigni.
21. *Pius IV. hunc Ordinem restauravit, Magnum Magistrum constituit Janottum Castiglioneum.*
22. *Huic Ordini Pius IV. communicavit omnia Privilegia aliarum Religionum Militarium, & enumerantur Religiones.*
23. *Perpenditur Privilegium Ordinis concessum à Pio IV. erigendi in Commendas Beneficia simplicia de Jure patronatus Laicorum, Patronis consentientibus, & adducitur integre Bulla Sanctissimi D. N. Regnantis Benedicti XIV.*
24. *Petens admitti ad hunc Ordinem debet probare, se natum ex legitimo Matrimonio, esse Nobilem Nominis, & Armorum ex parte Patris, & Matris, & Magistratuum in Patria.*
25. *Ac ex Christianis antiquis descendens, non à Maranis, Turcis, & Infidelibus: nec esse inquisitum ex delicto, non are alieno gravatum.*
26. *Se habere reditum annuum scutorum bis centum.*
27. *Equites vovent Castitatem coniugalem, & nequeunt nisi semel, & cum Virgine matrimonium contrahere.*
28. *Magnus Magister ex Statuto veteri eligi debebat, ac esse Eques leprosus ex Hospitali Hierosolymitano.*
Deficientibus Militibus ægrotis indulsit anno 1252. Summus Pontifex, ut posset eligi etiam Eques sanus.
29. *Ordo ob violentias Saracenorum coactus fuit deserere Regiones Syria, & in Europam transire.*
30. *Magnum Magisterium fuit in Europam translatum, & sedem posuit in Gallia in loco de* Boigni, *ubi diu moram traxit cum suis magnis Magistris.*
31. *Ordo hic, ob temporum rerumque vicissitudines in praceps ruebat.*
32. *Ordo hic continuavit in loco* Boigni *usque ad annum* 1558.
33. *Ordo Dignitate diminutus, ab Innocentio VIII. fuit unitus Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani.*
34. *Et rursus de dicta unione actum fuit* & n. 35.
35. *Magnus Magister Janottus renunciavit magno Magisterio.*
36. *Janottus antedictus moritur Vercellis anno* 1572.
Gregorius XIII. anno 1572. *d. magnum Magisterium anno* 1575. *concessit Emmanueli Philiberto Sabaudia Duci, & univit Ordini Sancti Mauritii.*
37. *Unitus fuit Ordini Sancti Mauritii Ordo Sancti Lazari à Gregorio XIII., qui concessit etiam ejusdem sic uniti Ordinis magnum Magisterium Emanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, ejusque Successoribus.*
38. *Insignia etiam sunt comprehensiva utriusque Ordinis, scilicet Crux alba Sancti Mauritii super Crucem octogonam viridem Sancti Lazari, & quid servabatur antiquitus,* & n. 41.
39. *Ordo Sancti Mauritii, & Sancti Lazari constat tribus Gradibus Virorum.*
40. *Rejicitur assertio, duos fuisse Sancti Lazari Ordines.*
41. *Vexillum habet Ordo continens ex una parte Crucem Ordinis, ex alia Crucem Regii Stemmatis.*

43.

43. *Figura Equitis cum Toga, & Cruce Ordinis, apud quos habeatur.*
44. *Sub Regula S. Benedicti, ut Cistercienses vivunt.*
45. *Votum Castitatis, & Obedientiæ emittunt.*
46. *Votum Castitatis Coniugalis cum unica, & Virgine, ac semel.*
47. *Profitentur Charitatem, & Hospitalitatem, aliaque Opera Religionis.*
48. *Non emittunt tria Vota substantialia.*
49. *Ideo non subiacent S. C. T. quoad annum Novitiatus.*
50. *Gaudent tamen privilegio fori.*
51. *Sunt capaces Beneficiorum Secularium citra dispensationem.*
52. *Ex stilo Datarię requiritur, dum solvitur componenda.*
53. *Magnus Magister non potest concedere expectativas quoad Commendas.*
54. *Equites hujus Ordinis possunt possidere Beneficia, & Pensiones super iisdem usque ad summam Ducatorum 400.*
55. *Unio præfata diversimode fuit recepta in Gallia, & quomodo.*
56. *Dictus Emmanuel magnus Magister ob d. Unionem se suosque Successores obstrinxit manutenere duas Triremes dd. Militibus instructas.*
57. *Dicta unio fuit confirmata à Clemente VIII.*
58. *Posita d. Unione, Ordo vocatur Ordo Sanctorum Mauritii, & Lazari.*
Vivunt Equites sub Regula S. Benedicti ut Cistercienses, & sub uno magno Magistro.

DISCURSUS CLXI.

SECTIO II.

HActenus Ordinis Sancti Mauritii Historiam exposuimus, nunc de Ordine Sancti Lazari Narrationem aggredimur, & de unione hujus Ordinis cum dicto Ordine Sancti Mauritii verba faciemus.

Ne autem ulla quoad hujus Ordinis
1. fundationem prætermittatur notities, opere pretium est ea referre, quæ scripta reliquerunt Auctores, inter quos sunt qui originem tribuunt nimis sane antiquam, atque idcirco minus probabilem: ajunt enim, primis Ecclesię Sanctæ annis hoc est 70. & 71. fuisse institutum ad Christianorum defensam, qui à Scribis, & Pharisæis persecutionem patiebantur paulo post Christi Domini Mortem, ad tradita per *Petrum Belojum de Tolosa de Ordinibus Equestribus*, quem non sequitur, sed refert *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 1. cap 1. pag. 3. juxta impress. Rothomagen. Typis Jo. Baptistę Besogne 1726.*

Rursus Scriptores ad firmandum Sancti Lazari Hospitalariorum Ordinem esse omnium antiquissimum, imo cætero-
1. rum Fontem, & Originem, hoc ratiocinio probare nituntur; quod retroactis seculis in Civitate Hierusalem duo præ ceteris aderant Hospitalariorum Ordines, quorum primus conflabatur Viris, qui Curę Infirmorum, & præcipue lepra laborantibus addicti erant, sub Titulo Sancti Lazari Hierosolymitani, & hic erat cæteros antiquitate præcellens. Alter versabatur in hospitandis Peregrinis Loca Sancta visitantibus in Hospitali sub Titulo Sancti Joannis, qui incæpit opera Mercatorum Civitatis Amalphitanę ad Sanctam Mariam Latinam sub titulo S. Joannis Eleemosinarii, opera Beati Gherardi, vel in alio Hospitali per eundem Beatum erecto sub titulo Sancti Joannis Baptistæ, in quo subinde Ordine tres extitere Classes, Equitum, Militum, Fratrum Servientium

tium Ægrotis, & Peregrinis, ac tandem Ecclesiasticorum, & Capellanorum, pro administratione Sacramentorum, cum Votorum emissione.

Mortuo Gherardo, qui utrumque rege-
3. bat Hospitale, antiqui Hospitalarii Ordinis Sancti Lazari, in Rectorem, seu Magistrum elegerunt, ut fertur, Bojantem Rogerum, & respective ab Hospitalariis Sancti Joannis Baptistæ electus fuit Successor d. Gherardi Raymundus de Podio, & successive alii in peculiari nostro Discursu de Religione Sancti Joannis Hierosolymitani enumerati, prædictusque Discursus noster est in *Secundo nostro Volumine* il 129.

Ex narratione hac mutile confecta, &
4. cum qua pertransit *Maimbourg Histor des Croisades* patet, quod dictus Scriptor confundit Equites Sancti Lazari cum illis Sancti Joannis Hierosolymitani qui communiter nunc appellantur Melitenses, & olim fuisse concludit unum solummodo Hospitale, unumque Ordinem. Aut ad minus, quod Joannitæ Hospitalarii originem trahant à prænominatis Hospitalariis Sancti Lazari, & ab iisdem remanserint segregati circa Seculum duodecimum. Videatur *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia omnium Ordinum Monasticorum, & Militarium ex Gallico Idiomate in Italicum per d. Patrem translata tom. 1. cap. 32. à pag. 270. cum seqq. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.*

Prædictam Historiæ seriem cum suo
5. Scriptore reiicit *d. Pater Joseph Fontana* ubi supra, qui *pag. 272., & seq.* ostendit, esse in omni sua parte insubsistens, quod Ordo S. Lazari alias fuerit unitus Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani, neque constuxisse unum solum Ordinem.

Hanc similiter Ordinis Sancti Lazari
6. originis antiquitatem, quæ tribui possit cœteris, qui supervenerunt Hospitalariorum Ordinibus, Sancti Joannis Hierosolymitani, Templariorum, & Teutonicorum, reiicit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. libr. 1. Dissert. 5. art. 2. pag. 63. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718.*

Nunc propius accedentes ad hujus Ordinis fundationem Documentis com-
7. probatam, dicimus, quod Sancti Lazari Religio primis Ecclesiæ Seculis à Sancto Basilio Cæsareæ Episcopo anno 360., aut 366., vel 370. instituta fuit in Palæstina; Noscomium quippe sub titulo Sancti Lazari erexisse inquit Divus Gregorius Nazianzenus, assignatis certis Regulis Fratribus Hospita-
8. lariis, habuitque in Tesseram Crucem bifurcatam viridis coloris ad dexterum latus deferendam cum veste alba, ut scribunt *Andreas Guarini in Libello - Origine, e Fondatione di tutte le Religioni, e Militie de' Cavalieri, sub S. Cavalieri di S. Lazaro pag. 10. juxta impress. Vicentiæ Typis Dominici Amadi anno 1614. Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari parte prima cap 4 pag. 56. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù anno 1692., & parte secunda cap 82. pag. 813. Eminentissimus Dominus Cardinalis Petra ad Constitut. Apostolicas tom. 2. ad Constit. 2. Anastasii IV sect 1. n. 2 pag. 23. juxta impress. Venetam Typis Balleonis anno 1729 Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. litt. S. de Summa Trinit., & Fide Catholica S. Notitia Equestr. Ordin. n. 62. pag.* 740.

740. *juxta impress. Salisburgi Typis Jo. Josephi Mayr anno* 1719. Volumen cui titulus - *Li Sourani del Mondo tom.* 4. sub titulo - *L'Ordine Militare di S. Lazaro pag.* 29. *juxta impress. Venetam Typis Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin* 1720. *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquila Alba in Polonia, in suo Corollario omnium Ordinum in verbo Sancti Lazari, & Mauritii pag.* 193., *& seqq. impress. in calce Voluminis ejusdem Auctoris*, cui titulus - *Adnotationes Historica de Origine &c. Ordinis Aquila Alba impress. Colonia Typis Adami Cholini* 1730.

9. De qua antiquitate mentionem faciunt plures Pontificum Bullæ, quas enumerat *Sorango* in Libello - *Idea del Cavaliero à pag.* 68. *Pater Andreas Mendo de Ordinib. Militar. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 15. *n.* 38. *Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 65 *Eminentiss. Petra ad Constitutiones Apostolicas tom.* 3. *Constit.* 1. *Alexandri IV. n.* 5.

10. Dicta tamen prima institutio, ob Bellorum incursiones non minus, quam variorum Seculorum decursu, ac injuria collapsa, iterum refloruit, tempore, quo felicibus Christianorum Armis Terræ Sanctæ loca Christiani Principes recuperarunt, ut notat *d. Justinianus d. par. prima cap.* 4. *pag.* 54 ubi quod sub Balduino Rege Terræ Sanctæ institutum fuit Hospitale extra Civitatem Hierusalem sub titulo *Sancti Lazari* pro Leprosorum cura, aliarumque infirmitatum incurabilium Pauperum Peregrinorum: *d. Laurentius Vigilius de Nicollis n.* 26.

11. Ac proinde Summi Pontifices Apostolica confirmatione roborarunt, & Privilegiis decorarunt Ordinem, nempe Innocentius III. anno 1160. Gregorius IX. de quibus *d. Justinianus d. cap.* 4. *pag.* 57. Honor. III. Alexander IV. anno 1255. confirmavit hunc Ordinem sub Regula Sancti Augustini: *d. Andreas Guarini d. pag.* 19 *Pater Mendo* ubi supra *n.* 38. *Eminentiss. Petra tom.* 3 *ad Constit. Alex. IV. n.* 6. *Pater Gravesson tom.* 9. *Tabul. Chronolog. sub tit. de Ordin. Monastic., & Equestr. Decimo Tertio Eccles. Seculo institut. pag.* 499 *Pater Philippus Bonannus in d. Catalog. Ordin. Equestr. n.* 65. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertat. Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Differt.* 10. *lib.* 1. §. 4. *pag.* 252., *& seq. juxta impress. Parisien. Typis Petri Fran. Giffart anno* 1718. Nicolaus III., Clemens IV., Joan. XXII., Gregorius X., de quibus *Justinianus d. pag.* 58. *Pater Aloysius Torellus de Bononia Secoli Agostiniani tom.* 1. *anno Christi* 189. *in Catalogo Ordin. Militar sub Regula Sancti Augustini* §. *L Undecimo pag.* 269. *juxta impress. Bononia Typis Joannis Baptista Valserini anno* 1659.

12. Innocentius IV. anno 1245. indulsit Equitibus facultatem sibi eligendi magnum Magistrum diverso modo, quo antecedenter in Ordinis institutione fiebat electio: *d. Justinianus d. parte pr. cap.* 4. *pag.* 57.

13. Ordo hic Sancti Lazari fuit primo institutus pro curandis Leprosis, vocatus proinde Ordo Fratrum Hospitalitatis Leprosorum Sancti Lazari Hierosolymitani, deinde in Ordinem Militarem redactus. Illius Milites, non solum charitative Christianos Peregri-
14. nos Loca Santa Palestinæ visitantes excipiebant hospitio, sed & Armis itinera tuta servabant, & à Barbarorum incursionibus tuebantur, meritoque

toque à Regibus, & Principibus Christianis, ac à Summis Pontificibus plurimis bonis, & redditibus cumulatus, Privilegiis, ac Gratiis decoratus fuit hic Ordo, ut patet ex *Bulla Pii IV. la 95.*, & scribunt *d. Justinianus d. pag. 57. cl. me. Eminentiss. Petra ad Constit. Apostolicas d. tom. 3. ad Constitut. primam Alexand. IV. n. 26. pag. 112. juxta impress. Venetam: Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 65. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 10. § 4. pag. 152. juxta d. impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. Pater Franciscus Fontana Storia degli Ordini Monastici &c., e Militari Gallice scripta & per d. Patrem Fontana in Italicam linguam translata tom. 1. cap. 32. pag. 274. juxta impress Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.*

15. Hęc autem Equestris Militaris Religio militat sub titulo, & Protectione S. Lazari Fratris Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Marthæ, quem Christus Dominus insigni Miraculo à mortuis suscitavit; ut legitur in Evangelio *Joan. XI.* quique postmodum fuit celeberrimus Episcopus Massiliensis. Unde de isto Sancto Lazaro Massiliensium Episcopo Festum celebrat solemne eadem Sacra Militaris Religio, nunc Sanctorum Mauritii, & Lazari in Civitate Taurini, ubi adest conspicua Ecclesia hujus Ordinis.

16. Tessera Nobilis hujus Militaris Ordinis erat Crux octogona, ut est illa Equitum Melitensium, sed coloris viridis in Toga alba: *Franciscus Sansovinus dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. Cavalieri di S. Lazaro Gerosolimitano pag. 44. à tergo: Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 15. n 38. Eminus Petra* ubi supra *n. 9.*

17. Dictaque Crux deferebatur ab Equitibus à latere sinistro; Servientes vero Armorum, illam à latere dextero gestabant: *d. Sansovinus* ubi supra.

18. Pręclare hujus Ordinis Equites se gesserunt, tum in Civitate charitatis operibus, tum in Bellicis Expeditionibus pro Catholica Fide strenue pugnantes, quemadmodum testantur *d. Justinianus pag. 57. & d. Petra tom. 3. ad Constitutionem primam Alexandr. IV. n. 5. d. Pater Honoratus à S. Maria pag. 253. d. Pater Fontana* ubi supra.

19. Hinc ob clara in Christianam Rempublicam merita, ad plures Provincias, pluraque Regna hic Ordo extensus fuit, per Asiam, & Europam sub Protectione Principum, Imperatoris Friderici I. Barbarossę; per Italiam, præcipue Siciliam, Calabriam, Apuliam, & ut vocant *Terra di Lavoro*, Germaniam, Hispaniam, Lusitaniam, & Gallias, in quibus pingues Commendas in suffragium Pauperum, curationem Infirmorum, & pro expeditionibus Militaribus ad Catholicæ Religionis tuitionem acquisivit; *d. Guarini pag. 10. d. Justinianus parte prima pag. 57. & seqq.* ubi enumerat Principes, & Reges, qui Bona concesserunt, Balduinum II. Fulconem, Almericum, Balduinum III. & IV. Reges Hierusalem. *& parte secunda cap. 82 pag. 814. d. Laurentius Vigilius de Nicollis n. 62.*

20. In Galliis autem Ludovicus Rex Ordini assignavit Boniacum, vulgo *Boigni: Pater Mendo de Ordinibus Militaribus d. Disq. 1. quæst. 2. §. 15. n. 38. Bonannus d. n. 65. Justinianus d. pag. 57. d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 253. d. Laurentius de Nicollis d. n. 62. d. Comes in Koden Sapieha*

Sapieha ubi supra: *d. Pater Fontana pag.* 276. *Justinianus* supra allegatus *pag.* 58.

Religionem hanc instauravit, & rursus pene mortuam ad vitam revocavit
21. Pius IV. anno 1565. prævia revocatione Unionis ab Innocentio VIII. factæ, de qua infra. Constituto enim magno Magistro Janotto Castilioneo Mediolanensi, vetera confirmavit Indulta, ac Privilegia, novaque cumulavit, & præcipue jus per cessum, & decessum eligendi magnum Magistrum, ad Conventum, & Milites spectare decrevit, ut videre est per totam in præallegata Bulla Piana, & præcise §. 41. quæque, ut diximus, impressa est in *Bullario Romano tom.* 2 *la* 95. de qua *d. Guarinus pag.* 10. *Sansovinus in Libello della Origine de' Cavalieri lib.* 2. *pag.* 44. *Abb. Justinianus d. pag.* 58 *Dominus Cardinalis Petra ad Constitut. Apostolicas tom.* 2. *ad Constit. II. Anastasii IV. sect.* 1. *n.* 10., *& tom.* 3. *ad Constit.* 1. *Alex. IV. n.* 7. *Laurentius Vigilius de Nicollis d. n.* 62. *pag.* 740. *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 254.

Ulterius, d. Pius IV. *sub* §. 165. eidem
22. Religioni Sancti Lazari indulget communicationem quorumcumque aliorum Privilegiorum, Gratiarum, Exemptionum, & aliarum facultatum tunc concessarum, vel in futurum concedendarum à Sancta Sede Apostolica Hospitalibus, & respective Militiis Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Jacobi de Spatha, Sancti Antonii Viennensis, Sancti Spiritus de Urbe, ac Sancti Stephani de Thussia, dummodo Sacro Tridentino Concilio non repugnent, & Juribus tertii non præjudicent: *&* §. 166. statuitur exemptio hujus Religionis in omnibus casibus, ubi Sacrum Tridentinum Concilium excipit Religionem Sancti Joannis Hierosolymitani: *Sansovinus in d. Volumine dell' Origine de' Cavalieri lib.* 2. *pag.* 44. *Pater Lezana in sum. Quæst. Regular. tom.* 2. *cap.* 5. *n.* 57.

Singulare autem fuit Privilegium illud
23. facultativum, quod idem Summus Pontifex indulsit Janotto Castilioneo, & pro tempore existenti magno Magistro ejusdem Successori, ut possit erigere in Commendas, & Præceptorias, Capellas, aut Ecclesias ipsius Hospitalis, & Militiæ, ac perpetuo incorporare Beneficia simplicia de Jurepatronatus Laicorum ex fundatione, vel dotatione, accedente consensu Patronorum, eisque reservare juspatronatus, ut latius explicatur in *d. Bulla* §. *Nec non eidem Janotto*, de qua facultate loquitur *Franciscus Sansovini in Libello della Origine de Cavalieri lib* 2. *pag.* 44. *juxta impress. Venetam Haredum di Marchio Sessa* 1750. *Justinianus* ubi supra.

Super hujusmodi facultativa concessione prodiit quidem Constitutio Sancti Pii V. modificativa ejusdem, veluti onus injungens justificandi Juspatronatus in Urbe, sed in substantia concedens, ut magnus Magister quæcumque, quotcumque, & qualiacumque simplicia dumtaxat Beneficia de Jurepatronatus Laicorum, ex fundatione, & dotatione existentia, & personale servitium in Cathedralibus, & Collegiatis non requirentia (accedente tamen consensu Patronorum, de quorum juribus eis, ut præfertur, ex fundatione, & dotatione competentibus per publica Documenta, non autem per alia probationum genera, coram pro tempore existentibus Romani Pontificis Vicario in Urbe in spiritualibus Generali, & Auditore Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ,

stolicæ, vocatis interesse habentibus, legitime constaret, & sine præjudicio ea obtinentium, ipsisque dumtaxat cedentibus, vel decedentibus) in Præceptorias, Commendas, Capellas, aut Ecclesias ipsorum Hospitalis, & Militiæ perpetuo erigere, & instituere, dictæque suæ Militiæ perpetuo incorporare, applicare, & appropriare, ac illarum Fundatoribus, & Dotatoribus Juspatronatus, & præsentandi dicto Magistro, & Conventui ejusdem Militiæ, vel eorum Deputato personas idoneas ad Præceptorias, Domos, Capellas, seu Ecclesias, & Hospitalia hujusmodi pro tempore vacantia perpetuo præservare, seu etiam reservare, & concedere, & sic à Patronis præsentatos, juxta stabilimenta dictæ Militiæ, minime requisito Ordinariorum Locorum, & quorumvis aliorum consensu, in illis instituere, ac alias illa conferre, & de eis providere posset; ita tamen quod debitus Divinus cultus per idoneas Personas ab Ordinario approbandas, etiam si dicti Ordinis forent, in iisdem exerceretur. Quodque confirmatio erectionis, & institutionis Præceptoriarum, Commendarum, Capellarum, aut Ecclesiarum pro tempore sic erectarum, & illarum incorporationis, applicationis, & appropriationis, necnon Jurispatronatus, ad illas reservationis, aut concessionis hujusmodi, si citra Montes hujusmodi Beneficia consisterent, infra quatuor; si vero ultra Montes, infra sex Menses, à die quo factę fuissent à Sede Apostolica impetrari debere; alias illæ, & inde secuta quæcumque nulla, & irrita, nulliusque roboris, vel momenti existerent, ac Beneficia hujusmodi in eorum pristinam naturam restituta esse censerentur, & ab eadem Sede impetrari possent. Sic disponit allata Constitutio Sancti Pii V., quæ incipit *Sicut bonus Agricola* sub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1567. septimo Kalendas Februarii, Pontificatus sui anno primo, & refertur etiam in Bulla Sanctissimi Regnantis Pontificis *Benedicti XIV.*

At dicta novissima Constitutio Sanctissimi Patris, quæ incipit - *Fructuosa Militarium Equestrium Ordinum Instituta, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCXLIV. decimo* Kalendas *Septembris, Pontificatus sui anno Quinto*, registrata in suo *Bullario tom.* 1. *la* 104. *pag.* 373. *cum seq.* non solum confirmat d. Pianam Constitutionem favore Regiæ Majestatis Regis Sardiniæ, & Ducis Sabaudiæ magni Magistri Ordinis Sanctorum Mauritii, & Lazari insimul unitorum Auctoritate Apostolica, cujus uniti Ordinis Magisterium eadem Apostolica Auctoritate spectat ad Regiam Sabaudiæ Domum, sed insimul ad instantiam d. Regiæ Majestatis Sardinię Regis, & Sabaudiæ Ducis indulget, quod Probationes, quæ ad terminos Constitutionis Pianæ Romæ confici debebant, in posterum explerentur in partibus cor. Nuncio Apostolico apud d. Sardiniæ Regem, & Sabaudię Ducem residente, eoque absente, coram Archiepiscopo Taurinen; ambobus vero deficientibus, coram Episcopo viciniore.

Porro tenorem dictæ Bullæ Sanctissimi Domini nostri, quæ impressa est, ut diximus in eodem *Bullario ejusdem Summi Pontificis tom.* 1. *la* 104. *pag.* 373., & impressa fuit etiam Taurini ex Regia Typographia, hic rursus ad literam referimus, & est ut sequitur.

Bulla Summi Pontificis

BENEDICTI XIV.

„ BEnedictus Episcopus Servus Ser-
„ vorum Dei, ad perpetuam rei
„ memoriam. Fructuosa Militarium
„ Equestrium Ordinum Instituta fre-
„ quenter experti, non minus Præ-
„ decessores nostri Romani Pontifi-
„ ces, quam universi per Christia-
„ num Orbem Reges, & Principes
„ propter eximia, tum pietatis, tum
„ Bellicæ virtutis opera ab hujusmo-
„ di Ordinibus, eorumque Militibus
„ ad Dei gloriam, & communem
„ Catholicę Ecclesiæ utilitatem sæpe
„ patrata in id certatim curas, &
„ studia sua contulerunt, ut pluri-
„ bus honoribus, prærogativis, pri-
„ vilegiis, ac beneficiis eosdem Or-
„ dines, eorumque Professores pro
„ varia temporum opportunitate cu
„ mulando, & jugi ipsorum stabi-
„ litati, & splendidiori dignitati, &
„ assiduis incrementis consulerent,
„ quorum Nos vestigiis libenti ani-
„ mo inhærentes non prętermitti-
„ mus oblatas quasque occasiones
„ arripere, quibus per auctoritatis
„ nostræ favorem prædictorum Or-
„ dinum utilitates & commoda au-
„ geri posse intelligimus. Dudum
„ etenim felicis recordationis San-
„ ctus Pius Papa quintus Prædeces-
„ sor noster per suam perpetuo va-
„ lituram constitutionem, quæ inci-
„ pit: Sicuti bonus Agricola, super
„ Reformatione Militię Hospitalis
„ Sancti Lazari Hierosolymitani edi-
„ tam sub Datum Romæ apud San-
„ ctum Petrum Anno Incarnationis
„ Dominicæ millesimo quingentesimo
„ sexagesimo septimo, Kalendas Fe-
„ bruarii, Pontificatus sui anno
„ primo, inter cœtera quæ pro tem-
„ pore existenti Magno Magistro
„ Militiæ prędictæ asseruit Privilegia,
„ id etiam perpetuo eidem licere
„ concessit, ut ipse videlicet pro
„ tempore existens magnus Magister
„ quæcumque, quotcumque, & qua-
„ liacumque simplicia dumtaxat Be-
„ neficia Ecclesiastica de Jurepatro-
„ natus Laicorum ex fundatione, &
„ dotatione existentia, & personale
„ servitium in Cathedralibus, & Col-
„ legiatis non requirentia, acceden-
„ te tamen consensu Patronorum,
„ de quorum juribus eis, ut præ-
„ fertur, ex fundatione, & dota-
„ tione competentibus per publica
„ documenta, non autem per alia
„ probationum genera coram pro
„ tempore existentibus Romani Pon-
„ tificis Vicario in Urbe in spiritua-
„ libus generali, & Auditore Causa-
„ rum Curiæ Cameræ Apostolicæ,
„ vocatis interesse habentibus legiti-
„ me constaret, & sine præjudicio
„ ea obtinentium, ipsisque dumta-
„ xat cedentibus, vel decedentibus,
„ in Pręceptorias, Commendas, Ca-
„ pellas, aut Ecclesias ipsorum Hos-
„ pitalis, & Militię perpetuo erige-
„ re, & instituere, dictęque suæ Mi-
„ litiæ perpetuo incorporare, appli-
„ care, & appropriare, ac illarum
„ Fundatoribus, & Dotatoribus jus-
„ patronatus, & pręsentandi dicto
„ Magistro, & Conventui ejusdem
„ Militiæ, vel eorum Deputato per-
„ sonas idoneas ad Pręceptorias,
„ Domos, Capellas, seu Ecclesias,
„ & Hospitalia hujusmodi pro tem-
„ pore vacantia perpetuo præserva-
„ re, seu etiam reservare, & con-
„ cedere, & sic a Patronis pręsen-
„ tatos juxta stabilimenta dictę Mi-
„ litię, minime requisito Ordinario-
„ rum, Locorum, & quorumvis a-
„ liorum consensu, in illis instituere,
„ ac

„ ac alias illa conferre, & de eis
„ providere posset; ita tamen, quod
„ debitus Divinus cultus per idoneas
„ Personas ab Ordinario approban-
„ das, etiamsi dicti Ordinis forent,
„ in iisdem exerceretur, quodque
„ confirmatio Erectionis, & Institu-
„ tionis Praeceptoriarum, Commen-
„ darum, Capellarum, aut Ecclesia-
„ rum pro tempore sic erectarum,
„ ac illarum incorporationis, appli-
„ cationis, & appropriationis, nec
„ non Jurispatronatus ad illas reser-
„ vationis, aut concessionis hujus-
„ modi, si citra montes hujusmo-
„ di Beneficia consisterent, infra
„ quatuor, si vero ultra montes,
„ infra sex menses, a die quo fa-
„ ctae fuissent, a Sede Apostolica im-
„ petrari deberet, alias illę, & in-
„ de sequuta quaecumque nulla, &
„ irrita, nulliusque roboris vel mo-
„ menti existerent, ac Beneficia hujus-
„ modi in eorum pristinam natu-
„ ram restituta esse censerentur, &
„ ab eadem Sede impetrari possent.
„ Postmodum vero Anno Domini
„ millesimo quingentesimo septuage-
„ simo secundo pię memoriae Gre-
„ gorius Papa XIII. etiam Praedeces-
„ sor noster per quasdam ejus Lit-
„ teras incipientes, Christiani Popu-
„ li, datas sextodecimo Kalendas
„ Octobris, Pontificatus sui anno
„ primo, aliam sub invocatione San-
„ cti Mauritii Martyris, & sub Re-
„ gula Cisterciensi per universum
„ Christianum Orbem, Militiam ere-
„ xit, cujus suprema Sedes, & Mi-
„ litum Conventus in Sabaudia per-
„ petuo esset, ac in ipsa Militia
„ unum Magistratum magnum vo-
„ candum, supremam ejusdem Mili-
„ tiae Sancti Mauritii dignitatem pro
„ uno Magistro, qui illius Caput e-
„ xisteret, certis modo, & forma
„ tunc expressis Apostolica auctori-
„ tate perpetuo instituit, Magistra-
„ tumque praedictum tunc in huma-
„ nis Agenti Nobili Viro Emanueli
„ Philiberto Sabaudiae Duci, ejusque
„ Successoribus omnibus Sabaudiae
„ Ducibus, certis itidem tunc ex-
„ pressis facultatibus attributis eadem
„ Apostolica auctoritate concessit, &
„ assignavit, cui quidem Militiae San-
„ cti Mauritii, a se ita erectae, &
„ constitutae idem deinceps Gregorius
„ Praedecessor rationabilibus causis,
„ & praecognitis Ecclesię Dei, &
„ Christianę Reipublicae utilitatibus
„ adductus per alias suas posteriores
„ Litteras incipientes, pro commis-
„ sa, Idibus Novembris ejusdem an-
„ ni editas, supradictam Militiam
„ Hospitalis S. Lazari jampridem Ma-
„ gistri regimine destitutam cum illius
„ Magistratu, ac omnibus, & qui-
„ buscumque illius Prioratibus, Prae-
„ ceptoriis, Hospitalibus, & aliis Bene-
„ ficiis Regularibus, eorumque mem-
„ bris, fructibus, & bonis, juribus,
„ & actionibus universis, nec non
„ Ecclesiis, Capellis, terminis, &
„ pertinentiis quibuscumque ad ean-
„ dem spectantibus, quaecumque,
„ quotcumque, qualiacumque, &
„ ubicumque essent, salvis tamen
„ & exceptis quibusdam, dicta A-
„ postolica auctoritate in perpetuum
„ univit, annexit, & incorporavit,
„ itaut utraque Militia, sic, ut prae-
„ fertur, unita, imposterum Mili-
„ tia Sanctorum Mauritii, & Laza-
„ ri nuncuparetur, ac praefatus E-
„ manuel Philibertus, & pro tem-
„ pore existens Sabaudiae Dux Mi-
„ litiae Sanctorum Mauritii & Laza-
„ ri Magister perpetuo esset & appel-
„ laretur. Demum recolendae me-
„ moriae Clemens Papa octavus simi-
„ liter Praedecessor noster Anno Do-

„ mini

„ mini milleſimo ſexcenteſimo tertio „ per ſuas ſub annulo Piſcatoris die „ nona Septembris expeditas Litte- „ ras, incipientes: Decet Roma- „ num Pontificem, unionem de Mi- „ litia Sancti Lazari, Militiæ Sancti „ Mauritii hujuſmodi a dicto Grego- „ rio Prædeceſſore, ut prefertur, „ factam pari quoque Apoſtolica au- „ ctoritate confirmavit, & eatenus „ ampliavit, ut nedum una alteri „ particulariter, vel acceſſorie, ſed „ ambæ invicem eque pricipaliter „ cum ſuis reſpective Privilegiis, e- „ xemptionibus, immunitatibus, li- „ bertatibus, prærogativis, præemi- „ nentiis, facultatibus, juriſdictioni- „ bus, honoribus, favoribus, indul- „ gentiis, indultis, conceſſionibus, „ & gratiis quibuſcumque perpetuo „ unitæ cenſerentur, ac ipſarum pro „ tempore exiſtens magnus Magiſter, „ earumque Conventus, Priores, „ Præceptores, Milites, Fratres, & „ Perſonæ, tum etiam Eccleſie, Do- „ mus, Hoſpitalia, Prioratus, Pre- „ ceptoriæ, Loca, membra, res, & „ bona illis omnibus, & ſingulis „ privilegiis, indultis, conceſſionibus „ aliiſque præmiſſis, eorumque uſu- „ fructu, commodo, & poſſeſſione „ uti, frui, potiri, & gaudere poſ- „ ſent, & deberent æque pariter ab- „ ſque ulla prorſus differentia, & „ diſtinctione in omnibus & per om- „ nia, perinde ac ſi ab exordio In- „ ſtitutionis Hoſpitalis, & Militiæ „ Sancti Lazari, etiam dicta Militia „ Sancti Mauritii inſtituta, & ambæ „ invicem, ac æque, principaliter, „ & conformi Regula, obſervantia, „ diſciplina, eiſdemque Legibus, & „ Inſtitutis unite, ac privilegia, e- „ xemptiones, indulta, & alia præ- „ miſſa utrique Militiæ ſpecifice, no- „ minatim, conjunctim, indiſtincte,

„ & expreſſe conceſſa, & elargita „ fuiſſent, prout in ſingulis Pii, „ Gregorii, & Clementis Prædeceſ- „ ſorum prædictorum memoratis Lit- „ teris latius & uberius continetur. „ Nuper vero pro parte Chariſſimi „ in Chriſto Filii noſtri Caroli Ema- „ nuelis Sardiniæ Regis illuſtris, „ ac Sabaudiæ Ducis, predictæ Mi- „ litiæ Sanctorum Mauritii & Lazari „ magni Magiſtri Nobis ſignificatum „ eſt, ſupradictam facultatem magno „ Magiſtro hujuſmodi à Sancto Pio „ Quinto Predeceſſore prædicto at- „ tributam, ut ſcilicet Beneficia Ec- „ cleſiaſtica ſimplicia de Jurepatrona- „ tus Laicorum, ut præfertur, exi- „ ſtentia in Præceptorias, Commen- „ das, Capellas, aut Eccleſias dictæ „ Militiæ juxta formam in laudatis „ ejuſdem Sancti Pii Predeceſſoris „ Litteris præſcriptam erigere valeat, „ nunquam fere ad effectum perduci, „ & inanem, ut plurimum, atque „ fruſtraneam manere, idque ea po- „ tiſſimum de cauſa, quod ad confi- „ ciendas in Romana Curia proba- „ tiones ſuper juribus eorundem Pa- „ tronorum Laicorum erectionibus „ hujuſmodi conſentientium, quæ „ ſcilicet jura eiſdem Patronis ex „ fundatione, & dotatione compete- „ re, & quidem per publica docu- „ menta, non autem per alia proba- „ tionum genera coram pro tempo- „ re exiſtentibus Romani Pontificis „ in Urbe Vicario, & Auditore „ Cauſarum Curiæ Camere Apoſto- „ licæ, vocatis intereſſe habentibus „ ſecundum prædictam Sancti Pii „ Prædeceſſoris ordinationem legiti- „ me conſtare debet, adeo graves „ expenſæ ob Locorum diſtantiam „ plerumque ſubeunde eſſent, præ- „ ſertim in caſibus, in quibus Op- „ poſitores inſurgere, & lites deſu-

„ per

„ per in eadem Urbe nostra contestare contingeret, ut per hoc hujusmodi Patronorum animos a voluntate, & proposito novas Commendas ejusdem Militiæ de Beneficiis hujusmodi erigendi, retrahi, & alienari dignoscatur; propterea que ex parte ejusdem Caroli Emanuelis Regis, ac Sabaudiæ Ducis, & Militiæ prædictæ magni Magistri nobis humiliter supplicatum fuit, ut ejusdem Militiç Sanctorum Mauritii, & Lazari commodis, & incrementis uberius consulere vellemus, eaque de causa statuere, ut impoiterum publica hujusmodi documenta pro verificatione Jurispatronatus, & ad docendum illud ex fundatione, & dotatione competere Patronis Laicis, qui erectioni simplicium Beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi in Commendas prædictæ Militiæ consentire voluerint de cætero in Partibus coram nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio apud ipsum Carolum Emanuelem Regem, seu pro tempore existentem prędictę Militiæ magnum Magistrum commorante, vel alio, seu aliis, ut infra proferri, & ab illis respective recipi valeant, & admitti, aliaque circa Apostolicam erectionum hujusmodi confirmationem distinctius constituere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur rationabilibus ejusdem Caroli Emanuelis Regis, Sabaudiæ Ducis, & Militię prædictæ magni Magistri votis obsecundare, ac ipsius Militię utilitates promovere cupientes, dictamque concessionem magno Magistro prædictę Militiæ Sancti Lazari a Sancto Pio V. Prædecessore, ut præfertur, factam super facultate erigendi hujusmodi simplicia Beneficia Ecclesiastica de Jurepatronatus Laicorum existentia in Præceptorias, Commendas, Capellas, aut Ecclesias ejusdem Militiæ, accedente Patronorum consensu, & alias juxta formam, continentiam, & tenorem prædictæ Constitutionis dicti Pii Prædecessoris, ac sub eisdem clausulis, cautelis, limitationibus, & obligationibus in eadem Constitutione contentis, & expressis, quas præsentibus nostris literis pro appositis, & repetitis haberi, & censeri volumus, prçterquam in iis, quæ præsentibus adversari conspiciantur, pari Apostolica auctoritate approbantes, & confirmantes, necnon attentis unione, annexione, & incorporatione utriusque Militiæ prædictæ per eosdem Gregorium, & Clementem Prædecessores, ut præfertur, factis, hujusmodi concessionem, & facultatem, etiam quoad Militiam Sancti Mauritii, quatenus opus sit, specialiter, & expresse extendentes, & ampliantes, supplicationibus prędictis inclinati, quibuscumque Patronis laicis, quæcumque, quotcumque, & qualiacumque simplicia Beneficia Ecclesiastica, de eorum respective jurepatronatus laicali ex fundatione, vel dotatione existentia, & personale servitium in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis non requirentia, in Præceptorias, Commendas, Capellas, aut Ecclesias dictæ Militiæ Sanctorum Mauritii, & Lazari per dictum Carolum Emanuelem Regem, & pro tempore existentem Sabaudiæ Ducem, & magnum Magistrum ejusdem Militiæ Sanctorum Mauritii, & Lazari in vim facultatis prædictæ eri-

„ gi,

„ gi, & institui cupientibus, & pro-
„ ponentibus, aut erectioni, & in-
„ stitutioni hujusmodi consentire vo-
„ lentibus, ut ipsi imposterum de
„ eorum juribus eis, ut præfertur,
„ ex fundatione, & dotatione com-
„ petentibus per publica documenta,
„ non autem per alia probationum
„ genera coram Sedis Apostolicæ
„ Nuntio apud charissimum in Chri-
„ sto filium nostrum Carolum Ema-
„ nuelem Sardiniæ Regem prædi-
„ ctum, ejusdemque in Ducatu Sa-
„ baudiæ, & magno Militiæ prædictæ
„ Magistratu Successores, pro tem-
„ pore commorante, eoque absente
„ coram pro tempore existente Ar-
„ chiepiscopo Taurinensi, ambobus
„ vero deficientibus coram viciniore
„ Episcopo ad præmissorum effectum
„ docere, & constare facere libere,
„ & licite possint, & valeant, dicta
„ Apostolica auctoritate earundem
„ tenore præsentium perpetuo con-
„ cedimus, & indulgemus, eisdem-
„ que pro tempore existentibus Se-
„ dis Apostolicæ Nuntio, & Tauri-
„ nensi Archiepiscopo, ac Episco-
„ po viciniori, quos Romani Pon-
„ tificis in Urbe Vicario in spiritua-
„ libus generali, & Auditori Causa-
„ rum Curiæ Cameræ Apostolicæ
„ prædictis quoad hoc subrogamus,
„ per easdem præsentes committimus,
„ & mandamus, quatenus idem Nun-
„ tius, eoque non existente, Archie-
„ piscopus prædictus, ambobus autem
„ deficientibus, ipse vicinior Episco-
„ pus documenta, & probationes
„ hujusmodi respective recipiant, &
„ admittant, eisque ad præmisso-
„ rum effectum examinatis atque re-
„ cognitis, vocatisque coram se,
„ & auditis omnibus interesse ha-
„ bentibus super existentia, & qua-
„ litate Jurispatronatus hujusmodi,
„ ejusdemque competentia oppor-
„ tuna decreta, seu sententias inter-
„ ponant, de quibus omnibus ab
„ eisdem gestis, ac de tota serie rei
„ peractæ quilibet eorum intra qua-
„ tuor ad summum menses Apostoli-
„ cam Sedem certiorare teneatur:
„ ubi vero supradictæ Militiæ magnus
„ pro tempore Magister ad requisitas
„ Commendarum, Præceptoriarum,
„ seu Ecclesiarum, aut Capellarum
„ erectiones, earumque Militiæ præ-
„ dictæ incorporationes, & applica-
„ tiones, necnon juxta hujusmodi
„ Judicum à Nobis, ut præfertur,
„ delegatorum, ac deputatorum de-
„ creta, sive sententias ad Juriumpa-
„ tronatus, & præsentandi præservatio-
„ nes, seu etiam reservationes, & con-
„ cessiones devenerit, volumus, ut in-
„ fra quatuor menses, si Beneficia
„ hujusmodi citra montes constite-
„ rint, si vero ultra montes, infra
„ sex menses, a die, quo illæ factæ
„ fuerint, præmissorum omnium con-
„ firmatio a Sede Apostolica obtine-
„ ri debeat, quam quidem confirma-
„ tionem per literas Apostolicas in
„ forma Brevis, vel etiam per sim-
„ plex decretum Congregationis ve-
„ nerabilium Fratrum nostrorum San-
„ ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium
„ negotiis, & consultationibus Epi-
„ scoporum, & Regularium præposi-
„ torum, vel aliorum Concilii Tri-
„ dentini Apostolica auctoritate In-
„ terpretum expediri posse concedi-
„ mus, & indulgemus, utque ea de-
„ mum obtenta, sequutoque illorum,
„ qui Beneficia hujusmodi obtineant,
„ cessu, vel decessu tunc, & non
„ antea supradictæ Militiæ magnus
„ Magister ad Commendarum, seu
„ Præceptoriarum, Capellarum, &
„ Ecclesiarum hujusmodi collationes,
„ & provisiones, atque eorum, qui

„ a Pa-

„ a Patronis prędictis præsentati fue-
„ rint, in eisdem institutionis juxta
„ stabilimenta dictæ Militiæ vacat
„ devenire. Decernentes easdem pę
„ sentes, & in eis contenta hujus
„ modi de subreptionis, vel obrep
„ tionis, aut nullitatis vitio, seu in
„ tentionis nostræ, vel quocumque
„ alio defectu notari, impugnari, in
„ validari, in jus, vel controver
„ siam revocari, ad terminos juris
„ reduci, aut adversus eas quodcum.
„ que juris, facti, vel gratiæ reme
„ dium impetrari, aut concedi nul.
„ lo unquam tempore posse, nec sub
„ quibusvis similium, vel dissimilium
„ gratiarum revocationibus, limita
„ tionibus, modificationibus, suspen.
„ sionibus, aut aliis contrariis dispo
„ sitionibus etiam a Nobis, vel qui,
„ buscumque aliis Romanis Pontifi
„ cibus successoribus nostris pro
„ tempore emanatis comprehendi,
„ sed semper, & omnino ab illis ex.
„ cepta, & quoties illæ emanabunt,
„ toties in pristinum, & validissimum
„ statum restituta, reposita, & ple-
„ narie reintegrata, ac de novo e.
„ tiam sub quacumque posteriori
„ data per prædictum Carolum Ema.
„ nuelem, & pro tempore existen-
„ tem Ducem, & magnum Magi-
„ strum eligenda, concessa, validaque,
„ & efficacia fore, & esse, ac suos
„ plenarios, & integros effectus sor-
„ tiri, & perpetuo obtinere, sicque
„ per quoscumque Judices ordina-
„ rios, & Delegatos, & Causarum
„ Palatii Apostolici Auditores, ac
„ Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardina-
„ les, etiam de latere Legatos, Vi-
„ celegatos, dictęque Sedis Nuntios
„ in quavis Causa & instantia judi.
„ cari, & definiri debere, irritum-
„ que, & inane si secus super his
„ a quoquam quavis auctoritate sci-
„ enter, vel ignoranter contigerit
„ attentari, non obstantibus prædi.
„ cta ejusdem Pii Prædecessoris, aliis-
„ que Constitutionibus, & Ordina-
„ tionibus Apostolicis, necnon u-
„ triusque Militiæ prædictæ, etiam
„ juramento, confirmatione Aposto.
„ lica, vel quavis firmitate alia ro-
„ boratis, statutis & consuetudini-
„ bus, privilegiis quoque indultis,
„ & literis Apostolicis quibusvis, Con-
„ ventibus, Militibus, & personis
„ utriusque Militiæ hujusmodi sub
„ quibuscumque tenoribus, & for-
„ mis, ac cum quibusvis derogato-
„ riarum derogatoriis, aliisque effi-
„ cacioribus, & insolitis clausulis,
„ irritantibusque, & aliis decretis in
„ genere, vel in specie etiam irrita-
„ tis vicibus concessis, approbatis, &
„ innovatis, quibus omnibus, etiam-
„ si de illis, ac totis eorum tenori-
„ bus specialis, specifica, expressa,
„ & individua mentio habenda, aut
„ aliqua alia exquisita forma ad hoc
„ servanda foret, tenores hujusmodi,
„ ac si de verbo ad verbum insere-
„ rentur, præsentibus pro sufficien-
„ ter expressis habentes, illis alias
„ in suo robore permansuris hac vi-
„ ce dumtaxat ad præmissorum effe.
„ ctum specialiter, & expresse dero.
„ gamus, cæterisque contrariis qui.
„ buscumque. Nulli ergo omnino
„ hominum liceat paginam hanc no-
„ strarum confirmationis, innovatio-
„ nis, concessionis, ampliationis de-
„ rogationis, statuti, decreti, & vo-
„ luntatis infringere, vel ei ausu te-
„ merario contraire: si quis autem hoc
„ attentare pręsumpserit, indignatio-
„ nem Omnipotentis Dei, ac Beato-
„ rum Petri, & Pauli Apostolorum
„ ejus se noverit incursurum. Datum
„ Romę apud S. Mariam Majorem an-
„ no Incarnationis Dominicę millesimo

Desmares quoque magnus Magister deputaverat quendam Potier Sacerdotem hujus Ordinis Commendatorem de Lande Daron defunctum anno 1450. Constat etiam, quod alii Reges magnum tradiderunt Magisterium, Carolus quippe Septimus contulit Petro Ruana 1445., & Ludovicus XI. Joanni Cornuto 1481., de prædictis enim testatur *d. Pater Fontana à pag. 276. & seq. Hermant in Historia Ordin. Milit. tom. 1 cap 1. pag. 12., & 13. juxta impress. Rothomagen. Typis Jo. Baptistæ Besogne 1726. d. Justinianus* ut supra.

Sicut, quod Generalia Comitia fuerint in dicto loco *Boigni*, ad quę Equites & Commendatores accesserunt ex omnibus Europæ Regnis, Angliæ, Siciliæ, Scotiæ, Hungariæ, Sabaudiæ, & aliorum, scribit quoque *d. Justin. d. cap. 4. pag. 58. d. Pater Mendo de Ordinib. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 15. n. 38. Bonannus d. Catalogo Ordin. Militar. n. 65. d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. n. 61.*

Verum, quanta est humanarum rerum
31. inconstantia, quot sunt temporum, locorum, fortunæque vicissitudines! Ab his Ordo hic exagitatus adeo fuit, ut pene ad internecionem redactus fuerit aliquando; meritoque conqueruntur Scribentes, quos inter *d. Andreas Guarini* in Libello - *Origine, e fondatione di tutte le Religioni, e Militie de' Cavalieri pag. 10. juxta impressionem Vicentia Typis Dominici Amadio 1614. Petra ad Constit. 1. Alexan. IV. n. 6. tom. 3. d. P. Fontana pag. 277.*

Cum enim pluribus, diversisque Natio-
32. nibus constaret Ordo, hinc etiam ingeniorum concurrebat diversitas, qua stante confusio irrepserat tam quoad bonorum curam, quam quoad regimen, & pene cuncta in preceps ruebant. Perdurasse autem Ordinem in d. loco di *Boigni* constat usque ad annum 1558. ut scribit *d. Laurentius Vigilius de Nicollis n. 62.*

Unde cum Ordo hic Dignitate jam di-
33. minutus remanserit, fa. mem. Innocentius VIII. anno 1490. illum univit Ordini S. Joannis Hierosolymitani, ne in præceps rueret, ut ita cum Rhodianis confunderetur; ex quo factum est, ut ejus memoria apud Gallos Italosque paulatim in obscuris fuerit, de qua unione meminit Bulla Pii IV. edita anno 1560, quæ incipit *Circumspecta in Bullar. tom. 2. inter editas a d. Summo Pontifice la 10.* & impressa etiam post *Statutum S. Ioannis Hierosolymitani*: *P. Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 15. n. 38. Justinianus d. pag. 58. Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolicas tom. 2. ad Constit. 2. Anastasii IV. Sect. 1. n. 10., ubi alios allegat, & tom. 3 ad Constit. 1. Alex. IV. n. 7. Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 65. d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 253. d. Laurent. Vigilius de Nicollis n. 61., & seq. d. Pater Fontana pag. 277.*

Nihilominus in Gallia perduravit usus magnorum Magistrorum cum jurisdictionis exercitio, ut legere est apud *d. Patrem Fontanam pag. 277.* qui refert in Senatu, vulgo *Parlamento*, pariter decisum fuisse anno 1547. favore magni Magistri Ordinis Sancti Lazari, cui data fuit manutentio in possessione conferendi omnes Commendas sui Ordinis Sancti Lazari, exclusis Equitibus Melitensibus.

Iterum autem actum fuit cum d Janot-
34. to Castiglioneo de ineunda nova unione cum Religione Melitensi, & pro hujusmodi unione perficienda, proposita fuerunt quædam Capitula, quæ

quę per extensum refert *d. Justinianus d. cap. 4. à pag 59.* ubi enumerantur Beneficia Leprosariæ, & Commendæ Ordinis Sancti Lazari.

Sed res infecta mansit; unde tandem
35. vel mediante Renunciatione peracta à d. Janotto, ut scribunt *d. Guarini pag. 10. Justinianus pag. 60., & 63.* ubi ponit renunciationem Janotti de anno 1575.

Vel accedente morte ejusdem Janotti
36. Vercellis secuta anno 1572. *d. Collector Histoire des Ordres Militaires tom. 4. § 96. pag. 155. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *d. Pater Fontana pag.* 280. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. n. 62.*

Gregorius XIII. sequenti anno 1575. magnum Magisterium istius Ordinis Sancti Lazari, ut infra dicemus, contulit Emmanueli Philiberto Sabaudiæ Duci, univitque Ordini Sancti Mauritii: *d Justinianus d. pag 60. d. Collector Gallus d. tom.* 4. ubi supra: *d. Laurentius Vigilius de Nicollis n. 62. & seq.*

Ex prędictis duobus Militaribus Ordinibus componitur Ordo sub deno-
37. minatione Sanctorum Mauritii, & Lazari, vigore Gregorianę Constitutionis; ut enim præmisimus, Gregorius XIII. anno 1572., vel 75. peculiari sua Constitutione, inter suas *la 7. in Bullario Romano tom. 2.* Militiam Sancti Lazari cum illius Magisterio, ac cum omnibus, & quibuscumque Prioratibus, Præceptoriis, Hospitalibus, Beneficiis, eorumque Membris, Grangiis, Castris, Villis, Domibus, Bonisque, Juribus, & Actionibus, nec non Ecclesiis, Capellis, Terminis, & pertinentiis quibuscumque perpetuo univit, annexit, & incorporavit Militiæ Sancti Mauritii, ab ipso Summo Pontifice Gregorio XIII. eodem anno erectæ, ut supra diximus; decrevitque, quod imposterum nuncuparetur Militia Sanctorum Mauritii, & Lazari. Et quemadmodum Militiæ Sancti Mauritii Emmanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, ejusque Successores magnos pro tempore Magistros constituit; ita etiam, attenta hac unione Militiæ Sancti Lazari cum dicta Militia Sancti Mauritii, eundem Emanuelem Philibertum Ducem Sabaudię, ejusque Successores Duces Sabaudiæ, Militiæ Sanctorum Mauritii, & Lazari magnos Magistros instituit, de qua Gregoriana Bulla loquuntur *d. Justinianus d. par. pr. cap. 4. pag. 60. Lezana in sum. quæst. Regular. tom. 2. cap. 5. n. 57. Eminentissimus Card. Petra ad Constitut. Apostolicas tom. 3. ad Constit. 1. Alex. IV. n. 9. d. Iustinianus pag. 60.*

Sic etiam insignia sunt comprehensiva
38. utriusque Ordinis, Sancti Mauritii videlicet, & Sancti Lazari: Tessera enim est Crux alba cuspidibus in flores desinentibus, & ut dicitur, trifogliata, quę Crux alba Ordinis S. Mauritii extensa est super Crucem magis latam Ordinis Sancti Lazari coloris viridis trifogliatæ similis formæ parvo limbo circumquaque ornata, itaut intra hanc viridem, alba illa Crux contineatur, extensis Crucis hujus ramis super ramos alterius Crucis viridis, ac tradunt *d. Guarini pag. 10. Soranzo pag. 72. Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. Eminentissimus Petra* ubi supra *n. 9 ad Constit. 1. Alexandr. IV. tom. 3 P. Bonannus in Catalogo Ord. Equestr. n.78. d. Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albę in Regno Poloniæ in suo Corollario omnium Ordinum in verbo Sancti Lazari, & Mauritii pag. 293., & seq.*

Forma

Forma d. Crucis habetur apud *d. Justinianum pag. 60., & seq. Bonannum d. n. 78. Collect. Gallum* infra allegandum *Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 4. §. 95. pag. 155. Justinianus pag 60., & seqq.* ubi d duplicis Crucis insimul unitę ponit diversas formas.

Cumque hic Ordo, ut infra dicemus, con
39. stet tribus Classibus, Militum nempe, Sacerdotum Nobilium Capellanorum tum Conventualium, tum officii, ac Servientium Armorum, Crux quoque diversimode d fertur; nam Milites, & Sacerdotes Nobiles gestant ante pectus auream Crucem cum encausto albo: Clerici vero deferunt Crucem laneam albam Pallio assutam, executioni mandando quod jusserat anno 1619 gloriosæ memoriæ Dux Carolus Emanuel, & pręscripsit Ducissa Christina Vidua Ducis Victorii Amedei, & Tutrix filii Caroli Emmanuelis II., sicut testatur *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. §. 95. pag. 155. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

Antiquitus tamen Crux erat diversa,
40. quia in d. Cruce Sancti Lazari superposita erat Crux minor alba Sancti Mauritii, emergens ex quatuor brachiis Crucis prædictæ Sancti Lazari, juxta figuram, quam refert *d. Guarinus pag. 10., & Iustinianus pag. 60.* ubi advertit, sic exponi in Volumine Gallico Parisiis impresso anno 1671. continente omnes Ordines Militares, in quo tamen Volumine bene notat, quod erronee asseritur, duos Ordines sub titulo Sancti Lazari fuisse institutos, & unum ex his à Dionysio VI. Lusitaniæ Rege, quod sane nullo modo in facto subsistit; cum revera unus solum Dionysius nomine in Nomenclatura Regum Portugalliæ numeretur: prædictus quidem Dionysius, qui in numero Regum Portugalliæ est sextus, non alium Equestrem Ordinem instituit, nisi Ordinem JESU CHRISTI, quem admodum recte advertit *d. Iustinianus eadem pag. 60.*

Alii tandem scriptores hoc modo Cru-
41. cem describunt, quod Crux viridis Sancti Lazari sit Crux principalis, & Crux alba Sancti Mauritii extendatur in Ramis dictæ Crucis Sancti Lazari, ita tamen ut ab ejusdem angulis minime extendatur, & prætergrediatur, juxta formam, quam exhibet *d. Iustinianus pag 61.*, & tradit etiam *d. Andreas Guarini pag.* 10. quod anno 1599. Sabaudiæ Dux mutavit formam Crucis in Crucem albam habentem quatuor Crucis Brachia, ut dicitur *Pomata*, & ibidem exhibet figuram.

Habet quoque idem Ordo Vexillum,
42. in quo ex una parte adest Crux Ordinis, ex altera Crux alba in campo rubeo, quæ est pars stemmatis Regiæ Domus Sabaudiæ, & Vexillum habetur penes *d. Iustinianum d. pag. 61. & seq.*

Figura Equitis dicta Cruce, & Toga
43. induti habetur apud *Patrem Bonannum d Catalogo Ordin. Equestr. d. n. 78. d. Collectorem Gallum d. tom. 4. pag. 153., & Iustinianum pag. 61.*

Vivunt hujusmodi Milites sub Regula
44. Sancti Benedicti, prout Cistercienses vivunt, sub qua prius vivebat Ordo Sancti Mauritii, ut supra diximus, & notat *d. Eminentissimus Petra ad Constit. 1. Alexan. IV. n. 9. tom. 3. Pater Aloysius Torellus de Bononia Secoli Agostiniani tom. 1. sub anno 389 §. Segue il Catalogo degli Ordini Militari pag. 269 juxta impress. Bononiæ Typis Jo. Baptistę Vaglierini* 1659. ubi reprobat *Penottum asserentem*

tem fuisse sub Regula Sancti Augustini.

Vovent Milites Sancti Mauritii, & Lazari solum duo Vota, Castitatis scili-
45. cet, & Obedientiæ: *Lezana in sum. Quæst. Regular. tom. 2. cap. 5. n. 1. & n. 57.*

Votum vero est Castitatis Coniugalis,
46. & quidem cum Virgine, & semel, & non alio modo: *Justinianus d. pag. 61. d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 155.*

Quoad dicta Vota, vide peculiares Discursus nostros *de Voto Castitatis, & de Voto Obedientiæ* in sequenti Volumine registratos.

Profitentur Charitatem, & Hospitalita-
47. tem erga Leprosos, aliaque Opera Religiosa: *d. Justinianus d. pag. 61.*

Hinc Equites hujusmodi Sanctorum
48. Mauritii, & Lazari, non sunt verè Regulares, quia tria substantialia Vota non emittunt: *d. cl. me. Eminent. Petra d. tom. 3. ad Constit. 1. Alex. Quarti n. 10.*

Ideoque non subiacent dispositioni Sa-
49. cri Concilii Tridentini de non emittenda Professione, Anno Novitiatus non expleto: *d. Eminen Petra d. tom. 3. ad d. Constit. primam Alex. Quarti n. 11.*

Cum autem habeant qualitatem Eccle-
50. siasticam, gaudent exemptione à foro laicali: *d. Petra d. n. 12.*

Et capaces sunt Beneficiorum Secula-
51. rium, ut allegata Resolutione Sacræ Congregat. Concilii *in Taurinen. 11. Junii* 1650. *Petra* prædictus *n. 13.* & facit *d. Justinianus pag. 62.*

Nec in hoc indigent Dispensatione A-
52. postolica: subdit tamen *d. Petra* ibidem, quod ex stilo Datariæ requiritur Dispensatio, cum solvatur componenda.

Et tandem *d. Petra n. 14.* sequendo
53. *Rotam cor. Merlino Dec. 845.* firmat, quod magnus Magister Militiæ Sancti Mauritii, & Lazari, non potest concedere expectativas quoad Commendas ejusdem Ordinis, cum per Constitutionem Sancti Pii Quinti incipientem *Sacrosanctum*, talis facul-
54. tas revocata sit quoad omnes Magistros hujusmodi Militiarum. Clemens VIII. anno 1596. Indultum tribuit, ut Equites hujus Ordinis possent possidere Beneficia, & Pensiones super iisdem Beneficiis usque ad summam Ducatorum 400. *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 155.*

Verum hujus Militaris Ordinis Sancti
55. Lazari diversimode res se habuit in Gallia: nam eodem tempore quo Sancti Lazari Ordo unitus fuit Ordini Rhodiensi, ut præmisimus, Ademarus Castius Vir virtutibus clarissimus, quamvis esset Eques Rhodiensis, ipsam Militiam Sancti Lazari restaurare fategit, postque illius mortem Philibertus Nerestanus demortui locum accipiens, independenter à Rhodiensi, seu Melitensi Ordine gubernavit, & Romam profectus obtinuit à Paulo V. quod in Gallia Equites Sancti Lazari in posterum Equites Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo nuncuparentur; quo factum est, ut Ordo Sancti Lazari unitus Ordini Sancti Mauritii fuerit bipartitus, in Mauritianum in Sabaudia, & Mauritianum, & Carmelitanum in Gallia, quemadmodum exponimus hic, & infra agendo super Ordinem *Sancti Lazari, & Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Sect. IV. n. 3.*

Et ratione hujusmodi unionis, idem Em-
56. manuel Philibertus Dux, & magnus Magister, insigni Regiæ Sabaudiæ Domus pietate, se, ejusque Successores obstrinxit, suis expensis manutenere duas Triremes dictis Militibus instructas, pro Romani Pontificis, ac Sanctæ

ctæ Sedis Apostolicæ defensione contra Hæreticos, Infideles, & Piratas, & quoscumque alios ejus Hostes, quemadmodum exprimitur in dicta Gregoriana *Bulla la 7. §. id vero, & §. Volentes*, & in Bulla sanæ me; Clementis VIII. inter suas *la* 102 §. 18. *Volumus autem in Bullar. Tom.* 3. de quibus loquitur *Io. Soranzo L' Idea del Cavaliere pag* 72. *d. Iustinianus pag.* 61. *d. Emus Petra Tom* 3. *ad Const.* 1. *Alex. IV. n.* 8.

Unionem prædictam confirmavit d Cle-
57. mens VIII. in allegata Constitutione *la* 102. §. 12. *d Anno* 1603. *in Bullar d. Tom.* 3. *d. Petra d. n.* 8.

Vigore itaque præmissæ Unionis nuncu
58 patur Militia Sanctorum Mauritii, & Lazari, Equitesque vocantur Sanctorum Mauritii, & Lazari. Sub Regula Sancti Benedicti militant, ut vivunt Cistercenses, sub qua Regula erat præfatus Ordo Sancti Mauritii, manentque sub unico magno Magistro, Sabaudiæ scilicet Duce, & notant *d Justinianus d. pag* 60. *d. Guarini d. pag.* 10. *Collector Gallus d. Tom.* 4. §. 96. pag. 155.

DISCURSUS CLXI.

SECTIO III.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM

1. *ORdo Sanctorum Mauritii, & Lazari tribus constat Gradibus, primo Equitum Militum Nobilium, & Sacerdotum pariter Nobilium, secundo Capellanorum, tertio Equitum Servientium, & omnium qualitates enumerantur*, & n. 2. 3. 4. 5., & 6.
4. *Equites proprie, qui sint.*
7. *In Militis Gradu, vel Sacerdotis Nobilis admittendus, quæ probare teneatur*, & n. 8 9. 10., & 14.
11. *Arbor Genealogica explicatur quoad Proavias*, & n. 12., & 13.
15. *Ex Equitibus Sacerdotibus Nobilibus eligitur Prior, & Subprior Ecclesiæ.*
16. *Capellani Conventuales, licet non teneantur probare Nobilitatem, tenentur tamen probare Honestatem Natalium.*
17. *Capellani Obedientiæ tenentur honestatem Natalium probare.*
18. *Processus compilatus coram Commissariis debet sigillatus transmitti ad manus primi Secretarii magni Magistri: & deinde facta recognitione, expediuntur literæ ad tradendum Habitum.*
19. *Præscribuntur Cæremoniæ servandæ.*
20. *Apponitur series magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CLXI.

SECTIO III.

IN precedentibus duabus Sectionibus comprobavimus unionem Ordinis Sancti Mauritii cum Ordine Sancti Lazari auctoritate Summi Pontificis Gregorii XIII. initam; nunc in tertia hac Sectione loquimur de Ordine Sancti Mauritii, & Lazari insimul unito.

Quatenus ergo spectat ad Militarem
1. Ordinem Sanctorum Mauritii, & Lazari in Sabaudia, liquet illum constare tribus Personarum gradibus, primo Equitum Militum, qui proprie Equites vocantur, & Sacerdotum Nobilium, qui Probationes Nobilitatis eo modo quo Milites, conficiunt,

ex

ex quibus eligitur Prior, & Vice Re-
ctor Ecclesiæ. Secundo Capellanorum,
2. qui non conficiunt Probationes No-
bilitatis, illique subdividuntur in Ca-
pellanos Conventuales, & Capellanos
Obedientiæ addictos servitiis Priora-
tuum, Commendarum, & Ecclesia-
3. rum extra Conventum. Tertio E-
quitum Servientium Armorum, &
Officii, qui sicut & Capellani im-
proprie vocantur Equites (cum pro-
prie Equites sint illi solummodo, qui
4. Militarem Equestremque Cingulum
receperunt, & Ense accincti, ac cal-
caribus ornati fuere) debent tamen
esse nati ex honestis Familiis, & ex
legitimo Matrimonio, non descenden-
5. tes ab Infidelibus, & Hereticis, ut
infra dicetur: & tandem adsunt Do-
nati Conversi actualiter servientes
6. Ecclesiæ, Hospitali, & Infirmeriæ, &
Confratres in eorum Domibus per-
manentes, qui debent esse ex ho-
nesta Gente, & nati ex legitimo Ma-
trimonio, ut videre est in *Statuto
Ordinis tit. 2. cap. 1. 2., & 3.* quod
est in *calce Discursus sub litt. A.*

Porro, ut quis admittatur ad Habitum
7. in Gradu Militis, debet probare se
natum ex legitimo Matrimonio ex
Patre, Matre, Avo, & Avis Pa-
ternis, & Maternis, ita ut omnia
supradicta quatuor latera nobiliter
sint orta: ille autem à quo incipit
Nobilitas, latus non facit.

Præterea requiritur, quod semper vixe-
8. rint nobiliter sine exercitio artis
mechanicæ, aut exercitio præjudiciali
Nobilitati.

Non sit Bigamus, quodque originem
9. non trahat à Judæis, Maranis, Infi-
delibus, aut Hereticis. Non sit cri-
minosus læsæ Majestatis Divinæ, &
humanæ. Non accusatus, aut con-
victus de atroci delicto, non infamia
maculatus, non homicida: quod sit
sanus mente, & corpore: non sit
minor annorum 17. quodque non
se obligaverit alteri Religioni, non
sit debitis gravatus, ut loquitur *Sta-
tutum d. cap. 4.*

Nunc exponentes praxin servandam in
10. admissione ad Habitum hujus Eque-
stris Militaris Religionis Sanctorum
Mauritii, & Lazari, juxta dispositio-
nem recensiti Statuti, dicimus, quod
prætendens admitti in Gradu Militis,
vel Sacerdotis Nobilis, debet ante
omnia obtinere à Regia Majestate
magni Magistri gratiosum rescriptum
pro constructione Processus super sin-
gulis qualitatibus, ac Nobilitate à
Statuto injunctis; requiritur enim
præcise, quod Prætendens sit natus
ex legitimo Matrimonio ex Patre,
Matre, Avis, & Aviis Paternis, &
Maternis, & sic ex quatuor lateribus
natis nobiliter, itaut ille, à quo incipit
nobilitas, latus, & ut dicitur *Quarto*
non constituat, & ulterius semper
vixerint nobiliter, & artem non ex-
ercuerint, ac mercaturam, aut exer-
citium præjudiciale Nobilitati; quod
Prætendens non sit Bigamus, quodque
ejus Ascendentes originem non tra-
xerint à Judæis, Maranis, Infidelibus,
neque Hæreticis, quod non sit crimi-
nosus læsæ Majestatis Divinæ, aut
humanæ, non culpatus, aut con-
victus de atroci crimine, neque a-
lia notatus infamia, nec homicida:
quod sit sanæ mentis, & corporis,
non sit minor annorum septemdecim,
quodque ejus Persona, non sit obliga-
ta alteri Religioni; quod non sit ære
alieno gravatus. Tenetur demum
exhibere Stemmata Familiarum distin-
cte dictorum quatuor laterum Patris,
& Matris, Avorum, & Aviarum,
quemadmodum videre est in *Statuto
Ordinis tit. 2. cap. 2., & 4.* relato in
calce hujus Discursus *litt. A.*

Genea-

Genealogica itaque Arbor formanda est
11. ea methodo, quæ datur in calce *lit. B.* Circa quam Arborem pro rei dilucidatione notandum, quod licet in ea apponantur etiam Proaviæ, non tamen sequitur, eas constituere nova latera, hoc est *Quarti*, ita ut latera comprobanda cum Nobilitate sint octo, cum revera quatuor tantum sint latera, quorum Nobilitas probari debet, scilicet, ut diximus, Patris, Matris, Avi, & Aviæ ex lateribus Patris, & Matris; Statutum quippe ita litteraliter loquitur in allegato *cap. 2. &* 4 nominat solummodo Nobilitatem - *Di Padre, Madre, Avi, & Avie Paterni, e Materni, sicchè tutti li suddetti quattro Quarti siino nati nobilmente, e quello in cui fosse cominciata la Nobiltà, non faccia Quarto.* Proaviæ ergo apponuntur ad comprobandam radicatam Nobilitatem Proavorum, & hoc explicatur in Folio Instructionis Typis impresso Taurini anno 1714., quod pariter exhibemus in calce signato *lit. C.* sub *n.* 3. ubi sic dicitur - *Doveranno esser descritti il Postulante, suoi Padre, e Madre, Avi, & Avie, Bisavi, e Bisavie tanto Paterni, che Materni, che devono fondare la Descendenza, e Nobiltà del medesimo.* Hinc Stemmatum earundem Proaviarum appositio non injungitur, sed solum Stemmatum quatuor Proavorum, ibi - *Le Arme delle Famiglie delli quattro Bisavi primo, e secondo, si Paterni, che Materni, dipinti con li loro ornamenti, e colori, ut in d. Folio n.* 3. Itidem in eodem *Folio sub n.* 7. injungitur constructio Probationum solum super quatuor lateribus, ibi - *Si transferiranno sovra il luogo dell' origine del Postulante, e de' Quarti delli quattro Bisavi*: Tandem *sub. n.* 14. iterum explicatur, quod solum attenditur origo quatuor Laterum Proavorum pro Nobilitate, ibi - *Dovendo la Nobiltà del Petente prender la sua origine dalli quattro Bisavi suddetti &c.*

Prædictaque omnia consonant cum altero
12. folio Nobis ex Curia Taurinensi transmisso, quod similiter adnectimus in fine Discursus signatum *lit. D.* in quo exponitur, nequaquam esse necessariam probationem Nobilitatis in Proaviis.

Novissime ex Taurini Aula recepimus
13. integram explanationem, atque instructionem super intelligentia Statutariæ dispositionis, quæ in claris ponitur, eaque descripta est in folio, quod damus in calce *lit. E.*

Sic petens admitti in gradu Sacerdotis
14. Nobilis tenetur probationes Nobilitatis conficere eo modo, quo conficiunt Milites, ut loquitur *Statutum d. tit. 2. cap. 2.*

Ex dictis Equitibus Sacerdotibus Nobi-
15. libus eligitur Prior, & Subprior Ecclesiæ: *d. Statutum d. cap. 2.*

Admitti petens in gradu Capellanorum
16. Conventualium, licet non teneatur facere probationes Nobilitatis, tenetur tamen probare se natum ex honesta Familia, ex legitimo Matrimonio, vitæ, & morum exemplarium & bonorum, bonæ doctrinæ, non accusatum de gravibus delictis, turpibusque vitiis, nec infamia maculatum, nec descendentem ab Infidelibus, aut Hæreticis: *d. Statutum d. cap. 2.* dictasque probationes conficere tenetur legitime coram Priore, aut VicePriore Ecclesiæ una cum probatione eorum Ordinationis ad sacros Ordines, ut in *d. Statuto d. cap* 2.

In gradu vero Capellanorum Obedientiæ, qui scilicet sunt addicti ser-
17. vitiis Prioratuum, Commendarum, & Ecclesiarum extra Conventum, debent similiter probare natos esse ex

gente honesta, & ut dicitur *fuori della feccia della Plebe*, & ex legitimo matrimonio, vita, & moribus exemplares, delictis gravibus, turpibusque vitiis non culpatos, neque infamia maculatos, non esse descendentes ab Infidelibus, aut Hæreticis.

Suprad ctasque probationes, antequam ad Habitum admittantur, legitime probare tenentur coram Priore, aut Subpriore Ecclesiæ, ac insimul eorum Ordinationes ad sacros Ordines, ut disponitur *in d. Statuto cap.* 2.

Tandem quoad Equites Servientes Armorum, & Officii admissionem in Ordinem petentes, probare debent se natos ex Familia honorata, quod non exercuerint artem vilem, & reprobatam inter Gentes honestas, quod ab Infidelibus, vel Hæreticis non descendant, nati sint ex legitimo Matrimonio, quod Professionem in alia Religione non emiserint, quod non sint diffamati turpi vitio, neque maculati gravi delicto, nec sint ære alieno gravati, non homicidæ, aut consimilis infamis Gentis.

Sic pariter Donati Conversi actualiter Ecclesiæ, & Hospitali servientes, ac Confratres in eorum Domibus commorantes, de bonis Religionis in spiritualibus gaudentes, probare debent esse natos ex legitimo Matrimonio ex Gente honesta, quod non descendant ab Infidelibus, & Hæreticis, ut in *d. Statuto tit.* 2. *cap.* 3.

Compilato per Commissarios Processu
18. Probationum super Nobilitate, cæterisque qualitatibus requisitis à Statuto Ordinis, quæ superius recensuimus, illisque Sigillo munitis, & transmissis ad manus primi Secretarii magni Magistri, postquam illæ fuerint recognitę, expeditur Regia Commissio ad tradendum Candidato habitum Ordinis cum illis Cæremoniis, quæ præscribuntur: adest quidem Libellus exponens Cæremoniale servandum in traditione habitus Equitibus Militibus, & Sacerdotibus Sacræ Religio-
19. nis Sanctorum Mauritii, & Lazari impressus *Taurini Typis Francisci Ferrofini anno* 1646. in quarto.

Sed magis recentes Cæremoniæ integre exponuntur in novo Cæremoniali impresso *Taurini* 1717. *Typis Francisci Mairesse, et Ioannis Radix*.

Emissa Professione fiunt capaces Eques aliique Admissi consequendi Commendas Ordinis, quæ plures sunt, postquam expleverint quæ requiruntur à Statuto, de quibus in calce sub *lit. E.*

Notandum, quod cum Regiæ Commissiones ad formandum Processum Probationum diriguntur ad aliquem Episcopum, tunc Rex magnus Magister Processus constructionem committit Episcopo, & ejus Vicario Generali, qui insimul in Causa procedunt. Sic actum fuit in Commissione directa Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Guidoni ex Comitibus Ursellis Patricio Forolivienfi, & Cęsenæ Episcopo: confectus enim fuit Processus insimul pro Nobili Viro Domino Constantino Antonio Felicis Guidi Marchione Montis Veteris, & Sambucheti Patricio Cęsenatensi, cui subinde idem Illustrissimus Dominus Episcopus, Regio nomine Equestrem contulit Gradum.

Similique modo, cum Regiæ Majestati ejusdem Sardinię Regis magnique Magistri, Nobis constructionem probationum committere placuerit pro duobus Viris Patriciis hujus Civitatis, primo nempe pro Nobili Viro Domino Comite Simone Francisco Merlino, secundo pro Nobili Viro Domino Comite Francisco Maria Sassi, utriusque Processus commissio directa fuit Nobis, & Vicario nostro Gene-

Generali, Domino Abbati Dominico Antonio Cabalino Patricio Bitunio rienſi, ut videre eſt in Regia Commiſſione infra ſub lit. G.

Nos, ſtatutorum ad unguem ſervata forma, Probationes plene recepimus, ut liquet ex Actis in noſtra Epiſcopali Cancelleria exiſtentibus, iiſdemque Actis ad Tribunal Sacræ Religionis in Civitate Taurini tranſmiſſis mediante Epiſtola à Nobis, & Vicario noſtro ſubſcripta, plene Acta fuerunt laudata, & ſucceſſive, vigore Litterarum ſpecialium ejuſdem Regiæ Majeſtatis Sardiniæ Regis, fuit à Nobis traditus Equeſter Habitus, & armatus Eques ſub die 28. Octobris anno 1750. in Eccleſia Monialium Sanctæ Claræ hujus Civitatis, Nobilis Dominus Comes Simon Franciſcus Merlini, & die quintadecima Maii anno 1752. Nobilis Dominus Comes Franciſcus Maria Saſſi in Eccleſia Monialium S. Dominici hujus pariter Civitatis Forolivii, & Functione peracta, adhuc in d. Eccleſia S. Claræ permanentes, ex Epiſcopali Sede, publice toto audiente Populo, Allocutionem habuimus dicta die 28. Octobris 1750. ad d. Dominum Comitem Simonem Franciſcum ſequenti modo.

Allocuzione di Monſig. Veſcovo pronunciata dal medeſimo nella Chieſa delle RR. Monache di S. Chiara immediatamente dopo aver dato l' Abito Cavallereſco al Nobile Signor Conte Simon Franceſco Merlini nel dì 28. Ottobre 1750. ben degno Nipote ex germano Fratre di Monſig. Illuſtriſs. Lodovico Merlini Nuncio Apoſtolico alla Sagra Maeſtà del Re di Sardegna.

„ Compita è già, come vedete, la „ Reale Delegazione: paſſo ora „ a fare a Voi Signor Cavaliere un „ particolare rallegramento, e pieno „ felicissimo annunzio per la ſplendida onoranza da Voi riportata „ in queſto Tempio, in queſta „ giornata, in cui Santa Chieſa celebra la ſolennità del glorioſo A- „ poſtolo, del quale portate il „ Nome.

I. NEl Capitolo Generale tenuto a Boigny nel 1578 a' 20. Maggio giorno di Pentecoste, dal Gran Maestro Salviati, e Presidente, fu conchiuso, secondo le Bolle di Papa Pio V., e l'antico uso di cotesta Militar Religione. Primieramente, che nessun Cavaliere dovesse entrare nel Capitolo, o Conseglio dell' Ordine, che non avesse prestato su li Santi Evangelj giuramento di fedeltà alla Religione, e giurato di non rivelarne li segreti, dove fu stabilita la formola di tal giuramento, che è la seguente: *Je promets à Dieu, & à l'Illustrissime Monseigneur le Grand Maistre, que je luy seray fidel, & que je ne reveleray jamais chose, qui soit traitée au Chapitre & Assemblée de cet Ordre, si ce n'est du consentement, & permission de Monseigneur le Grand Maistre; ainsi Dieu me soit en ayde.* Secondo, che li Fratelli di cotesta Milizia, e Religione dovessero essere divisi in tre gradi; cioè in Cavalieri, Sacerdoti, e Servienti: che li Sacerdoti, e Servienti fossero parimenti divisi in due gradi; cioè in quelli, che sono Conventuali, ed in altri detti Sacerdoti di Obedienza, ed Osservanza: ed in quanto a' Serventi, in alcuni detti Serventi d' Armi, li quali sono del corpo di dett' Ordine, ed in altri, che sono Officiali, e Ministri di Corte. Terzo, che li Cavalieri riceveranno l' onore, e grado Cavalleresco a tenore de' Statuti, e costumanze dell' Ordine. Quarto per li Preti, e Fratelli Serventi, basta che sieno ammessi alla loro rispettiva Professione, secondo il grado nel quale si trovano, e conferirli l' Ordine col giuramento di ciò, che devono osservare. Quinto, che alcuno non sarà ricevuto, che non sia capace di servire la Religione, sano di corpo, e di mente, nato di buona Famiglia, e non discendente da persone vili, ne da Giudei, Birri, Saraceni, o Maomettani, e sopra tutto, che non si debba ricevere alcuno, che abbia comesso omicidio che merita il patibolo, ancorche fosse graziato, e fossero sodisfatte le parti. Sesto, che pel grado di Cavalleria in particolare, alcuno non sia ricevuto, che non sia nato di legitimo Matrimonio, e che non abbia provati li quattro quarti, e generazioni di Nobiltà; cioè di Padre, e Madre, Avo, e Bisavo, supposto che non sia graziato dal Gran Maestro per ricompensare

re qualche benefattore, o qualchuno, che avesse reso qualche gran servigio alla Religione, o che per il proprio valore combattendo per la Fede avesse fatta qualche azione, che lo meritasse, o per la quale se ne fosse reso degno, che sia avanzato all' età di 18. anni, che sii capace di fare il servigio nell'arte Militare, ed in altri affari dell'Ordine, quali li verranno commessi: ciò non ostante è permesso al Gran Maestro di sceglierfi, e ricevere per suo servizio quattro Paggi tali quali li piaceranno, che abbiano almeno tredici, o quatordici anni, quali saranno esenti da ogni altro servigio fino all' età di vent'anni. Settimo, che quelli, che devono essere ricevuti paghino al loro ingresso, ed avanti di essere ricevuti Cavalieri 100. scudi d'oro al Ricevitore solamente istituito per quest' affare; li Preti, e Frati Serventi, 50., de' quali li sarà fatta quietanza dal Ricevitore, e la medesima li servirà di *Nota* per il tempo, e giorno della loro accettazione. Ottavo, fu finalmente stabilita la forma, e maniera di ricever li Cavalieri secondo l'antico costume, e per tal fine fu formato un Formolario per essere osservato in avvenire, quale è contenuto nel seguente Capitolo - *Ancien regifter comancean la dit annè* 1587.

II. Il martedì della Pentecoste dell' anno 1581. fu dichiarato nel Capitolo Generale tenuto à Bojgny. Primo, che le Commende di quest' Ordine non sieno Benefizj, e che li Cavalieri, che le possederanno non saranno obligati di pagare che le risposte al Gran Maestro; che avanti la loro morte il Gran Maestro non potrà pretendere alcuna cosa del loro spoglio, beni, o acquisti, ma solamente prenderà il *Mortuorum*, ch' è l' entrata dell'anno della loro morte, ed un' altro dell'entrata per la vacanza della Commenda per la medesima morte. Secondo, che li Beni dell' Illustriss. G. Maestro, e Cavalieri apparteranno e resteranno a loro Eredi, restando al Gran Maestro, e Cavalieri la facoltà di testare a loro beneplacito, secondo la Bolla del Sommo Pontefice Pio V. salvo però le loro Commende, e miglioramenti fatti alle medesime, quali resteranno in profitto dell' Ordine. *Ancien Regifter comanceant l' annè* 1578.

III. Nel Capitolo celebrato nel martedì di Pentecoste giorno 31. di Maggio dell' anno 1583. Primo fu stabilito, che nessun Cavaliere, Frate, o Servente potesse esercitare alcun stato, che derogasse alla Milizia, e Religione, sotto pena di essere degradato, e discacciato, ne di arrolarsi al servigio di alcun Forastiere senza il beneplacito dell' Illustrissimo Gran Maestro. Secondo, che tutte le spedizioni saranno sottoscritte dal Gran Maestro, e sigillate col sigillo dell' Ordine, e contrafirmate per il Notaro, e le conclusioni particolari, e capitolari saranno sottoscritte dal Gran Maestro, e da più Anziani del Capitolo a nome di tutti gli altri, e contrafirmate per mano di Notaro: *Ancien Regifter comanceant l' annè* 1578.

IV. Nel Capitolo Generale celebrato in S. Lazaro di Parigi li 26. Agosto 1610. fu ordinato. Primo, che in avvenire sarà celebrato un solenne Anniversario tutti gli anni il dì 14. di Maggio per il riposo dell'anima di Enrico il Grande Re di Francia, uno de' principali Fondatori di questa Milizia, e Religione, e che tutti li Cavalieri, che si ritroveranno in Parigi saranno obbligati di assistervi.

Secondo, che si farà un estratto delle Bolle dell'Istituzione di quest' Ordine e degli antichi Registri, da' quali si formerà un corpo di Statuti, per darli a' Cavalieri, e ad ogn'altro, che desideri vederli. Terzo, che se succederanno dissidj, o processi tra Cavalieri, e Fratelli, li primi a' quali saranno noti saranno obligati di avvisarne il G. Maestro, ed in sua assenza li più Anziani, acciò v'apportino li più convenienti rimedj, ed intanto da parte dell'Ordine commandarli giustizia, e difenderli qualsiasi procedura. Quarto, quando li Cavalieri giugneranno a Parigi, per far ivi la loro dimora, e quelli, li quali saranno ivi abitanti, saranno obligati di mandar in iscritto il nome della loro dimora all' Offizio del dett' Ordine - *Register co. menceant la dite annèe 1610.*

Risposta a qualche dubio, che possano fare intorno alla pratica delle Regole, e Statuti di dett' Ordine.

In primo luogo si domanda, se li Cavalieri di questa Religione Militare sieno obligati sotto pena di peccato mortale ad osservare le Regole, e Statuti.

Si risponde. Vi sono in quest' Ordine due cose da practicarsi da' Cavalieri. Primo, ciò, ch'anno promesso a Dio per li Voti nella loro Professione in quest' Ordine. Secondo, le Regole, e li Statuti dati dalla S. Sede. Quanto alli Voti sono obligati di osservarli esattamente sotto pena di peccato mortale, ma le Regole non obligano sotto pena di peccato, se non v'è il disprezzo, o pure una grande trascuraggine nell' osservarle. E. G. Se un Cavaliere mancasse qualche giorno a recitare l'Offizio, o la Corona della Vergine Santissima, o vero astenersi dal mangiar carne qualche Mercordì, a non ascoltar la Messa qualche Sabbato, a non Confessarsi, e Comunicarsi qualche Festa della Vergine Santissima, come obliga la legge non peccarebbe; sarebbe però per verità una infedeltà alla sua Religione, per la quale si privarebbe delle grazie Spirituali, che ne potea sperare, se avesse adempito al suo dovere, ma non aurebbe peccato. Che se ciò non ostante facesse l'abito di non recitar mai l'Offitio, o Corona della Vergine Santissima, ne di astenersi dal mangiar carne tutti li Mercordì, nè di ascoltar Messa tutti li Sabbati, nè di Comunicarsi le Feste della Vergine Santissima, nè mai di portar la Croce dell' Ordine, nè di difender l'onore della Fede Cattolica Apostolica Romana, nelle occorrenze nelle quali si ritrovasse cogli Eretici, o Libertini infedeli, dico asseverantemente, che peccarebbe, e che si ritrovarebbe in un pessimo stato, perchè quest' abito di non far mai cose di sua Professione denota un tacito disprezzo, ed una trascuraggine, che è peccato.

II. Si domanda in che consista l'osservanza del Voto di Obedienza sotto pena di peccato mortale. R. E' allorche li Superiori commandano qualche cosa in iscritto; mentre non si giudica comando per obligo di Religione, se non che quando si fa conoscere la sua volontà per iscritto.

III. Si domanda qual Officio, o Corona della Santissima Vergine sieno obligati di recitare ogni giorno li Cavalieri. R. E' quello del Concilio, o vero la Corona di sei decine, perchè la S. Sede, allorchè diede la Regola all' Ordine non riconosceva se non che l'Offizio canonico approvato dalla Chiesa, e la Corona di sei decine per Corona della Santissima Vergine. Fa duopo notare, che è per

permesso di recitare l' Officio della SS. Vergine, o secondo l' uso Romano, o secondo l' antico uso Gerosolimitano riformato per il Concilio.

IV. Si domanda ciò, che si deve fare, quando non si possano osservare tutte le Regole dell' Ordine.

R Primo bisogna ricorrere al Gran Maestro, o a quello, a cui il medesimo ha commesso le funzioni Ecclesiastiche dell' Ordine, e le facoltà di conceder dispense. Secondo, non puol dispensar tutto l' Ordine in generale dall' Osservanza di regola senza il permesso della S. Sede, ma solamente qualche particolare. Terzo, quando dispensa, non deve dispensare in tutto, ma in parte, e in forma di comutazione, di sorte tale che v. g. in vece di astenersi dalle carni tutti li Mercordì, possa mutare quest' obbligazione in qualch' altra opera di pietà più comoda, come di ascoltare la Messa in quel giorno, o di dare qualche limosina a' Poveri, e così praticare per le altre dispense.

Dopo di avere Arigo IV. nell' anno 1608. dichiarato Gran Maestro dell' Ordine Filiberto de' Marchesi Nerestangh, e dopo di avere a' 30. Ottobre dell' anno suddetto in Fontanabiò prestato giuramento di fedeltà nelle mani del Re alla presenza del Principe di Contì, e di altri Primarj della Corona, dal Re li fu posta al collo la Croce dell' Ordine, e li furono consegnati li nuovi Sigilli. In uno scorgeasi un Cavaliere armato, che colla sinistra tenea uno scudo, e colla destra impugnava una spada, al lembo circolare avendo scolpite le seguenti parole. *Sigillum Ordinis, & Militia B. Mariç Virginis de Monte Carmelo, & S. Lazari in Jerusalem.* Nell' altro vi era lo stemma gentilizio della Famiglia Nerestangh, ed intorno. *Philibertus de Nerestangh magnus Magister Ordinis & Militia Beatæ Virginis de Monte Carmelo & Sancti Lazari in Hierusalem 1608.*

Nel Registro de' Generali del nostr' Ordine del 1660., e de' Consigli del suddetto Ordine, ritrovo un Decreto fatto in data de' 24. Dicembre 1660. in favore di un certo Padre nostro, che cercava il permesso di passare ad esser primo Cappellano, ed Elemosiniere dell' Ordine Militare predetto: *Pater Seraphinus à S. Francisco. sæculo dictus Franciscus Richard des Gouttes. postulavit facultatem transeundi ad Ordines Militares Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & Sancti Lazari, ut exerceret munus Primi Capellani, & Elecmosinaris, jussit Patri Secretario ut ipsi scriberet agendum esse cum suo Provinciali Narbonæ, ut rite informaret Reverendissimum, & Ordinis concilium.*

Præclarissimi D. Marchionis de Nerestangh primi Militaris Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo magni Magistri, brevis vitæ Synopsis, nec non posterorum ejus, atque in hoc munere Successorum enumeratio, ad Achillem usque de Nerestangh quartum ejusdem Ordinis magnum Magistrum. Ex lib 11. Histor. Gen. Carm. Discalc. Congr. S. Eliæ cap. 26. pag. 407. edit. Rom. per Philippum M. Mancinum 1671. *in fol. tom. 2. Auct. R. P. Petro à S. Andrea &c.*

CHristianam pietatem nobilitati sanguinis, militaris gloriç claritati non officere, sed conducere potius, atque conferre, illustris admodum hujus viri, cujus vitam sub exiguis brevissimç Synopsis cancellis coarctamus, exemplo perspicuum fiet. Præclarus igitur hic Marchio Philibertus de Nerestangh

restangh, Nobilissima oriundus prosapia, Regii Ordinis Eques Torquatus, Regibus ipsis à consiliis status, ac privati Gallicarum cohortium præfectus, imo & sub vitę finem Castrorum, atque exercituum Polemarchus, seu Marescallus, nec non etiamnum Sancti Desiderii Annoneti, Aureoli, Sacelli Sancto Ferreolo Sacri, magnificarum ędium propter ipsum, in agro Lugdunensi extructarum, prædiorumque circumquaque adiacentium, quæ vulgari Ducheræ nomine insigniuntur; ac demum quamplurimum aliorum locorum, seu Dominorum Dynasta; vitam duxit duobus sub Regibus (Henrico nimirum hujus nominis quarto, & Ludovico XIII.) Religione simul, ac militari laude conspicuam.

Sub Henrico IV. in bello, quod adversus Sabaudiæ Ducem gestum est, quam maxime emicuit; & ad expugnationem Cameriaci, seu Cambery, Fori Segutianorum Carbonariæ, Arcisque S. Catharinæ, cui anno 1600. præfectus est, tum mira perspicacissimi ingenii sagacitate, atque prudentia, tum martiali intrepidi animi generositate, tum viribus corporis, egregiisque militaris fortitudinis facinoribus, haud parum contulit. Denique anno 1604., ut Arvernorum comes caperetur, & in potestatem Regis reduceretur, cura illi ab ipsomet Rege de singulari ejus solertia, atque fidelitate plene instructo, demandata fuit.

Sub Ludovico vero Decimo tertio primus omnium, dum Mezerium expugnaretur, Urbem ingreditur, & in eam facto impetu insilit. Mox anno 1615. dum Rex à Principibus perduellionis reis debitum sibi obsequium armata manu exacturus, Limonum, seu Augustoritum Pictonum Metropolim peteret, præcipuos inter Prætorianarum tam Equitum, quam Peditum Cohortium Regiæ Custodię delectarum Duces, haud infimum obtinuit locum. Hoc ipso anno inferiorem Claromontis apud bellovacos Civitatem, admotis ad Murorum radices tormentis æneis, aggressus est; & quamvis futura ejus irruptio, impressioque à contumacibus civibus, armatisque in ejus pręsidium, ac defensionem intus militibus deprehensa prius, ac rescita fuisset, illosque ut eum valide propulsarent, ad arma capienda compulisset; nihilo tamen minus tanto animi ardore in illam irruit, tanto illam valore intercepit, lacessivit, concussit, oppugnavit, ut illam brevi expugnarit, ceperit, subegerit, atque in Regis obedientiam redegerit.

Cœterum dum ab exercitiis Militaribus, quę in Regis sui obsequium obire tenebatur, vacabat, confestim se se à Curiæ tumultibus removebat, atque in solitariam aliquam suæ Ditionis domum se recipere solitus erat; libenter fassus, nullam sibi aliam hujusmodi recessus causam esse præter intimum continvumque, quo percellebatur, Deum offendendi timorem. Hic ergo priusquam ad ultima vitę illius gesta, gloriosumque, ac Christiano Heroe dignum occubitum veniamus, singularis, ac prope Religiosæ illius pietatis exercitia, operaque interponenda censui; ut sic quę initio paucis verbis præfati fuimus, melius elucescant.

Singulis diebus, statim ac mane lecto surrexerat, in Oratorium concedens duas ad minus horas in divinarum rerum meditatione, precibusque fundendis insumebat. Mox Sacrosanctum Missæ Sacrificium devote admodum ac reverenter genuflexus audiebat. Tum

Tum reliquo diei tempore, præter officii divini pensum, quod ex Ordinis sui præscripto persolvere tenebatur, aliasve precationes, quas ei solius devotionis impulsu adiungebat, septies insuper quotidie per spatium annorum decem, antequam è vivis excederet, coronam precatoriam B. Virginis recitabat tanto utique fervore, ut præ contentione sanguinem interdum ore emitteret, nec non etiam inde quandoque gravius infirmaretur. Quod sane mirum in viro Nobili, exercitiisque militaribus assueto, nec nisi certum, verumque existimarim æternæ prędestinationis argumentum.

Prӕterea, ut suam erga Beatissimam Virginem venerationem amplius testatam faceret, non contentus diebus festis peccata sua Sacramentali Confessione expiare, sacrove Eucharistiæ refici Pabulo, eadem etiam Pęnitentiæ Communionisque Sacramenta singulis Sabbathis inviolabiliter frequentare consueverat. Quin etiam, ut id majori cum devotione, ac pręparatione prӕstaret, cum in campestribus, quӕ copiosissima, amplissimaque apud Segutianos possidebat, prӕdiis degeret, quolibet Sabbatho ad Eremiticum Cœnobium, quod Camaldulensibus Solitariis propriis expensis fundaverat, sustentabatque, tametsi à propriis ӕdibus tribus leucis, seu novem milliaribus remotum esset, per asperrimos, difficillimosque, quibus ad illud itur, calles, pedes pergebat; indeque eodem modo, persolutis tenerrimӕ devotionis exercitiis, expiatis reatibus, perceptoque cœlesti, quo reficiebatur pane, cœteroqui jejunus, ad propria revertebatur; nec unquam à pia, laudabilique hac consuetudine, vel itineris labore, vel aeris inclementia deterreri potuit.

Filiali hoc pariter erga Sanctissimam Dei Genitricem actus affectu, dum Romæ, ad obtinenda brevia Pontificia pro militaris sui Ordinis institutione moraretur, bis Lauretanas Ædes, semel vero in Galliam redux, Monserratense ejusdem Sacratissimæ Virginis Sacellum pedester invisit. Ast ubi præfatorum Brevium authoritate, Regisque Henrici benevolentia ejusdem Ordinis Equestris fundamenta locasset, & in primum ejus magnum Magistrum inauguratus fuisset, in grati erga potentissimam Cœli Reginam, suamque Benefactricem, nec non ejus filios Carmelitas Excalceatos, animi signum, Conventum nobis Lugduni fundavit, ut suo loco ad annum *1619.* dicemus; voluitque, ut sub titulo B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo dedicaretur; idque specialiter exprimeretur in publico fundationis Instrumento 27. die mensis Septembris ejusdem anni edito. Quin imo, ut suam omnes gratitudinem perspectam haberent, ab ipso prӕfatӕ fundationis principio ad usque vitę finem, ad discolorem habitum, ejusdem cum eo Religionis nostræ coloris deferendum, se se, totamque familiam addixit. Quapropter proximis Pentecostes festivis diebus, serico albi coloris thorace, femoralibusque impluviatis indutus comparere cœpit, prӕtextatis Asseclis, Pedissequis, reliquove famulatu, vestitu pariter Mutinensi, candidis segmentis adornato amictis comitatus. Quod in posterum ad ultimum usque vitę diem Sancte observavit.

Contigit autem Arcano haud dubiӕ Divinę Providentiӕ Consilio, ut hoc stabilito Conventu Lugdonensi, primus eum gubernaret Pater ille Cӕsarius à S. Joseph, quem Romӕ habuerat afflictis in rebus consolatorem, & adiutorem: eoque Directore, tam

supra

supra recensita, quam inferius subii, cienda devotionis, ac pietatis exercitia lætus obiret. Igitur mentali, vocalique Orationi, qua mentem in Deum elevatam, intentamque perenniter servabat, mortificationis opera multa consociabat, quibus carnem domaret, eamque spiritui subiiceret. Adeoque præter abstinentiam, jejuniaque certis anni temporibus ab Ecclesia universis fidelibus indicta, quarta quaque Feria cujuslibet hebdomadæ abstinebat à carnibus, sexta vero jejunabat quam rigidissime fieri potest. In ea namque solis herbis oleo coctis ad prandium utebatur; nec quoquam reficiebatur, quod aut vitam sensitivam habuisset, aut ab eo emanasset: quapropter eo die, non pisces, non ova, non lacticinia quæcumque sibi ad esum offerri patiebatur. At integram illam Sacrosanctam Hebdomadam, qua Christi Domini Passio celebratur, solemnesque illi persolvuntur exequiæ, in solitudine reconditus ducebat, modici panis esu, soliusque aquæ potu contentus.

Abstinentię jejuniique meritum haud absimili, vel Eleemosinarum largitione, vel reliquorum bonorum operum executione cumulabat, coronabatque, memor Apostolicæ illius S. Leonis Papæ doctrinæ, qua *Sermone* 2. de jejunio decimi Mensis, & collectis, subiectum sibi ovile sic exhortatur. *Quia non solo jejunio animarum nostrarum salus acquiritur, jejunium nostrum misericordiis pauperum suppleamus. Impendamus virtuti quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis abstinentia jejunantis: studeamus Viduarum defensioni, Pupillorum utilitati, Lugentium consolationi, Diffidentium paci. Suscipiatur Peregrinus, adiuvetur Oppressus, vestiatur nudus, foveatur ægrotus: ut quicumque nostrum de justis laboribus Auctori bonorum omnium Deo Sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem Regni Cælestis præmium percipere mereatur.* Id sane omne adamussim executus est generosus noster Matris Misericordię torquatus Eques, reliquis se se, quibus præerat, ejusdem Sacræ Militiæ Candidatis exemplum præbens.

Nullus unquam mendicus ab ejus ostio stipe indonatus excludebatur. Egenorum omnium, qui in terris suis necessitate aliqua premebantur, Catalogum exaraverat, & in iis aut alendis, aut sublevandis, haud exiguam redituum suorum partem destinarat, insumebatque: dumque illorum aliquos morbo afflictos, lectove decumbentes sciebat, illis è propria mensa delicatiores cibos subministrari curabat. Quod etiam charitatis opus erga extraneos quosuis, advenasque exercere solitus erat. Unde cum aliquando Hispani sex, prope suam *Bony* Commendam gravi correpti fuisset infirmitate, illos statim summa tenerrimi affectus significatione invisit, verbis suavissimis, ac comitate plenis solatus est, & usquedum perfecte convalescerent, omnia illis tum ad victum, tum ad curationem necessaria, propriis expensis affatim provideri præcepit.

Id ipsum non tantum, dum domi suæ degeret, verum etiam dum longius abesset, & extra Patrium solum iter ageret, observabat. Quare in triplici illa peregrinatione, de qua superius mentio habita est, Lauretana inquam, ac Monserratensi, universis aliis, qui sibi forte occurrerant in via Peregrinis, sufficientem ad prandium erogabat pecuniam. In præfata vero *Bony* Commenda, quam caput

caput Ordinis Militaris stabilitam fuisse supra premisimus, quamque Eremitorium suum consueverat vocitare, plures prope Sacellum cellas extruxerat; ut dum inibi à Religiosis viris invisetur, & idoneam ad hospitandum mansionem, & commodam ad orandum, nec non eadem, quæ in Monasteriis suis, spiritualia exercitia peragenda; opportunitatem haberent.

Dum in aliqua ditionis suæ domorum ageret, postquam solita Deo pensa persolverat, reliquum temporis in audiendis, componendisque subditorum suorum inter se diffidentium litibus impendebat: itaut haud semel à mane ad vesperam visus fuerit ejusmodi operæ intentus; & quandoque plusquam centum ad se confugientium querelas incredibili patientia audire, & unicuique jus suum dicere non renuerit. Quin etiam tanta pollebat apud eos æquitatis, ac prudentię laude; tanta illos verborum suavitate simul, & efficacia ad pacem hortabatur; tot illos rationum momentis, quod justum, quod conveniens esset, persuadebat; ut illos sæpe sæpius, & ut plurimum auctoritate, qua valebat apud ipsos, in suam sententiam pertraheret, & insimul consentientes, amicosue ad propria remitteret.

Verum qui nil non æquum, nil Christianæ unioni contrarium agere noverat, eandem, quam subditos inter fovebat, tuebaturque æquitatem, atque concordiam, à suis quoque servis, cum exteris quibusvis observari volebat. Qua propter ad bellum cum procederet, nunquam ab hospitio, quo pernoctaverat, recedebat, quin prius hospitem accivisset, ut ab eo resciret, num expensa debite sibi fuissent persoluta; quod si eum haud ita contentum reperisset, ipsi protinus plenissime fieri satis jubebat. Hinc est, ut cum die quadam Servorum unus mala persica tria furtim accepisset, acriter illum corripuerit, pretiumve statim solvi mandaverit. Quod etiam exacte observare solebat, quotiescumque subditorum aliquis honorarium illi quoddam munusculum reverentiæ gratia offerebat; incunctanter enim justam rei mercedem, valoremque ipsi elargiebatur.

Denique dum Lugduni in Suburbano suo S. Ferreoli, seu *Dacberg* prædio degeret, erat illi solemne, ut singulis noctibus, quæ feriam sextam sequuntur, Conventum nostrum Lugdunensem a se fundatum, peteret; inibique dimisso famulatu, solus remaneret in remota cellula; quam sibi cum proximo Sacello ad ultimum viridarii terminum, qua in subiectum Flandriæ vicum, ac circumfluentem Araris Fluvium prospicitur, super præruptum, eminensque saxum extruxerat, pernoctaturus. Illic communibus Religionis exercitiis, ac prę sertim Completorio ad primam noctis vigiliam recitando, examini conscientiæ, ac flagellationi intererat, sese que una cum Religiosis maximo fervore verberibus excipiebat. Tum una cum Fratre Donato illi ad inserviendum à Superiore designato, in præfatam cellam secedens, lectulo duobus tantummodo fulcris, tabulis totidem, totidemque lodicibus, nostrorum ad morem constante, atque constrato, mortificationi potius studebat, quam indulgebat quieti. Primo deinde mane, indutus habitu nostro Religioso, discalceatus comparebat in Oratorio, ibique exacta cum Fratribus solita Orationis hora, peccata sua Confessione Sacramentali humiliter diluens, ac devote Sanctissima Corporis Christi Communione refectus, majorem Matutini temporis partem

haud longe à Conventu nostro distantem, vix pervenit, cum ad prætextatum suum Asseclam Parisiensem, *Messilaum nomine, præ cæteris sibi charissimum, & ab eo militaris Ordinis Equitem creatum, conversus: Audisti inquit, Messilae, quid mihi Pater ille inter amplexus dixerit?* Cui, si se utique audivisse cum respondisset: *Scito itaque*, subdidit Marchio, *hoc me Deum afflati Patris effectu voluisse præmonitum; quanta impostertum cum cautela animique solicitudine procedere debeam: ideoque cuncta jam nobis, tum ob ejus amorem, tum ut melius ad mortem nos præparemus, agenda sunt.* Quod sane postmodum rei probavit eventus.

Regiam appulsus, honorifice admodum, benevoleque à Rege exceptus est, nec non Polemarchos inter, seu Castrorum, exercituumque regiorum Præfectos, quos Marescallos vocitant, connumeratus. Malevoli quidam, ac Perduelles Reginæ Matris Mariæ Mediceæ facilitate abutentes, eam non tantum à Rege alienaverant, verum etiam specioso eam protegendi prætextu, arma in ipsum Regem capessērant, ac perduellionis crimen pietatis simulatione velabant. Illorum ergo ut audaciam compesceret, eosque ad meliorem frugem reduceret, in eos Rex anno Domini 1620. sub Augusti principium, movit exercitum, relictoque filialis reverentiæ gratia Andegaro, quo se se Regina Mater receperat, Pontem Cæsareum fortissimum, munitissimumque Rebellium propugnaculum, expugnare decrevit. Inde egressæ fuerant hostiles copiæ regiarum in occursum, illas ut putabant propulsaturæ, ac profligaturæ. Ut in conspectu utrimque ventum est, dato signo, commissum est prælium: tum Polemarchus noster Nerestanghus proprio filio, ceteraque familia stipatus, hæc breviter (supranominato Ephebo honorario attestante) ad Legiones, quas ad certamen ducturus erat, præfatus est: *Eja*, inquit, *nacti animis Filii, ac Commilitones charissimi, omnia hodie quæ cum maxime propter Deum audenda, & exequenda sunt ut pro tuendo jure Regio valide decertantes, gloriose nobis, atque feliciter Deo ipso Sacrificium nostrum gratanter acceptante, occumbere contingat.* Mox ductis ad pugnam, quibus imperabat, Turmis, hostibusque fusis, & in fugam versis, cum illos turbatis ordinibus ad Pontem, suburbiaque, unde eruperant, retro cadentes insequeretur, improviso catapultæ excussu læsus est.

A conflictu, filii sibi à latere adstantis, cęterique famulatus ope extractus, atque in vicinam Domum Pedissequorum manibus deportatus, se se statim hoc ex vulnere, quamquam periculosum minime videretur, occubiturum asseruit: Fratres suos sibi Lugduno discedenti, Cœlum, haud sine divino aflatu pronuntiasse; quod & ante prælium firmiter crediderat, & post inflictum &c. &c.

Series Magnorum Magistrorum Ordinis 32. Sanctę Mariæ de Monte Carmelo, & Sancti Lazari in Gallia.

I. Anno 1608. Philibertus de Nerestangh primus magnus Magister, rexit annos 3.

Hujus pręclarissimi Viri Vitæ Synopsim vide *lib. 2. Histor. Gener. Carmelit. Congr. Discalceat. S. Eliæ cap. 26. pag. 407. edit. Romæ per Philip. Mancinum 1671. Auct. P. Petro de S. Andrea*, ubi fit mentio de Successoribus usque ad Achil.

Achillem de Nerestangh de quo supra.

II. Anno 1611. Claudius de Nerestangh ejus filius, rexit an. 28

III. Anno 1639. Carolus de Nerestangh filius, qui rexit annos 6.

IV. Anno 1645. Carolus Achilles de Nerestangh secundus filius d. Claudii, rexit annos 23.

V. Anno 1668. N. Marchio de Nerestangh filius Caroli Achillis, rexit annos 5.

VI. Anno 1673. Michael Franciscus le Tellier, Marchio de Lovvois, rexit annos 18.

VII. Anno 1693. N. Marchio de Drangeau, rexit annos 27.

VIII. Anno 1721. Ludovicus d' Orleans Dux de Chartres.

Prædicta habentur apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 4. pag. 144. Amstelodami Typis Petri Brunel anno 1721. d. Patrem Josephum Fontana d. tom. 1. cap. 54. per totum.*

Hic apponi deberet Discursus quoad Sanctimoniales: certum siquidem est

33. in hoc Ordine adfuisse Religiosas Fœminas, & de præsenti etiam adesse in partibus Helvetiorum, ut clare testatur *Pater Fontana in Historia Ordinum Monasticorum &c. Religiosorum, & Militarium tom. 1. cap. 32. pag. 281. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.*

Verum hucusque apud Scriptores invenire non potuimus Auctorem, qui de isto Ordine ageret, nec ullum, qui ad Nos Documenta præberet super hujusmodi argumentum.

DISCURSUS CLII.

Mediolanensium Equitum Nuncupatorum Militum SANCTI AMBROSII Et S. Mariæ Gloriosæ.

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

IN folio Hebdomadario Ephemeris, quod in fine Anni in Volumen reducitur sub Titulo *Novelle Letterarie* numero 16. pro anno 1753. sub datum Mediolani pag. 125. juxta impressam Venetam refertur Liber impressus Mediolani Typis Francisci Malatestæ 1753. cui Titulus - *Passeggi Storici ec. Della Città di Milano con l' intreccio di varie Dissertazioni tratte a compendio de' Manoscritti del Sig. D. Nicolò Sormani Prefetto dell' Ambrosiana Biblioteca*, in quo Volumine inter alia *sub n. 14.* illustratur *Ordo Equitum Ambrosianorum*.

Sed Nos hucusque d. Librum non vidimus: Sermonem quidem habuimus cum admodum Reverendo P. Petro à S. Jo. Baptista ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum, Viro omni Scientiarum genere ornatissimo, politioribus Rhetorices Literis, ac Carminibus Hetruscis præclaro, Eruditione referto. Hic humanissime Epistolam ad illum missam è Mediolani Urbe de dictis duobus Ordinibus Equestribus, & Militaribus agentem, Nobis ostendit; eam idcirco hic subnectimus in calce, & insimul inservire potest pro coronide Discursus *Sanctæ Mariæ Domini, sive Sanctæ Mariæ Gloriosæ*, de quo supra *Disc.* 150. per totum, & præcipue

præcipue S. *Verum*, ubi in fine mentionem habemus de his Equitibus Mediolanenfibus, & infra S. *Ebbe Milano*.

COROLLARIO QUARTO.

Notizie de' Cavallerefchi due Ordini, che in Milano fiorivano, ignota anche al Bonanni.

IL principal Ordine de' Cavalieri nostri fu quello de' Vifconti nostri Signori, che s'intitolarono *Soldati di S. Ambrofio*. L'altro conteneva Cherici, e Laici, Conventuali, e fuor di Convento ammogliati, il di cui titolo fu S. Maria Gloriofa. Amendue cotesti Ordini intendo io quì fcavare dall'obblio, e comincio dal primo.

I CAVALIERI AMBROSIANI

CAP. I.

NEl Gange *in verbo Miles* fi dà la feguente generale Dottrina. Circa il Secolo XIII. ogni Principato aveva l'Ordine Militare fuo proprio, ficchè nemmeno al Principe foffe leci to ufurpare il gloriofo nome di Soldato prima di abilitarfi alla Milizia, e di avere con le dovute cerimonie prefo dall'Altare lo Stocco, ed effer, fi al ruolo Equestre folennemente afcritto. Egli è dunque certo, che a quella steffa etade anco i Vifconti Signori di Milano aveffero l'Ordine loro proprio Cavallerefco, il quale fenza manco fu quello de' Cavalieri Ambrofiani. Trafpira chiaro cotesto lume Storico da contemporanei, che recitai nella Differtazione *De Anathemate S. Ambrofii contra Gallos*, dove narrai la miracolofa vittoria de' Milanefi a Parabiago, i quali gridavano: *Io! Miles S. Ambrofii:* Viva il Soldato di S. Ambrofio.

Questo era il Capitan Generale dell' Efercito vittoriofo, Lucchino Vifconti già fatto, e creato Cavaliere con pompa di Sacre Cerimonie nell' Ambrofiana Bafilica. All' isteffo Altare 1334. nel dì Pafquale ricevettero la Spada, e la Militare divifa per mano del Principe Azzo Vifconti, i due Cavalieri Pinala Aliprandi, e Francefco Pusterla; poi in diverfo tempo Gio. Bizozeri, e Bronziono Caimi. L'isteffo Principe creò Cavalieri Matteo Vifconti abiatico del Gran Matteo, Gio. Scaccabarozzo, Reginaldo Affandri, e quattro Tedefchi, che fi erano distinti in quella battaglia. Si à nello Statuto vecchio, che i Cavalieri erano fempre inclufi nel gran Concilio dei Novecento della *Credenza di S. Ambrofio*.

I CAVALIERI AGOSTINIANI

CAP. II.

EBbe Milano un' altra Claffe di Cavalieri col titolo *di S. Maria Gloriofa*, e con la Regola di S. Agostino. Tale notizia fcaturifce da una Bolla di Urbano IV., che gli approvò 1262. la qual Bolla fi legge in un Codice donato da' Padri Agostiniani della Incoronata (Chiefa in Milano così intitolata) all' Ambrofiana Biblioteca 4. M. 6. A gusto degli Eruditi vuò affaporarne il proprio Testo.

Urbanus Epifcopus &c. Sol ille verus perpetuo fulgore corufcans &c. Siegue defcrivendo alcune perfone Nobili defiderofe di vivere con qualche Regola approvata: loro fi prefcrive la feguente col titolo: *Ordo Militiæ S. Mariæ Virginis Gloriofæ.*

Fratres Milites Clerici, & Laici in Conventua,

4. *Discordant Scribentes in assignando Institutorem d. Ordinis.*
5. *Mos comedendi in Mensa Rotunda antiquitus fuit apud Gallos inductus à Ducibus & Exercituum Imperatoribus ad effectum tollendi lites de pracedentia.*
6. *Cœtus hujusmodi Equitum non constituebat Ordinem.*
7. *Contrarium ostenditur in Anglia fuisse Equestrem Ordinem*, & n. 8., & 9.
10. *Dicti Equites dum Mensę Rotundę assidebant, ponebant eorum Scuta ad tergum pendentia.*
11. *Tessera horum Equitum non erat Mensa Rotunda, sed Aquila volans in Scuto.*
12. *Dictus Ordo conflabatur ex duodecim solum Equitibus. Non solum Angli, sed etiam exteri admittebantur.*
13. *Mensa Rotunda figura apud quos reperiatur. Imaginem Equitis Mensa Rotundę quis tradat.*
14. *Anno 516. fuit institutus hic Ordo ab Arturo Seniore.*
15. *Suas habuit Regulas, ut in rebus Belli, ac tuitione, ac defensione Catholica Fidei*, & n. 16.
16. *Confirmatio Apostolica, vel Ordinarii ex lapsu temporis prasumitur*, & n. 17.
17 *Antiquitus Angli erant addictissimi Sedi Apostolicę, & Catholici, usque ad deplorabile Schisma Henrici VIII.*
18. *Confirmatio magis presumitur ubi adest observantia*, & n. 19.
20. *Quis fuerit ille Arturus Rex, qui fundavit Ordinem.*
21. *Ab Arturo Mensa Rotunda inventa fuit ad tollendas precedentia Lites.*
22. *Axioma apud Anglos*: Tavola del Re: *quid importet.*
23. *Dies Pentecostes erat dies, qua habebatur Mensa Rotunda. Tunc omnes Equites accumbere debebant Mensa, nisi causam excusationis haberent.*
24. *Narrare tenebantur eorum gesta in gradu Equitis, & in honorem* delle Dame.
Et se gerebant ut Equites Errantes.
25. *Mensa Rotunda solemnitates agebantur.*
26. *Magna expensa erant necessarię.*
27. *Cum ad hanc Mensam omnes ex quacumque Orbis parte possent admitti, ortę fuerunt dissensiones.*
28. *Hac Mensa Rotunda adhuc servatur in Civitate Vintoniensi, vulgo* Wincestre, & n. 29, & 30., *Et in ea impressa sunt nomina primorum Equitum.*
31. *Sunt qui negant tam magnam antiquitatem d. Mensa lignea, & dicunt esse Opus recens.*
32. *Hic Ordo in Anglia cessavit, ex quo institutus fuit Ordo Periscelidis, & lapsa est in Haresim*, & n. 33.
34. *Si duraret Ordo, magnum Magisterium spectaret ad Coronam Anglia.*

DISCURSUS CLXIII.

MENSÆ ROTUNDÆ

NON leve inter Scribentes dissidium viget quoad erectionem, & creationem Equestris Ordinis Mensæ Rotundę in Anglia: plures siquidem Auctores, quos infra referemus, scriptum reliquerunt, nunquam constitutum fuisse in Anglia Equestrem Mensæ Rotundæ Ordinem, asseruntque æquivocationi tribuisse motivum, veterem illum Anglię morem, quandoque lætitiæ causa, Militares quosdam Ludos habendi, sub specie, ut dicitur di *Giostre, e Tornei*; his enim

ven.

d. Histor. d. tom. 1. *pag.* 191. Subdunt tandem, hujusmodi Equitum
6. Cœtum nequaquam constituisse Ordinem Equestrem, cum nulla præscripta fuerit Regula, nullaque adsit confirmatio Apostolica, aut Ordinariorum: ita scribit *d. Justinianus cap.* 9. *pag.* 100. Quodque Equites hujusmodi in summa essent Equites, ut Nos dicimus, *Cavalieri Erranti*, notat *Hermant Historia Religion. &c. cap.* 8. *pag.* 14. *juxta impreß Rhotomagen. Typis Jo. Baptista Besogne* 1726.

At Nos asserere minime dubitamus, re vera in Anglia institutum fuisse Eque-
7. strem Ordinem nuncupatum Mensæ Rotundæ: de illo quippe passim testantur Scriptores, qui Institutoris nomen, Institutionis tempus, motivum instituendi hunc Ordinem, qualita-
8. tem, numerumque Equitum, & Tesseram referunt. Ajunt ergo, quod Arturus Angliæ Rex, volens Virorum non minus sanguine, quam bellica Virtute, ac strenuitate conspicuorum Cœtum eligere, ac Collegium constituere, ut ad Dei honorem Voto tenerentur Religionem Catholicam manutenere, & adversus illius inimicos tueri, secum gloriose laborarent, arduisque negotiis Consi-
9. liarii essent, Ordinem Equestrem sub anno 516. instituit, quem ob novum inventum, Ordinem Equitum Mensæ Rotundæ nuncupavit, eo quia, parata sphærica Mensa, huic accumbere faciebat dictos Equites, ut testantur *Franciscus Sansovinus dell' origine de' Cavalieri lib.* 3. *pag.* 46. à tergo *Pater Aloy. Contarini, in Volumine - Il Vago, e Delizioso Giardino impress. Vicentiæ anno* 1607 *Typis Jo. Petri Giannini. Jo. Soranzo - L' Idea del Cavaliere par. seconda pag.* 137., *d. Abb. Justinianus d. cap* 9. *pag.* 96 *Collector Gallus in Histoire des Ordres militaires d. tom.* 1. §. 9. *pag.* 191.;
10. ubi subdit, quod dicti Equites Festis diebus conveniebant ad Mensam Rotundam, & eorum scuta, ad Terga retinebant pendentia: *Franciscus Bergamascus Prior Cambians in Volumine*. cui Titulus - *Breve Notizia Istorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aurati pag.* 51. *juxta impreß. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695. *d. Hermant d. tom* 14. *pag.* 141.

Eisdemque Equitibus in Tesseram præscripsit, non Mensam Rotundam, ut
11. advertit *Justinianus d. cap.* 9. *pag.* 99. § *Nota il Michels vers. - E però anco qui s' introduce nel principio di questo Capitolo, non come Insegna della Cavalleria*, sed in Scuto Aquilam volantem, sicut tradit *Jo. Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapi ba Eques Aquila Alba in suo Volumine Adnotationes Historica de Origine in Regno Polonia Ordinis Equitum Aquila Alba impreß. Colonia apud Adamum Cholinum anno* 1730. *in Corollario celebriores in Christianitate Equest. Ordin. &c.* quod est in calce dic. Voluminis in verbo *Tabula Rotunda pag.* 335.

Fuisse d. Ordinem limitate conflatum
12. ex duodecim solum Equitibus, advertit *d. Jo. Soranzo ubi supra pag.* 137. aut ex viginti quatuor, juxta sensum aliorum: *d. Abbas Justinianus d. cap.* 9. *pag.* 97. Admittebantur ad Cœtum non solum Angli, sed etiam Exteri, ac Forenses: *d. Justinianus d. cap.* 9. *pag.* 97. Et de facto postmodum admissi fuerunt etiam Palatini Franciæ tam in Historia celebres, ut comprobat *Justin. d. pag.* 97.

Figura Mensæ Rotundæ expressa, & de-
13. lineata habetur apud prædictum *Abbatem Justinianum d cap* 9 *pag.* 96. *Patrem Bonannum Catalogo Ordinum Eque-*

stri etiam Itali, inter quos *Abb. Justinianus d. par. pr. cap. 9. pag. 97.* ubi subdit, quod Sepulchrum dicti Arturi erat in Civitate Glassembori, ad præsens redacta ad statum parvi Castri, & quod cum de Ordine Henrici II. Regis inventa fuerint Defuncti Ossa, inventus quoque fuit Lapis, sive Marmor, in quo insculpta, & ut dicitur, *incastrata* aderat Crux plumbea rudi arte confecta, in qua inscriptio hęc legebatur. *Hic jacet sepultus Rex Arturius in Insula Avalonia.* Antiquitus enim latine d. Civitas sic dicebatur, hodie Glasconia: formam vero dictæ Crucis cum præmissis litteris, refert idem *Justinianus pag. 98.* una cum Carminibus Joseph Iscani celebris Vatis.

Porro Rex Arturius in hac Equestris Ordinis erectione, Mensam Rotundam
21. pręscribendo, rem novam, ac undique Prudentiæ, ac Politicę Documentis refertam excogitavit: intellexit siquidem Arturus, hoc Mensæ sphericæ invento, palam demonstrare, ac Documentum prębere: Primo, quod ipse æqualiter omnes virtutibus præditos in pretio habebat, amabatque: Secundo, quod in Reipublicæ muneribus ad publicam utilitatem directis, posthabendę sunt æmulationes, & de pręcedentia contentiones, primæque, ut dicitur, Salutationes in Foro, & recumbitus in Cœna, uniceque æqualitatem, & concordiam esse diligendam; quemadmodum ipsa Mensa Rotunda nullum habet præcedentiæ locum, & quilibet in ea sedet æqualis alteri, ignoraturque principium, & finis, ut apposite notat *Sansovinus: d. Abb. Justinian. par. pr. cap. 9. n. 99. Collector Gallus d. tom. 1. §. 9. pag. 191. d. Hermant pag. 142.*

Monitum hoc Arturi Regis adeo in
22. Regionis illius Populis mansit alta mente repositum, ut etiam ad præsens, quoties inter Nobiles verborum officiis contenditur, comiter invitante uno, ut præeat, & altero humaniter præcedere recusante; vel quoties de pręlatione positiva fuerit excitata quæstio; ut finis contentionibus, dissidiisque imponatur, Dicterium illud usurpatur - *Signori Tavola del Re*; hoc est omnes esse æquales, aut in Principis obsequiis, rebusque publicis non esse inutiliter de loci prælatione litigandum, sed æquanimiter agendum, quemadmodum testatur *Justinianus d. par. pr. cap. 9. pag. 99.*

Ad dictam Mensam Regis rotundam ac-
23. cumbebant omnes in die Pentecostes, quæ erat ad Cœremoniam statuta: *d. Hermant pag. 142.*

Prædictus Rex Arturus tunc statuit, ut omnes Equites antedictæ Cœremoniæ tenerentur, nisi justa absentiæ causa fuerint prępediti, cui Mensę Rotundæ quilibet Eques accumbens narra-
24. re tenebatur omnia, quę ipse peregerat facta, & facinora in Gradu Equitis, & in honorem Nobilium Fœminarum, & ut dicitur *delle Dame*; atque ita hi Equites qualitatem sortiebantur Equitum errantium, sicut supra cum *d. Hermant pag. 142.* diximus *sub n. 6.*

Tempore, quo Sanctus Rex Odoardus I in Anglia regnabat, solemnitas Men-
25. sæ Rotundæ maxima pompa habita fuit, quemadmodum subsequenter alii in Regno Successores peregerunt, mediante admissione, Sanguine, & virtutibus Virorum Illustrium ad eandem Rotundam Mensam: *d. Justinianus d. parte prima cap. 9. pag. 99.* Qui advertit, quod cum successive varii Principes Viri, & pręclari Equites eandem Mensæ Rotundę solemnitatem

sarum Monumenta non inveniuntur: quare in Nomenclatura magnorum Magistrorum Equestris Ordinis Balnei *tom* 1. *Disc.* 40. *n.* 109., *&* *seqq.* Chronologiam eorundem Anglorum Regum ab Edgberto incepimus. Ad eandem itaque Lectorem remittimus, repetendo quod Rex Arturus institutor Ordinis Mensæ Rotundæ filius fuit Regis Pendragonis, sed extra Matrimonium, & dominabatur illi Regioni, postmodum Angliæ nuncupatæ, ut supra ostendimus. Sicque simili modo *d. Abbas Justinianus* supra allegatus ad Nomenclaturam magnorum Magistrorum Ordinis Balnei se remittit.

De hisce Equitibus Mensæ Rotundæ, de eorum antiquitate, & legibus, fuse agit *R. P. D. Justus Fontaninus* in ejus Opere, cui titulus - *Della Eloquenza Italiana libri tre à cap* 34. usque ad finem *libri primi*, ubi *cap.* 35. ponit leges dictorum Equitum *pag.* 95., *& cap.* 34. *pag.* 92 quod usus Tabulæ Rotundę sit vetustissimus: *Venetiis penes Christophorum Zane* 1737.

DISCURSUS CLXIV.

MERITI

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

CUm Ordo Generositatis à Friderico III. Brandeburgi Electore institutus fuerit anno 1685., quo tempore erat Princeps Electoralis, nimium effectus fuit comunis. Defuncto dicto Francisco, ejus filius Fridericus in Regno Successor, in locum prænominati Ordinis Generositatis, de quo verba fecimus in sua Sede sub Titulo & nuncupatione *Ordinis Generositatis tom.* 1. *Disc.* 99. novum erexit Ordinem de Mense Julii anno 1740. novumque Ordinem nuncupavit Ordinem *Meriti*.

Hujus novi Ordinis Tesseram statuit auream Crucem cum Epigraphe *Pel Merito*. Dicta vero Crux ab Amento pendet nigri coloris, sed acu picta albi coloris.

Super vero hanc Crucem adest Corona una cum Littera F. indicante nomen Friderici: sic exponitur, legiturque in Libello, cui Titulus - *Mercurio Storico, e Politico, il quale contiene lo Stato presente dell' Europa, ciò che si tratta in tutte le Corti, gl' Interessi de' Principi, li loro maneggi, e generalmente tutto ciò, che v' ha di curioso; il tutto accompagnato da riflessioni politiche sopra ciascheduno Stato, tradotto dall' Originale stampato in Olanda Tomo CCLXXI. per il mese di Luglio* 1740. *In Venezia per Luigi Pavini con licenza de' Superiori, e Privilegio* sub data *Berlino pag.* 65.

Quapropter major pars Equitum, quę in primo Generositatis Ordine adscrippta erat, transivit in alium Ordinem Meriti, nam Fridericus declaravit, quod nemo in posterum ad Ordinem Meriti admitteretur, nisi *Ope Meriti*, hocque exprimitur in *Ephemeri hebdomatica impressa Mantuæ Typis Hæredum Alberti Pazzoni in folio n.* 31. *Mantua* 29. *Iulii* 1740. sub data *Berolini* 9. *Julii*,

DISCURSUS CLXV.

SANCTI MICHAELIS IN GALLIA

SECT. I.

ARGUMENTUM

Præsens Discursus in duas Sectiones bipartitus enucleatur: in Prima Sectione tempus fundationis, Fundator, & causa Ordinis Equestris Militaris S. Michaelis Archangeli.

SUMMARIUM

1. *Quot sint Ordines Equestres Militares sub titulo Sancti Michaelis Archangeli.*
   An Carolus Septimus, vel Ludovicus XI. fuerit Fundator Ordinis Sancti Michaelis, & ex qua causa.
2. *Ludovicus XI. ex quibus motivis instituit hunc Ordinem.*
3. *Status Regni Galliarum circa annos* 1380.
4. *Philippus III. filius Joannis Burgundiæ Ducis tradit Henrico V. Angliæ Regi plures Civitates, & Loca Regni Galliarum.*
5. *Henricus V. Angliæ Rex in Bello vicit Gallos, & plures Provincias cepit.*
6. *Carolum VI. Galliarum Regem redegit in suam potestatem: Catharinam illius filiam in Uxorem accepit.*
7. *Parisiis fuit renunciatus Galliarum Regni Rector, & Hæres anno* 1420.
8. *Quasi Orbis Terrarum Victor in Angliam rediens, fratrem suum reliquit Parisiis cum Titulo Gubernatoris Regni Galliarum.*
9. *Henricus VI. filius d. Henrici V. in ætate Annorum duodecim in Parisiensi Ecclesia Beatissimæ Virginis fuit coronatus Rex Francorum anno* 1431.
10. *Regis Franciæ Titulum adhuc retinent Angli, sed Titulum sine re.*
11. *Regno Franciæ in præceps ruenti occurrit Deus, & subsidium præstitit mirabili modo, mediante celeberrima illa Puella Aurelianensi.*
12. *Mirabilia gesta illius, & encomia recensentur, ut nova Judith & Debbora,* & n. 13. 14. 15. 16. 17., & 8.
14. *Puella Aurelianensi nomen erat Joanna Darcia rusticis Parentibus orta, in Agro Trullensi,* & n. 15.
19. *Puella prædicta Aurelianensis per dolum, ut aliqui scribunt, incidit in manus Anglorum.*
20. *Angli illam indefensam variis calumniis iniquissime accusarunt; nempe de Magia, Hæresi, & Luxuria accusarunt, & condemnarunt, & tradita sæculari Magistratui, viva in foro exusta fuit.*
21. *Demonstratur Nulla, & Injusta hæc condemnatio.* & n. 22, e 23.
24. *Reiicitur uti nulla, & injusta censura ab Universitate Parisiensi edita contra Puellam Aurelianensem.*
25. *A Judicibus Apostolicis deputatis à Summo Pontifice pro revisione d. Causæ, revocata fuit uti nulla, & injusta d. Sententia.*
26. *Innocentia d. Puellæ emicat,* & n. 27.
28. *Sanctus Franciscus de Paula Regi Franciæ Ludovico XI. mortem prædixit ei de proximo imminentem.*
29. *Ludovicus XI. instituit Ordinem Sancti Michaelis pro reddenda Deo gratiarum actione, in memoriam liberationis Regni Galliarum ab Anglis, & ad Fidei Catholicæ exaltationem, & Status Sanctæ Ecclesiæ defensionem.*
30. *Item Ordinem instituit in loco* Amboise *sub Titulo, & Protectione Sancti Michaelis Archangeli, qui ei apparuit in Ponte Civitatis Aurelianensis pro collatis Beneficiis Gallicæ Nationi anno* 1469. & n. 31.
32. *Ludovicus XI. fundator, se Caput*

Ordinis

Ordinis, suosque Successores constituit & n. 33., & 34.

34. *Numerus Equitum non debebat excedere trigesimum sextum, sed postea auctus usque ad centum Equites*, & n. 35.

35. *Fundator tunc solum in fundatione quindecim nominat.*

36. *Insigne Ordinis decrevit Torquem aurcam ex Conchis inter se barentibus, à qua pendet Imago Sancti Michaelis basta manu dextera retenta, qua infernalem Draconem prostratum ferit*, & n. 37.

38. *Adest Lemma, cum Verbis* Immensi tremor Oceani, *ubi adest ejus explicatio*, & n. 39. 40. 41. 42., & 46.

43. *Prater d. Tesseram deferunt etiam Equites Crucem octogonam, ut est illa Sancti Spiritus, sed tamen illa minorem.*

44. *Ultra numerum dictorum centum Equitum adsunt alii honorarii à Rege creati, qui non Collare, sed solum gestant d. Crucem.*

45. *Equites semper gestare debent Collare Ordinis, & adducuntur limitationes.*

46. *Prima Sedes Ordinis fuit in Monte Sancti Michaelis in Normannia in Oceano, & vide supra à n. 36. 37.*, & seq.

47. *Fuit mutata d. Sedes Ordinis in Aula Palatii.*

48. *In Festo Sancti Michaelis babetur Assemblea, & per tres dies accedunt ad Ecclesiam. Certa Veste induti Equites, quam mutant qualibet die, & Oblationem Moneta, & respective Cærei peragunt, & ultima die cum Veste sibi bene visa.*

49. *Equites deferunt Pallium*, & n. 50. & 51.

Et Crucem octogonam parvam in centro tenentem Imaginem Sancti Michaelis, & n. 52.

51. *Figura Equitis apud quos babeatur.*

52. *Figura Tessera penes quos babeatur.*

53. *Redarguitur qui Tesseram absconderat.*

Tessera, cujus ponderis esse debeat.

54. *Tesseram Eques vendere non potest. Heres Defuncti Equitis tenetur infra spatium trium mensium ad Thesaurum transmittere Tesseram.*

55. *Bellum, & Actiones periculis subiectas possint Equites gerere, & quomodo, & quando Galli possint servire Principi extero, & longa itinera suscipere sine consensu Regis.*

56. *Exteri Equites quomodo se gerere debeant in dictis casibus.*

57. *Rex promittit manutenere Equites in suis juribus, nec Bellum sine eorum consilio aggredi, exceptis casibus magnum silentium exigentibus.*

58. *Se obligarunt Equites etiam cum juramento, nunquam magnum Magistrum deserere.*

59. *Tenentur personaliter in Bello Regi inservire.*

60. *Equites convicti de Heresi, vel suspecti de errore contra Fidem, privantur Ordine.*

Privantur Ordine ruentes in Proditionem, vel in fugam dum præliantur.

61. *Adversus dictas imputationes poterit Eques se defendere, & coram quo.*

62. *Quando recipiuntur in Ordine, debent deponere quacumque Insignia aliorum Principum, excipiendo Imperatorem, Reges, & Duces.*

63. *In ingressu ad Ordinem debent solvere Thesaurario quadraginta scuta auri, vel valorem pro ornamentis Ecclesia.*

64. *In morte Equitis quilibet Eques debet celebrare facere Missas viginti, & pro Eleemosinis Pauperum solvere scuta sex.*

Tollit Statutum Contentiones de præcedentia.

65. *Dum*

lucidandis, statum rerum Gallicarum tunc temporis breviter exponimus, & talis est. Anno 1380. Carolus VI. regnabat Rex, qui ob Regias animi
3. dotes probitatem, mansuetudinem, pietatem, liberalitatemque Populis carus *suavis beneamati* cognomentum sibi comparaverat: anno autem 1392. in Galliarum Regno mutatus est color optimus in capite, & in membris. Siquidem d. Rex Carolus continva pene mentis, & corporis infirmitate labefactatus remansit, & Regnum in prçceps ruit, reliquum enim sui Regiminis tempus infaustissimum Galliarum Regno fuit, domesticis turbis, intestinisque civilibus discordiis, & apertis Anglorum Bellis lacessitum: hujusmodi Regni Galliarum calamitatibus occasionem dederunt duo Caroli VI. Patrui, Joannes Dux Biturigum, & Philippus Dux Burgundiæ, quibus ob dictas Caroli Regis infirmitates, totius Regni administratio delata fuerat, posthabito Ludovico Duce, & Regis Caroli VI. fratre Aurelianensi Duce. Rex Carolus V. obiit anno 1422. sui Regiminis anno 42. De prædictis omnibus mentionem facit *Pater Graveson in sua Historia Ecclesiastica tom. 9. continente continvationem Tabularum Chronologicarum, Tabula de tertia Stirpe, seu Dinastia Francorum Regum pag. 144 juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi 1722.*

Hinc in Galliarum Regno funebres peractæ fuerunt Tragediæ: Nam Joannes Dux Burgundiç, eo tempore, quo Regina ex puerperio decumbens in Palatio morabatur, Ludovicum Ducem Aurelianensem, è Palatio Reginæ, per summum nefas, in media Parisiorum Civitate Sicariorum manu jugulavit, moxque à Rege venia illi concessa fuit: & subinde cum idem Burgundiæ Dux, cum Henrico V. Anglorum Rege fœdere inito, in Galliam evocavit Anglos, qui prima irruptione anno 1415. ad *Azincurtium* prope Calesum primum inivit certamen, & in eo succubuerunt Galli, victoreique extiterunt Angli.

Rursus Philippus II. filius occisi Joannis Burgundiæ Ducis, ad ulciscendum
4. Mortem sui Patris, d. Henrico V. Angliæ Regi plures tradidit Urbes, Civitatem Regiam, Carnutum, Trecas, Regem, & Reginam: deinde curavit, ut Catharina Galliarum Regis Caroli VI. filia matrimonium iniret cum eodem Henrico V. Anglorum Rege, ea lege, ut Henricus gener Socero suo Carolo VI., si superstes foret, liberique ex Catharina procreati, in Regnum Galliarum succederent: *d. Graveson d. tom. 6. pag.* 44., *&* 60. Et Elisabeth Regina, quæ plus quam novercali odio filium prosequebatur, fecit, ut Carolus Delphinus judicaretur Regno indignus: *d. Graveson pag.* 44.

Quapropter d. Henricus V. Rex Angliæ,
5. Galliç Bellum intulit, Gallosque in prælio Azincurtio vicit, occupata Normannia, & aliis captis Provinciis, ipsum Carolum VI. Galliarum Regem in suam potestatem redegit, in Uxo-
6. rem duxit Catharinam ejusdem Regis Caroli filiam, & postmodum Parisios veniens, ingenti lætitia à stul-
7. to Populo, ut sic illum nominat *d. Pater Graveson Natione Gallus pag.* 61. Regnique Galliarum Rector, ac Hæres fuit renunciatus anno 1420.

Dictusque Henricus V. Rex Angliç
8. quasi Orbis Terrarum Victor, in Angliam reversus est, suumque Fratrem Clarentiæ Ducem Parisiis reliquit, cum Titulo Gubernatoris Regni Galliarum, sicúti inquit *d. Graveson pag.* 44.

Ex

Agro Trullensi ustico Parentum sanguine Jacobi Patris Agricolæ, & Isabellæ Matris nata, simplicis animi Puella, in pascendis Ovium gregibus curæ addicta, repente à Deo qui sæpe infirma Mundi eligit, ut fortia quæque confundat, selecta fuit, ut collapsum Galliarum Regnum erigeret, prout mirabiliter erexit, adeo ut de hac Avrelianensi Puella, ejusque fortissimis gestis repeti valeat quod in Judithanı Martyrem scriptum reliquit
15. *Sanctus Basilius Episcopus loquens de* Muliere - *si tamen decoris ratio permittit eam vocari Mulierem, quæ heroica animi fortitudine supergressa est infirmam naturę Muliebris conditionem*.

Proinde antedicta Joanna Darcia Puella Avrelianensis Omnipotentis Dei jussu Regem adivit, monuitque se à Deo missam, ut Armis induta collapsum Regnum, jamque ad ultimas pene angustias redactum, erigeretur; perduellium Populorum factiones, viresque infringerentur: quam enim infelix tunc temporis esset Gallorum Regni status, nemo in Historiis sapiens ignorat; ipse enim Carolus VII. Rex per iocum, & ludibrium appellabatur Rex Biturigum (qui sunt Po-
16. puli Galliæ Aquitaniæ] bis in prælio cum Anglis succubuerat Rex Carolus VII. præclara Aureliæ Urbs in Celtica Gallia arcta obsidione ab Anglis cincta, deditioni proxima erat: sed Puella Aurelianensis ab ea solvit
17. obsidione, cœterasque Hostium munitiones generose destruxit, ipsosque Anglos crebris irruptionibus bellica virtute fregit, illos ad Patajum Belliæ Vicum profligavit, Lebosum Anglorum Exercitus Ducem cepit, Carolum VII. Regem per medios Hostes ad suscipiendam inaugurationem Rhemos perduxit. Urbes Trecas, Catalaunum, Rhemosque Regiæ potestati subiecit, Bellovacum, Laudunum, Suessiones, Compendium Silvanectum, aliaque Oppida Anglis eripuit. Irrito conatu ab Anglis Lutesia tentata; Compendiensibus ab iisdem Anglis obsessis suppetias tulit, & Urbem ingressa est.

In cœteris autem omnibus, & singulis
18. Bellicis rebus recensendis, quas brevi vitæ cursu gessit generosissima hęc Puella, integrum Volumen non sufficeret, inquit *d. Pater Gravefon tom. 6. Colloq.* 1. *pag.* 46.

Reliquum est, ut Aurelianensis Puellæ
19. obitum, & quæ inde secuta sunt, describamus. Postero die ab ingressu, ut diximus, Urbis, eruptionem in Hostes faciens Puella Aurelianensis, tot clara Victoriis, atque triumphis, in Hostium Anglorum manus incidit infeliciter. & ut inquit *Dominus Chevigni* in suo Volumine - *La Scienza delle Persone di Corte, e di Spada, e di Toga tom.* 3. *pag.* 166. *juxta impress. Venetam* 1742. *Typis Baglioni, fu tradita, e data in potere degli Inglesi, che la fecero bruciare*, & in eorundem Anglorum potestatem
20. venit, qui eam Rothomagum duxerunt, & in eam horrendis cumulatis calumniis, & nemine in ejus defensionem hiscere auso, iniquissime Magię, Hæreseos, & Luxuriæ accusarunt, ac damnarunt, & Seculari tradita Magistratui, viva in foro exusta est die 31. mensis Maii 1431.

Verum hujus heroicæ Puellæ innocentia, & idcirco iniqua illius, & per inju-
21. riam damnatio, mediante Sententia, & Decreto, nullitate, & injustitia laborante, apud probatæ fidei Scriptores patens redditur, & liquido detegitur; constat siquidem, quod Carolus VII. Galliarum Rex, non inconsulte, ac incautus, & præceps fidem assertionibus

nibus d. Puellæ adhibuit, asserentis Regi à Deo se missam fuisse; nam

22. Puellę dictis fidem præstitit, auditis prius sub rigoroso examine, ac interrogationibus d. Puellæ factis per Theologos, Jurisperitos, Proceres, ac Senatum Parisiensem tunc Pictavium translatum, quibus interrogationibus tentata, ac probata fuit d. Puella; ipsa enim prudenter, constanter, ac Sancte ad omnia respondit: unde eandem Innocentiam Puellæ, quod esset Deo chara, ipse rei fecundissimus eventus, & exitus comprobat, qui non, nisi Deo adscribi debet.

Insuper urget consideratio Meritorum ejusdem Puellæ, quę in florida ętate duodeviginti annorum dumtaxat ætatis suæ in Regem, totumque Galliarum Regnum tot Victoriis atque Triumphis ingentia sibi merita comparaverat, quæ quidem Rex Carolus VII. in perenne Monumentum commendavit Regio Diplomate, quo mirabilem illam Puellam, ejusque Patrem, Matrem, Fratres, Consanguineos, ac eorum Posteros ad Nobilium Ordinem evexit anno 1429. Quod Regis Diploma in suis refert observationibus ad Historiam Caroli VII. *Dionysius Godefridus*, de quo meminit *d. Pater Graveson d. tom. 6. d. Colloq. 1. pag.* 48.

Nec immerito hujus Puellæ Natalitia,

23. Vitam, Religionem, Mores, Resque gestas, laudibus probatissimę fidei Scriptores extollunt, & de illis mentionem integram faciunt, sicque injuria fuisse damnatam palam testantur, & legere est apud *d. Patrem Graveson d. tom. 6. Colloq. 1. pag.* 49.

Addimus pro integra expositione narra-

24. tionum super his quæ gesta sunt in condemnatione hujus innocentis Puellæ, & morte sævissima eidem illata, ac tandem quæ postmodum gesta sunt. Profecto undique immanis, & horrore plena est Censura illa, quam Parisiensis Universitas tulit in Puellam Aurelianensem, quam cunctorum flagitiorum peste conspurcatam describit; illam quippe proditricem, dolosam, crudelem, sitibundam effusionis Sanguinis humani, seditiosam, & ad tyrannidem provocantem, Schismaticam, Apostatricem, Divinatricem, Blasphemam in Deum, Contemptricem Dei in suis Sacramentis, Legis Divinæ, ac Sacræ Doctrinę, Sanctionumque Ecclesiasticarum Prævaricatricem, male sapientem, & errantem in Fide, atque de Idololatria suspectam &c. ut totidem verbis narrat *d. Pater Graveson d. tom. 6. pag.* 48, ubi quod *Egassius Bulęus*, *hanc Parisiensis Universitatis Censuram inserit tom. 5. Historia Universitatis Parisiensis à pag. 394., usque ad 409.*

Hujusmodi Parisiensis Universitatis Cen-

25. sura nullum constituit Probationis gradum, tum nullitate, tum injustitia quibus scatet, attentis. Ut enim diximus in §. *Reliquum est* nullus adfuit ejusdem Puellę in Judicio Defensor, contra Juris Regulas, Reis quibuscumque Defensorem statuentes.

Constat præterea, d. Censuram exortam fuisse ab Henrico VI. Anglię Rege, qui tunc temporis dominabatur Parisiis, & Galliæ Regem se appellabat, ac à Petro Cauchonio confictam, Vinitoris in Agro Rhemensi filio: est autem Vinitor rusticus Vinearum custos, juxta illud Poetæ *Eccloga* 10. *matura Vinitor uva:* de quo Calepinus in verbo *Vinitor*, dictusque Petrus Cauchonius Episcopus erat Bellovacensis, insignis Anglorum fautor, Patriæ, Religionis, & æquitatis Proditor, teste *Graveson d. tom. 6. pag.* 49.

Nulli-

Nullitatum, & Injustitiæ hujusmodi Censuræ, ac Sententiæ Capita à Judicibus Apostolicis recognita fuere. Sanctæ siquidem memoriæ Callixtus III. Pontifex Maximus, volens, ut Puellæ Aurelianensis causa diligentiori examine discuteretur, eam examinandam, & judicandam anno 1456. commisit tribus præclaris Præsulibus in Judices, hoc est Joan. Archiepiscopo Rhemensi, Guillelmo Parisiensi, Richardo Constantiensi Episcopis. Hi porrò diligenter, & accurate visis, & discussis omnibus, & singulis Instrumentis, Processibus, & Actis, Monumentis, & Scripturis, Aurelianensem Puellam innocentem dixerunt, pronunciarunt, declararunt, & omnes Processus in ipsam factos, vel Sententias in eam latas, tanquam dolum, calumniam, iniquitatem, repugnantiam, jurisque & facti errorem continentes, damnarunt, atque auctoritate Apostolica omnino resciderunt, & in irritum miserunt, ut totidem fere verbis refert *d. Graveson d. tom. 6. pag. 49.* ubi inquit, quod ita constat ex Sententia ab his lata, quam ex Regio Cartophylacio erutam, in suis ad Historiam Caroli VII. observationibus edidit *Dionysius Godefridus pag. 903.* Legendus est etiam *Egassius Bulaus pag. 406. ejusdem tom. 1. Historiæ Universitatis Parisiensis*, ubi aperte innuit, hanc Universitatis Parisiensis Censuram contra Puellam Aurelianensem, instigante Henrico Angliæ Rege, qui etiam se Franciæ Regem nuncupabat, factam fuisse, eaque de causa eundem Henricum Regem, nequid probri in Episcopum Bellovacensem, in Doctores Parisienses, aliosque, qui in hoc negotium inquisierant, jaceretur, eos suis litteris immunes esse voluisse; Universitatem quoque Parisiensem, ad Summum Pontificem, ad Collegium Cardinalium, & ad Imperatorem Litteras perscripsisse, in quibus totius Negotii seriem, executionemque Judicii exponit. Quas Universitatis Parisiensis literas, postquam descripsit *Egassius Bulaus*, subdit *Cæterum Valerianus Varanus Theologus Parisiensis sub finem libri 4.* Vitæ, quam carminibus conscripsit Puellæ Aurelianensis. *Cor*, inquit, *mediis in cineribus illæsum intactumque, & sanguine plenum fuisse inventum.*

Postremo enituit pietas in morte Puellæ;
In cinerem cunctos, cum flamma resol-
26. *veret artus,*
Illæsas cor habet venas, mirabile dictu!
Nec sinceri animi temerant incendia Sedem;
Albaque tum visa est Orbi prodire Columba.
Et petere Æthereos, multis spectantibus, Orbes.

Hucusque transcripsimus verba *d. Patris Graveson d. tom. 6. à pag. 48. cum seqq.*

Sub pagina tandem 50. concludit *idem Graveson* per hæc verba - *His, & aliis Monumentis probatur Innocentia*
27. *Puellæ Aurelianensis quam statim ac Angli inique damnassent, ac vivam combussissent, toto Galliarum Regno pulsi sunt magnis cladibus affecti, & omnes, quas occupaverant urbes, in Caroli VII. Galliarum Regis, ubique Victoris, potestatem, ac fidem recepta. Sic res Anglorum post Puellæ Aurelianensis supplicium in præceps ruentes, documento fuerunt hanc Sampsonis æmulam morte sua, & flammis, plus eis, quam vita, & armis nocuisse. In istius gloria partem cum Puella Aurelianensi optimo jure venire debet Carolus VII.*

Defuncto antedicto Galliarum Rege Carolo VII. ei successit ejus Filius Ludovicus

dovicus XI. qui regnare cœpit in Gal-
28. lia anno 1461. Eum fuisse Principem Patri suo longe dissimilem, ingenio quidem perspicaci, & acuto, sed callido, versatili, suspicioso, pervicaci, vario, & incerto, tantaque solertia fuisse præditum, ut conspirantium in se Principum factiones dissipaverit, eosque sæpius naso suspenderet adunco, memoriæ prodiderunt Historici. Vitæ nimium amans, Medico suo singulis mensibus decem millia nummum concedebat; sed admonitus à Sancto Francisco de Paula, quem ex Calabria in Gallias evocaverat, de proxima sibique imminenti morte, eam tranquillo animo aspexit, omnibusque Ecclesiæ munitus Sacramentis, naturæ debitum solvit anno 1483. postquam regnasset viginti duos annos, ut scribit *d. Graveson tom. 9. pag. 146.*

Hinc patet hunc Ludovicum XI., qui ut præmisimus, fuit Institutor hujus
29. Equestris Militaris Ordinis S. Michaelis in Gallia, motum fuisse ad hanc fundationem, non ex alia causa, sed revera Opus hoc perfecit ad reddendum Deo Optimo Maximo debitas gratiarum actiones in memoriam favorum publicorum collatorum pro liberatione Galliarum Regni ab hac horrenda Catastrophe, & ad Fidei Catholicæ, ac Status Sanctæ Ecclesiæ defensionem, & Juris publici Gallicanæ Coronæ: *d. Abb. Justinjanus d. loco pag. 773.*

Præterea idem Ludovicus XI. Galliarum Rex Caroli VII. filius, ad Subditorum
30. animos inter se, ac cum ipso discordantium, ut ad sui Amorem allice-ret, anno 1469. in loco *Amboise* Equestrem Ordinem Conchiliarem instituit sub Titulo, & Protectione Sancti Michaelis Archangeli, qui est unus ex Galliarum Regni Tutelaribus; eo quia tempore Caroli VII. ejus Patris, cum Franciæ Regnum fere perditum esset, & ab Anglis occupatum, juxta ea quæ superius narravimus, fretus præsentissimo Dei auxilio Sanctus Archangelus Michael in Ponte Civitatis Aurelianensis apparuit, dum Rex eandem Civitatem tuebatur adversus Anglos, eoque etiam tempore, quo celebris illa Puella Aurelianensis nuncupata Joanna Darcia, velut altera Debora, aut Judith, Gallorum spiritus erexit, armisque ipsa pugnavit pro Gallis, qui Victores emerse-re adversus Anglos è Galliæ Regno expulsos, juxta mirabilem Historicam Narrationem antedictam, & sequitur *Sansovinus* in Libello *Dell' Origine de' Cavalieri, pag. 12. à tergo, juxta impressionem Venetam Heredum Marchio Sessa anno* 1570. pene ad litteram supra allegatus late *Pater Graveson Histor. Ecclesiast. tom. 6. Colloq. 1. pag. 45. cum seqq., & tom. 9. octava Tabula Chronologica pag. 145. Typis Romanis Ludovici Tinassi &c. anno 1722. d. Pater Fontana tom. 8. pag. 386. d. Hermant d. tom. 2. pag. 307.*

De dicta hujus Ordinis fundatione prædicto anno 1469. testatur *d. Abb.*
31. *Justinianus Istorie Cronologiche &c. e degli Ordini Militari parte seconda cap. 74. Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum in verbo S. Michaelis in Gallia pag.* 308. *impresso in calce sui Tract. de Ordine Aquilæ Albæ juxta impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. *pag.* 308. *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 36. pag.* 307. *juxta impress. Rothomagen Typis Joannis Baptista Besogne* 1726. *Alexander Ross. des Religions du Mundo division decima pag.* 238. *Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, &c.*

& Critiques sur la Chevalerie. &c. lib. 1. Dissert. 7. art. 1. pag. 130. juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart anno 1718.

Idemque Rex Ludovicus XI. fundator
32 Ordinis, se Caput quousque viveret constituit, & postmodum Reges Successores in Galliarum Regno. Cum hoc tamen, quod si mortuo Rege Equitum Capite, & Successor in Regno in minorili ætate reperiretur, & ob id inhabilis esset ad Gubernium ejusdem Ordinis, tunc statuit, quod per Equites Ordinis, convocato Capitulo Ordinis eligatur, mediante pluralitate Votorum, unus ex Equitibus in Præsidem, & Superiorem Ordinis, qui eundem Ordinem gubernet in locum Regis in minorili ætate existentis sumptibus eiusdem,
33. quousque minorili ætas duret, Præsidique antedicto obedire teneantur Equites, juxta ea quæ cumulant prænominati Scriptores.

Statuit autem Rex fundator, ut numerus Equitum non excederet trigesi-
34. mum sextum, seque caput, & magnum Magistrum declaravit: *d. Abbas Justinianus pag. 773. d. Pater Bontana pag.* 386. ubi enumerat nomina Equitum ab ipso creatorum: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 381. ubi similiter inquit, quod numerus statutus fuit à Fundatore, quod non ex-
35. cederent triginta sex, quodque tunc solum quindecim nominavit, referendo cœterorum nominationem: nomina autem quindecim nominatorum fuit ex nobiliori Regio Sanguine, juxta Ordinem relatum à prædicto *Patre Fontana pag.* 386. Carolus Dux Guiennæ, Joannes Dux Burbonensis, & Averniæ, Ludovicus de Luxemburgo Comitum S. Pauli Commestabilis Franciæ, Andreas de Laval Marescallus Franciæ, Joannes Comes de Sancerre, Ludovicus de Beuumont, Dominus dela Foret, & du Plessis, Joannes de Estonteville Dominus de Torcy, Ludovicus de Laval Dominus de Chatillon, Ludovicus Bastardus de Borbone Comes de Rossiglione Architalassus Franciæ, Antonius de Chabannes Comes de Damartin magnus Franciæ Magister, Joannes Bastardus de Armagnac Comes Comminges Marescallus Franciæ & Gubernator Delphinatus, Georgius dela Tremoglie Dominus de Craon. Gilibertus de Chabannes Dominus de Corton, & Siniscalcus Guienne, Carolus Dominus de Grussol Siniscalcus de Poiton, & Teneguido de Chiatel Gubernator Rossiglionis, & Sardiniæ.

Verum conspicui hujus Ordinis talia incrementa apparuere, ut Equitum numerus antedictus usque ad centum pervenerit: *Abbas Justinianus* ibi *pag.* 777, & de quo infra in sequent. *Sect.* II *sub n.* 9.

Insigne Ordinis est Torques aureus ex
36. conchis inter se duplici chordula hærentibus, a qua torque pendet ad pectus Imago Sancti Michaelis Archangeli Hasta manu dextera retenta, Infernalem Draconem ad illius pedes devolutum ferientis, ac conculcantis, & manu sinistra Lances servantis. Imago d. Torquis refertur ab antedicto *Abbate Justiniano pag.* 772. *Pater Bonannus in Catalogo omn. Ordin. Equestr. n.* 81. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 380. *& seq. d. Hermant tom.* 2. *pag.* 305.

De ea agunt, ultra præallegatos, *Franci-*
37. *scus Mennenius - Deliciæ Equestri, seu Militarium Ordin. Pater Graveson Histor. Eccles.* superius allegatus: *d. Volumen* cui Titulus - *Li Sourani del Mondo tom.* 4. *impress. Venetiis Typis Sebastiani Cholini, & Jo. Malachinan.*

an. 1710. pag. 289. sub Titul. - *Ordini di Cavalieri di San Michele*.

Pro rerum dilucidatione repetimus 38. quæ mox diximus in §. *Insigne cum seqq.* Insigne Ordinis videlicet constare Torque aurea ex Conchis aureis inter se aurea duplici catena colligatis, quibus appensa conspicitur ad pectus defluens Imago Sancti Michaelis Archangeli, qui manu dextera Hastam tenens, cum ea Infernalem Draconem ad illius pedes prostratum ferit, & conculcat: in sinistra vero manu lances servat, cui Tesseræ pro 39 lemmate hęc verba leguntur .. *Immensi tremor Oceani*. quæ verba Scriptores, ut diximus explicant, quod sicuti parum antequam institueretur hic Equester Militaris Ordo, juxta superius narrata, Galli terra contra Anglos formidabiles fuerunt, ita in mari quoque Classibus terribiles fierent. Volumen - *Li Sourani del Mondo tom. 1. juxta impress. Venetam Typis Sebastiani Choliner, & Joannis Malachin 1710. d. Hermant in Histor. Ordin. Equestr. &c. tom. 2. cap. 37. pag. 314.*

Propius tamen accedentes ad ipsum sonum dictor. Verborum *Immensi tremor Oceani*, videntur desumpta verba ex qualitate, & descriptione loci primę Sedis Ordinis, prout describemus infra §. *Ludovicus Undecimus*; ostendetur enim ibi à fundatore electum fuisse & destinatum pro residentia Ca- 40. pituli, & Ordinis Sede Montem nuncupatum *Sancti Michaelis in Normania in Oceano*, & in d. loco Tutelam, & Patrocinium favore Fidelium servavisse adversus incursiones inimicorum Catholicę Fidei, & Gallicę Coronæ.

Profecto constat in facto, quod Mons, ubi fuit antiquitus fixa Sedes Ordinis, 41. fuit Mons Sancti Michaelis in Normania, dictus *in periculo Maris* in Oceano, & una leuca distat à littore, juxta ostia Lerræ Fluvii, & quatuor leucis distat ab Abrincis, in occasum Maclovium versus Arcem habet, & Oppidulum ut inquit *Lexicon Geographicum Philippi Ferraris cum notis Baudrand per Jacobum de Cadorinis 1695. pag. 441.*

Sic alius Scriptor magis recens loquitur: *Mons Sancti Michaelis*, Gallice *Le Mont Saint Michel*, *Mons in Normania, una Leuca distat à littore, juxta ostia Lerræ Fluvii versus Normaniam, & Brittanniam Minorem, & ab ora tantum divisus, accedente æstu Maris Oceani, vocatus fuit etiam Mons Sancti Michaelis ad duas Tumbas, & quatuor leucis distat ab Abrincis, in occasum Maclovium versus, & duabus à Ponte Ursonis. Lasor Universus Terrarum Orbis &c. Patavii 1713. ex Typographia Jo. Baptistæ Conzatti pag. 225. tom. 2.*

Liquet juxta ea, quæ supra notavimus, 42. quod prælaudatus Sanctus Michael Archangelus in Ecclesia in descripto loco sita, speciali cultu à Populis fidelibus colitur; ibi plura patravit Miracula favore Populorum, illum exorantium, & Nationis Gallicæ favore adversus Gallicanæ Coronę Hostes, Terra, Marique, ac semper præsidio fuit ad illos conterendos, ac in ipso loco, in Oceano sito, desumpto vocabulo, optime quadrat Lemma *Immensi tremor Oceani*.

Addimus etiam, quod eodem Ordine 43. præter d. Collare, & d. Tesseram, adest etiam peculiaris Crux deferenda ab Equitibus, estque forma eadem, ac figura, prout est Crux Sancti Spiritus, sed debet esse minor pro medietate; & loco Columbæ adest Numisma continens Imaginem Sancti Michaelis Hasta manu tenta, qua ferit pro

prostratum Draconem, Infernalem Draconem repræsentantem, de qua Cruce verba fecimus in §. *Quod omnes, & singuli*, ubi notamus Auctores referentes Imaginem d. Crucis, & in §. *Hic in proposito*, & infra *n.* 53.

Denique non omittimus hic transcribere 44. quod scriptum reliquit antedictus *Abb. Justinianus pag* 778. ubi sic habetur *Non ostante però, che molti frequentemente in più parti restano dalla generosità de' Capi Sovrani aggregati à quest' Ordine, oltre al numero dei cento riservati, non pare, che questi usino del Collare, conferendosi loro solamente l' Impresa del Santo Arcangelo Michele situata nel mezzo di una Croce azzurra biforcata nelle estremità, come portano appesa nel petto, della seguente figura, della quale usano per istabilimento nell' Aresto Regio* 1666. 10. *Luglio intimato ad ogni Cavaliere*.

Tenentur vero quotidie deferre Collare 45. hujusmodi visibiliter, sub pœna celebrare faciendi unam Missam, & prçstandi Eleemosinam septem Solidorum, & sex denariorum, ut dicitur *Tornesi*, exceptis tamen temporibus, quibus morabâtur Equites in Exercitu, in itinere, in eorum Domibus, vel in venatione; tunc enim tenebantur deferre solum Numisma ex aurea catena pendens, aut à funiculo serico nigri coloris, quod nunquam omittere poterant neque in majoribus periculis, etiam ad conservandam Vitam, ut exponit *d. Pater Fontana pag*. 387. ubi subdit *cum Brantonio* dicente *sic audivisse*.

Idem Ludovicus XI. fundator, Ordinem 46. sub protectione Sancti Michaelis Archangeli statuit, & pro Residentia Capitali, & Sede ejusdem Ordinis elegit, & destinavit Montem nuncupatum Sancti Michaelis in Nortmannia, ut jam retulimus, in Oceano, ut notat sæpe laudatus *Abb Justinianus parte seconda cap*. 74. *pag*. 774. *d. Pater Fontana d. tom*. 8. *pag*. 388.

Nortmannia autem est Regio Galliç ultra *Sequanam* flumen, ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Chersonensis Populis, & germanum vocabulum est, & dicitur Gallia Lugdunensis.

Ut ibi cuncta Divina perficerentur Officia, & Ecclesiasticæ functiones celebrarentur, & Preces pro magnis Magistris, ac Equitibus funderentur, applicatis ejusdem loci Ecclesiæ omnibus Bonis, & Fundationibus factis, & faciendis ac Beneficiis erigendis, sicuti prosequitur *d. Abb. Justinianus d. pag*. 774. ubi Principis in hoc intentionem laudat, cum fiet in monumentum favorum, & gratiarum, quas idem Sanctus Archangelus in eodem loco in tutamen Fidelium fuerat elargitus; semper quippe in d. loco tutelam servavit, & patrocinium adversus incursiones inimicorum Catholicæ Fidei, & Gallicanç Coronæ, ut prosequitur *d. Justinianus*, qui ibidem loquitur per hæc verba. *Quindi ordinò, che nella Chiesa in quel luogo fossero erette Sedie nel Coro per l' intervento dei Capi Sovrani, sopra le quali dovevano di tempo in tempo collocarsi da ogni Capo, e Cavaliere il proprio Scudo dell' Arme, o Insegne, e sopra di esso l' Elmo, o Cimiere in caso di morte. Il Tesoriere passa a far levare l' Arme del Defonto dalla Sedia, e le fa appendere in loco appartato nella Chiesa. Lo stesso praticandosi in grado di degradazione, col più, che sotto all' Armi del Deposito appese nella Chiesa, deve registrarsi l' Iscrizione, che notifichi il motivo della Privazione*.

Verum postmodum videtur eundem Principem

cipem fundatorem comutasse, & designasse locum in Aula Palatii Sancti Michaelis Parisiorum, ubi designavit ædificare Collegiatam Ecclesiam cum
47. suis Canonicis, Præposito, Magistro Cœremoniarum Ordinis, aliisque necessariis, quæ describuntur per *Patrem Fontanam* superius allegatum *pag.* 389. ubi inquit, quod talis ædificatio effectum non habuit.

Annuatim in vigilia Solemnitatis hujus
48. Sancti, omnes Equites in Assemblea commorantes se præsentare debent magno Magistro ante Vesperas in illius Palatio, insimulque Ecclesiam adire, longa induti Toga *di Damasco bianco* usque ad talos, auro exornata, di *Conchiglie*, & Nodis Amoris, *fatto in ricamo, e foderati di Armellino*, una cum Capucio caput cooperiente *di Velluto cremesi* ut inquit *d. Fontana pag.* 390. *d. Justinianus pag.* 774.

Sequenti die ad Ecclesiam redeunt, ut Missæ Sacrificio intersint, Offertorium, seu Oblationem peragunt unius Monetæ aureæ, juxta cujuslibet Devotionem, completoque Officio, ad prandium cum Rege pergunt. Eadem die ad Ecclesiam ad Vesperas pergunt, sed cum Vestibus nigris, cum Capuciis ejusdem coloris, Rege excepto, *il quale porta un Manto violetta*.

Adsunt Recitationi Nocturnorum pro Defunctis: sequenti autem die intersunt Missę Sacrificio, & ad Offertorium quilibet Eques offert Cereum unius libræ, in quo est affixum ejus Stemma.

Tandem sequenti die iterum se conferunt ad Ecclesiam ad audiendam Missam, quæ canitur de Sanctissima Virgine; sed intersunt in Habitu sibi bene viso. Hæc lege apud allegatum *Fontana pag.* 390. *Abb. Justinianum pag.* 754.

Henricus II. Rex Franciæ in primo Ca-
49. pitulo hujus Ordinis Lugduni tento anno 1548. statuit, quod in posterum Equites pro Veste Capitulari deferrent Pallium ex tela argentea circum ornatum, ut dicitur *Della sua divisa, cioè tre mezze lune intralciate di trofei, seminate di Lingue, e Fiamme di foco col Cappuccio di velluto rosso cremesi, adornata con lo stesso ricamo*: *d. Fontana pag.* 93. *d. Abb Justinianus pag* 774. *d. Bonannus n.* 81. ubi quod *le scarpe sono bianche*: sic inquit etiam *Abb Justinianus pag.* 774., *& Pater Fontana*.

Quod Cancellarius Pallium gestaret al-
50. bum *di Velluto*, & Capucium *di Velluto cremesi*.

Præpositus, & Magister Cœremoniarum,
51. Thesaurarius & Registrator, & ut ajunt Araldus Pallium *di Raso bianco*, & Capucium *di Raso cremesi, e che portassero una catena d' oro*, à qua ante pectus pendet *una Conchiglia d' oro*: *d. Fontana pag* 393.

Figura Equitis d. Tunica induti habetur penes *d. Abb. Justinianum d. par. seconda pag.* 775. *Bonannum d. n.* 81. *d. Collectorem Gallum tom.* 4. *pag.* 380.

Hìc in proposito hujus Ordinis, ejusque Tesseræ ad litteram referimus quod scriptum reliquit *Augustinus Paradisi* in volumine, sub titulo - *Raccolta di Notizie Storiche, Legali, e Morali per formare il vero carattere della Nobiltà, e dell' Onore, publicata da Agostino Paradisi col titolo di Ateneo dell' Uomo Nobile, ed ora Forma Riprodotta tom.* 4. *delle Armi Gentilizie ec. in Ferrara a spese della Compagnia* 1740.

Dictus ergo *Augustinus Paradisi par.*
52. *seconda cap.* 7. *n.* 16. *pag.* 154. sic habet - *I Cavalieri di S. Michele Ordine da Luigi XI. Re di Francia dopo la*

la miracolosa Apparizione dell' Angelo istituito anticamente, portavano un Collare d'oro, dal quale pendeva una Medaglia con la figura dell' Angelo, e col motto Immensi tremor Oceani: *fu poscia convertita in una Crocetta nell' estremità biforcata, e con la figura dell' Angelo nel centro, come tuttavia si pratica.*

Fertur Franciscum I. Regem redarguisse aspere quemdam Equitem, qui
53. in quodam certamine captivus factus, tali casu deposuit clam d. Tesseram Ordinis, ob finem, ne se detegeret Equitem hujus Ordinis, & proinde ne cogeretur pro sui redemptione ingentem pecuniarum summam solvere.

Cœterum præfata tessera constare debebat pondere bis centum scutorum auri, neque poterat gemmis ditari: *d. Pater Fontana d. pag.* 387.

Eandem tesseram Equites vendere ne-
54. queunt, nec oppignorare, ad Ordinem enim spectat, & post Equitis mortem, ejus Hæredes tenentur intra spatium trium mensium ad Thesaurarium Ordinis transmittere: *d. Fontana d. pag.* 387.

Equites Bellum nequeunt gerere, neque
55. actiones periculis subjectas aggredi, nisi prius majori Parti Equitum notam fecerint, & consilium audiverint: *d. Fontana pag.* 387.

Equites natione Galli non possunt Principi extero servire, neque longa itinera suscipere sine Regis consensu: *d. Pater Fontana pag.* 387.

Equites aliarum Nationum possunt aliis inservire Principibus, conscium tamen
56. facere tenentur ipsum Galliarum Regem. Si Rex contra aliquem Principem Bellum movet, Eques Ordinis subditus talis Principis potest in sui defensam Arma movere. Si autem talis Princeps Bellum contra Gallias indicit, Eques suus Subditus recusare debet servire in Bello contra Gallias. Quod si Princeps recuset admittere excusationem Militis, illumque cogat ad præstandum servitium, tunc poterit Arma sumere contra Gallias; debet tamen certiorare Caput Ordinis, debetque protestari cum suo Principe, quod si in Bello captivum fecerit Equitem Ordinis, ipse eidem Equiti captivo libertatem tribuet, omnemque impendet conatum, ut ei vita salvetur: quod si suus Princeps assentiri recuset, debet deserere illius servitium: *d. Pater Fontana d. pag.* 387. *& seq.*

Rex se obstrinxit Equitum protectionem
57. præstare, ac eosdem in eorum juribus manutenere, & Privilegiis; nec bellum, aut ullum aliud negotium notabile sine eorum consilio aggredi, exceptis casibus illis maximum secretum exigentibus, promptamque executionem, ut subdit *d. Fontana pag.* 388. *d. Justinianus pag.* 773.

Equites vero se obstringunt etiam Jura-
58. mento, magnum Magistrum nunquam deserere in illius actionibus: *d. Fontana pag.* 388. *d. Justinianus pag.* 773.

Tenentur Regi inservire in Bello per-
59. sonaliter, & in casu impotentiæ, per Substitutum: *d. Justinianus pag.* 773.

Equites, si convicti fuerint, vel suspe-
60. cti de Hæresi, aut de errore contra Sanctam Fidem Catholicam, Ordine privantur: *d. Justinianus d. pag.* 774. *Fontana d. pag.* 388. Sic, si in Proditionem ruerint, vel fugam inciderint in certaminibus, Ordine privantur: *d. Justinianus d. pag.* 775. *d. Fontana pag.* 388.

Si vero ab hujusmodi imputationibus
61. voluerit Eques se tueri, fas illi erit se defendere, & se ab accusationibus pur-

purgare coram Equitum Capitulo, ac si se justificaverit, tunc in nihilo læsus in honore remanet. Si vero Reus fuerit judicatus, privatur Ordine. Istisque casibus reservatur Judicatum magno Magistro, ut prosequitur *d. Justinianus pag.* 774.

61. Quando recipiuntur in Ordine, debent deponere quoscumque alios Ordines aliorum Principum, si quos forte possidebant, exceptis Imperatoribus, Regibus, ac Ducibus: *d. Fontana pag.* 388

63. In ingressu ad Ordinem Equestrem, debent Thesaurario solvere quadraginta scuta auri, aut valorem æquipollentem, ut expendantur in emptione ornamentorum Ecclesiæ: *d. Fontana pag.* 388.

64. In cujuscumque autem Fratris obitu, quilibet Eques tenetur celebrare facere viginti Missas, & scuta sex auri pauperibus in eleemosinam distribuere: *d. Fontana pag.* 388.

Tollit Statutum contentiones de præcedentia, mandatque, quod *in ogni incontro nessuno, eccettuato il Cavaliere prima aggregato all' Ordine dovesse avere l'onore, e loco dell' accettato posteriormente, e se nello stesso giorno due fossero promossi, l'età maggiore abbia a precedere, eccettuati gl' Imperatori, Re, e Duchi, i quali per la sublime loro Dignità averanno il luogo dagli altri Cavalieri tutti*: *d. Justinianus pag.* 774.

65. Pro admissione alicujus in numero Equitum, debeant congregari cum magno Magistro, & eorum Suffragium in scriptis dare, quod tamen jam amplius non servatur: *d. Pater Fontana pag.* 388.

66. A principio quatuor Ordo constabat Officialibus, Cancellario, Registratore, Thesaurario, ac ut vocant Araldo nuncupato *Monte S. Michele* talari veste indutis *di Ciambelotto bianco foderato di panno di color celeste*, cum suis Capuciis *di scarlatto*: Cancellarius autem semper debebat esse Ecclesiasticus. Cæterum Titulus Prioratus ex causis, de quibus agit *d. Fontana pag.* 390. fuit suppressus. Officium Cancellarii hujus Ordinis Sancti Michaelis, ut prosequitur *d. Fontana pag.* 390., & 391. unitus fuit Cancellario Ordinis Sancti Spiritus instituti anno 1578.

67. Prænominatis quatuor Officialibus, Ludovicus XI. anno 1476. quintum addidit, nempe Præpositum Magistrum Cæremoniarum, sicuti notat *d. Fontana pag.* 391. De quibus vide supra. Cum Ferdinandus V. Rex Aragoniæ totum Neapolis Regnum acquisivisset, & Hispani ejecerint à Regno Gallos, Equites Neapolitani à Rege Ludovico XII. creati anno 1515. ad eundem Collare Ordinis remiserunt: *Fontana pag.* 391.

68. Statuto cavetur, quod annuatim tertia die Solemnitatis Ordinis convocetur Capitulum, ad quod convenire debent omnes Equites, & etiam Caput Ordinis, nisi obstet legitimum impedimentum. Porro inter cætera, quę peragi debent in eodem Capitulo, est Scrutinium, quod haberi debet super tenore vitæ omnium, & singulorum, an bene se gesserint, & gerant, quod Scrutinium peragitur hoc modo. Incipitur ab ultimo, qui exire debet à Capitulo, & deinde super eo inquiritur, & perpenditur, an muneris sui partes adimpleverit, vel fuerit deficiens, & in quibus, ita ut sit eiciendus ab Ordine, vel alia pæna puniri debeat, & pœnitentia; hicque modus, & similis forma adhibetur quoad cæteros: de quo Scrutinio videatur *d. Justinianus pag.* 776.

DIS-

DISCURSUS CLXV.

SANCTI MICHAELIS IN GALLIA

SECT. II.

ARGUMENTUM

In hac Secunda Sectione continuatur idem argumentum de eodem Ordine Sancti Michaelis, & exponitur series Reformationis ejusdem peractæ à Rege Ludovico XIV., vere nuncupato *il Grande*.

SUMMARIUM

1. *Hic Ordo Sancti Michaelis fuit semper magnæ æstimationis apud omnes*, & n. 3.
2. *Franciscus Primus Galliarum Rex dono misit Henrico VIII. Regi Anglorum, Tesseram Ordinis Sancti Michaelis, & Rex Henricus à Francisco I. Tesseram Ordinis della Garetiera.*
4. *Hic Ordo tempore gubernii fœminarum splendore diminutus remansit, ex quibus causis*, & n. 8.
5. *Unde Henricus Rex voluit instituere nobiliorem Ordinem Sancti Spiritus, non tamen extinguere illum S. Michaelis. Nemo potest fieri Eques Sancti Spiritus, nisi prius fuerit Eques S. Michaelis: simile servatur in Dania.*
6. *Ludovicus XIV. anno 1665. Ordinem Sancti Michaelis ad antiquum splendorem renovare satagit*, & n. 7., & 8.
9. *Adducuntur capita Constitutionis Regis Ludovici XIV. pro Ordinis restauratione*, & n. 10. 11. & 12.
Quod teneantur probare eorum Nobilitatem, & servitia præstita.
Quod observarentur Statuta edita à Ludovico XI.
Quod Equitum numerus reduceretur ad centum, præter Equites Spiritus Sancti.
Quod in numero Equitum sint Ecclesiastici Sacerdotes in ætate annorum triginta, & in quibus Dignitatibus Ecclesiasticis constituti.
Insuper adessent sex Officiales, & qui; & probarent Nobilitatem, & servitia.
10. *Cæteris, qui non haberent dicta Requisita, prohibuit gestare Titulum Equitis.*
11. *Nullus admitti potest Eques ad hunc Ordinem, nisi sit professione Christianæ Religionis Catholicæ, & Apostolicæ, Romanæ.*
12. *Sit probis moribus ornatus.*
In ætate annorum triginta.
Nobilis per duas generationes.
Servitia præstiterit Regi, & Statui in Muneribus considerabilibus in Exercitibus saltem per decem annos.
13. *Admitti Prætendens debet obtinere Commissionem deputationis Virorum firmatam manu Regis, & Secretarii directam Equiti Sancti Spiritus pro justificatione, & probatione Nobilitatis, & aliorum Requisitorum super præstitis servitiis.*
14. *Probationibus confectis, Commissarii duorum Ordinum deferunt Regi, à quo si sint approbatæ, injungit ut conferatur Collare.*
15. *Statuto cautum est, ut annuatim in Festo Sancti Michaelis Equites omnes conveniant in Aula Patrum Sancti Francisci, & in Assemblea discutiantur Negotia Ordinis*, & n. 16.
17. *Eques, qui Religionem mutaverit, statim pro tanto scelere privatur Tessera, & Ordine, etiam sub pœna degradationis à Nobilitate*, & n. 18.
19. *Qui quamcumque actionem Nobilitati, & Equestri Dignitati derogantem admittunt, privantur Ordine.*
20. *Equites omnes debent deferre Crucem*

rem Ordinis, & qua sit illius forma.

21. *Debent omnibus Asemblais interesse. & jussionibus Regis parere.*

22. *Ensem omnes Equites deferre debent.*

23. *Oratores Regis in ditionibus exteris se informare debent super nominibus, & qualitatibus illorum, qui praetendunt habere jus gestandi Insignia Ordinis, ut certioretur Rex.*

24. *Sic etiam Oratores apud Imperatorem, & Reges debent instare, ut recognoscat illos, qui subreptitie obtinuerunt Tesseram Ordinis.*

25. *Allegantur Scriptores loquentes de Reformatione facta à Ludovico XIV.*

26. *Rex praedictus sibi reservat jus creandi Equites extraneos supranumerarios.*

27. *Non observari Statutum quoad gestationem Crucis modo praescripto, neque quoad convocationem Capituli.*

28. *Tenet hic Ordo plures Comendas, sed pro Gallis*

29. *Traditur Praxis servanda pro admissione extraneorum Equitum ad hunc Ordinem.*

30. *Datur series magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CLXV.

SANCTI MICHAELIS IN GALLIA

SECT. II.

PRosequamur oportet Secunda hac Sectione Discursum hujus Ordinis Sancti Michaelis in Gallia, & modernum Statum ejusdem.

Magnę ęstimationis semper fuit hic E-
1. quester Ordo Sancti Michaelis; unde legimus, quod Rex Ludovicus XII., cum acquisivisset Regnum Neapolis, creavit Equitem Trajanum Caraccioli Principem Melphi. & Ducem d' Atri, magnum Siniscalcum Neapolis, Bernardinum Sancti Severini Principem Bibgnani, Andręam Matthaeum Aquavivam Ducem d' Atri, & Principem Terranae, & Joannem Antonium Caraffam Ducem Matalonae.

Cum autem Hispani à toto Regno Gallos eiecerint, Neapolitani Tesseram, & Collare Ordinis anno 1511. remiserunt Regi Ludovico XII. *d. Fontana pag. 391.*

Ordinis S. Michaelis Tesseram, Rex Gal-
2. liarum Franciscus I. dono dedit Henrico VIII. Regi Angliae, qui vicissim Regi Galliarum Ordinem *della Garettiera* transmisit: *d Fontana pag. 391.* ubi refert Epistolam Francisci Regis, sub datum Parisiis 10. Novembris 1527. in qua Epistola hunc Ordinem Sancti Michaelis nominat nobilissimum Ordinem, ac dignissimum.

Et in acceptatione, quam ibi facit Rex Franciscus Ordinis della *Garettiera*, sibi à Rege Angliae missi, praestat Juramentum, & promittit in verbo Regis servare, & observare, ac manutenere Statuta, & Ordinationes dignissimi Ordinis Sancti Georgii nuncupati della *Garettiera*, in iis quae compatibilia sunt, nec contraria, nec derogantia Statutis Ordinis Sancti Michaelis, & similiter aliis Ordinibus antecedenter sumptis ab aliis Principibus.

Hic Sancti Mihaelis Ordo sub Funda-
3. tore Ludovico XI., & tribus successivis Regibus usque ad Henricum II. semper illuxit; ex primatiis enim Regni Proceribus primi fuerunt eidem aggregati, quos enumerat d. Volumen, cui titulus. *Li Sourani del Mondo tom. 4. impress. Venetiis pag. 289. d. Hermant* ubi supra: *d.*

Patir

Pater Fontana à pag. 391., & seq.
Sed postmodum ex fœminatum Gub r
4 nio idem Equestris Ordo venalis eva
sit. ex quo Regina Catharina Medi
ces, ut illius factioni faveret, indi-
scriminatim omnibus conferebat, sic-
que Viri illi, qui antecedenter soli ad
eundem aspirabant. postmodum illum
suscipere recusabant.

Verum, ut dicemus in Discursu su-
5. per Ordine Sancti Spiritus in Gal
lia, Henricus III. fundando Ordi
nem Sancti Spiritus, in mente ha-
buit Ordinem pro insigni Nobilitate
fundare, eo quod Equester Ordo, &
Militaris Sancti Michaelis splendore
diminutus remanserat; noluit tamen i-
stum extinguere, sed intactum serva
re, ideoque injunxit, ut illi, qui ad
Ordinem Sancti Spiritus promoveren-
tur prius insigniti essent Ordine San-
cti Michaelis, ut dicemus in *Discur-
su Ordinis Spiritus Sancti: & d. Fon
tana pag.* 393. præcise advertit, quod
omnes, qui d. Ordinem Sancti Spiritus
recipiunt, in Vigilia diei eorum pro-
motionis tenentur recipere Ordinem
Equestrem S. Michaelis.

Et ob hoc hujusmodi Equitum Arma,
& Stemmata duobus Torquibus cir-
cumdantur, ipsique appellantur *Ca
valieri degli Ordini del Re*, ut sic
loquitur *d. Pater Fontana d. pag.*
394.

Non dissimili modo cautum est in Da-
nia quoad Ordinem Elephantinum,
& Danebrogicum; nemo enim ibi re-
cipitur ad Ordinem Elephantinum, qui
antea creatus non fuerit Eques Da-
nebrogicus, ut notavimus in hoc *Tomo
secundo Par. secunda hujus secundi no-
stri Voluminis Discurs.* 148. *n.* 67.
pag. 93.

Ludovicus autem XIV. anno 1665. sum-
6. mopere eundem S. Michaelis Ordinem
ad antiquum splendorem revocare sa-
tegit, atque ideo plurima vere rega-
7. li animo sanxit, de quibus d. Volu-
men - *Li Sovrani del Mondo tom.* 4.
pag. 289. cum aliis infra allegandis.

Diximus, quod d. Rex Ludovicus XIV.
8. in cunctis quidem meritissime cogno-
mento *Magnus*, plura sanxit ad resti-
tuendum originario splendori hunc
Ordinem dignitate collapsum, ob mul-
tiplicitatem Virorum ad eundem admis-
sorum, & sane natalibus abiectorum,
nullaque præcedente probatione No-
bilitatis, & Servitiorum: Preterea ex
quo plures Forenses, & Exteri, qui
subreptitie obtinuerant attestationes,
fuerant in Equites recepti.

Capita Regię Constitutionis, quam ma-
gnus Ludovicus XIV. provide ad re-
staurandum hunc Sancti Michaelis Or-
dinem edidit die 14. Julii 1661.
sunt, quod illi qui Equites adscripti
9. sunt in Ordine, tenerentur deferre,
sive transmittere ad Commissarios à
Rege deputatos probationes eorum
Nobilitatis, & Servitiorum prętito-
rum. Plures quidem paruerunt, sed
cœteri nequaquam, ob timorem dete-
gendi eorundem Originem, vel defi-
cientiam probationis eorum Servitio-
rum: quapropter Rex anno 1665.
novam pręscripsit methodum, quod
omnia Statuta, Ordinationes, & Re-
gulæ, quæ in fundatione Ordinis, &
etiam postmodum editę, ac præscrip-
tæ fuere à Rege Ludovico XI. invio-
labiliter observarentur: quod nume-
rus Equitum admittendorum in Or-
dine redigeretur ad centum, qui te-
neantur probare Sanguinis Nobilita-
tem ex latere Patris, & Matris, ad
tradita in Volumine prædicto - *Li
Sovrani del Mondo tom.* 4. *pag.* 289.
& inferius Scriptores cumulabimus,
& antedicto numero Equitum addun-
tur Equites Sancti Spiritus. Quod in
numero Equitum, sex sint Ecclesiastici
Sacer-

Sacerdotes in ætate annorum trigin-
ta, & in Dignitate constituti Abba-
tum, aut existentes in præcipuis gra
dibus Ecclesiarum Cathedralium, &
Collegiatarum: insuper sex Officiales,
ut dicitur *Delle Compagnie Sourane*,
sub conditione tamen, quod easdem
Probationes, conficerent, quoad eo-
rum natalia, & quoad servitia præ-
stita, eo modo, & forma qua confi
ciebant Milites; prædictique omnes
20. solum jus haberent Insignia Ordi-
nis deferendi, & titulo Equitum
fruerentur, ac honoribus Privilegiis-
que, & emolumentis cum suis anne-
xis.

Prohibuitque omnibus cujuscumque es
ssent conditionis, ne impostérum Titu-
lum Equitis hujus Ordinis gestarent,
nec Tesseram, non obstantibus quibus-
cumque, ut vocant *Brevetti*, Literis
Secretariæ, nec attestationibus super
acceptatione ad Ordinem ab illis
obtentis; quæ omnia abolita sunt à
Rege, & declarata nullius valoris.

Vetuit quoque, quod nullus accceptа-
21. retur in Ordine, nisi esset profes-
sione Christianæ Religionis Catholicæ,
Apostolicæ, Romanæ, ac probis mo-
22. ribus ornatus, in ætate annorum
triginta, Nobilis per duas Generatio
nes, servitia præstitisset Regi, & Sta-
tui in muneribus considerabilibus, in
Exercitibus, saltem per spatium an-
norum decem, & quoad illos ex Ju-
stitia, per idem temporis spatium, &
ille, qui à Rege capax inveniretur
pro ista Dignitate consequenda, ob-
tinere debat deputationem Virorum
23. manu Regis firmatam, ac Secreta-
rii Ordinum, firmatam etiam cum
magno Sigillo Ordinis Sancti Michae-
lis, directam Equiti Ordinis Sancti Spi-
ritus à Rege nominato, ut caperet
informationes super dictis Requisitis
probationis Nobilitatis, sicut & su-
per præstita servitia.

Quibus Probationibus confectis, ponen-
dæ sunt Scripturæ in Sacculo sigillato,
14. & firmato cum sigillo Stemma
Commissariorum continente, una cum
eorundem Commissariorum Voto; &
omnia tradentur in manibus Com-
missarii duorum Ordinum, ut Regi
fiat Relatio, qui cum Consilio Con-
fratrum, quos vocabit, Rex appro-
babit, vel rejiciet Præsentatum: quod
si à Rege fuerit approbatus, tunc
Rex Commissario scribet, ut juxta
solitum morem ei conferat Collare
Ordinis.

Jussit Rex pro manutentione boni Re-
15. giminis Ordinis, ut annuatim in
Festivo die Sancti Michaelis omnes
Equites capitulariter convenirent in
Aula Patrum Sancti Francisci Parisiis,
cui Assembleæ præest Commissarius
nominatus à Rege, & in sui absen-
tia Eques magis antiquus, ubi
solemni audita Missa, propone-
tur examen omnium rerum ad Ordi-
nem spectantium, & Resolutiones in
Libro scribentur ab illo, quem Se-
cretarius duorum Ordinum deputa-
bit.

Expensæ autem, quæ necessario fient
pro Missarum celebratione, atque
Assembleæ, solventur cum pecuniis,
ut dicitur *del Marco d' oro*, mediante
mandato Cancellarii duorum Ordi-
num.

In tali Edicto jussit Rex, quod nullus E-
16. ques eximitur ab onere assistendi
dicto Capitulo Generali, nisi excusa-
tionem habuerit legitimam suæ ab
sentiæ, tuncque Mandatum Procuræ ali-
cui Equiti mittet, cum expressione,
quod ipse Mandatarius consensum
præstet, subscribatque Propositiones
faciendas, ac deliberationes in Capi-
tulo captas cum Votorum pluralitate.

Quod si aliquis post aggregationem huic
Ordini

Ordini (oh summum nefas!) Religionem mutaverit, teneatur statim Insignia Equestris Ordinis remittere Decano Equitum, & nequeat prosequi
17. dicta Insignia gerere, quousque Professionem non emiserit Religionis
18. Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ, prędictaque omnia sub pœna degradationis à Nobilitate.

Sic etiam, si aliquis quamcumque actio
19. nem patraverit Nobilitati derogantem, & Dignitati Equestris Ordinis, omnibus honoribus privatus remaneat, & Ordinis prærogativis, atque emolumentis Equestri gradui annexis, & plectetur ad formam Decretorum Ordinis.

Quod omnes, & singuli Equites deferre teneantur Crucem Ordinis, quæ
20. Crux debet esse ejusdem formæ, & figuræ, sed minor tamen pro medietate, Cruce Ordinis Sancti Spiritus, excepta tamen Columba, quę stat in medio Crucis d. Ordinis Sancti Spiritus, & loco d. Columbæ debet adesse Imago S. Michaelis encausto expressa à vitta nigra pendens, juxta Arestum Regium anno 1666. decima Julii, de quo infra. Hujus Ordinis octogonæ Crucis figura habetur apud *d. Justinianum pag.* 778. apud *d. Hermant d. tom.* 2. *pag.* 327.

Quodque in omnibus actibus, ac Assem-
21. bleis, cum à Sacra Regis Majestate fuerint hujus Ordinis Equites vocati, accedere in Regis servitium debeant, & mandatis parere.

Quod Equites omnes deferre Ensem
22. teneantur, exceptis Ecclesiasticis, qui sunt sex, & aliis, *che saranno delle Compagnie Sourane*, qui similiter sunt sex.

Postremo Rex jussit Oratoribus suis, in
23. Regnis, & Ditionibus extraneis, ut se diligenter informent de nominibus, qualitatibus, & servitiis illorum, qui jus habere prætendebant gestandi Insignia hujus Ordinis, ut ipse Rex confirmare possit illos, qui digni inventi fuerint, & interim declaravit nullas, & nullius effectus, ac valoris expeditiones, quas extranei obtinuerunt.

Similiter jussit Rex Oratoribus suis, ut
24. apud Imperatorem, Reges, supremos Principes, ac Respublicas instarent, ut recognoscerent omnes eorum Subditos, qui subreptitie d. Insignia obtinuissent, ut illis prohibere possint, ne interim d. Gradu uterentur, quousque idem Rex extraneis eisdem hunc contulisset Gradum supra numerum ordinarium.

Hactenus recensita Sanctionum Capita
25. pro reformatione Equestris Ordinis Sancti Michaelis, & augmento illius splendoris à Rege Ludovico XIV. prudentissime edita, videri possunt per extensum penes superius laudatum *Patrem Joseph Fontana d. tom.* 8. *parte* 6. *cap.* 59. *pag.* 394. sic penes *Collectorem Gallum tom.* 4. *à pag.* 391. ac allegatum *Hermant tom.* 2. *pag.* 320. *cum seqq.*

Notandumque, quod d. Rex Ludovicus XIV. sibi reservavit jus hujusmodi
26. Gratias concedendi honorarium Gradum Equitis supranumerarii, absque numero extraneis, qui meriti fuerint, mediante eorum Nobilitatis probatione, & ob servitia præstita Coronæ, ut constat ex *d. Patre Fontana pag.* 397.

Quamvis autem ex tenore hujusmodi
27. Statutorum, & Legum, præscriptum sit, ut diximus, quod Equites hujus Ordinis S. Michaelis quolibet anno teneantur Capitulariter se congregare in Conventu Patrum S. Francisci in Civitate Parisiensi, quodque Equitum Crucem gestare debeant pendentem à vitta nigri coloris; nihilo tamen

minus

minus multum temporis jam effluxit absque convocatione Capitulorum usque ad præsens, ac etiam de præsenti toleratur, quod Equites Crucem gerant è vitta cœrulei coloris pendentem, *attaccata alla bottoniera della Giubba*, ut subdunt allegatus *Pater Fontana pag.* 394., & *Collector Gallus d. tom.* 4.

Gaudent Equites hujus Ordinis Sancti Michaelis pluribus Commendis in
28. Regno Franciæ, quæ tamen conferuntur Benemeritis Nationalibus à Regibus Franciæ, qui sunt suprema Capita hujus Nobilissimæ Confraternitatis, sive Sodalitatis amicabilis, quę tractu temporis nuncupata fuit Ordo Equester, & suprema Capita appellata fuerunt, ut etiam hodie appellantur, magni Magistri: *d. Abbas Justinianus pag.* 780.

Pro Coronide hujus Discursus formulas
29. transcribimus, quę à Galliarum Rege magno Ordinis Magistro adhibentur in creatione Equitum hujus Ordinis extraneorum, & extra Regnum degentium; quo enim ad creatos in Regno, patet ex dictis in utraque sectione. Regulariter igitur loquendo, has Commissiones dirigunt Ministris, seu Oratoribus apud Principes nomine Regis Galliarum residentibus, ut necessarias perquisitiones, ac constructionem Processus conficiant, tam circa conditionem, quam Nobilitatem Supplicantium.

Formula itaque litterarum Patentium Regis super Commissione habetur apud *d. Abb. Justinianum pag.* 778. tenoris videlicet ex idiomate Gallico in Italicum translata - *Luigi per la Grazia di Dio Re di Francia, e di Navarra, Capo, e Sourano Gran Maestro di S. Michele, e della Milizia di Santo Spirito. Al Nostro Amato, e leale Consigliere nei nostri Consegli, Nostro Ambasciatore in Venezia il Sig. Dela Haye, salute.*

Avendo con li Comendatori, Cavalieri, ed Officiali di detti Ordini, convocati presso di Noi, scelto, ed eletto il Sig. N. N. Gentiluomo dello Stato di Venezia, ad essere associato al nostro Ordine di S. Michele, tanto per le buone qualità, che sono nella di lui Persona, che per le Testimonianze, le quali ci sono state rese del zelo, ed affetto ch' egli ha per nostro servizio; ed essendo necessario per conferirgli quest' Ordine, di comettere a qualche notabile Personaggio: Noi abbiamo creduto di non potere per questo effetto fare miglior elezione, ne più degna che di Voi. Per questa cagione vi abbiamo commesso, e deputato, commettiamo, e deputiamo per le presenti segnate di nostra mano, per conferire in nostro nome al Sig. N. N. il Collare di detto nostr' Ordine, prendere, e ricevere da Lui il giuramento di fedeltà in tal caso necessario, ed accostumato, dopo ch' egli aurà sodisfatto alle prove necessarie per gli Statuti di dett' Ordine, per inviare il tutto al Sig. Marchese di Casteauneuf, o Castelnuovo, Consigliere, Segretario di Stato, Commendatore, Segretario de' nostri Ordini, secondo, e nella forma contenuta nelle memorie, che vi saranno inviate a quest' effetto di nostra parte sopra questo affare. Vi diamo potere, e commissione, autorità, e mandato speciale, ancorche Voi non siate Cavaliere di detto Ordine, senza rimarcare ciò di conseguenza, perchè tale è il nostro piacere.

Dato a Versaglia li 8. Agosto l'anno di grazia 1686., e quarantaquattro del nostro Regno.

LUIGI

Pel

Del Re Capo, e Sourano gran Maestro dell'Ordine di S. Michele, e Milizia di Santo Spirito.

Filippo ec.

Dictæ Litteræ Patentes signatæ sunt cum magno Sigillo Ordinis impresso in cera alba, & insimul adsunt Instructiones, & memoria directa d. Commissario pro norma, in qua contineri debeat: in fine functio cum extensione Juramenti, quod præstare debet Supplicans.

INSTRUCTIO REGIS.

Il Re facendo presentemente sapere al Sig. dela Haye Consigliere di Sua Maestà ne' di lui Consigli, e suo Ambasciatore in Venezia, che la di lui intenzione è, di associare al suo Ordine Reale di S. Michele il Sig. N. N. Gentiluomo dello Stato Veneto, Sua Maestà ha fatto spedire la Commissione per conferirgli il Collare di detto Ordine al d. Sig. de la Haye, e similmente gli à fatte adrizzare le presenti Memorie, sopra le quali Sua Maestà uvole, ch'ei si contenga in questa occasione.

Si farà rendere la Lettera di d. Sig. N. che Sua Maestà gli à scritto, per dargli avviso dell'onore, che gli è piacciuto fargli, di aggregarlo all'Ordine Reale, e l'avvertirà di ciò ch'ei faccia secondo agli Statuti interamente di d. Ordine, tanto per riguardo del, la sua Religione, età, vita, e costumi, quanto per le Prove, ed estrazione della di lui Nobiltà di quattro quarti Paterni per la Casa, e di dieci anni di servizio nelle Armate.

Il detto Sig. N. N. avendo sodisfatto alle dette prove avanti il d. Sig. de la Haye, il quale estenderà un'atto in buona forma, detto Sig. dela Haye gli assegnerà un tempo, e luogo, dove potrà conferirgli il d. Ordine, affine ch'ei comparisca a riceverlo.

Venuto il tempo, detto Sig. N. N. stando nel luogo dissegnato, si porrà in ginocchio avanti il Sig. dela Haye (presso il corno dell'Evangelio, celebrandosi la santa Messa) il quale sarà assiso sopra una Sedia di appoggio coperta nella maniera accostumata, e leggerà ad alta voce il giuramento qui ingiunto, tenendo la mano sopra il Libro de' Santi Evangelii.

Noi giuriamo, e promettiamo a Dio di ben fedelmente osservare, e mantenere gli Statuti, e le Costituzioni dell'Ordine di S. Michele (al quale è piacciuto al Re Capo Gran Maestro, e Sourano di chiamarci) di portare continvamente la Marca, e Croce in quello; che se verrà a nostra notizia alcuna cosa, che possa alterare la grandezza, e dignità di Lui, Noi ci opponeremo a tutto nostro potere, che accadendo (che Dio non voglia) che Noi fossimo trovati aver fatta cosa degna di reprobo, e per la quale Noi fossimo violentati, obligati a rendere il d. Ordine, lo rimetteremo, e restituiremo incontinente, e senza più servirsene di esso, nelle mani di d. Sourano, o di quello, di cui sarà commesso per riceverlo, senza mai, a motivo di ciò portare alcun mal animo, o veruna mala volontà verso il detto Sourano, e Fratelli Cavalieri di detto Ordine: nel che Noi impegniamo la nostra Fede, e l'onore per la presente firmata di nostra mano, e sigillata col Sigillo delle nostre Arme.

Ciò fatto il Sig. dela Haye porrà il Collare di d. Ordine al collo di detto Signor N. N. dicendoli: l'Ordine vi riceve nell'amichevole Compagnia: Dio voglia, che lungamente, ed onore

norevolmente lo possiate portare al buon onore di quello.

Finalmente detto Signore dela Haye riserverà l'atto del Giuramento sopra segnato di mano, e Sigillo del Signor N. N. per rimetterlo con l'atto di accettazione delle Prove di Nobiltà, Età, Vita, e Costumi, Religione, e Servizj riferiti, in mano del Signor Marchese di Chiatteuneuf Consigliere del Re in tutti i dilui Consigli, Segretario dei dilui Ordini, per essere riposto, e conservato nell'Archivio dell'Ordine.

Data a Versaglia 8. Agosto 1686.
LUIGI
Filippo

Adimpletis præfatis omnibus, Regius Minister conficit publicam Attestationem de peracta ejus functione, quæ remanet penes Equitem loco, & in vim Privilegii Regis, estque tenoris sequentis.

Noi Dionisio dela Haye Signore di Vantelai, Consigliere del Re in tutti li Consegli, e di lui Ambasciatore presso la Serenissima Republica di Venezia.

Volendo far sapere a tutti presentemente, ed in avvenire, che in virtù di Lettere patenti del Re Capo Sourano, e Gran Maestro dell'Ordine di S. Michele delli 8. Agosto 1686. con data di Versaglia, per vigore della quale abbiamo ricevuto comando, e facoltà di dare il Collare di dett'Ordine al Sig. N. N. Gentiluomo dello Stato Veneto, e di riceverlo in quello, Noi l'abbiamo fatto venire in questa Città per questo effetto, dove dopo avere sodisfatto alle Prove di sua Nobiltà, ricercate per gli Statuti di dett'Ordine, e udita la Santa Messa, Egli nella nostra Casa ha prestato il Giuramento solito in tali casi sopra il Libro degli Evangelj, e li abbiamo conferito il Collare di detto Ordine Reale, e per parte del Re l'abbiamo ammesso a questa Compagnia: in testimonio di chè abbiamo formato di nostra mano le presenti, fatte contrasegnare per il nostro Segretario, e segnare del Sigillo delle nostre Arme.

Dato in Venezia li 4. Gennajo 1687.
Dela Haye
Pel mio Sig. Duprersoit.

Huc usque recensita desumpta sunt ad litteram ab *Abbate Justiniano d. par. secunda cap.* 74. *à pag.* 778. *cum seqq. & sub n.* 789. bene notat, quod ex tenore formulæ antedictæ liquet, in nonnullis partibus res fuisse immutatas à prima institutione tum etiam quoad seriem probationum conficiendarum quoad Nobilitatem, & servitiorum præstationem, & quoad Juramentum.

Traditur Catalogus Capitum *Ordinis*, seu magnorum Magistrorum.

Series Supremorum Capitum magnorum

30. Magistrorum Regii Ordinis Sancti Michaelis in Gallia.

I. 1469 Ludovicus XI. Rex Franciæ Fundator Ordinis primum Supremum Caput ejusdem, rexit annos 14.

II. 1483. Carolus VIII. filius Ludovici Regis, rexit annos 15.

III. 1498. Ludovicus XII. Dux Aurialensis, & Valois, Patruus secundus Caroli VIII. Regis, rexit annos 16.

IV. 1515. Franciscus I. de Valois Socer, & Nepos d. Ludovici XII. Regis, rexit annos 32.

V. 1547. Ludovicus II. filius Francisci Regis, rexit annos 12.

VI. 1559. Franciscus II. filius Henrici Regis rexit annos 1.

VII

VII. 1560. Carolus IX. filius Francisci II. Regis, rexit an. 13.
VIII. 1574. Henricus III. frater Caroli IX. Regis, rexit annos 15.
IX. 1589. Henricus IV. cognomento magnus, Rex Navarrę, Domus Borboniæ successor, Henrici III. successor, rexit annos 20.
X. 1610. Ludovicus XIII. Rex Franciç, & Navarræ, filius Henrici IV. Regis, rexit an. 32.
XI. 1643. Ludovicus XIV. cognomento *Magnus*, filius Ludovici XIII. rexit annos 72. cui successit
XII. 1715. Ludovicus XV. Pronepos d. magni Ludovici XIV., qui post mortem Proavi sui successit in Regno, & proclamatus Rex 1. Septembris 1715. & coronatus 25. Octobris 1722. & nunc gloriosissimus felicissimusque regnat.

DISCURSUS CLXVI.

SANCTI MICHAELIS IN GERMANIA SEU DE ORDINE DEFENSORUM HONORIS DEI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

JOseph Clemens Archiepiscopus, & Princeps Elector Coloniensis, Dux utriusque Bavariæ, ad perpetuum grati animi monumentum erga Sanctum Archangelum Michaelem, ob summa sibi, suæque Serenissimæ Familiæ collata beneficia de anno 1693. die 29. Septembris eidem Archangelo sacrum instituit Ordinem Equitum Defensorum Honoris Dei, sub Protectione Sancti Michaelis Archangeli, à quo inde Ordo nomen accepit, ita ut appellari cæperit Ordo S. Michaelis.

Finis præcipuus hujus Institutionis est, gloriam, & honorem Dei totis viribus tueri.

Huic Ordini præest magnus Magister, qui in præsenti est Clemens Augustus Archiepiscopus, & Elector Coloniensis, Dux utriusque Bavariæ, & præfati Joseph Clementis Ordinis Fundatoris ex Germano Fratre Nepos.

In tres Classes Ordo dividitur.

In Prima numerantur 18. Equites magnæ Crucis, seu Commendatores, quorum 9 Ecclesiastici, & 9 Laici.

Secundam constituunt 8. magni Officiales, sive Dignitates Ordinis ex Cœtu Ecclesiastico 4. desumpti; scilicet Cancellarius; Capellanus ab honore; Bursarius, & Sacrista: & 4. Laici, videlicet Marescallus; Thesaurarius, summus Equilis Præfectus, & Cubiculi Præfectus.

Tertia Classis constat ex 36. simplicibus Equitibus, 18. idest ex ordine Ecclesiastico desumptis, & 18. Laicis.

Requisita pro admissione in hunc Ordinem ad tria reducuntur.

1. Quod in hunc Ordinem Cooptandus oportet eum, qui hujusmodi Ordini adscribi desiderat, natum esse Principem, vel Comitem, vel saltem Baronem.
2. Probare nobilitatem trium graduum tam ex Paterna, quam ex Materna linea.
3. Se natum, & educatum in Sancta Religione Catholica, & Apostolica Romana.

Comendæ usque adhuc non adsunt.

Tribus enumeratis Classibus addi debent aliæ tres minoris notæ, scilicet Ordini inservientium.

In prima continentur 10. Officiales, 5. Ecclesiastici, scilicet Magister Cæremoniarum, & 4. Capellani: 5. Laici idest Fecialis, vel Heroldus, duo à secretis, & duo Vestiarii custodes.

In secunda Famuli appellati Ministrantes, & 4. Laici dicti Ostiarii.

In tertia tandem comprehenduntur Subditi, qui alii sunt Ecclesiastici, nempe Capellæ, & Cantorum Chorus.

Laici scilicet Custodiç, Tubicines, & Tympanistæ.

Statuta non adsunt, sed tantum extractus aliquis typis impressus, in quo explicantur quid in deportanda Ordinis Cruce sit observandum, & late describitur imago, forma, & sensus Analogus ejusdem Crucis. Ad eum qui in calce anectitur, remittimur Lectorem: tantum addere nobis videtur, quod Crux est cerulea margine aureo circumdata, cui in quatuor brachiis sculptæ sunt quatuor literæ, scilicet duo PP. & duo FF. quæ quatuor Virtutes, per Equites exercendas significant: Pietatem, Fidelitatem, Fortitudinem, & Perseverantiam.

Nostras ad manus hucusque non aliud Documentum devenit super hunc Ordinem nisi illud, quod inferius damus continens brevem extractum Statutorum Ordinis quoad gestationem Torquis. Porro elegantissimç formæ est Torques Ordinis ex auro elaborata, ingeniosissimæ Pietatis indicans simbola Hieroglyphica, per quæ moralia traduntur Documenta, & fundatoris Ordinis Religiosi Mentis sensus effinguntur pro Defensione honoris Dei, quod est finis instituti Ordinis. A d. Torque pendet Crux, quç Crux patens dicitur; est aurea, sed encausto cærulei coloris in omnibus lateribus auro circumornata, in iisdem lateribus auro superiori, & inferiori parte tenet duplicem Litt. FF: e latere vero tenet litteras PP: Diagonaliter autem è quatuor lateribus Crucis existunt fulminares cunei, & in circulo aureo in medio adest Imago Sancti Michaelis Archangeli, dextera manu tenens Ensem evaginatum, in sinistra vero Scutum, & sub pedibus infernalem Draconem: cætera leguntur in sequenti Documento.

Brevis Extractus Statutorum Ordinis. Quid circa gestandam Ordinis Crucem agendum? ex capite quinto Regularum Ordinis.

§§: 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21., e 22.

§. 8. CRuces Ordinis, quas gestant Equites, omnes consimiles sunto in hac magnitudine, ex auro in cæruleo azurio fusæ, aureo margini inclusæ; in quatuor angulis existunt fulminares cunei, atque in quatuor partibus characteres aurei; supra, & inferius duo P., & ex utraque parte duo F. Solus magnus Magister, ut dictum supra, gestat duplicatas litteras. Hanc Crucem Equites gestanto in functionibus Ordinis ex vitta tres digitos lata, cæruleo undulata, ac glomerata opere Bavarico pendulam. Cœteroquin pro sua commoditate gestant eam in pectore ex angusta simili cærulea vitta pendentem ad fissuram togalis noduli.

Explicatio hujus Crucis.

§. 9. Primum color ejus cæruleus, ut, pote

pote æthereus innuit, quod adversitate omnes à Cœlo sucipere, ac velut Dei beneficium tolerare patienter debeamus: *Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine. Eccl.* 14. Quod vero inclusa sit auro, denotat, quod adversitas nulla utcunque magna, nobis in ea perferenda patientiam adimere debeat, idcirco eandem aurum includit colligitque. *Quoniam in igne probatur aurum: homines vero receptibiles in camino humiliationis Eccl.* 2. 5.

Quatenus vero adversitas ejusmodi minuatur nobis, hinc ad quatuor Crucis angulos quatuor virtutes ab Equitibus exercendæ positæ sunt, & quidem per litteras aureas, hoc est per veras probatasque virtutes: P. superius positum significat Pietas, per quam solum Dei benedictio nobis attrahi potest: *Pietas ad omnia utilis 1. Tim. 9. 8.*

Primum F. ad latus dexterum significat Fidelitas, utpote sine qua Pietas citius vitium, quam virtus est, ubi eadem se hypocrisi tegeret. *Abominatio Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei: Prov.* 12. 22.

Alterum F. est fortitudo: Vi cujus scelera omnia superari, & virtutes conservari debent, juxta dictum *Job* 17. 9. *Tenebit justus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.* Ast in omnibus littera inferior, hoc est secundum P. prætium virtutis perfecfecte remuneratæ reportato. *Perseverantia usque ad finem; nam qui perseveraverit usque ad finem hic salvus erit: Matth.* 10. 22. Harum quatuor virtutum exercitio immissa à cœlo adversitas non difficulter tolerabitur. Eadem pendula est à pectore velut lorica, ad cor nostrum adversus infernales tentationes custodiendum, quandoquidem Crux hæc absque eo signum est victoriæ: *In hoc signo vinces.* Ea propter hac obarmati lorica Equites depugnanto contra omnes visibiles, & invisibiles inimicos, at non frigido fervore, sed tonitru, & fulguris instar accensi; id quod denotatur per flammas, & fulmina, quæ in Angulis Crucis promicant: *Si acuero ut fulgur gladium meum: Deut* 32. 41. Ad imitandum per hos Patroni nostri Michaelis fervorem, quando invaditur Dei honor, qui dixit: *Quis ut Deus!*

Crux hæc gestatur ex vitta glomeraturis Bavaricis in cœruleo mixta: significat id primo cœruleum colorem cœlestem esse, de quo satis supra, & secundo est color Domus Electoralis Bavaricæ, utpote quæ nunquam non zelum ejusmodi ostendit, quando Dei honor fidesque defendenda sunt; siquidem illa unica est, quæ illibatam se ab hæresi in Germania conservavit, ac proin à sua Papali Sanctitate Paulo V. *Columna fidei appellata est:* atque hæc est explicatio Crucis Ordinis.

§. 10. Ecclesiastica, & Secularia officia gestant eam paulo majorem, in magnitudine Crucis Commendatorum, cum hoc tamen discrimine, quod in ejus medio ex una parte videre sit insigne Ordinis in nitore auri, fulminibus circumdatum; cui inscriptum est cœruleis characteribus: *Quis ut Deus?* ex alia parte symbolum Ordinis: *Dominus potens in prælio Ps.* 23. 8. quo per se sensus moralis declaratur, nimirum: per insigne Ordinis: quo zelo propugnandus Dei honor, & tum per symbolum Ordinis, quam firmiter in assistentia divina confidere possimus, utpote qui divinam gratiam suam impertiendo, in confidentibus dat fortitudinem.

Pari-

Pariformiter gestant in crucibus suis insigne Ordinis, & symbolum tanquam officiati ejusdem Ordinis: gestant eam pendulam in uniformi cœrulea opere Bavarico glomerata vitta ex collo ad instar Equitum: at vitta quatuor lata est digitos sicut vitta Commendatorum. Extra habitum Ordinis pro comoditate, gestare eam poterunt in forma minori, hoc tamen modo factam, in modum Crucis magnæ; ast è collo pendentem, aut ad fissuram togæ ad instar Equitum.

Crux Officii Ordinis.

§. 11. Ecclesiastici, & Seculares Commendatores Ordinis magnam dumtaxat gestant Ordinis Crucem, priori in magnitudine similem factam; ex una parte cum symbolo Ordinis: *Dominus potens in prælio*, in medio sub fulminibus undique prorumpentibus, ut dictum. Ex prima autem parte de auro in *anaglypha sculptura* videre est imaginem S. Archangeli Michaelis, qui figuratur vestitus in modum Herois Bellici, fulminibus instructus, Draconem calcans pedibus, nomen Dei gestans in fronte, omnia tonitribus & fulgure circumdata, quæ ex omni parte promicant, ac in Scuto Sancti Michaelis leguntur hæc verba: *Quis ut Deus!* ex hac cœrulea Cruce relucent quatuor prędictæ literæ in auro, ita ut ex duobus P. P. unum in superiori, aliud in inferiori stet Crucis parte; amborum F. F. vero unum ad dexteram, alterum ad sinistram ejusdem Crucis, id quod discrimen esto inter Crucem Equestris Ordinis, & eam, quæ Numismati Confraternitatis incisa est, cum in hac ultima præfatæ literę longe alium sortiantur situm, atque utrumque F. F. superius & inferius, duo P. P. autem ad latera collocentur.

Hanc itaque Crucem gestant Commendatores velut firmum Scutum adversus incursiones Hostis infernalis, quandoquidem impossibile est ei, solam illius imaginem aspicere, qui ipsum cum aliis Angelis Apostaticis cœlo ejecit, quando fastu inaudito dicere præsumpserat: *in Cœlum ascendam; super astra exaltabo locum meum, & similis ero altissimo*. Gestant illam è pectore pendulam ex catena Ordinis de auro laborata, in latitudine duorum digitorum; dividitur in quatuor partes; pars quælibet habet fulmina quinque, & quatuor trophęa; itaque collectim fulmina viginti, & sedecim trophæa: partitio facta est de quatuor encausticis in cœruleo factis Scutis, & circumpositis Opere anaglyphico factis quatuor virtutibus Ordinis, quæ per quatuor literas in Ordinis Cruce denotantur: & quidem pietas residet anterius in pectore in signum, quod nostro in animo eandem semper insculptam esse oporteat; in sinistro humero, utpote juxta cor, ex istis fidelitas in signum, cor nostrum Deo debere fidum permanere; in dextero humero oculis obiicitur fortitudo, utpote Brachium dexterum ad pugnam corroborans, ad visibiles, & invisibiles honoris Divini Hostes oppugnandos. Postremo sedet in medio tergo perseverantia in signum, quod patienti perseverantia omnes super nos gravatas adversitates, & onera, nostro quasi in tergo reportare debeamus, quo tota terminatur Ordinis Catena, ad nos tanquam mancipia pro Dei honore obstringendos: *Tollite jugum meum super vos .... jugum enim meum suave est, & onus meum leve*: *Math*: 29., *vers.* 30. Viginti fulmina

fulmina consistunt ex auro, inque medio habent cœruleum albumque glomeratum opere Bavarico Scutum, id quod significat, à Domo Bavarica nunquam non velut à fulminibus omnes honoris Divini hostes fuisse oppugnatos, & ab eadem veluti scuto veram uniceque salvificam fidem Catholicam omni tempore fuisse propugnatam. Sedecim trophæa, & aurea arma innuunt per characterem super quodvis in cœruleo fusum P., & F. alternatim positum, hoc est inter quã-vis divisionem duo P.. & duo F. in trophęis inibi existentibus, quod armorum ductrix sola debeat esse virtus, quibus adversus visibiles, & invisibiles Dei Hostes uti competat: *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecte stare*: Ephe 6. v. 13. Atque in eandem formam omnes octodecim Ordinis Catenæ confectæ sunt, & si ultra harum numerum sæpius nominatarum quædam principalibus Personis impertirentur, eædem his sunt conformes.

Catena Ordinis.

§. 12. MAgni Magistri Catena Ordinis conformis est reliquis, excepto, quod illa tam in trophęis, quam in magna Ordinis Cruce memoratis de causis literas habeat duplicatas.

§. 13 *Crux magni Magistri Ordinis.*

§. 14. Magnus Magister, Principales, & Electorales personę, Ecclesiastici, & Seculares Ordinis Commendatores certos habent Dies, queis Ordinis catenam gestant; quotidie autem soli Ecclesiastici magnam Ordinis Crucem ex quadruplici cœruleo - undulata glomerata lata vitta de collo gestant; Sæculares autem eandem gestant de humero dextero deorsum sub brachio sinistro coeuntem, *Fasciæ* ad instar oblique ex simili vitta, quatenus inferius supra gladium Ordinis Crux dependeat. Ubi vero commoditatis gratia in itinere, venatione, aut alibi, quando non compareteur publice, magnus Magister, principales personæ, Ecclesiastici, & Sæculares Commendatores magnam nolunt gestare Crucem, indultum est iis, in quacumque eis libet magnitudine, imo in forma numismatis lapidibus pretiosis exornati, minorem Crucem commoditatis causa gestare ad fissuram togę aureæ catenæ alligatam; dummodo formam coloremque Crucis Ordinis cum imagine Michaelis ex una parte, & symbolo: *Dominus potens in prælio* ex altera parte, qualis est Crux magna Ordinis, desuper gestarent, sed communem dumtaxat Equitum Crucem nihilominus quovis tempore pendulam ex catena aurea, quandoquidem in hoc consistat distinctio, quod respective magno Magistro, principalibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus Commendatoribus licitum non est, commoditatis suæ Cruces aliter gestare, quam ex aureis catenulis, quemadmodum è contra octo officiis, & 36. Equitibus interdictum est, Cruces suas ex aureis catenis gestare, sed modo supra indicato ex cœruleo - Angustis vittis.

§. 15. Magnus Magister, ubi non gestat catenam Ordinis, gestat Crucem suam, si status sit Ecclesiastici, sicut Ecclesiastici Commendatores de collo pendentem; si Sæcularis sit, sicut Sæculares Commendatores per modum fasciæ: cum minori commoda Cruce mens esto superius insinuata, nihilominus cum literis duplibus PP. FF.

§. 16. Quando Commendatores Ecclesiastici veste campestri induti sint in

itiue-

itineribus, aut alias cum *Fotali*, absque tamen gladio, permissum eis esto. Si Crucem Ordinis magnam ægre gestare velint, uti alias facere id tenentur, quando cum *Collari*, & Pallio incedunt, quatenus eandem ex prædicta lata cœrulea vitta per modum fasciæ, Sæcularium ad instar Ordinis Commendatorum, præcipue si Equis insideant, gestare valeant.

§. 17. Omnes Ordinis Catenæ, & Cruces, quas Ordo impertitur, ab obitu illius, qui eas accepit, per Hæredes ejus Ordini restituuntur, absque eo quod liceat, sive in Catenis Ordinis, sive impertitis ab Ordine Crucibus minimum mutationis facere, verum relinquere eas in eo, in quo data sunt statu, neque ullo modo pretiosis lapidibus exornare, sed uti.

§. 18. Cruces quasdam lapidibus pretiosis distinctas gestare libet, permissum esto in Crucibus commoditati servientibus, quas quilibet suis impensis sibi poterit procurare, ad libitum eas gestare, absque eo quod forma, & color mutetur. Atque hæ Cruces sunt cuilibet proprietariæ, absque eo quod Ordo ullo modo eas post mortem Defuncti prætendere valeat.

§. 19 Quod si vero magnus Magister, Princeps, Commendator, Officialis, aut Eques Cruces quasdam gestare pro cujusque mente in forma, & colore mutandas, aut iis decus quoddam vellet addere, contra formam Ordinis, & Statuta pugnans, tali casu præco Ordinis Crucem illam Fisco tribuat, Thesauroque Ordinis tradat; qui vero eam modo sic interdicto gestarit, insuper pro arbitrio Ordinis Capituli præconi, qui indicare id debet, mulctam arbitrariam dato; nihilominus in hoc magnitudo nihil obest, quando quidem illicitum non est ejusmodi comodas Cruces in quacumque magnitudine adeo in forma numismatis gestare pro arbitrio, quid quod, qui Episcopi sunt, aut Prælati, & absque eo Crucem pectoralem gerunt, poterunt cum parva encaustica lamina Crucem Ordinis in medio prædictæ Crucis pectoralis gestare.

§. 20. Notandum hic insuper est, quod illæ Ordinis Cruces magnæ, quas accipiunt Ecclesiastici Commendatores, ubi iidem Prælati sunt, qui absque eo Cruces pectorales gestant, ita debeant esse factæ, quatenus sub scuto, cui inscriptum est: *Dominus potens in prælio*, erecta sit cistula, cui reliquiæ queant includi, ut illi quoque hac valeant Ordinis Cruce uti, quando Pontificalia exercent ad Aram, cui inesse debent reliquiæ essentiales.

§. 21. Fundamentalis autem Regula est, quod neque magnus Magister, principalis Ecclesiasticus, aut Sæcularis Commendator, Officialis, neque Eques, nunquam extra conclave suum, absque gestata Cruce, sive dein ordinaria Crux Ordinis fuerit, aut Crux commoditati deserviens, comparere debeant, quandoquidem pœna indicta sit, quatenus is, qui absque Cruce extra destinatum habitationis quotidianæ conclave vestitus comparere deprehenditur, omnibus iis, quot eorum ipsum, sine Cruce offendunt, solvere teneatur sequentem taxam.

Magno Magistro Ducatos duos.

Cuilibet Principi, aut Commendatori Ducatum unum.

Cuivis Officio Ordinis tres florenos Rhenanos.

Præconi 1. Fl. Rhen. 30. Crucigeros.

Cœremoniario Ordinis 1. Fl. Rhen. 30. Crucig. Rhen.

Quatuor Sacellanis Ordinis, cuilibet 1. Fl. Rhen.

Secre-

Secretariis, & Vestiariis, cuivis 1. Fl. Rhen.

Quatuor ministrantium Ordinis, cuivis 30 crucigeros.

Quatuor Ianitoribus, cuivis 30. crucigeros.

§ 22. Magnus è contra Magister omnem hanc taxam solvat in duplo, quando is sine Ordinis Cruce deprehenditur. Singulariter autem omnibus Ordinis Personis expressius præcipitur, quatenus iis in locis, ubi suæ conformiter professioni Dei honor propugnandus eis incumbit, sive dein fit per Ecclesiasticos Concionatores, hortationes, aliave opera Christianę Charitatis, aut in prælio adversus Turcas, Hæreticos, vel honoris Divini profanatores, omni tempore suam Ordinis Crucem gestent visibiliter, citiusque vitæ jacturam, quam deponant illam, patiantur, juxta illud. *Qui me confessus fuerit coram Hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo.*

DISCURSUS CLXVII.

MILITIÆ JESU CHRISTI

ARGUMENTUM

Exponitur, in qua Bibliotheca repertum fuerit Manuscriptum cum Descriptione Ordinis Equestris Militaris sub Titulo *Militiæ Jesu*, qui anno 1615. fuit propositus, absque tamen quod fuerit executioni mandatus; & narratur, in quot Classes esset dividendus, & quam Tesseram præferre debuisset.

Summario non indiget.

ORdo hic unus est ex Ordinibus illis, qui solummodo propositi fuerunt, & designati, non autem cum effectu instituti. Convincitur autem, quod Ordo in Alemania constitui debebat anno 1615. Nomen Institutoris penitus ignoratur. Porro Titulus Ordinis erat *Militia Jesu*; Tessera autem erat Imago Sancti Michaelis cum veste cærulea, & ante se habens longam Crucem ligneam, in cujus medio adest nomen *Jesu*, & super caput Sancti Michaelis hæc verba leguntur - *Quis sicut Deus*, ut constat, ex Manuscriptis Bibliothecæ *Domini de Betune Volum*: 9527. *pag.* 98. in qua sic legitur · *Descriptio Ordinis novi Equitum, ut is velut medium idoneum hac nostra tempestate, pro liberatione Christianorum ab Infidelibus oppressorum, confirmari possit à Sanctissimo Nostro Papa Paulo V.* de quibus apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. sub Titulo Ordres Projettez* §. 3. *pag. 289. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*, *&* *Patrem Josephum Franciscum Fontanam Mediolanensem Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum &c. Gallice scripta, & in Italicum Idioma per eum translata tom.* 8. *cap.* 69. *pag.* 452. *& seq. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Duplici Equitum Classe constare debet hic Ordo. Primam Classem constituebant illi, qui nominabantur magni Equites: secundam Classem illi, qui dicebantur Equites adiuncti: magnorum Equitum numerus excedere non debebat numerum septuagintaduorum. Hi porro eligere debebant duodecim ex eis, quos inter unus debebat seligi, qui nominari debebat Eques, & magnus Princeps *Militiæ Jesu*; alius magnus Generalis, & tertius Locumtenens Generalis: cœteri autem novem nominari debebant Equites, & magni Senatores. Prædicto,

ctorum Equitum adiunctorum numerus excedere non debebat quingentorum quatuor numerum; quilibet enim magnus Eques debebat se cum ducere septem Equites adiunctos; unde ducto calculo, numerum ada mussim quingentorum quatuor Equitum adiunctorum constituunt. Omnes Equites prædicti Uxorem ducere poterant; tenebantur autem omnes Catholicam Religionem profiteri; septuaginta duo magni Equites tenebantur Fidelitatem Ordini promittere; tenebantur probare Nobilitatem quatuor laterum, & ad minus esse in ætate annorum quatuordecim, & *avoir e. tudié*.

In ingressu Ordinis solvere ad minus debebant viginti mille Taleros Imperiales (in prędictis enim manuscriptis notatur, *nonnulli aderant, qui se exhibuerunt solvere quinquaginta mille, ac etiam centum mille*)

Post eorum acceptationem tenebantur quoque prę mittere, quod nunquam nec consilium pręstabunt, neque assensum, quod Pax ineretur cum Infidelibus, quodque nunquam quiescerent, donec perfida Mahometis Secta penitus destructa esset, & gloriosum Jesu Christi Sepulcrum recuperaretur.

Quilibet magnus Eques quotidie per triginta vices repetere tenebatur sacra verba - *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, ac semel dicere *Te Deum laudamus*.

Quater in anno tenebantur Sacram Communionem sumere, hoc est in Festis Sanctiss. Natalis, Paschatis, & Pentecostes, ac Sancti Michaelis, ac in prædictis diebus, quemadmodum in die eorum acceptationis, vestire tenebantur Habitum *d'Escarlatte*, Italice *Scarlatto*, & illius figuræ, quam Ordinis inventor præscripsisset.

Quo Habitu sepeliri quoque debebant, & eodem induti, omnes Equites ad Sepulturam associare debebant Defunctum.

Quoties magnus Princeps Militiæ, aut magnus Generalis, vel Locumtenens Generalis, dum ad Amicos Epistolas scribebant, in principio Epistolarum hæc verba præmittere tenebantur - *Gratia Dei sum id quod sum*: magni vero Equites hæc: *Gloria in excelsis Deo*: & demum Equites adiuncti hæc apponere debebant: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*.

Magno cœteroquin Militiæ Principi prę stari debebant quindecim mille Taleri Imperiales. Sic etiam magno Generali, ejusque Locumtenenti; magnis Senatoribus quinque mille; magnis ut dicunt Ecuyers, bis mille; & Adiunctis bis centum.

Historica Narratio hucusque adducta habetur penes *d. Collectorem Gallum tom. 4. Patrem Josephum Franciscum Fontanam* superius allegatos.

DISCURSUS CLXVIII.

MONTESIÆ, SEU S. MARIÆ de MONTESIA AC S. GEORGII DE Alphama in Regno Valentiæ.

ARGUMENTUM

Exponitur, de quo tempore, & ex qua causa, & à quo institutus fuerit hic Equester Ordo Montesiæ, ac quando eidem fuerit unitus alius Ordo Sancti Georgii de Alphama.

SUMMARIUM

1. Templariorum Ordinis extincti, Sedes Apostolica quoad Regnum Portugalliæ Bona applicavit pro erectione

rectione Ordinis Jesu Christi.

2. *In Regno Valentiæ applicavit pro novo Ordine Montesia*, & n. 3., & 4.

5. *Novo Ordini tradita fuerunt etiam Bona, quæ Hierosolymitana Religio in Valentia Regno possidebat, ipsisque Hospitalariis assignata fuerunt Bona, quæ Templarii tenebant in Regno Aragoniæ.*

6. *Fundationis tempus varie assignatur à Scriptoribus*, & n. 7. 8.: & 9.

10. *Conciliantur inter se discordes opiniones.*

11. *Confirmatio Apostolica à quibus Pontificibus fuerit concessa*, & n. 12. 13. 14. 15., & 16.

17. *Montesiæ Ordini, à quo fuerit unitus Ordo Sancti Georgii* de Alphama, & n. 18. 19. 20. 21., & 22.

21. *Ordo de Alphama non erat confirmatus à Pontifice.*

23. *Ordo de Alphama modo est redactus in Prioratum d. Ordinis.*

24. *Montesia Ordo fuit fundatus sub Regula Sancti Benedicti sub Cisterciensi norma, & sub Instituto Calatrava.*

25. *Quomodo se gerebat Calatrava Magister in Visitationibus.*

26. *Toga Capitularis est alba in hoc Ordine.*

Imago Equitis induti d. Toga, apud quos habeatur.

27. *Quatuordecim Magistros habuit hic Ordo.*

28. *Magisterium Ordinis, quando, & quomodo fuit unitum Regiæ Coronæ.*

29. *Posita unione Regia Corona, cessavit Visitatio Calatravensium.*

30. *Reiicitur Sansovinus asserens eodem tempore fuisse institutum Ordinem Montesiæ, ac Ordinem Calatravæ.*

31. *Tessera Ordinis Montesiæ est Crux plana rubri coloris.*

32. *Figura d. Crucis apud quos habeatur; sic etiam figura Vexilli Militaris.*

33. *Imago Equitis, penes quos habeatur.*

34. *Habitus Equitum qualis sit.*

35. *Ordo constat Equitibus, & Clericis.*

Quæ Vota emittant.

36. *Vigore Bullarum Summorum Pontificum hic Ordo gaudet Privilegiis Ordinum Divi Jacobi, & Calatrava.*

37. *Ordo Jesu Christi aptatur etiam huic Ordini.*

38. *Huic Montesia Ordini plures Pontifices concesserunt Indulta.*

39. *Hic Ordo tenet conspicuos Conventus, & Commendatores.*

40. *Quot sunt Conventus.*

41. *Prioratus quot.*

42. *Quoad Regulas juris circa Prioratus, Commendas, Ecclesias, & Beneficia, ad quos est recurrendum.*

43. *Petens admitti ad Habitum in Gradu Militis, quæ probare teneatur*, & *Nobilitatem ex utroque Parente.*

44. *Item Sanguinis Puritatem.*

45. *Et ex legitimo Matrimonio.*

46. *Petens admitti in Gradu Fratris Conventualis, quid teneatur probare.*

47. *Quæ probationes fieri debent, ut præscribit Statutum.*

Quoad Regulas juris circa prædicta, vide nostros Discursus.

48. *Recognitis pro rite confectis, & valide Probationibus, admittitur in Ordine, juxta stylum Ordinis Constantiniani.*

49. *Suscepto Habitu, debet Admissus morari in Conventu ad minus spatio quatuor mensium, & magnus Magister non potest dispensare, nisi admodum concurrente causa pro Dei servitio, & Ordinis Bono.*

50. *Novitiatum debet agere per annum integrum, neque super hoc potest dispensare M. Magister.*

51. *Professio quibus formulis emittatur.*

Sub ea includuntur tria Vota.
52. *Dignitates quot sint, & quomodo appellentur.*
53. *Senatus Ordinum non comprehendit nisi tres Ordines, nempe Divi Jacobi, Calatrava, & Alcantara.*
54. *Quomodo Hispaniarum Rex perpetuus Administrator omnium gubernet, & regat Montesia Ordinem.*
55. *Exponitur Catalogus magnorum Magistrorum.*
59. *Dantur Statuta.*

DISCURSUS CLXVIII.

MONTESIÆ, SEU S. MARIÆ de MONTESIA AC S. GEORGII DE Alphama in Regno Valentiæ.

PEracta in Viennensi Concilio, sub Clemente V. Summo Pontifice, 1. Templariorum Equitum Ordinis extinctione anno 1311., idem Summus Pontifex, Bona, quæ Templariorum fuerant, quæque Christianum per Orbem sparsa erant, Sanctæ Apostolicę Sedis dispositioni reservavit, & deinceps donavit, & elargiri velle declaravit Ordini Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani: quapropter Jacobus Aragoniæ, & Valentiæ Rex, ac Dionisius Portugalliæ Rex, & Algarbiorum, ad eundem Pontificem Maximum recursum habuerunt, 2. exorantes, ut Bona Templariorum, quæ in prędictis Regnis existebant, in erectionem particularis hinc inde Militaris Ordinis applicare dignaretur, exponentes Pontifici peculiares rationes, quæ pro Christianæ Reipublicę utilitate, ac commodo in illis Regionibus urgebant, ad Maurorum impetus terra, marique Armis coercendum, quæ rationum momenta, dum Summus Pontifex Clemens V. perpendebat, Hispaniarum Rex Jacobus novis Pontifici missis Oratoribus, iterum Regni necessitates exposuit pro obtinenda a Pontifice redituum Templariorum applicatione pro nova fundanda Religione ad defensam Hispaniarum; iniunxitque proinde eisdem Oratoribus, ut si Summus Pontifex renueret instantiis Regis deferre, Rex adstringebatur pro securitate dicti Regni sui, possessionem capere decem, & septem Arcium munitissimarum ad Templarios spectanctium, simulque reditus eorum retinere pro manutentione præsidiorum, ut exponit *Pater Fontana in Historia Ordinum Gallice scripta, & per eum in Italicum Idioma translata Tom. 6. cap. 10. pag. 82. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738.*

Obiit tandem d. Clemens V., cui successit Joannes XXII. qui petitis Regis annuit, & indulsit, ut in Regno Portugalliæ cum Templariorum Bonis, nova institueretur, prout instituta fuit Militia, sub inclito IESU CHRISTI Nomine, & Nos integrum super ea Discursum exaravimus, qui est 123. In Regno autem Castellæ, votis annuens Jacobi II. Aragoniæ & Valentiæ Regis, concessit, ut ibi novus Militaris Ordo 3. crearetur: hinc fundatus fuit Ordo nuncupatus *de Montesia*, eo quia primum, ac præcipuum Domicilium Equitum, ac Monasterium fixum fuit in Oppido nuncupato de Montesia, in Valentiæ Regno existente. Jacet Montesię Castrum in Monte duabus è Xativa leucis distante in Regno Valen-

Valentiæ, quod Castrum è Maurorum Jugo Rex Petrus III. Aragoniæ anno Domini 1277. eripuit, Castrum sane munitissimum, ac inexpugnabile, Populo refertum sub Alphonso III. anno 1289. Huicque novo Ordini d. Pontifex concessit Bona, quæ in d. Valentiæ Regno olim possidebant Templarii: *Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 9. n. 169. Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. seconda cap. 49 pag. 622. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Nou 1692. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. tom. 3. pag. 309 in Catalogo Ordin. Equestr. n. 83. Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 9 pag. 220., & seq. juxta impress. Rothomagensem Typis Jo. Baptista Besogne 1726. Storia degli Ordini Monastici Militari &c. Gallice scripta, & in Italicam linguam translata per allegatum Patrem Josephum Franciscum Fontana d. tom. 6. cap. 10. à pag. 81. cum. seqq.*

4. Ut prænotavimus, finis præcipuus, ob quem erigebatur hic Ordo, fuit defensio Catholicæ Fidei, & contra Infideles Mauros Bella, & Valentinum Regnum tueri: *d. Mendo* ubi supra *n. 169. Justinianus d. pag. 622. Gravefon tom. 5. pag. 545.* infra allegandus.

5. Ubi, quod eidem novo Ordini insuper tradita fuerunt Bona quoque, quæ in d. Valentiæ Regno possidebant Hospitalarii Sancti Joannis Hierosolymitani, quibus in recompensationem concessa fuerunt Bona, quæ Templarii possidebant in Regno Aragoniæ: *Laurentius Vigilius de Nicollis Prax Canonica tom. 2. sub Lit. S. de Sum. Trinit., & Fide Catholica lib. 1. tit. 1. §. Notitia n. 80 pag. 733. juxta impress. Salisburgi Typis Jo. Joseph Mayr anno 1719.*

6. Fundationis hujus Ordinis præcisum tempus varie à Scriptoribus assignatur. Sunt qui testantur fuisse anno 1316. *Justinianus d. pag. 621. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib. 1. Dissert. 10. art. 2. pag. 226., & in Tabula Alphabetica pag. 514.* in calce Voluminis ejusdem Auctoris *impress. à Paris Typis Chez Pierre François Giffart 1718. d. Pater Fontana d. tom. 6. pag. 82.*

7. Alii testantur fuisse fundatum anno 1317. *Andreas Guarinus dalla Riviera di Benacò* in Libello - *Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, e Milizie de' Cavalieri &c. impresso in Vicenza per Domenico Amadio 1614. pag. 20. d. Justinianus d. pag. 622. Pater Ignatius de Gravefon Historia Ecclesiastica tom. 5. pag. 545. Typis Francisci Gonzagæ Romæ anno 1719. & tom. 9. in continuat. Tabularum Chronologicarum, Tabul. Chronologic. decimaquarta, & ultima; sub Tit. Ordin. Monast. Regul., & Equestr. §. Præter istos pag. 500. juxta impress. Romæ Ludovici Tinassi anno 1711. d. Hermant d. cap. 9. Jo. Fridericus Co. in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in suo Corollario celebriores in Christianitate Ordines enumerante in verbo Montesia Equites pag. 309. impress. in calce Voluminis ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historica de Origine &c. Ordinis Equitum Aquila Alba in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730.* ubi subdit, quod adiuncti sunt Calatravensibus, quod

intelligi

intelligi debet, ut infra explicabitur.
Sunt qui asserunt institutum fuisse an
8. no 1318., ut inquit *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. sub numero* 83., qui subdit etiam alios tenere fuisse institutum anno 1319.

Alii scribunt institutum fuisse anno 1319.
9. *d. Justinianus pag.* 622. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quaest.* 9. *n.* 169. qui refert prędictas tres opiniones de institutione anno 1316. 1317., & 1319. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag.* 743. *d. Abb. Justinianus d. par. secunda pag.* 49. qui pariter refert dd. tres opiniones: *Bonannus ubi supra* refert duas opiniones quoad annum 1318. & 1319.

Quae annorum diversitas potest esse desumpta ex annis confirmationis
10. ejusdem Ordinis, ita ut confundatur tempus institutionis cum tempore confirmationis. Ordinem hunc Summi Pontifices confirmaverunt.

Confirmatum enim fuisse ab ipso Cle-
11. mente V., inquit *Laurentius Matthęus Sanz de Regim. Regni Valentiae tom.* 2. *cap.* 7. §. 4. quem allegat *d. Pater Mendo d. Disq* 1. *quęst.* 9. *n.* 169. *Mendo d. n.* 83. *d Laurentius Vigilius de Nicollis pag* 743.

Verum attentis praenotatis, fuisse confirmatum à Joanne XXII. anno 1317. *d. de Nicollis* ubi supra: *Mendo* ubi supra: *d. Iustinianus pag.* 623. *d. Gravesson tom.* 5. *pag.* 545., & *tom.* 9. *pag.* 500. *d. Mendo d. n.* 83. *Pater Bonannus d. n.* 83. *Mattheù* ubi supra: *d. Hermant d. cap* 9.

A Clemente VI. *d. Iustinian. pag.* 623.
12. *Mattheù* superius allegatus.

A Martino V. *Iustinianus*, *Mattheù*,
13. & *Mendo* ubi supra: *d. Hermant d. cap.* 9.

A Julio II. *Iustinianus*, *Mattheù*, &
14. *Mendo*: *d. Hermant d. cap.* 9.

A Leone X *d Iustinian.* loco superius allegato: *d. Hermant cap.* 9.

A Gregorio VIII. *Mattheù*, & *d. Mendo*.

A Gregorio XII. sic praeallegati Scriptores.

A Gregorio XIII. *Iustinian* praed. loco: *d Hermant d. cap.* 9

A Sixto V. *d Iustinian.* ubi supra, *Mat-*
15 *theù* & *Mendo*: *Hermant d. cap.* 9. *d Fontana pag.* 83.

Ex quibus Pontificum confirmationibus liquet, quod non incongrue *d. Mendo d Disq.* 1. *quaest.* 9. *n.* 175. reiicit *Ioannem Gotofredum in Arconthologia Cosmica lib.* 3. *n.* 18 *pag.* 7 qui scriptum reliquit, primam con-
16. firmationem praestitam fuisse à Benedicto XIII., & postmodum à Martino V. siquidem ex Diplomate Pontificio constat, multo ante confirmatum fuisse à praelaudato Joanne XXII., idemque *Pater Mendo*, ubi supra, urbanissime eundem Gotofredum, veluti Auctorem non Hispanum de Hispania scribentem, veniam mereri testatur; Auctori quippe extero licuit exacta caruisse notitia.

Hic Montesię Ordo, sub Gloriosissimo
17. Titulo militat S. Mariae de Montesio, necnon Sancti Georgii, ut in ipsis Statutis Ordinis clare exprimitur, quorum Statutorum titulus Hispanico idiomate sic se habet - *Diffinicio. nes dela Sagrada Religion y Cavalleria de Santa Maria de Montesia y Sant Iorge filiacion dela inclita milicia de Calatrava*, quae dantur in calce praesentis Discursus lit. A.

Dictusque *Andreas Guarini* in allegato Libello *Origine, e Fondazione di tutte le Religioni, e Militie di Cavalieri pag.* 20. scribit - *Cavalieri di S. Maria di Montesio*: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. Dissert. lib.* 1. *Dissert.*

10.

10. *cap.* 2. *pag.* 226. *d. Hermant d. cap.* 9.

Decem Equites Ordinis Calatravæ primi fuerunt ad sumendum Habitum Ordinis Montesiæ; Alvarez de Luna, & Mendozæ, pariter Equites de Calatrava, Statuta exararunt ad instantiam Regis Aragoniæ, & Garziæ Lopez de Padilla magni Magistri Ordinis Calatravæ: hinc factum est, quod hic Montesiæ Ordo esset ab Ordine Calatravæ dependens, Jurisdictioni, Visitationi & Correctioni illius magni Magistri subiectus, unitim cum Abbate S. Crucis, vel Valdignæ ex Ordine Cisterciensi, & his non consentientibus, solus magnus Magister Visitationem perficere poterit, aut Commissarios nominare, sicut notat *d. Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 9. *pag.* 170. *Fontana d. pag* 81., & 83. de quibus infra *d. Pater Fontana d. pag.* 81.

Nuncupatur autem insimul in Statuto prædicto *Ordo Sancti Georgii*, ut dictum est; tum quia pro dicta Religione à Rege Aragoniæ erectum fuit anno 1318. Monasterium, & Ecclesia Divo Georgio dicata in dicto Montesiæ Oppido: *Abb. Justinianus d. cap.* 49. *pag.* 622. *Pater Bonannus d. numero* 83.

18. Tum quia eidem Montesiæ Ordini, Pontificio Diplomate unitus fuit Ordo Sancti Georgii de Alphama in Aragonia: *Justinianus* ubi supra *pag.* 623. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 3. *§. LIV. pag.* 310., & 311. ubi quod hæc unio confirmata fuit à Concilio Constantiæ: *d. Comes in Koden Sapieha d. Corollario in verbo Sancti Georgii pag.* 281.

19. Et ob id Ordo Montesiæ à Scriptoribus dicitur Ordo Equitum *Sancti Georgii de Alphama: Justinianus d. parte secunda cap.* 49. *pag.* 621., & 623. *d. Bonannus d. n.* 83.

De qua unione Ordinis Sancti Georgii de Alphama facta Ordini de Montesia, agitur in nostri Armamentarii *tom.* 2. *par.* 1. *Discurs.* 101. *pag.* 60.

20. Porro prænominatus Sancti Georgii de Alphama, ut referunt Scriptores, Ordo fuit à Petro II. Aragoniæ Rege anno 1201. fundatus, dictusque fuit Ordo *de Alphama*, à loco sic nuncupato, & sito in Catalauniæ Prinpatu ad mare Balearicum inter ostium Iberi fluminis, & collem Balaguerii in Diœcesi Dertusen, in quo Equites morabantur: *Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 172. *d Justinianus d. cap.* 49. *pag.* 633. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 310. *d. Bonannus d. n.* 83. *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario d. pag.* 281. *d. Fontana pag.* 83., & Nos diximus d. nostro *Discur.* 101. *tom.* 2. *par. pr.*

21. Cumque d. Ordo de Alphama Summi Pontificis destitutus esset approbatione, & pene abolitus fuit, proinde, ut præmisimus, unitus Ordini de Montesia: *d. Justinianus d. pag.* 623. *d. Pater Fontana pag.* 83. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag.* 744.

22. Cæterum, d. Ordinem fuisse anno 1369. approbatum à Benedicto XIII., quem, ut legitimum Pontificem Aragonii colebant, ipsumque Benedictum postmodum, ne Ordo collaberetur, Ordini Montesiæ univisse, scribit *d. Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 172. *pag.* 33. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 311. *d. Pater Fontana pag.* 83. ubi quod d. Unio fuit confirmata in Concilio Constantiæ.

23. Hodie dictus locus de Alphama redactus est in Prioratum Ordinis: *Mendo* ubi supra: *d. Justinianus d. pag.* 623. d. noster Discur. 101. tom. 2. par. pr.

Erectus

24. Erectus fuit hic Montesiæ Ordo sub Regula Sancti Benedicti sub Cisterciensi norma, & sub Instituto Ordinis di Calatrava: *Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 170. *Justinianus d. cap.* 49. *pag.* 622. *Bonannus d. n.* 83. *Graveson* ubi supra *d. Hermant d. cap* 9.

25. Et à d. Ordine Calatravæ in spiritualibus, & temporalibus pendebat; unde quotannis per se, vel per alios Calatravæ Magister Ordinem Montesię visitabat, una cum Abbate de Santas Cruces, vel Abbate de Baldigne; istis autem intervenire recusantibus, visitatio fiebat à solo Magistro Calatravæ, vel ejus Commissariis: *d. Fontana*: *Mendo d. Disq* 1. *quæst.* 9. *n.* 170. *d. Hermant d. cap.* 9. *Fontana d. pag.* 83.

Quoad explicationem termini Crucis planę, quam nos vocamus *pura*, e *liscia*, vide quę annotavimus in Discurs. Ordinis Alcantaræ; ibi enim sub §. *Commutatus autem fuit* recurrendum diximus ad Tabellas, quas super hac materia explicationis cujuslibet Equestris Crucis, cujusque formę, & terminorum, ac cognoscendi colores per simplices lineas, & puncta, tradidimus.

26. Capitularis Toga est alba, & figura Equitis hujusmodi Toga induti refertur ab *Abb. Justiniano d. parte secunda cap.* 49. *pag.* 622. *Collectore Gallo d. tom.* 3. *pag.* 309. *Patre Philippo Bonanni d. n.* 83. ubi inquit *Laurentium Mettheù de Regimine Regni Valentia cap.* 7. §. 4. asserere hunc Ordinem olim diversum Habitum adhibuisse.

27. Quatuordecim peculiares Magistros habuit hic Montesię Ordo, ut exponemus in Catalogo MM: Magistrorum, quem in fine hujus *Discursus* referemus, quorum ultimus fuit Don Petrus Ludovicus Galceran de Borja, qui in manibus Summi Pontificis Magisterium resignavit, ut illud Regiæ Coronæ Aragoniæ unire dignaretur, prout Bulla Pontificia unitum fuit. &

28. ejus vigore Philippus II. Hispaniarum Rex, primus fuit Ordinis Administrator, & successive alii Hispaniarum Reges; unde à tempore dicti

29. ultimi particularis Magistri cessavit Visitatio Calatravensium. Qui tamen Ordo Calatravensis designat Equitem, & Fratrem Calatravenses pro visitatione Ordinis Montesiæ: *Mendo* ubi supra *n.* 171., *& seq. Franciscus Rades de Andrada in Chronica Calatrava*: *d. Justinianus d. pag.* 622. *Bonannus d. n.* 83. *Hermant d. cap* 9. *Pater Fontana pag.* 82.

30. Idcirco ex prænotato tempore institutionis hujus Montesiæ Ordinis, instituti ut diximus anno 1316. circiter, & ex tempore Institutionis Ordinis Calatravę, quæ peracta fuit anno 1160. ut diximus in Discursu particulari, & demum ex Calatravensi regula eidem Montesiæ Ordini præscripta, insubsistens redditur id, quod asserit *Fran. Sansovinus dell' Orig. de' Cavalieri lib.* 2. §. *Cavalieri di Montesio pag.* 42. à tergo, d Ordinem Montesię institutum fuisse eodem tempore, quo institutus fuit Ordo Calatravæ, cum Calatravæ Ordo centum, & viginti, & ultra annis antiquior sit Montesię Ordine.

31. Tessera Ordinis Montesiæ est Crux plana rubri coloris, & ut nos dicimus *Pura*, *e liscia* super Vestem albam: *d. Sansovin. della Origine de' Cavalieri lib.* 2. §. *Cavalieri di Montesio pag.* 42. à tergo: *Graveson d. tom.* 5. *pag.* 545. *Mendo* ubi supra *n.* 169. *Abbas Justinianus d. cap.* 49. *pag.* 621. *& seq. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 309., *& tom.* 4. *pag.* 424. *Bonannus n.* 83., *& pag.* 146. *n.* 75. *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 226.

226. *Fontana pag.* 84.

Forma autem d. Crucis delineata habe-
32. tur apud *Andream Guarinum d. pag.* 20. *Patrem Honoratum à S. Maria in generali Descript. Stem n.* 47. *pag.* 465. *Bonannum d. n.* 83. *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. *pag.* 309., *& tom.* 4. *d. pag.* 424. *Hermant cap.* 9.

Cumque, ut dictum est, Equites hujus Ordinis in vim fundamentalis Institutionis eorundem Ordinis, Bella contra Infideles gerere tenerentur, hinc Belli Vexillum extollebant, in quo ex una parte Crux Ordinis aderat, & ex altera parte Stemma Aragoniæ conspiciebatur, cujus vexilli figuram exhibet *d. Justinianus d. cap.* 49. *pag.* 623. *d. Collector Gallus d. tom* 3. *pag* 310. *Hermant d. cap.* 9. ubi refert figuram Stemmatis Aragoniæ.

Imago Equitis habetur penes *d. Bo-*
33. *nannum n.* 83.

Dictum Ordinem diversum olim Habi-
34. tum adhibuisse, scribit *Ludovicus Matthebi pariter de Regimine Regni Valentiæ cap.* 7. §. 4. de quo meminit *d. Bonanni n.* 83.

Hic Ordo constat Equitibus, & Fratri-
35. bus Clericis, omnesque vovent Paupertatem, Obedientiam, & Castitatem: Equites Coniugalem; Clerici vero absolutam ex Bulla Pauli III. *d. Pater Honoratus à S. Maria d. pag.* 226. *Mendo d. disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 173. *d. Iustinian. d. pag.* 622. Circa hæc Vota, plura perpendimus in Nostris Discursibus de Voto *Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ*; ideo illos vide.

Toga autem Capitularis hujus Ordinis est alba ad instar Calatravæ, & ea Equites utuntur, ut videre est in figura Equitis tali Toga induti, quam exhibet *Bonannus d. n.* 83. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 309., & antecedenter *Justinianus d. parte secunda cap.* 49. *pag.* 622. qui dicit, quod ibidem figuram Togæ non refert, eo quia est eadem, ac Toga Calatravensium.

Vigore Bullarum Summorum Pontifi-
36. cum Pauli III., expedita die 4. Augusti 1544, & Gregorii XIII. expedita die sexta Decembris 1588 gaudet Militaris Ordo Montesiæ omnibus Privilegiis Cistercienfium, ac Privilegiis concessis, & concedendis Ordinibus Divi Jacobi, & Calatravæ: *d. Pater Fontana pag.* 83. *Mendo* ubi supra *Disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 173. ubi plures allegat, *& Disq.* 2. *quæst.* 3. *n.* 105. *Justinianus d. pag.* 622. *Spada cons.* 84 *n.* 1. *tom.* 3. loquens de Militia de Montesia, cui fuerunt communicata Privilegia de Calatrava in terminis contrahendi Matrimonium.

Quinimmo, cum Ordo prædictus, sicut
37. Ordo de Avis, & Christi, sint filiationes Ordinis Calatravensis, & quoad substantias Instituti similes, nec multum absimiles in Constitutionibus, & Statutis, facile huic aptantur quæ de antedictis tradunt Scribentes, ut monet etiam *d. Mendo d Disq.* 1. *quæst.* 8. loco superius allegato *n.* 174. *& quæst.* 10. *n.* 179., *& Disq.* 2. *quæst.* 3. *n.* 105.

Quodque Summi Pontifices Alex. IV.
38. Sixtus IV., Julius II., Leo X., Clemens VII., & Paulus III. plura Ordini Privilegia concesserint, notat *d. Fontana d. pag.* 83.

Hic Montesiæ Ordo conspicuos Conven-
39. tus tenet, in quibus Ordinis Commendatores resident: *d. Iustinianus d. pag.* 623. Dictusque Alphamę locus, ut prenotavimus, modo redactus est in Prioratum Ordinis: *Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 172. *Iustinian. d. pag.* 623. ipseque Ordo tredecim habet Commendas, quę annuum reditum conflant Ducatorum 23000. *Justinianus* ubi supra: *Hermant d. tom.* 2. *pag.* 1124.

juxta impressionem Rothomagen. Typis Jo. Baptista Besogne 1716. ubi, quod Commendæ in Aragonia sunt duodecim, aut quindecim Commendæ. Sed decem dumtaxat (non tredecim , 40. ut innuimus] apponit *Don Laurentius Matheù*, qui rem exactius exploravit, inquit *d. Mendo Disq.* 1. *quæst.* 9. *n.* 172.

Prioratus quoque Ordinis quinque sunt, 41. & plures Rectoriæ Clericis Fratribus destinatæ: *Mendo* ubi supra *n.* 172.

Quatenus vero spectat ad Regulas Juris 42. circa materiam Commendarum, Prioratuum, Ecclesiarum & Beneficiorum, recurre ad nostros Discursus de *Commendis, Prioratibus, Ecclesiis, & Beneficiis*, infra in Tomo separato edendos.

Ut diximus, hic Montesiæ Ordo Eque-43. stris constat Equitibus, & Fratribus Clericis. Quoties ergo aliquis petit admitti in gradu Equitis, pollere debet illis qualitatibus, quæ à Statuto Ordinis præscribuntur, atque ita qui cupit admitti in Gradu Militis, obtenta à Rege magno Magistro Gratia admissionis, postmodum probare debet, se esse Nobilem Generosum ex parte Patris, & Matris, atque Avorum, ex utraque parte, & ut dicitur *Hidalgo al modo y fuero* Re-44. gnorum Hispaniarum, & ut latius loquitur Statutum Ordinis, quod habetur in calce præsentis Discursus *lit. A. B. C.*

Insimulque probare debet, se esse Christianum veterem, purum sanguine, absque mistura Judæi, Mauri, *y confesso*, & quidem in quocumque gradu, licet valde remoto, quodque nulla adsit in contrarium fama publica, quod sit, vel descendat à Judæis, Confessis, aut Mauris, ex parte Patris, vel Matris, ut in *d. Statuto Littera D E.*

Itemque debet esse natus de legitimo 45. Matrimonio, ut requiritur in aliis Militiis: *d. Statutum Litt. F. G.*

Qui autem admitti cupit in Gradu 46. Fratris Conventualis, probare debet se natum de legitimo Matrimonio, ac *Hyo Dalgo*, vel ad minus debet probare se esse Christianum veterem, purum sanguine, ac liberum à tota macula sanguinis Judæi, aut confessi, & Mauri, juxta *d. Statutum Litt. G H.*

Prædictæ Probationes fieri debent juxta 47. praxim traditam in eodem *Statuto*.

Quò vero ad Theoricas Legales circa Nobilitatem, Legitimitatem, ac Sanguinis Puritatem, vide peculiares Discursus nostros *De Filiatione legitima, & naturali*; *de Nobilitate*; *de Sanguinis Puritate*, in altero Tomo Deo opitulante, ut diximus, exponendos.

Confectis Probationibus modis, & for-48. ma prædictis, & illis recognitis pro validis, & rite factis, debet Candidatus admitti ad Habitum Ordinis, servando stylum in armando Equites, quem servat Ordo Calatravensis, sicuti notat *d. Iustinianus d. cap.* 49. *pag.* 623.

Post susceptum Habitum, antequam ad 49. Professionem admittatur, debet ad minus spatio quatuor mensium in Conventu morari, super qua Conventuali residentia magnus Magister dispensare non potest, nisi admodum justa concurrente causa pro Dei servitio, atque Ordinis bono, sicuti loquitur *d. Statutum Ordinis Littera I. K.*

Quemadmodum etiam ante Professionem 50. debet per integrum annum deferre Habitum susceptum, atque ita annum Novitiatus à Sacro Concilio

Tridentino statutum observare; neque in hoc magnus Magister potest dispensare, juxta *d. Statuti* dispositionem *sub Litt. L. M.*

51. Demum prædictis adimpletis, Novitius constitutus in ætate sexdecim annorum completorum admittitur ad Professionem cum cæremoniis illis, quæ habentur in *Statuto Ordinis Litt. N. O.*, & exprimitur Professio illa verborum formula, quam proponit *Statutum Litt. P.* Circa quam Professionis Formulam includi tria Religionis Vota, ostendit *Pater Mendo de Ordin. Militar. Disq. 3. quæst. 9.* per totam.

52. Ordinem hunc à sui exordio proprii rexerunt Magistri, & subinde Administratores perpetui, quorum omnium Catalogum in fine recensebimus. Præter autem hos magnos Magistros plures adsunt in Ordine Dignitates, quarum primam constituit Commendatarius major; secundam Claviger, quæ Dignitas bipartita est in duas Commendas: adest Gubernator, seu Locumtenens Magistratus. Videatur *Mendo Disq. 1. quæst 9. n. 172.*

53. Cumque Regius Senatus Ordinum non extendatur nisi ad tres Ordines, Divi scilicet Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, ut notat *Mendo d. Disq. 1. quæst. 9. n. 174.* Rex Hispaniarum, uti omnium Militarium Ordinum in Hispania perpetuus Administrator, pro Montesiæ Ordinis Gubernio, & Regimine, peculiariter eligit in Urbe Valentiæ, deputatque Gubernatorem, seu Locumtenentem Magistratus cum

54. duplici Assessore, & Senatu, & isti communiter Nobili Equestri Habitu hujus Ordinis insigniuntur. Præterea eligit Advocatum Fisci, & sic horum Ministerio regitur hic Ordo. Tandem in Curia ex Senatu Supremo Aragoniæ adest Generalis Assessor Ordinum: *Mendo Disq. 1. quæst. 9. n. 172.*, ubi notat, quod modus, qui in criminum punitione servatur, traditur in Diffinitionibus Ordinis cap. 70.

Catalogus Magistrorum Ordinis Montesiæ.

Quatuordecim fuisse Magistros Ordinis Montesiæ, antequam Ordo Regiæ Hispaniarum Coronæ uniretur, & in perpetuos Administratores, Hispaniarum Reges Pontificia Bulla constituerentur, notat *Mendo d. Disq 1. quæst. 9. n. 172.* & patet ex serie eorundem hìc registranda. Itaque, & ex prædictis supra in *Discursu S. Quatuordecim*

I. Magister Ordinis Montesiæ fuit Dom Guillelmus de Erilli, ut scribit *Abb. Justinian. d. par. 1. cap. 49. pag. 614. Collector Gallus tom. 3. §. LIV. Les chevaliers de S.George d'Alfama presentement de Monteise pag. 310. & seq. d. Pater Fontana d pag. 83.* ubi quod absque interruptione successerunt quatuordecim.

II. Fuit Arnaldus de Soler, sive Solier: *d. Justinian.*, *& Collect. Gallus* ubi supra. Dictus Frater Arnaldus de Soler antecedenter fuerat Eques S. Joannis Hierosolymitani: unde notandum, quod tunc temporis ex præclara Militia Equites ad hanc Montesiæ Militiam transibant, ut bene notat *Justinianus d. cap. 49. pag. 612.*

III. Fuit Petrus de Thous: *Justinianus, & Collector Gallus* præallegati.

IV. Fuit Albertus de Thous: *Justinianus* ut supra, *& Collector Gallus.*

V. Fuit Berenguel, aut Berengarius March: *d. Justinianus, & Collector Gallus.*

VI. Fuit Raymundus, seu Ramon de Corbetan: *d. Justin., & Collect. Gallus.*

VII. Fuit Julianus, seu Guillelmus de Montorio: *Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra.

VIII. Fuit Ludovicus d'Espuig: *Justinianus*, & *Gallus Collector* prædicti.

IX. Fuit Dom Philippus de Navarra, & Aragonia, filius Dom Caroli Principis de Viana, filii Regis Don Joannis II. *d. Justinianus*, & *Collector Gallus*.

X. Fuit Philippus de Boile: *Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra.

XI. Fuit Franciscus Sanz: *prædicti Justinianus*, & *Collector Gallus*.

XII. Fuit Dom Bernardus d' Espuig: *Justinianus*, & *Collector Gallus* antedicti.

XIII. Fuit Dom Franciscus Lanzol de Romani: *d. Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra.

XIV. Fuit Dom Petrus Ludovicus Galzeran de Borgia, filius Gandiæ Ducis, & tempore hujus Magistri unitum fuit Magisterium Regiæ Coronæ; d. siquidem Dom Petrus in manibus Summi Pontificis resignavit Magisterium, ut Summus Pontifex idem Magisterium Regiæ Coronæ Aragoniæ unire dignaretur, prout unitum fuit vigore Apostolicę Bullæ, quæ in Capitulo Generali Ordinis executioni fuit demandata, perpetuique Ordinis Administratores constituti fuerunt Reges Aragoniæ, quorum primus fuit Rex Philippus II. *d. Mendo d. Disq. 1. quæst 9. n. 171. Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra: *d. Fontana pag* 83.

XV. Anno 1590. Magister, & Primus Administrator fuit Philippus II. Rex Hispaniarum: *Mendo*, *Justinianus*, & *Pater Fontana pag.* 83. ubi supra, qui rexit annos 8.

XVI. 1598. Magister, & Secundus Administrator fuit Philippus III. Hispaniarum Rex: *Mendo*, & *Justinianus* præallegati; rexit an. 21.

XVII. 1621. M. Magister, & tertius Administrator fuit Philippus IV. Rex Hispaniarum: *Mendo*, & *Justinianus* ubi supra; rexit annos 45.

XVIII. 1665. M. Magister, & quartus Administrator fuit Carolus II. Rex Hispaniarum: *d. Mendo*, & *Justinianus* ubi supra; rexit annos 35.

XIX. 1700. Magnus Magister, & quintus Administrator Ordinis fuit Philippus V Hispaniarum Rex, qui Hispaniarum Regna, vigore Testamenti Caroli II. gubernavit, & rexit usque ad diem 14. Januarii 1724. Cuncta autem Hispaniarum Regna renunciavit eadem die Ludovico Primo filio suo Primogenito ex primo Matrimonio, ut videre est in Volumine Notitiarum d. anni impressarum Typis Almori Albrizzi Venetiis à *n.* 28. *pag.* 329.

Dictus Ludovicus I. in ætate annorum 17. die 31. Augusti 1724 ex morbo *Pustulę*, quem Nos *Vajolo* dicimus, obiit, ut refert folium Notitiarum apud Impressorem *Cbracas*, Romæ anno 1725.

Quamobrem pręlaudatus Rex Philippus V. die 6. Septembris anno prædicto 1724. resumpsit Coronam Regiam Hispaniarum, teste antedicto *Cbracas*, & post cursum 22. annorum in ætate annorum 62. mens. 6. dierum 20. defunctus est, sicuti habetur in Volumine - *La Storia del 1746 Amstelodami impress pag.* 26.

XX. 1746. Magnus Magister, & sextus Administrator Ordinis est Ferdinandus VI. Hispaniarum Rex, filius alter d. Philippi V. ex eodem primo Matrimonio, natus die 23. Septembris 1713 proclamatus Hispania-

paniarum Rex die decima Augusti 1746., ut liquet ex d. Historia Amstelodami *pag.* 230. gloriosissime regnans.

DEFINICIONES.

De la Sagrada Religion y Cavalleria de Sancta Maria de Montesa,
50. y Sanct Jorge, filiacion de la inclita Milicia de Calatrava, Hechas por los
A Illustres Frey D. Alvaro de Luna y Mendoza, Cavallero dela dicta Orden de Calatrava, y el Licenciado Frey Francisco Radas de Andrada Capellan de su Magestad, y Prior de la Coronada de la misma Orden Visidadores Generales, con assistencia del Muy Reverendo Padre Frey D. Hieronymo Valls Abbad de Valldigna de la Orden de Cistel.

Titolo VIII. XV.

De la edad que ha de tener el que huviere de recebir el habito Militar desta Orden.

Cap. XXX. Cart. 51., & at.

Item porque la bontad y Nobleza de los Padres, y Ascendientes amonestan y obliga à los hyos y descendientes a vivir, y militar noblemente, y por esto en todas las Ordenes de Cavalleria. Se ha usado una loable costumbre, confirmada per muchas Diffiniciones y estatutos, que nosean admitidos all'Habito delas losque non fueren Nobles y lim-
B. pios de linage, y en esta Sagrada Milicia de Montesa haya Diffiniciones a cerca desto, approvadas y renovandolas, y de nuevo estatuyendo, mandamos, que ninguno pueda ser admitido, ni recebido al Habito de Cavallero desta Orden, sino fuera noble,
C. generoso, hidalgo, al modo y fuero destos Reynos, que se entiende, que haja de ser hyo dalgo de partes de Padre y Madre, y Aguelos Varones de ambas partes. Y ansi mismo ha de ser Christiano viejo, limpio de
D. toda raça y mezcla de Judio, Moro, y confesso; de tal manera, que no le toquen en grado alguno, por muy remoto, que sea, y que non haya fama publica, que es, o desciende de Judios, confessos, o Moros, de parte de Padre, ni de Madre, con apercebimiento, que si despues de
E. dado el Habito se halle tener algun defecto destos, le sera quidado. Y assi
F. mismo mandamos, que para haver de tomar el dicho habito, haja de ser nascido de legitimo Matrimonio, como se requiere ser para tener el Habito de otras Cavallerias. Y para el Habito de Freyle Conventual, orde-
G. namos, y mandamos haja de ser nascido de legitimo Matrimonio, y hyo dalgo, si huviere quien con estas qualidades le pretienda: y sino
H por lo menos haya de ser Christiano viejo, limpio de toda macula y raça de Moro, Judio, o confesso con el mismo apercebimiento, que pareciendo tener algun defecto destos le sera quitado el Habito. Y de todo esto se haga informacion de la manera contenida en el seguiente Capitulo.

Titolo VIII. XV.

Del Noviciado y tiempo de la approbacion en el Convento.

Cap. XXXIII. cart. 57. at.

Item considerando, que los Cavalleros desta Orden deven ser instructos

ctos y ensennados en las obligaciones, reglas, asperezas, y ceremonias, y ceremonias de ella, y saber como han de rezar, y otras cosas tocantes a la Religion: estatuymos, y ordenamos, que despues de haver recebido el Habito, antes de la Professsion, esten y residan por lo menos quatro meses enteros en el Convento: y el Señor Maestre no pueda dispensar, en que la residencia, sea menos de los
K. dichos quatro meses, sino fuere con muy justa causa, necessaria, y cumplidera al servicio de Dios, y bien de la Orden: y encargamos le la conciencia, que no dispense de otra manera.

Titolo VIII. XV.

QUe ninguno haga Profession, sin tener un anno de Habito.

Cap. XXXV. car. 58., & at.

ITem como de derecho Canonico se requiera, que el Religioso haya tenidos un anno el Habito, para haver de hazer la Profession, y por el Sancto Concilio Tridentino sea estatuto, que ninguno pueda ser recebido a la Profession antes de dicho año, estatuymos, y ordenamos que en esta Orden inviolabilmente se guar-
L. de el dicho Sancto Concilio, y ningun Cavallero, ni Freyle sea recebido a la Profession expressa, sino huviere por lo menos un año cumplido que tiene el Habito. Y por quanto reconosciendo los Auctos Capitulares, que el Señor Maestre, y los Comendadores, Priores, Cavalleros, Rectores, y Freyles desta Religion hizieron en un Capitulo general, que tuuo en Valencia el año passado de Mil quinientos sesenta y siete, hallamos por uno de los dichos auctos se trata confusamente a cerca desta materia: porque de sus ultimas palabras se collige, que se da facultad al Señor Maestre, para poder dispensar, en que los Cavalleros puedan hazer la Profession antes que passe el año de como recibieren el Habito. Portanto declarando el dicho aucto Capitular, y si necessario es, de nuevo estatuyendo, y ordenando dezimos, que la facultad del Señor Maestre se entienda, para po-
M. der dispensar en el tiempo de haver de residir en el Convento en aprobacion, que con justa causa sea menos de quatro Meses; pero no en poder dar la Profession al que no tuviere un año de Habito: y si otra cosa en contrario desto fue la intencion de los Capitulantes, revocamos, annullamos a este punto, como cosa hecha contra la disposicion del Sancto Concilio.

Titolo VIII. XV.

DE la Forma, que se ha de tener en hazer Profession.

Cap. XXXVII. car. 59.

EL Novicio, que fuere de edad de diez y seys años cumplidos, y tuviere un año de Habito, y huviere residido quatro meses en el Convento, o tuviere dispensacion del Sennor Maestre para esto della Residencia, venga al Capitulo, o Yglesia donde estuviere el Señor Maestre ca-
N. pitularmente, o la Persona, que por elle huviere de tomar la profession, con una persona, o dos de Orden vestidos con sus mantos blancos, y haga la venia delante del que le ha de tomar la Profession sentiendose, e ncl

nel suelo: el qual preguntara al Novicio, Que prometeys? El Novicio respondera: Estabilidad, y firmeza: y el que se la da, diga: Dios os de perseverancia. Respondan todos; Amen. Levantase el Novicio hincadas las Rodillas de lante el que le recibe la Profession, y puestas las manos entre las suyas, diga: Señor yo fulano hago Profession a Dios, y a uvestra Señoria, y prometo obediencia, y convertimiento de mis costumbres de bien en mejor hasta la muerte, segun la Regla, Estatutos, y Privilegios de la Sancta Religion de Montesa, y Milicia de Calatrava, de la Orden de Cistel.

Y el Señor Maestre, o el que esta en su lugar diga: Dios os de vida perdurable: y todos respondan, Amen; y darle ha paz en el Carillo, y elle besar la mano, y levantarse ha.

DISCURSUS CLXIX.

MONTIS GAUDII, SEU DE MONFRAC, ET DE TRUXILLO

Alias Alcantaræ,

Et respective Calatravæ unit.

ARGUMENTUM

Narratur Origo Militaris Ordinis *Montis Gaudii*: explicatur cur ita nominetur, & ejus antiquitas, & transitus in Hispanias, & cui Ordini fuerit unitus.

SUMMARIUM

1. Viri Pii, & Nobiles Syriæ, circa annum 1180. in loco dicto Monte Gioja, *latine Mons* Gaudium, *fundaverunt Ordinem Militarem*.
2. *Mons Gaudii*, *seu* Monte Gioja, *ubi sit situs*, & *cur ita nuncupatus*, & n. 3.
4. *Tessera Ordinis erat Crux rubea octogona*.
5. *Equites de Truxillo originem trahunt ab Equitibus Montis Gaudii. Isti Equites quando vivebant in Palestina, in Tessera habebant Stellam quinque radiorum*, & n. 7.
6. *Forma Crucis, qui sint Auctores illam referentes*, & n. 7., & 8.
8 *Quando stellam mutaverint in Crucem*.
9. *Vestis Equitum erat alba*.
10 *Equitis Imago induti veste*, & *cum dicta Cruce, apud quos habeatur*.
11. *Ordo fuit confirmatus ab Alexandro III sub Regula S. Basilii*.
12. *Alii tenent militare sub Regula S. Augustini, Cistercensium; Basilii*, & *Benedicti*.
13. *Vovebant Castitatem, Paupertatem*, & *Obedientiam*.
14. *Votum emittebant defendendi Fidem Catholicam*, & n. 15.
16. *Vexillum Ordinis ex una parte extollebat Imaginem Sanctissimæ Virginis Mariæ, ex altera Crucem Ordinis: ejus forma apud quos habeatur*.
17. *In tradendo Habitum servabantur Cæremoniæ Ordinis Constantiniani*.
18. *Magnum Magistrum Ordo habebat*, & n. 19.
19. *Catalogus magnorum Magistrorum deficit*.
20. *Equites varia loca bello eripuerunt Mauris*, & n. 27.
21. *In Syria*, & *Hispania plura Bona tennuerunt*.
22. *Equites hos Alphonsus IX. in Hispania vocavit*.
23. *Hinc ob moram habitam in Regno Castellæ in Castro de Monfrac, appellati fuerunt Equites de Monfrac*.

In

In Catalonia, & Valentia vocabantur de Monjoya, *hoc est Montis Gaudii*, & n. 26.

27. *Plura Loca abstulerunt Equites Templarii*.

28. *Dissident Scriptores, sub qua Regula militaverint, an sub Sancti Augustini; aut S. Basilii*.

29. *Hic Ordo possedit plures Commendas*.

30. *Ordo de Truxillo, a'iqui tenent esse distinctum ab Ordine Montis Gaudii, ita etiam Ordinem* de Monfrac; *sed alii pro uno solum agnoscunt*.

DISCURSUS CLXIX.

MONTIS GAUDII, SEU DE MONFRAC ET DE TRUXILLO

Alias Alcantaræ,

Et respective Calatravę unit.

FElici eo tempore, quo Orientalibus in Plagis Christiani regnabant
1. Principes, Divino munere plures successive ibidem Militares Religiones Equestresque Ordines instituti fuerunt, ut pro Christianorum incolumitate ad Dominum precibus orarent, Armis contra Christiani nominis Hostes pugnarent, Charitate Peregrinos Fideles exciperent, Infirmis opitularentur, quemadmodum liquet ex Institutionibus Militarium Religionum Sancti Lazari Hierosolymitani, Sancti Sepulchri, Sancti Joannis Baptistæ Hierosolymitani pariter, Sanctę Mariæ Teutonicorum, ac Templariorum, de quibus agimus in præsenti Volumine, Præter autem recensitos Equestres Ordines, circa eadem tempora, hoc est circa annum 1180. in loco dicto Mons Gaudii prope Hierusalem, Viri quidam Pii, & Nobiles Syriæ Equitum Ordinem instituerunt, a loco ejus Originis, in quo primam eorum Sedem fixerunt, nuncupatum Montis Gaudii, ut scribunt *Frat. Hieronymus Romanus: Pater Andreas Mendo de Ordinib. Militarib. Disq. 1. quæst. 2. n. 30. Abbas Bernardus Justinianus Istorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari ec. par. 2. cap. 31. pag. 467. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. §. 36. les Chevaliers de Mont Joje pag. 93. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel: Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 82. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib. 1. Dissert. 10. §. 7. pag. 260. juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718. Laurentius Vigilius de Nicol. lis in Prax. Canonica, seu Jus Canonicum tom. 2. sub lit. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica in S. Notitia, & Series Ordin. Equestr., & Milit. n. 79. pag. 743. juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Josephi Mayr 1729. Dominus Joannes Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albæ in Regno Polonia in Corollario omnes Ordines continente in verbo* Montis Gaudii *pag. 309. impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris, cui* Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Adami Cholini 1730. Joannes Hybner in suo Lexicon, columna 1618. juxta impress. Lypsiæ 1735. Pater Fontana* de quo infra.

Præ.

Prædictus autem fundationis Locus nuncupabatur *Mons Gaudii*, quippe
2. Gottifredus Bulioneus postquam Terræ Sanctæ Loca gloriose acquisiverat, in confinus Civitatis Hierusalem duas Civitates construi curavit: primam ab Hierusalem non admodum distantem, in vertice cujusdam Montis, à quo Peregrini Sacra loca adeuntes, de facili Civitatem Hierusalem conspiciebant: alteràm autem Civitatem leucis duabus circiter ab Hierusalem sitam, ædificare fecit super alto Monte prope Bethleem, & Turrim de Ader, ac in loco à quo Angelus Pastoribus
3. Nativitatem Dñi nunciavit, & à quo Monte Devotis Peregrinis Bethleem petentibus, Civitas eadem conspicienda præbebatur. Utraque hujusmodi Civitas nuncupata fuit *Monte Gioja*, latine Mons Gaudii, ob gaudium fortasse, & lætitiam, qua Peregrini afficiebantur, dum ex recensitis Montibus loca Sacra cernebant, in quibus Jesus Christus Dominus Noster Mundi Redemptor natus est, Divinumque suum pretiosissimum Sanguinem pro salute Generis Humani fuderat, & in utraque prædicta Civitate, nuncupata *Mons Gaudii*, fundatus fuit hic Equester, & Militaris Ordo d. anno 1180., & respective Equites moram traxerunt, ideo dicti sunt *Equites Montis Gaudii*, quemadmodum sic Historica Narratio hujus nominis Montis Gaudii exponitur in *Historia Ordinum Monasticorum &c.*, *& Militarium Gallice scripta*, *& in nostrum italicum Idioma translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 1. cap. 37. pag. 290. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1737.

In Tesseram gerebant Equites Crucem rubeam octangularem, ejusque for
4. mæ, prout gestabant Templarii: *d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 8. n. 30. d. Justinianus pag. 468. d. Collector Gallus d tom. 3. d. pag. 93. d. Pater Honoratus à S. Maria pag 261. Scoonebek in Historia Ordin. Militar.* quem allegat *d. Pater Fontana d. pag.* 291. ubi, quod ibem sibi contradicit dicens, quod hi Equites gestabant Crucem rubeam, & loquens de Equitibus de Truxillo, subdit, hos ori
5. ginem trahere ab Equitibus Montis Gaudii, qui quando è Palæstina ejecti fuere, gerebant hujus Ordinis Insigne, quod erat Stella quinque radiorum.

Et forma Crucis habetur apud. *d Ju-*
6 *stinianum d pag. 467. d. Bonannum d. n. 82. d Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 94.

Alii dicunt, quod super Vestem albam
7. deferebant Stellam rubeam cum quinque radiis: *d Collector Gallus d. tom. 3. pag. 94. Pater Fontana pag. 291. Pater Honoratus à S. Maria d. pag. 261., & in Generali Explicat. Tesserarum sub n. 62. pag. 469.*, ubi refert figuram d. Stellæ.

Scribunt alii, Insigne horum Equitum
8. fuisse Stellam cum quinque radiis argenteis sub brevi veste rubea, deinde mutatam in antedictam Crucem octangularem, præcipue tunc quando è Terra Sancta recesserunt: ita *Elias Asbmole in Descriptione Equestris Ordinis Persicelidis* cum auctoritate *Andreæ Favini*, quos allegat, sed non sequitur *Justinianus pag.* 469.

Equitum Vestis alba erat: *Mendo d §.*
9. 8. *n.* 30. *Justinianus d. pag.* 468. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria* ubi supra: *d. Fontana d. pag.* 291.

Figura Equitis dicta Veste induti, & d.
10. Cruce ornati, videri potest penes *P. Bonannum d. n. 82 Collectorem Gallum d. tom. 3. d pag. 94.*

Confirmavit hunc Ordinem d. anno

 1180.

1180. Summus Pontifex Alexander
11. III. sub Regula Sancti Basilii: *Pater
Mendo* ubi supra §. 8. *n.* 30. *Justi
nianus* superius allegatus: *Collector
Gallus d. tom.* 3. *pag.* 94. *d. Pater
Honoratus à S. Maria pag.* 160., *&
seqq. Bonannus d. n.* 81. *d. Laurentius
Vigilius de Nicollis d. pag.* 743. *d.
Pater Joseph Franciscus Fontana pag.*
291.

Elias autem Ashmole in Institut. Ordi-
12. nis Periscelidis asserit, Ordinem anti-
quitus sub Regula Sancti Basilii mi-
litasse, sed de anno 1180. in Bulla
Alexandri III. fuisse assignatam Regu
lam S. Augustini; unde infertur major
Ordinis antiquitas, sicuti notat *d. Ju
stinianus pag.* 469. *d. Collector Gallus
d. tom.* 3. *pag.* 95. ubi, quod sunt
etiam, qui dicunt fuisse sub Regula
Cisterciensi: *d. Fontana d. pag.* 292.
ubi inquit, quod magis communis
opinio est, quod militaverit sub Re-
gula Sancti Basilii, quamvis aliqui
prætendant, vixisse sub Regula S. Au-
gustini, & alii sub Regula Sancti Be-
nedicti.

Emittebant Equites Votum Castitatis,
13. Paupertatis, & Obedientiæ: *d. Men-
do* ubi supra §. 8. *n.* 30. *Justinianus
d. pag.* 468. *d. Collector Gallus d.
tom.* 3 *pag.* 94.

Præterea, profitebantur Votum defenden.
14. di Fidem Catholicam: *d. Bonannus
n.* 81. *d. Laurentius Vigilius de Ni
collis pag.* 743. *Pater Honoratus à San-
cta Maria pag.* 261.

Ad eum quippe finem institutus fuit
15. Equester hic Ordo, ut Hierosolymam
Urbem tunc Catholicam defenderent
Equites, & loca Sancta tuerentur, &
Fidem Catholicam; quocumque voca-
rentur ad pugnandum, præsto essent
contra Infideles, promptique pergerent
ad Bellum: *d. Mendo d.* §. 8. *n.* 30.
d. Justinianus pag. 468. *Collector Gal-
lus d. tom.* 3. *d. pag.* 94. *Pater Ho-
noratus à Sancta Maria pag.* 260.

In Bello Vexillum extollebant, in quo
16. ex una parte aderat Imago glorio-
sissimæ Virginis Mariæ, & ex altera
Crux Ordinis, hujusque Vexilli for-
mam exhibet *d. Justinianus pag.* 469.
d. Collector Gallus tom. 3. *pag.* 95.

In conferendo Habitum hujus Ordinis
servabantur Cœremoniæ quæ servan-
17. tur in Religione Constantiniana,
quemadmodum ipse Habitus Capitu-
laris similis erat illi ejusdem Constan-
tinianæ Religionis, ut tradit *d. Justi-
nianus pag.* 469. *d. Collector Gallus
d. tom* 3. *pag.* 95.

Suum Equites eligebant magnum Magi-
18. strum ad instar aliarum Militiarum,
qui magnus Magister in Palæstina re-
sidebat: *d. Justinianus d. pag.* 468.
ubi, quod *Micheli in suo Thesauro Mi-
litari pag.* 36. referens in Magistrum
D. Rodericum Gonzalez, intelligi de-
bet, quod fuerit Magister Provincia-
19. lis, non vero magnus Magister Or-
dinis; propterea in Regis Decreto
dicitur Magister de Monfrac *De la
Orden de Monte Gaudio.*

Deficit vero Catalogus eorundem ma-
gnorum Magistrorum, nullus enim
Scriptor de eodem loquitur, ut in-
quit *d. Justinianus pag.* 469.

Ordinis hujus Equites in re bellica, &
20. Pietate cæteros aliorum Ordinum
Equites æmulati sunt, & adeo præ-
clare in certaminibus se gesserunt
Equites, ut varia loca acquisiverint
à Mauris, quæque eisdem Equitibus
concessit d. Alexander III. prædicto
anno, ut scribunt præallegati Aucto-
res, & signanter *d. Bonannus d. n.* 81.

Et quod plura Bona, Terras, & Castra
21. possederint in Syria, & in Hispania,
notat *d. Collector Gallus d. tom.* 3.
pag. 94. ubi plura refert, & sunt
quæ infra enumerantur *in* §. *Cumque*

ex Bulla d. n. 26.

Preterea Alphonsus IX. Rex dictos Equites in Hispanias vocavit, ut contra
22. Mauros bellarent, & ob præstita Regi, Regnoque servitia, Rex Ordini plura Bona donavit: *Iustinianus d. pag. 468. d. Comes in Koden Sapieha d. Corollario pag. 309 d. Pater Honoratus à S. Maria pag 161. d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 94.*

Hinc ob moram habitam cum Conven-
23. tu in Castro *de Monfrac*, sito in Regno Castellæ, quod eisdem dono dederat Rex Alphonsus IX. Equites *de Monfrac* appellati sunt. In Catalonia autem, & Valentia nuncupabantur Equites de *Monjoya*, quod idem est ac Equites Montis Gaudii: *d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 9. n. 30. d. Iustinianus d. pag. 468. d. Pater Bonannus d. n. 82. d. Collector Gallus d tom. 3. pag. 95. d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag. 743. d. Pater Fontana d. pag. 191.*

Temporis cursu, captis ab Infidelibus
24. Terrę Sanctæ Locis, Equites Ordinis Montis Gaudii, quemadmodum etiam aliorum Ordinum Equestrium Equites, coacti fuerunt è Palæstina discedere, ac in Europam sedem sibi parare; unde in Hispanias migravere, & Castellæ Regnum, & Valentiæ adivere, ibique à Regibus munifice excepti fuerunt, ut supra dictum est, & testatur *d. Pater Fontana d. pag. 291.*

Et postmodum decrescente Ordinis
25. splendore, ac deficiente occasione pugnandi contra Mauros in Hispania, à quibus fuerat liberata, unitus subinde fuit idem Ordo Ordini Calatravensi, eique anno 1221. incorporatus Auctoritate Summi Pontificis, ad instantiam Castellæ Regis Ferdinandi, cognomento Sancti; tempore quo Magister Calatravæ erat Gonsaluus Yanenfius, cui Rex donavit Castrum Monfrac, ut prosequitur *d. Iustinianus d. pag. 468. d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 161. d. Collector Gallus d tom. 3 pag. 95. Pater Bonannus d. n. 82. d Laurentius Vigilius de Nicollis pag. 743. d. Comes in Koden Sapieha pag. 309.*, ubi, quod sic demum extinctus fuit mediante d. Unione Calatravensi: *Fontana d. pag. 191.*

Cumque in Bulla Summi Pontificis su-
26. per d. Unione cum Ordine Calatravensi edita d. anno 1221., quæ teste *Francisco de Rades Andrada in sua Chronica Calatrava cap.* 18 servatur in Archivo Ordinis Calatravensis, fuerint ad Conventum Calatravensem translatę Scripturæ dicti Ordinis di *Monfrac*, ac etiam prænominata Bulla Alexandri III confirmatoria Ordinis de anno 1180. advertitur, quod in hac Bulla plures enumerantur Terræ, pluraque Castra ad Ordinem spectantia in Terra Sancta, aliaque in Hispania, hoc est Alhambra, Malvecino, Escoriola, Fuentes, Perales del Suso, Villancio, e Miravento; inde si Ordo Equester de illo tempore jam tot Bona possidebat bellica virtute acquisita, & quam bellicam virtutem ipsæ commendant Historię, de plano sequitur, quod institutio Ordinis longe ante d. tempus peracta fuerat; non enim credibile est contemporanee, & in ipso Confirmationis tempore, Ordinem tot præclara gesta, & facinora perpetrasse, de Mauris Victorias, & tot munera à Christianis Principibus re-
27. portasse, quemadmodum ratiocinatur *d. Iustinianus pag. 468. & seq.* Ubi tandem subdit, quod prælegatus Scriptor *Franciscus de Rades Andrada* scriptum reliquit, quod Equites Templarii, mota contra Equites Montis

Montis Gaudii contentione, ab eis dicta Loca di *Albambra*, *Malvecino*, *Excorsola &c.* abstulerint.

Gliscente etiam ponderatione deducta

28\. ex *Elia Ashmole in Institutione Ordinis Periscelidis* super allegato, quod hic Ordo antiquitus sub Regula Sancti Basilii militabat, de anno vero 1180. vigore Bullę Alexandri III. militabat sub Regula Sancti Augustini, in qua Bulla, ut prędiximus, enumerantur tot Bona, quę tunc temporis Ordo possidebat, hæc sane demonstrant majorem originis antiquitatem, ut prosequendo arguit laudatus *Iustinianus pag. 469. & seq.*

Hunc Ordinem Equestrem fuisse valde locupletem, multisque Commendis cu-

29 mulatum à Principibus, testatur *d. Pater Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 8. d. Iustinianus pag. 469*

Quo tandem ad Ordinem *del Truxillo*,

30\. plures ex Scriptoribus illum agnoscunt ut Ordinem distinctum ab illo *Montis Gaudii*, sicut & Ordinem de *Monfrac* ut quid distinctum ab eodem: at alii, pro uno solum Ordine, sicque unico corpore agnoscunt, ut testatur *d. Fontana d. tom. 1. pag. 292., ac Favinus in Theatro Honoris*, quem impugnat *d. Iustinianus pag. 470.* Cumque peculiarem Discursum *de Truxillo* infra texerimus, ad eundem Lectorem remittimus.

DISCURSUS CLXX.

MURIS PONTICI VULGO ARMELLINO VEL S. MICHAELIS ARCHANGELI Neapolis.

ARGUMENTUM.

Exponitur causa, & tempus, ac modus tentus à Ferdinando Aragonio Rege Neapolis in fundatione Ordinis Muris Pontici, illiusque statuenda Tessera. Ac ostenditur Ordinem Sancti Michaelis non esse Ordinem diversum ab eodem Rege institutum, sed unum eundemque cum d. Ordine *Armellini*, & fuisse Titulum Ecclesiasticum ejusdem Ordinis Armellini.

SUMMARIUM

1\. *Tolluntur æquivoca circa suppositam pluralitatem Ordinum S. Michaelis, & Muris Pontici, & exponitur conspiratio nonnullorum Magnatum contra Regem Ferdinandum, præcipue à Marino ejusdem Regis Cognato.*

2\. *Habita per Regem notitia dictæ Conspirationis, allicit ad amorem Coniurantem.*

3\. *Detectis ulterioribus machinamentis, Rex in carcerem detrudit Marinum.*

4\. *Conciliarii insinuant Regi, ut d. Marinum pœna mortis puniat.*

5\. *Rex clementer se gerit, & rennuit se Sanguine Cognati fœdare, & in monumentum hujus clementis animi instituit Ordinem Equestrem Muris Pontici anno 1463.*

6\. *Describitur qualitas Muris Pontici, vulgo Armellini.*

7\. *Mus Ponticus, à Torque aureo, & Gemmato est Tessera Ordinis cum Epigraphe* - Malo mori, quam fœdari.

8\. *Forma vero d. Torquis cum Armellino fugiente, & cum d. Epigraphe, à quibus referatur.*

9\. *Reiicitur Scipio Mazella.*

10\. *Forma Equitis collo appensum habentis d. Torquem, apud quos Scriptores cernatur.*

Ordines Muris Pontici plures adsunt.

11\. *Monetam argenteam nuncupatam* Armellina, *cum impressione figurę Mu-* ris

ris Pontici, cudere fecit d. Rex Ferdinandus, & cujus esset valoris.
12. *Ordo hic Armellini vivebat sub Regula S. Basilii.*
13. *Rex statuit Regulas pro d. Ordine.*
14. *Ordo non fuit confirmatus ab Apostolica Sede.*
15. *Ad Ordinem prædictum Rex admisit se ipsum, & Filios suos, ac alios Regni Proceres, & Principes exteros.*
16. *Ordo Sancti Michaelis, an fuerit distinctè institutus à Rege, vel sit idem cum Ordine Muris Pontici*, & n. 17., & 18.
19. *Desiit usus conferendi hunc Ordinem, sed jus ad illum conferendum residet apud Successores d. Regis Ferdinandi, & modo ad Regem Neapolis.*
20. *Datur Catalogus magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CLXX.

MURIS PONTICI VULGO ARMELLINO VEL S. MICHAELIS ARCHANGELI Neapolis.

IN quacumque profecto materia, & sic etiam in hac Equestri, vetus undequaque verum experimur axio-
1. ma - *Multum legendum esse, non multa*; plures enim Scriptores sunt, qui adeo multifarie, multisque modis de Ordinibus Equestribus, ac Militaribus Elocubrationes exararunt, ut ansam præbuerint ad credendum, quosdam Ordines de novo separatim olim fuisse institutos, quatenus perfunctorie Scriptorum verba legantur. Verum re perspecta, & attente perlecta, detegitur, non fuisse creatos novos Ordines cum novis Titulis, sed simpliciter integre explicatos eorundem Titulos Ordinum præexistentium, aut superadditum fuisse aliquid Tesseris: sic accidit, & videre est in Discursu S. Michaelis Archangeli, qui est in præsenti *Tomo* 2. *parte secunda Discurs.* 165. *Sect.* 1. *pag.* 224., ubi prænotavimus, varios quidem esse Equestres Ordines sub Divi Michaelis Archangeli Titulo: nunc magis dilucide loquentes, asserimus, tres floruisse Equestres Militares Ordines, scilicet Alæ Sancti Michaelis Archangeli in Lusitania, Sancti Michaelis in Gallia, Sancti Michaelis in Alemania. Alius, ut asseritur in Regno Neapolis, sub nuncupatione S. Michaelis, nequaquam est, nec dici debet Ordo distinctus, & separatus ab Ordine *Muris Pontici*, ibidem olim existentis, sed simplex est explicatio Sancti Titularis dicti Ordinis Secularem Titulum habentis à Mure Pontico, vulgo *Armellino*.

Quoad Discursum de Ordine *Spicæ*, sive ab uno Principe, sive ab altero, in Brittannia Minori fundato, prout dicemus in suo peculiari Discursu infra registrando, patens fiet, in substantia d. Ordinem Spicæ unicum esse, solumque Tesseræ, quæ erat Crux ex Spicis confecta, superadditum fuisse Murem Ponticum ex causis à Scriptoribus allatis, qui idcirco non constituebat Ordinem separatum, ut literaliter demonstrabimus in eodem *Discursu Spicæ*.

Jam vero materiem Discursus Muris
2. Pontici aggrediamur. Joannes Andegavensis Renati Filius ad Siciliæ Regnum jus habere prætendens, Regnum invaserat, moram ibidem faciens sub eodem Calabriæ Ducis Titulo, adversus Ferdinandum Aragonem Regem Neapolis Bellum moverat,

rat, quod nonnullorum ejusdem Regni Primatum conspiratione magis atrox evaserat: siquidem Marinus
2. Marzano Comes Montis Alti, Dux Sessæ, & Squilacii, & Rossani Princeps, ejusdem Ferdinandi Regis Cognatus, qui ex causis de quibus obloquuntur Historici, & tangit etiam *Abb Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari Parte secunda cap. 37. pag. 766. juxta impressionem Venetam typis Combi, & la Noù 1692.* simultates cum dicto Rege Ferdinando fovebat, cui Marino se junxerant alii, & præcipue Joannes Antonius Ursinus Princeps Taranti, & adeo partibus d. Joannes Andegavensis palam adhærebat, ut eundem in Sessa solemni pompa receperit, & Renatum Patrem ejusdem Ducis Calabriæ in Regem agnoverit, ac in Sacro Fonte idem Dux Calabriæ filium d. Marini levaverit.

His omnibus ad notitiam d. Regis Fer-
3. dinandi perlatis, cum idem clementis animi Princeps esset, non solum hæc tentamenta dissimulavit, sed etiam eundem Marinum pacifice sibi ad amorem reconciliare sategit, adeoque Regis Clementia processit, ut filiam suam Beatricem in Sponsam promiserit Primogenito d. Marini. Quæ res omnium Aulę, Regnique Proceres summa affecit lætitia: at Marinus, indurato corde, in sua proditione magis cum d. Duce Calabriæ constans, nova in perniciem Regis tentamenta moliebatur, usque ad ipsius Regis internecionem.

Quę cum detecta fuerint ex Epistolis ab ipso Duce Joanne scriptis Marino, Rex Ferdinandus ad se illum advocavit: cumque in Colloquiis cum Rege habitis, ex ipsis corporis patentibus motibus proditoris animi fuerit detectus, jussu Regis vinculis mancipatus fuit, Capuam transmissus, ac deinde in Arce Neapolis sub fida Custodia detentus.

Subinde Regis Consiliarii in sensu erant,
4. ut Marinus de sua proditione reus convictus morte plecteretur: at Rex Ferdinandus semper ad Clementiam proclivis, renuit illum morti tradere, aperte patefaciens, nequaquam velle in sui Cognati Sanguine turpiter se fœdare. Utque cunctis tam clementis, pacatique Regis animi sensa paterent, & perpetuum remaneret monumentum, Regem de se ipso, & de sui animi passionibus, de Consiliariis ad vindictam suadentibus, triumphasse,
5. Ordinem Equestrem anno 1463. sub Titulo *Muris Pontici*, vulgo *Armellino*, instituit: hujus enim Simbolo exprimere intendebat Rex Ferdinandus puritatem, candoremque animi sui, quem alieno sanguine maculare noluit, neque alia vindictæ nota inurere; & ita Documento omnibus esset Vassallis, Candorem, & Fidelitatem suo Principi servare, ad instar ejusdem Muris Pontici, de quo narrant Scriptores, quod cum Venatores ad illum capiendum eo artificio utantur, fædando scilicet cæno
6. Antrum, à quo exire debet Armellinus adeo à cæno abhorrens, potius
7. amat à Venatoribus capi & mortem subire, quam se luto fędare.

De antedicta ergo præfati Ordinis Institutione tradunt allegatus *Abb. Justinianus à pag. 768. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr n. 84. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax Canonica, seu Jus Canonicum tom. 2. lit. S. de Summa Trinitat., & Fide Catholica S. Notitia, & Series Ordin. Equestr. n 81. pag. 143. juxta impress. Salisburgensem Typis Joannis Josephi Mayr anno 1729.*

1719. *Comes in Koden Sapieha in Corollario omnium Ordinum Equestr. in verba Armellini in Aragonia à Ferdinando V. Rege Aragonia condi tus anno 1483. pag. 237. quod Corollarium est impressum in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquila Alba in Polonia Typis Adami Cholini 1730. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus Dissert. Historiques &c. sur la Chevalerie lib. 1. Differt. 5. art. 1. pag. 59 juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart* 1718.

Tessera itaque Ordinis hujus erat Mus Ponticus pendens à Torque aureo gemmis ornato, qui collo appensus gerebatur ab Equitibus: *d. Justinianus pag. 769. d. Bonannus n.* 84. cum Epigraphe - *Malo mori, quam fœdari* - antedicti *Justinianus*, *Bonannus*, *Laurentius Vigilius de Nicollis* locis supra allegatis; *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 237.

8 Forma d. Torquis cum d. Armellino fugiente, ac cum d. Epigraphe: *Malo mori, quam fœdari*: habetur apud *d. Justinianum*, *Bonannum* ubi supra.

Hinc notandum, quod licet allegatus *Pater Honoratus à Sancta Maria* loquatur de Ordine Armellini instituto à Rege Ferdinando, tamen in explicatione Insignium, & Tesserarum *pag.* 471. *sub n.* 73. ponit Tesseram Ordinis Armellini, & Spicæ, & se remittit ad antecedentem *pag.* 59. quæ est in *Differt.* 5. *art.* 1. ubi agit de d. Ordine Armellini instituto ab antedicto Rege Ferdinando. Quamobrem dici potest, quod fortasse idem Scriptor putaverit unum, eundemque esse Ordinem, & non duos distinctos, prout revera sunt.

9. Reiicitur vero à prædicto *Abb. Justiniano* Scipio Mazela in Vitis Regum Neapolis asserens, Torquem esse consimilem Torqui Ordinis Velleris avrei.

10. Forma Equitis collo d. Tesseram gerentis, habetur apud *Patrem Bonannum d. n.* 84. eandemque figuram adamussim refert *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 4. *pag.* 369 *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel anno* 1721.

Sed advertimus, quod *d. Collector* non ponit Narrationem de memorato Ordine Muris Pontici, à Rege Ferdinando Neapolis fundato, sed solum narrat Historiam de alio Ordine Armellini in Gallia erecto per Franciscum Ducem Brittaniæ, ac unito Ordini Spicæ similiter fundato in Gallia: unde *d. Collector* ponit utriusque Ordinis figuram, Armellini scilicet, & Spicæ.

11. Dicitur, d. Regem inventorem etiam cudisse argenteam Monetam valoris *di quattro Grani*, quam tamen Monetam invenire non potuisse, etiam diligentiis adhibitis, testatur *d. Justinianus pag* 769.

12. Vivebat hic Ordo sub Regula S. Basilii, teste *d. Justiniano d. pag.* 769.

13. Præscripsit Fundator Statuta, & Leges opportunas ad mores, & gubernium Ordinis aptas, ut prosequitur *d. Iustinianus pag.* 769.

14 Nulla tamen adest hujus Ordinis confirmatio Apostolica, & sic dici nequit Ordo, vel Religio Militaris, sed simplex Equestris Societas: *d. Iustinianus d. pag.* 769. *Bonannus d. n* 84. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag.* 743.

15. Dicti Ordinis se Caput constituit d. Rex Ferdinandus, & ad illum admisit ejus Primogenitum Alphonsum Ducem Calabriæ, & secundum ejus filium Squilacii Principem, una cum aliis Proceribus Regni, quos enumerat *Mazella*, *&* *Blasius Altimarius*, ac refert *Iustinianus pag.* 769. allegato *Iose-*

Iosepho Michele.

Et ne ulla quoad istum Ordinem ex
16 recollectis apud Scribentes, à Nobis prętermittatur notities, subdimus, quod *Elias Ashmole* in Tractatu de Ordine *della Gartiera* relatus per *d.Iustinianum pag.* 769. tradit, *Albertum Miraum* narrare, quod Ferdinandus Rex instituit Ordinem S. Michaelis Archangeli, nullam tamen exprimit causam, nec tempus hujusmodi Institutionis, solumque describit Tesseram hujusmodi Ordinis S. Michaelis, asserendo consistere in Torque avreo variis literis *O.* seu *Orbiculis* compacto, & à quo Numisma pendebat, & in eo scriptum aderat hoc Verbum *Decorum*, juxta formam penes *d. Iustinianum pag.* 770. qui dicit eundem *Miraum* scribere, prędicti Ordinis S. Michaelis Equites habuisse peculiarem habitum, hoc est Togam albam ornatam pellibus Armellini.

At subdimus, quod d. *Miraus* in d.
17. Narratione in ęquivocum incidit, asserens novum, & distinctum Ordinem S. Michaelis ab Ordine Armellini; cum revera unus, idemque Ordo sit Armellini, & S. Michaelis, cui Divo Michaeli eundem Armellini Ordinem dicavit, & sub cujus protectione laudatus Rex Ferdinandus univerat, ut bene cum dicto *Ashmôle*, descripto Habitu albo ex Armellini pellibus compacto, ratiocinatur *d.*
18. *Abbas Justinianus pag.* 770., ubi testatur, ipsum percurrisse omnes Historias Sacras, & Prophanas Regni Neapolitani, & nullibi invenisse Monumentum loquens de isto separato Ordine Sancti Michaelis. Ex quo sequitur non fuisse Ordinem ab Ordine Armellini distinctum, sed unicum, eundemque esse çum dicto Muris Pontici Ordine, ut latius ostendimus in exordio præsentis Discursus.

In quorum omnium comprobationem, videri possunt quæ tradit *Pater Fontana in Historia Ordinum Monasticorum &c., & Militarium &c. ex idiomate Gallico in linguam nostram Italicam translata tom.* 8. *cap.* 70. *pag.* 463. *juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. ubi sic loquitur - *Auberto Mireo fa similmente menzione di un' Ordine Militare sotto il nome di S. Michele il quale, per quanto egli pretende, fu stituito in Napoli da Ferdinando Primo Re di Napoli, di cui questo Re era Capo; ed aggiugne, che i Cavalieri di quest' Ordine portavano una veste bianca, foderata di Ermellino, e che il loro Collare era una Catena d'oro fatta di diversi anelli della figura di un' O. insieme uniti, dalla quale pendeva una Medaglia, in cui era questa parola*, Decorum: *Ma egli ha probabilmente confuso l' Ordine dell' Ermellino istituito da questo Principe, del quale abbiamo parlato, e che forse era stato posto sotto la Protezione di S. Michele*.

Hujusmodi Ordinem jam desiisse, notat supra allegatus *Comes in Koden Sapieha*; sed si duraret, jus illum distribuendi spectaret ad Successores Regis
19. Ferdinandi Institutoris; nam magnorum Magistrorum series residet penes Successores Regis Fundatoris, & sic demum transivit in Reges Hispaniarum, & modo in Regem Neapolis, quorum Catalogus legitur apud *d. Iustinianum pag.* 54. Et Nos trademus in nostro Discursu de dicto Ordine *Sancti Sepulchri*, & nunc hic adducimus, & est ut sequitur.

Catalogus magnorum Magistrorum.

I. anno 1463. Ferdinandus Rex fundator, rexit annos 35.

II.

II. anno 1493. Alphonsus Secundus, rexit annos 1.
III. anno 1494. Ferdinandinus, ob renunciationem à Patre factam, rexit annos 1.
IV. anno 1495 Fridericus Patruus Ferdinandini cessit fortunæ Ferdinandi V. Aragoniæ Hispaniarum Regis, rexit annos 7.
V. anno 1502. Ferdinandus V. Rex Neapolis, rexit annos 14.
VI. anno 1516 Carolus Austriacus Rex Hispaniarum, & Neapolis, rexit annos 39.
VII. anno 1555. Philipus II, rexit annos 43.
VIII. anno 1598. Philippus III. Rex Hispaniarum, rexit annos 23.
IX. anno 1621. Philippus IV. Rex Hispaniarum, rexit annos 44.
X. anno 1667. Carolus II. Rex, regnavit annos 33.
XI. anno 1700. Philippus V. feliciter regnans, & ad præsens Carolus Sebastianus, utriusque Siciliæ Rex, Hispaniarum Infans, dicti Philippi V. Hispaniarum Regis Filius.

DISCURSUS CLXXI.

NAVIS

Conchyliorum duplicis Lunæ IN GALLIA, & S. NICOLAI Argonautarum in Regno Neapolis.

ARGUMENTUM

Ostenditur primum Ordinem in Gallia sub nomine Navis, ac Tessera Lunæ, fuisse institutum à Divo Ludovico Galliarum Rege, à quo parum immutatis Nominibus, ac Tesseris, derivarunt alii Ordines in Regno Neapolis.

Summario non indiget.

Dum Narrationes super Fundatione Ordinis Navis aggredimur, repetere cogimur id, quod prænotavimus in aliis Discursibus supra registratis *in præsenti Tomo II. parte secunda*, scilicet, ex simplici nuncupatione, & ejusdem Tituli inscriptione tributa uni Ordini, ab aliquibus Scriptoribus, vel saltem cum modica immutatione Tesseræ, Scriptores in æquivocum cecidisse, ac scriptum reliquisse plures esse Ordines distinctos, unde in Catalogo Ordinum leguntur *Ordo Navis*, *Ordo Lunæ Crescentis*, *duplicis crescentis*, *Sancti Nicolai*, *seu Argonautarum Sancti Nicolai*.

Ut ergo breviter rem dilucidemus, dicimus, quod Ordo Navis, qui etiam ultramarinus vocatur, & Duplicis Lunæ Crescentis, est Ordo primus Equester Militaris Christianus, qui erectus fuit in Gallia post Cruciatos, illumque fundavit Sanctus Ludovicus IX. Galliarum Rex anno 1262. in secunda Expeditione Africæ: sic *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus* in suo Volumine - *Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 7. art. 2. pag. 128. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 3. sub cap. 5. les Chevaliers du Navire, & de Coquille de Mar à pag. 290. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.* cum allegatis in nostro Discursu 141. n. 6. in præsenti Volumine: *Abbas Justinianus - Historie di tutti gli Ordini ec. parte seconda cap. 45. pag. 604. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Nou 1692. Pater Bonannus n.*

86. *in suo Catalogo Equitum*.

Sed ad Ordinis hujus institutionem devenit Divus Rex Ludovicus in omnibus etiam semper magnificentissimus, ut Gallicam Nobilitatem ad expeditionem maritimam magis inflammaret, & ad pugnandum contra Infideles pro Catholicę Fidei dilatatione, & ad Catholicę Ecclesiæ augmentum, & gloriam, ut notat *d. Pater Honoratus pag.* 129. *d. Collector Gallus d. pag.* 290.

Collare, & Tesseram prǽscripsit Fundator Torquem auream ex Conchyliis inter se connexis, & similiter mistis Lunis crescentibus, à qua Torque pendet in Numismate Navis: *d. Pater Honoratus d. pag.* 129. *d. Bonannus in suo Catalogo Equit. n.* 85. *Collector Gallus tom.* 3. ubi supra.

Porro in antedicta Torque, ac Tessera, tota series, finisque Ordinis exprimitur: in Conchyliis enim Bella exprimuntur ex maritima expeditione: Lunæ pariter significant animum pugnandi contra Infideles, impiosque Mahumetanos in eorum Stemmate Lunam gestantes: & demum figura Navis tactum Maris, & maritimi itineris designat, sicuti prosequitur *d. Abbas Justinianus pag.* 605. ubi que allegat Volumen impress. Parisiis anno 1671. continens *Descriptionem omnium Ordinum*: *Pater Honoratus d. pag.* 129, *& d. Collector Gallus d. pag.* 209 *Laurentius Vigilius de Nicollis in sua Praxi Canonica, seu jus Canonicum tom.* 2. *sub litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica* S. *Notitia, & Series Ordin. Equestr. n.* 82. *pag.* 743. *impress. Salisburgi Typis Joan. Josephi Mayr anno* 1729.

Imago dictæ Tesseræ, ac Collaris habetur apud *Abb. Justin.* ubi sup *pag.* 604.

Imago Equitis induti Militari Habitu atque armati, impressa est penes *d. Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 210. *d. Bonanni d. n.* 85.

Floruit hic Ordo quousque vixit Sanctus Ludovicus Rex, quo defuncto declinare cœpit illius splendor, ut notat etiam *d. Abb. Justinianus pag.* 605.

Verum quidem est, quod in substantia d. Ordo perduravit successivis temporibus, immutato tamen in parte titulo, sic & Tessera, & translato e Gallia in Italiam per Reges Neapolitanos ex eodem Regio Sanguine Regum Gallorum, ut non obscure notat *d. Abbas Justinianus d. pag.* 604. ubi sic exprimit Titulum - *Cavalieri della Nave, e delle Conchilie in Francia, altrimenti detti della Doppia Cresente, ed in Napoli detti Argonauti*.

In nostro *Discursu* 141. superius allato integre narravimus seriem Scriptorum tribuentium diversis Principibus fundationem Ordinis Lunæ Crescentis, eorumque dicta explicavimus, & iis quæ superius scripsimus, robur adiiciunt, absque eo quod plura addere cogamur: liquet enim unum revera fuisse omnium prototypum, nempe Ordinem à Divo Ludovico Galliarum Rege fundatum, omnesque sub eadem Tessera Lunæ, ac sub Nave militare ad fines eosdem, & quod dicitur de uno, dicitur de omnibus, & singulis, ita ut non novi Fundatores, sed Instauratores simplices dici possint: unde ad hunc nostrum Discursum Lectorem remittimus, & tantumodo aliqua repetimus concernentia Titulum Sancti Nicolai, & Argonautarum Equitum, de quibus specifice non loquitur dictus noster *Discursus* 141.

Motivum autem hujusmodi renovatio-

nis in

nis in Carolo III. Rege Neapolis, fuit solicitudo tollendi de medio Civitatis Neapolis mærorem, quo non leviter afflicta erat ob varios tumultus, & Bella, ob illatam necem Reginæ Joannæ. Historiarum seriem referunt Scribentes, inter quos *Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires &c. De Chevalerie tom. 2. cap. 27. à pag 253. juxta impress. Rothomagen. Typis Jo. Baptista Besogne* 1726. *d. Justinianus* ubi supra, ubi sub *pag* 609. refellit Carolum Torellum Gentilem nostrum sustinentem immo Carolum I. fuisse Ordinis Institutorem.

Diximus, d Carolum Torellum Gentilem nostrum; siquidem Familiam nostram Torellam diffusam quoque fuisse in Regno Neapolis, ac in Civitate Vigilien., Italice *Bisceglia*, & quidem ex Ramo Parmæ, notoria res est, ac testatur *Paulutius tom. 3. Dissert.* 110. *art.* 2 *n.* 34. *pag.* 160. *juxta impress. Lucæ Typis Leonardi Venturini*. Cœterum apud Nos asservatur d. Volumen d. Caroli, sub Titulo - *Della Nobiltà Napolitana*; sed illud de præsenti manibus non habemus, cujus rationes perpendere non possumus: de isto mentio habetur in nostro Discursu *Nodi* infra registrando.

Licet Auctores varient circa annos fundationis, cum alii putent, id factum fuisse usque de anno 1378., alii de anno 1389 attamen probabilius redditur circa annum 1381. de tempore, quo Regia Corona illius Uxor solemniter redimita fuit, ut ponderat *d. Hermant pag.* 259. *d. Justinianus pag.* 607.

Institutio autem peracta fuit sub Auspiciis Sancti Nicolai Myræ Episcopi, in cujus Divi Nicolai honorem construere fecit Ecclesiam, una cum Hospitali, ad quam Ecclesiam annuatim adire debebant Equites Ordinis in die Festo Sancti Nicolai ad celebrandam ejus Festivitatem, quæ magna, & indicibili pompa celebrabatur: *d. Abbas Justinianus pag.* 608. *d. Hermant pag.* 258. *Petrus Franciscus Bergamaschi* in suo Libello - *Breve Notizia Storica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag.* 67. *juxta impress. Taurini Typis Dominici Paulini impress. Rev. Cameræ Apostolicæ* 1695.

In Tesseram Ordinis præscripsit Torquem constructam cum duplici Luna argentea, & duplicibus Conchyliis aureis aurea catenula junctis, à qua Numisma pendebat, & in quo Numismate cernebatur Navis argento exornata, cum Lemmate - *Non credo tempori* - *d. Abbas Justinianus pag* 607. & 608. *d. Hermant pag.* 258., & *seq. Pater Bonannus d. n.* 86. *d. Bergamaschi pag.* 67.

Magnum injunxit deferendum pallium, ut dicitur *di Damasco bianco*, super quod deferebant antedictam Torquem: *d. Hermant d. pag.* 258. Sed *Justinianus d. pag* 608. inquit - *L' Abito loro fu in forma di manto, o Cappa Magna di seta di colore azurro tutto seminato di Gigli di Francia, se bene D. Giuseppe de Micheli lo ragguaglia bianco: nelle parti estreme di questo scorreva una fascetta divisa di colore rosso, e bianco, con sopra il lato sinistro dipinta la Navè tra l' onde, con alcuni intralci d' argento nella Beretta, che restava formata della stessa materia; sopra la fronte spiccava una medaglia d' oro, nella quale si vedeva scolpita la Nave già nominata*.

Equites numero tercentum: *d. Justinianus pag.* 607.

Unoque Defuncto eligebatur alius per

Vota vigintinovem Equitum ex magis Antianis: *d. Justinianus d. pag.* 607.

Regni Proceribus contulit Rex d. Tesseram, qui tenebantur Juramentum fidelitatis emittere, nec non Equites promittebant tueri negotia Ecclesiæ, & partes Urbani VI. contra Antipapam Clementem VII. *d. Hermant pag.* 260. ubi, quod promissiones omnes evanuerunt.

Præterea tenebantur Equites Pacem in Familiis promovere, ut Inimici reconciliarentur, resque ea methodo disponere, ut omnes more Fratrum viverent; itaut si aliquis ex Equitibus odium foveret contra Socium, Eques obligabatur excusationes facere, alias reputabatur infamis, si non se reconciliabat, & pacem iniret, & Equestri Habitu privabatur: *d. Hermant* ubi supra, & *Justinianus pag.* 608.

In collatione hujusmodi servabantur Cœremoniæ, quæ servabantur in conferendo Ordinem *Canis, & Galli*, sicut scribit *Justinianus pag.* 608., & Nos egimus de dicto Ordine Canis, & Galli in nostro *Primo Tomo Discurs.* 56.

Caruit confirmatione Apostolica hic Ordo, ut scribunt præallegati, ac *d. Justinianus pag.* 608.

Qui Ordo ab Episcopo Civitatis positus fuit sub Regula Sancti Basilii, ut inquit *d. Justinianus pag.* 608.

Tandem perduravit hic Ordo quousque vixit d. Rex Carolus, per cujus mortem & ipse interiit Ordo, qui erectus fuerat absque ulla fundatione Commendæ, quæ Commendæ sunt fundamenta, & bases firmantes durationes Ordinum Equestrium Militarium, ut notat *d. Justinianus pag.* 608. *Bonannus n.* 86.

Cæterum forma Collaris, & Tesseræ hujus Ordinis videri potest penes *d. Bonannum d. n.* 86., & in Generali Descriptione Tesserarum ejusdem *Bonanni sub n.* 78., & penes *Collectorem Gallum* infra allegandum.

Imago autem Vestis solemnis cum Bireto, habetur in d. Volumine *Bonanni d. n.* 86., & apud *Collectorem Gallum Tom.* 3. *pag.* 190. *impress. Amstelodami* 1721. *Typis Petri Brunel*.

Si perduraret hic Ordo, vel Ordines, magnum Magisterium in Gallia spectaret ad Regem Galliarum; in Regno autem Neapolis, ad Regem modo regnantem Neapolis. Catalogus autem horum respective Ordinum in aliis Discursibus traditus fuit à Nobis, dum sermonem habuimus de Ordinibus in dd. Regnis respective existentibus.

DISCURSUS CLXXII.

NIGRORUM IN REGNO JAPONIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

De hac Equestri, & Militari Ordinum Nomenclatura, Scribentes in Regno Japoniæ adfuisse Equites Nigros testantur. Porro hujusmodi Equites Æthiopes in duas dividebantur Classes, utque proprius dicamus, duobus Exercitiis distinctis unaquæque Classis incumbebat. Prima curam gerebat rerum simpliciter ad Religionem spectantium, & cultum Idolorum: altera autem Classis occupata erat ad manutenendam gloriam, & magnitudinem Status, & ad pugnandum con

tra Inimicos Imperii. Ex ista Classe Equites ob eorum strenuitatem terribiles se reddiderunt: hi autem numero erant plusquam triginta mille, valde divites; nam ut inquit *Just niamus* infra allegandus, reditus cuiuscumque extendebatur ad annuam summam Ducatorum sexaginta mille, quæ quotidie augebatur *a riguardo de' paesi per loro aquistati, che li venivano concessi in Vassallaggio*. Tessera non utebantur, sed solum Militari Vexillo ad libitum. Moribus autem ita honesti vivebant, & exacte castitatem a deo servabant, ut nulli Mulieri fas esset in illam ingredi Civitatem, quam Rex dictis Equitibus habitandam præscripserat, ut refert *Abbas Justinianus Istorie delle Religioni Cavalleresche ec. parte seconda sub cap. 93. pag 865. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Non 1692.* & refert *Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. in Additions aux Ordres Militaires de Chevalerie pag. 513. juxta impress. Rothomagen. Typis Joan. Baptista Besogne 1726.*, ubi vera, & morali animadversione contra Christianos Equites clamat, quod dictum Castimoniæ exemplum juste suppeditabit redargutionem tot Equitibus Christianis, qui Militiæ adscripti ad pugnandum contra Infideles, Sanctis legibus refractarii, promissiones, & Vota emissa impudenter violant, & pessundant tam sæpe libertinis improbisque moribus.

Rogamus Lectores nostros percurrere ea, quæ in ulteriori Volumine nostri Armamentarii exponimus quoad Vota, quæ Equites respective emittunt Castitatis, aut absolute, vel coniugalis.

DISCURSUS CLXXIII.

N O D I

SEU SANCTI SPIRITUS RECTI DESIDERII.

A R G U M E N T U M.

Exponitur Catastrophe rerum Regni Neapolis juxta Historias, & Occasio creandi Ordinem *Nodi* habentem Titulum *Sancti Spiritus Recti Desiderii*. Traditur quomodo contectus est Nodus, & quando hic solvebatur ob res præclare gestas, & quando iterum religabatur, & referuntur aliæ Cæremoniæ hujus Ordinis.

S U M M A R I U M.

1 N*arratur series Historiarum in Regno Neapolis* & n. 2. & 3.

4. *Ludovicus de Taranta Neapolis Rex, contracto Matrimonio cum Vidua Ioanna II. Ordinem Equestrem Militarem Anno 1351. instituit sub Titulo* Sancti Spiritus Recti Desiderii, *& magis notorie* Nodi.

5. *Ordo est sub protectione Sancti Nicolai Myra Episcopi. Equites vivebant sub Regula Sancti Basilii, & erant tercentum.*

6. *Fundator armavit Equites sexaginta, & se magnum Magistrum, & ejus Successores declaravit.*

7. *Ordinis Titulus fuit* Sancti Spiritus Recti Desiderii, *& magis familiariter Ordinis* Nodi *d.* n. 4. n. 7. & n. 8.

9. *Statuta condidit Fundator.*

10. *Statuta hujusmodi, quomodo fuerint inventa.*

11. *Ad Catholicæ Fidei defensionem fuit hic Ordo institutus, & ad Obedientiam Regi Neapolitano.*

12 *Tessera Ordinis est Nodus confectus ad instar Nodi Amoris.*

13. *Equites vocabantur Equites errantes.*

14.

14. *Nodus erat sericus, unionibus or natus* & n. 16.
Nodus à Rege ligabatur ad manum Equitis, & qua verba proferebat, Et quomodo Nodus deferebatur, & n. 15. & 16.
16. *Si Eques aliquod factum generosum patrabat, Nodus dissolvebatur; & si iterum aliquod facinus nobile faciebat, religabatur* Nodus, *& quomodo.*
17. *Die Veneris Equites tenebantur deferre Caputium nigrum.*
18. *Nodum dissolutum, quando ob conflictus gerebant Equites.*
19. *Nodum solvendi modus traditur.*
20. *Annuatim in die Pentecostes celebrabatur Aßemblaa, & illam adire omnes tenebantur albis Vestibus*, & n. 21., & 22.
22. *Tenebantur relationem facere gestarum rerum illius anni.*
23. *Quid faciendum, si Eques aliquod indecorum agebat.*
24. *Mensa aderat nuncupata* Mensa desiderata, *cui in die Pentecostes accumbebant illi Equites, qui illo anno dissolverant Nodum, & ille qui religaverat Nodum suum cum flamma coronabatur cum Corona laurea.*
25. *Capitulum quando celebrabatur. Hic Ordo Nodi non poterat accipi cum aliis.*
26. *Secuta alicujus Equitis morte, quid esset agendum.*
27. *Omnibus sextis Feriis tenebantur jejunare.*
28. *Imago Equitis sua Veste induti, apud quos habeatur.*
29. *Sic Nodi forma, penes quos inveniatur*, & n. 30.
30. *Tessera Ordinis habebat etiam Imaginem S. Nicolai in Numismate: formam quis referat.*
31. *Ordo erat valde Dives.*
32. *Et Nobilissimus, ac compositus ex Familiis preclarissimis, quarum pars enumeratur*, & n. 33.
34. *Magnum Magisterium, si duraret Ordo, spectaret ad Regem Neapolis.*

DISCURSUS CLXXIII.

NODI SEU SANCTI SPIRITUS RECTI DESIDERII.

Historię seriem Neapolitani Regni præmittimus, quæ est ut sequitur.

1. Robertus cognomento Bonus, & prudens, ex Domo Andegavensi, Rex Neapolis, cum obiisset Carolus filius suus major, nubere curavit Joannam d. Caroli filiam majorem. Sub hac intentione anno 1335. Neapolim advocavit Carolum II. Nepotem suum Hungariæ Regem, & Andream secundo Genitum, similique modo Nepotem, huncque Principem Matrimonio junxit cum Joanna filia dicti Caroli filii ejusdem Roberti: sed subortis diffidiis Sponsum inter, & Sponsam, non valuit Robertus Rex illa componere. imo post mortem Roberti secutam anno 1343. excrevere contentiones: Joanna quippe renuebat, quod Andreas Insignia Regia assumeret. Hinc Elisabetha Regina Hungariæ Neapolim se contulit ad Joannam Nurum suam, eamque induxit, ut se ipsam, una cum Andrea Marito suo, Corona Regia redimire faceret, prout sic peractum fuit, assistentibus Regiæ Coronationi quatuor S. R. E. Cardinalibus, ad d. Urbem Neapolis à Clemente VI. ad d. effectum transmissis. Nequaquam vero id Contendentium animos pacavit; quin res eo usque crevit, ut misere

misere Andreas Rex in Civitate Aversæ fatis obierit anno 1345. non sine suspicione, quod huic nefariæ proditioni assensum præstiterit Regina
2. Joanna, quæ sequenti anno ad secunda vota transivit cum Ludovico de Taranto ejus Consobrino.

At Ludovicus Hungariæ Rex potenti militum Exercitu in Italiam venit,
3. ut infelicem Andreæ mortem Armis vindicaret: jamque Neapolim invaserat, & Civitatem armata manu ceperat. Propter quod prænominatus Ludovicus de Taranto, una cum Uxore sua Joanna coacti fuerunt confugere, atque adire Provinciam, vulgo *Provenza*, quæ ad eandem Reginam Joannam spectabat, ibique moram traxerunt, nec unquam Neapolim redierunt, nisi postquam anno 1352. res compositæ fuerunt, paxque firmata cum d. Ludovico Hungariæ Rege, Summi Pontificis auctoritate mediante.

Rebus sic dispositis, Neapolim rediere
4. Coniuges; subindeque cum Coniuge Ludovicus de Taranto in memoriam optatæ Pacis, eo ipso die, quo Regia Corona ornati fuerunt, & sic Coronationis in Regem Hierusalem, ac Siciliæ, solemni Pentecostes die, hoc est die 26. Maii anno 1351. Ordinem Militarem instituit, sub gloriosissimo nomine, & Titulo *Sancti Spiritus Recti Desiderii*, sive famigerata magis nuncupatione, Ordinis *Nodi*, ut infra explicabimus. Narrationes prædictas referunt Scribentes, *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Disput.* 1. *quæst.* 2. §. 11. *sub n.* 34. *Abbas Justinianus Istorie Cronologiche degli Ordini Militari ec. parte seconda cap.* 57. *pag.* 674. *juxta impress. Venetam Typis Combi*, & *la Nou pag.* 675., & *pag.* 677. ubi notat æquivocum Caroli Torelli, seu potius impressoris, in suo Libello *Giuoco d'Armi della Nobiltà Napoletana*, concluditque per Impressoris errorem irreptisse. De d. Torello Gentile nostro scripsimus supra in alio Discursu nostro, sub Titulo *Navis*: *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 3. §. 14. *pag.* 407. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. cum aliis infra allegandis: *Comes in Koden Sapieba in suo Corollario omnium Ordinum in verbo Nodi pag.* 310. *quod est impress. in calce Tractatus ejusdem de Ordine Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Adami Cholini*, *Coloniæ* 1730. ubi, quod institutio facta fuit anno 1352. *Laurentius Vigilius de Nicolliß in sua Praxi Canonica tom.* 2. *sub lit. S.* §. *Equestrium Ordinum n.* 84. *pag.* 744. *juxta impress. Salisburgen. Typis Io. Iosephi Mayr* 1729.

Hunc Ordinem sub protectione Sancti Ni-
5. colai locavit Fundator: *d. Iustinianus pag.* 676. ut probat *d. Pater Fontana d. pag.* 332. ubi refert, quod in Ecclesia Sanctæ Claræ Neapolis in quodam Tumulo Ruberti de Burgenza adest Stemma d. Equitis *del Nodo*, & in summitate Nodi adest Imago Sancti Nicolai, & similiter refert *d. Collector Gallus*: *d. Comes in Koden Sapieba*.

Vivebant Equites sub Regula Divi Basilii, quam eisdem præscripsit Clemens VI. *Bonannus n.* 87 *d. Comes in Koden Sapieba d. pag* 311. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 744.

Statuit ergo, ut hujus Ordinis Equites essent numero tercentum, ut legitur in Statuto Fundationis, quod habetur apud *d. Patrem Fontanam*, & *Collectorem Gallum* superius allegatos.

Ipse Fundator in Equites armavit sexaginta ex magis illustribus Proceribus

sui

6. sui Regni, aliosque Viros Principes exteros: *Petrus Franciscus Bergamaschi* in Libello *Breve Notizia Istoria sopra l'Ordine de' Cavalieri Avreati ec. pag.* 64. *juxta impressionem Taurinensem Typis Paulini Impressoris Cameræ Apostolicæ* 1695. *d. Iustinianus d. pag.* 674. *Comes in Koden Sapieha d. pag.* 311.

Seque Principem, & magnum Magistrum, & subinde illius Successores Reges Hierusalem, & Siciliæ in ipso fundamentali Statuto declaravit: *dd. Pater Fontana*, & *Collector Gallus* ubi refertur idem Statutum: *d. Franciscus Bergamaschi d. pag.* 64.

Verumque Titulum Ordinis esse decre-
7. vit *Sancti Spiritus Recti Desiderii*, ut exprimitur in allegato Statuto fundamentali Ordinis penes allegatos *Fontanam*, & *Collectorem Gallum*.

Sive magis famigerata appellatione Or-
8. dinis *Nodi*, cum qua Scribentes de isto Ordine loquuntur, juxta notata superius in §. *Rebus*, vers. *Sive famigerata*, & repetimus in Discursu *Sancti Spiritus in Gallia*.

Rex Institutor Ordinis condidit etiam Statuta pro ejusdem Ordinis Regimine, & Originalia eorundem Statutorum penitus periissent, nisi ad manus Venetorum pervenissent. Veneti quippe bono omine illa tradiderunt
9. ipsi Regi Henrico III. Galliarum, & Poloniarum Regi, occasione, qua idem Rex per Civitatem Venetiarum transivit, petens Gallias, suscepturus Galliarum Coronam, dimisso Poloniæ Regni Sceptro, ut testatur *Pater Fontana d. pag.* 332.

Quæ quidem Statuta postmodum impressa habentur penes Dominum *Le Laboureur in suis Additionibus Memoriis Domini* De Castelanau, ut inquit *d. Pater Fontana d. pag.* 332. & dictum est superius.

Hanc Statutorum de Ordine *Sancti Spiritus*, & *Recti Desiderii*, & magis familiari nuncupatione, de Ordine *Nodi* Historiam adamussim referimus in nostro Discursu Ordinis Sancti Spi-
10. ritus in Gallia, quem infra registrabimus, & ad quem nostrum Discursum Lectores nostros remittimus; solumque breviter hic repetimus, cuncta de medio tolli æquivoca. Primo, quod Henricus III. non fuerit primarius Institutor Ordinis Sancti Spiritus in Gallia, prout revera fuit, & Nos etiam ibi luculenter comprobavimus. Secundo patet, Ordinem Nodi fuisse institutum à Ludovico, e Regio Galliarum Sanguine Rege Hierusalem, Neapolis, & Siciliæ, Marito Reginæ Joannæ similiter ex Regali Progenie Gallica Andegavensi, qui Nodi Ordo, Sancti Spiritus, & Recti Desiderii longe antiquior fuit, veluti fundatus, ut diximus, anno 1352. & totaliter distinctus ab Ordine Sancti Spiritus in Gallia à d. Rege Henrico III. anno 1579. fundato.

Institutus fuit hic Ordo Nodi ad defen-
11. sionem Fidei Catholicæ, & Obedientiam Regi Neapolitano. *d. Mendo n.* 87.

In Tesseram præscripsit Nodum confe-
12. ctum ad instar Nodi Amoris, vel ut dicitur *Ciffre degli Amanti*: *Fontana d. pag.* 318., & *seq. d. Collector Gallus* ubi supra.

Qui sic in Equites armati vulgariter di-
13. cebantur *Equites errantes*, ut subdit *d. Iustin. pag* 675. ibi - *In tempo di pace con licenza del Re andavano errando, procurando nella peregrinazione di segnalarsi in alcuna degna impresa, onde erano chiamati con nome di erranti* - Isti vero revera Equites veri Ordinis Equestris longe differunt à fictis illis Equitibus Errantibus, à Poetis phantastice descrip-

tis

tis, juxta notata à Nobis in nostro *Discurs. 1. Tom. 1. n. 111. pag. 27. & Discurs. 6. n. 24. pag. 18.*.

Porro d. Tessera *Nodi*, sicut inquit i
14. dem *Justinianus*: *Era un laccio a Nodo vermiglio di seta, e di oro, ornato di perle, il quale a detto di alcuni era legato dal Re al braccio di quel Cavaliere, ch' era ammesso alla Compagnia: dicendogli, che col braccio gli era legato anco il cuore ad una ingenua fedeltà nel servire al Re, così per la fede Cavalleresca, come per obbligo di Legge di quest' Ordine. Altri dicono, che il Nodo fosse legato al petto, come sono di parere il Summonte, Costo, e Costanzo nelle loro Storie di Napoli*. Vide *Justinianum à pag. 676.*

Quem Nodum Equites omnes gestare debebant super eorum Vestibus loco
15. que patente, & quidem coloris sibi bene visi, ac super, vel subtus eundem Nodum debebant adesse hæc verba: *Se a Dio piace*: ut notat *Pater Fontana tom. 8. pag. 329.*

Juxta Ritum, stylumque Ordinis, quo
16. ties aliquis ex Equitibus se conspicuum reddidit aliqua generosa actione, ac strenua, in signum ejus strenuitatis gestabat Nodum dissolutum in Brachio sinistro, & eidem novus tradebatur Nodus ligatus, dissolvendus; & si iterum factum aliud notabile, ac Nobile patrabatur, sive ut notat *d. Justinianus pag. 675.* ibi - *Ed avendo novamente fatto alcun altr' atto notabile di Nobiltà, che se lo ritornava a legare*, ut videre est in Sepulchro Collutii Bozzuti, in cujus Galea duo conspiciuntur Nodi juncti cum Scuto Hierusalem, quod quidem Sepulchrum servatur in Ecclesia Archiepiscopatus Neapolis, & Inscriptio est, ut sequitur - *Hic jacet strenuus miles Collutius Bozzutus, filius ejus, qui fuit de Societate Nodi Illustris Ludovici Regis Siciliæ, quem Nodum in campali Bello victoriose dissoluit, & dictum Nodum religavit in Hierusalem, qui obiit anno 1370. die octava mensis Septembris, nona Indictione*: prædicta habentur apud *Justinianum pag. 676.*, & apud *d. Collectorem Gallum d. tom. 3. §. 64. pag. 415.*

Nos hic referemus nonnulla capita Sta
17. tutorum hujus Ordinis. Die autem Veneris tenebantur gestare Capucium nigrum cum Nodo serico albo sine auro, vel argento, & sine unionibus: *d. Pater Fontana, & Collector Gallus* superius allegati.

Si Eques in aliqua actione manserit vul
18. neratus, aut ipse suum vulneraverit Inimicum, & Victoriam reportaverit, ab illa die gestare debebat Nodum solutum, quousque visitaverit Sanctum Sepulchrum. Nomen autem suum scribi sub Nodo, quem subinde gestare debebat ligatum, ut prius, cum hac verborum expressione: *E' piacciuto a Dio*: & super eundem Nodum gestare radium ardentem Spiritus Sancti, hoc est unam ex illis flammis, ad instar linguæ Ignis, sub qua figura Spiritus Sanctus super Apostolos in Cænaculo descendit: *d. Fontana pag. 329. d. Collector Gallus* ubi supra.

Debebant præterea Ensem deferre, sub cujus, ut dicitur, *Pomo* scriptum esset ejus nomen, & cognomen, ac sequentia verba: *Se a Dio piace*: juxta ea, quæ referunt *d. Fontana pag. 330.*, & *Collector Gallus* supra allegatus.

Quoad solutionem Nodi, superadditum
19. fuit Statutum de anno 1353. explicans, quando, & quomodo poterat dissolvi Nodus, quod Statutum impressum habetur apud *Dominum Laboureur*

boureur in suis Additionibus Memoriis Domini de Castelnau, de quibus mentionem facit sæpe laudatus *P. Fontana d. pag.* 331., *& seq.* ubi lingua nostra Italica ponit Statutum circa facultatem solvendi Nodum, ibi sic - *Item viene dichiarato per questo ultimo Capitolo aggiunto nella prima Festa passata della Pentecoste dell' Anno di Grazia 1353., che nessuno Compagno del dett' Ordine possa sciogliere il Nodo se non nella seguente maniera; vale a dire, che se alcuno de' Compagni dell' Ordine si trovasse in qualche fatto d' Armi, in cui il numero de' suoi Nemici saranno cinquanta Barbuti, o altri, e la parte del Cavaliere dell' Ordine non sarà superiore al numero de' suoi Aversarj; Se il detto Cavaliere potrà con suo onore avanzarsi, tanto che possa essere il primo a ferire, ed assalire i suoi Nemici, o se potrà prendere il Capitano de' Nemici, e l' esito della Battaglia sarà onorevole per il detto Cavaliere dell' Ordine, ei potrà sciogliere il Nodo: Item, se alcuni de' detti Compagni dell' Ordine si troveranno in fatti d' Armi, ne' quali i loro Nemici fossero trecento Barbuti, o più, ed i Cavalieri dell' Ordine non oltrapassassero il numero de' Nemici, ed i Cavalieri, o Cavaliere dell' Ordine saranno i primi feritori nellá Battaglia, o Assalto de' Nemici, e che il fine della Battaglia sarà onorevole per i detti Compagni dell' Ordine, essi potranno sciogliere il Nodo nella suddetta maniera, così notoriamente, che ciascheduno sia tenuto mostrare al Principe, ed al suo Consiglio i veri contrasegni della sua impresa.*

20. Annuatim in die Pentecostes tenebantur in Civitate Neapolis, in Castro nuncupato *Dell Vovo*, omnes Equites convenire, cumque Peregrini, Forenses, & qui de longinquo venire debebant, expensas multas subire cogerentur, has expensas Rex refundebat: *d. Fontana pag.* 330.

21. In Assemblea itaque, quæ tunc ibi habebatur, Equites Albas Vestes gestare tenebantur: *d. Fontana pag.* 331.

22. Omnes pariter, & singuli ad eandem Assembleam, seu Capitulum accedentes, tenebantur in scriptis secum ferre narrationes omnium rerum ab ipsis in toto anni curriculo in Armis gestarum, unde magis conspicuæ describebantur in Libro, sub Titulo *Il Libro degli Avvenimenti della Compagnia del Santo Spirito del retto Desiderio*: *d. Fontana d. pag.* 330.

23. Quod si Eques aliquis rem indecoram peregisset, eadem die in Capitulo comparere debebat in Castro *dell' Vovo* in Veste nigra, gerens supra cor flammam, cum hac Inscriptione magnis characteribus hunc sensum exprimente - *Ho speranza nello Spirito Santo di cancellare la mia infamia*.

Illa die cum Equitibus non comedebat, sed in medio Aulæ, in qua Princeps, & cœteri comedebant Equites; hæcque pœnitentia protrahebatur, quousque Princeps cum suo Concilio Equitem ad sui honorem restituisset: *d. Fontana d. pag.* 330.

24. Retinebatur quoque in eodem Castro *dell' Vovo* alia Mensa, quæ vocabatur *Mensa desiderata*, cui Mensæ ad Prandium accumbebant in die Pentecostes omnes Equites, qui illo anno dissolverant Nodum. Illi vero, qui gloriosis actionibus præfulserant, in nobiliori loco Mensæ accumbebant; unde si aliquis gestaret Nodum suum religatum cum flamma, huic strenuo Equiti in Capite Laurea Corona imponebatur: *d. Fontana pag.* 330.

Ante-

Antedictis completis celebrabatur Capi-
25. tulum, in quo perpendebatur, quę addenda, & quę demenda essent Statutis pro bono regimine Ordinis: *d. Fontana d. n.* 330.

Antequam aliquis cooptaretur huic Ordini, si alias fuisset admissus ad alium Ordinem, tenebatur talem Ordinem dimittere: quod si id honeste perficere non posset, hic Ordo Sancti Spiritus debebat esse primus, nec poterat alium Ordinem recipere sine licentia Principis, quæ quidem à Principe peti nequaquam debebat, nisi prius gestasset Nodum religatum cum flamma: idem *Fontana pag.* 331.

Secuta alicujus Equitis morte, tenebantur Consanguinei deferre ejus Ensem
26. Principi, qui celebrare faciebat Officium Defunctorum in suffragium Animæ Equitis mortui, & quidem per spatium octo dierum. Omnes alii Equites intererant, & magis proximus Consanguineus defuncti, vel ejus Amicus, Ensem in cuspide accipiebat, & in Altare offerebat, & sequebatur Princeps, aliique Equites, qui Ensem associabant usque ad Altare, subindeque genuflexi orabant pro Anima Defuncti Equitis; completoque Officio, Ensis appendebatur Parieti ejusdem Sacelli. Intra autem spatium trium Mensium apponi debebat Tabula marmorea, cum Inscriptione nominis Equitis, Loci, & obitus, & si gesserit flammam super Nodum, apponendo tunc eodem lapide flammam, à qua exirent hæc verba - *Egli à adempito la sua parte del Retto Desiderio*.

Tandemque quilibet Eques tenebatur celebrare facere septem Missas in suffragium Animæ ejusdem: *d. Fontana pag.* 330., *& seq.*

Omnibus sextis Feriis totius anni tene-
27. bantur jejunare, vel eadem die prȩstare victum tribus Pauperibus in Dei honorem, & Sancti Spiritus: *d. Fontana pag.* 330.

Imago Equitis induti Veste, quam tunc
28. temporis vocabant *Giornea*, quam adamussim utebatur Rex, cum Bireto in capite, & eidem Vesti aderat Nodus affixus, ut videre est penes *Patrem Bonannum n.* 87., *& Collectorem Gallum tom.* 3. §. 64. ubi cernitur Imago habens Nodum ante pectus.

Forma Nodi habetur apud *d. Bonan.*
29. *d. n.* 79., & in Generali Descriptione Tesserarum, *& n.* 87. *d. Justinianum pag.* 674., & antedictum *Collectorem Gallum*.

Diximus, quod Ordo vivebat sub Pro-
30. tectione Sancti Nicolai, & Tessera Nodi formabatur etiam cum Imagine Sancti prælaudati in Numismate: hic indicamus, quod forma d. Tor., quis cum numismate habente Imaginem dicti Sancti, videri potest apud eundem *Justinianum pag.* 676.

Dictum Ordinem habuisse plures redi-
31. tus, & ab Equitibus ditatum fuisse divitiis, notat *d. Justinianus pag.* 675.

Nobilissimus fuit hic Ordo, semperque
32. refertus Viris ex Proceribus, præclarisque Familiis ex Regno Neapolis; siquidem primi, qui aggregati fuerunt Ordini, enumerantur sequentes: Robertus Princeps Taranti Frater Regis, Gielmus del Balzo Comes de Noja, Ludovicus Sanseverinus, Franciscus de Lofredo, Rubertus Sesipanno, Matthęus Buccapianola, Gurellus de Tocco, Joannellus Bozzuto, Joannes di Burgenza, Christophorus di Costanzo, Robertus de Diano, ac alii, ut inquit *d. Justinianus pag.* 675.

Ex Extraneis, subdit idem *Justinianus*, quod ultra Gallos, *Barnabò Visconte*

Signor di Milano lo usasse.

Præterea in Historiis Neapolis plura habentur Monumenta hujus Ordinis in Ecclesiis cum Stemmatibus plurium Familiarum *Del Seggio Capuano.*

In Ecclesia Regali Monialium Sanctæ Claræ Tabula adest cum Stemmatibus

33. variarum Familiarum *Di Seggio di Nido*, scilicet Aldemoreschi, Tomacelli, Masolini, Del Dolce, Serisali, Spinelli, & alii habentes d. Tesseram *Del Nodo*: sic apud *d. Justinianum pag.* 675.

Defecta Regis Institutoris Descendentia,

34. sic etiam defecit Ordo: cæterum si duraret Ordo, Magisterium Ordinis spectaret ad Reges Neapolis.

DISCURSUS CLXXIV.

DE OBRINO

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

TEmpore quo Prussiæ Populi, adhuc Infidelitatis obcæcati tenebris, per Regiones finitimas crudeliter debacchantes depopulari non cessabant, cum Culmæ Territorium vastassent, & in Poloniæ Regionibus misere Senes occidendo, Fœminas in servitutem abducendo, plusquam centum quinquaginta Parochiales Ecclesias, & plurima Monasteria incendiis consumpsissent; ad Aras Religiosos, & Sacerdotes, dum Sacram Hostiam manibus tenebant, obtruncassent; Virgines violassent; omni crudelitatis, & impietatis genere cuncta Sacra, & Prophana sursum, & deorsum destruxissent; ad hujusmodi propulsandum violentias, se imparem agnoscens Corradus Dux Masoviæ, & Cujaviæ, & secundum nonnullos Historicos, etiam Dux Poloniæ, consilio Christiani Prussiæ Episcopi, aliorumque Aulæ suæ Procerum acquiescens, ut in Ditionis suæ præsidium Ordinem Militarem institueret, idem Dux Corradus Militarem Ordinem instituit sub Titulo *Equitum Jesu Christi*, quorum Equitum opus, in defendendo illius Ditiones ab Inimicorum prædictorum incursionibus versabatur.

In Tesseram Equitibus statuit Crucem rubeam cum una Stella, ad instar Equitum Livoniæ; & pro Habitu præscripsit Pallium album cum d. Cruce, & ita Regulam, & Habitum Equitum Ensium, seu Ensiferorum in Livonia. de quibus loquitur noster *Discursus LXXXVII. tom.* 2. injunxit.

Postmodum dictus Episcopus Christianus Habitum Equestrem contulit Brunoni d. Ordinis magno Magistro, & similiter tredecim Equitibus, ut firmant Auctores infra allegandi *Dominus* autem *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom.* 1. *cap.* 20 *pag.* 346. *juxta impress. Rothomagensem Typis Joan. Baptistæ Besogne* 1725. inquit, quod Crux Ordinis erat Crux rubea in forma Ensis elata, & in ejus summitate Crux apposita erat.

Dux vero construere fecit Arcem *de Obrino*, eandemque Arcem de Obrino, una cum Oppido de Cadeliz in Cujavia tradidit Equitibus, qui à prædicta Arce *de Obrino* nomen sumpserunt, appellati proinde Equites Ordinis *de Obrino*, ad ea quæ notat *Dusburgen. Raymundus Duellius Canonicus Regular. Sancti Augustini Lateran. Histor. Equit. Teutonicorum par. pr. sect.* 2. *pag.* 11. *juxta impress. Vienna Austria, Typis Petri*

Conradi

Conradi Monach 1721. *d. Hermant Histoire des Ordres Militaires tom.* 1. *cap.* 20. *à pag.* 342. *cum seqq. Historia Ordin. Monasticorum &c., & Militarium Gallice scripta, & in Italicam linguam translata per Patrem Joseph Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom.* 3. *cap.* 26. *pag.* 159 *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738.

Idem Dux Corradus pactum, & conventionem cum dictis Equitibus inivit, de æqualiter dividendo, & pro æquali portione inter se, & eosdem Equites *de Obrino* Terras omnes, quas ex manibus eriperent Prussianorum, qui de prædictis notitia habita, potenti Exercitu pluries Obrini Castrum obsiderunt, & ipsos Equites angustiis coarctarunt, ut nemo ex Equitibus è dicto Castro exire auderet: Prussiani vero ad eosdem illudendum, ad Castrum accedebant, modo quinque, modo sex.

Non levis inter Scriptores altercatio viget, an dictus Ordo *de Obrino* vere fuerit novus Ordo institutus à Corrado, & totaliter distinctus ab Ordine dictorum Equitum Ensium in Livonia, vel potius unus, & idem Ordo Livoniæ Equitum. Scriptores quippe Poloni negant, Corradum novum Ordinem instituisse, sed solummodo in Prussiam transmisisse Equites Ensium Livoniæ: *Raymundus Duellius in d. Historia Equitum Teutonicorum par. pr. sect.* 2. *pag.* 11. *in annot. sub litt.* 9. ubi *Dusburgen.* illud verbum *instituit*, explicat, *vocavit*: *Hartknoch* vero *in Dissertat.*, *& Notis ad Petrum Dusbourg in Chronicis Prussiæ* allegans *Hennenbergero*: *Henricus Leonardus Schurzfleischiis in Historia Equitum Ensiferorum* sustinet, Ordinem *de Obrino* fuisse Ordinem de novo institutum, & penitus ab Ordine Ensium Ensiferorum diversum, sicuti ratiocinatur *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag.* 160.

Verum, cum dictus Ordo *de Obrino* nihil commodi tribueret Regionibus Corradi Ducis, quæ incursionibus, & Prussianorum vastationibus expositæ remanebant, in subsidium advocare statuit, prout advocavit, Equites Teutonici Ordinis, cujus magnus Magister tunc temporis erat celeberrimus ille Hermanus de Salza; & ut Ordo Teutonicus in suis Regionibus firmaretur, eidem donó dedit Provincias Culmæ, & Luboniæ, ac ea omnia, quæ, è manibus Prussorum eriperent, ut pleno dominio ipsi Equites retinerent, & possiderent, ut tradit *d. P. Fontana d. pag.* 160., *& seq. d. Hermant d. tom.* 1. *pag.* 347.

DISCURSUS CLXXV.

OBSCÆNA, & SCURRILIA VERBA PROFERRE PROHIBENS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

FRidericus Wilhelmus, & Joannes Duces Saxoniæ, anno 1590. in Civitate Wimarensi instituerunt, & fundarunt Ordinem vitandarum execrationum, Scurrilitatisque cohibendæ causa vinariæ Societati. Adscripti huic Ordini erant Diplomate insigniti, & eorum Ordo erat ad instar cujusdam Societatis, & Adunantiæ, quę incumbebat, ne Maledicta, & Obscęna verba proferrentur. In Tesseram, & si-

& signum hujus Societatis, seu Ordinis gestabant parvum Numisma aureum Collo appensum in die: sic scribit *Joannes Hibner in suo Lexicon sub litt. F. §. 3.* columna 1602. *juxta impressionem Lipsiæ* 1735. vide *D. Bernardum ad Sororem suam de modo bene vivendi cap. XXV.* in calce Operum *pag.* 84. à tergo.

DISCURSUS CLXXVI.

PACIS IN GALLIA

ARGUMENTUM.

Duo continet Capita. In primo narratur fundatio Equestris Militaris Ordinis Pacis in Gallia, & quis illum creaverit, & ob quam causam.
Secundum Caput continet Narrationem creationis Collegii Pacificorum Civitatis Forolivii, ostenditurque analogiam tenere cum Ordinibus Equestribus, & Militaribus.

Summario non indiget.

TRia, sub decimi tertii Ecclesiæ Seculi exordio, Galliam misere infortunia vexabant: Publice enim Latrones, & Grassatores debacchabantur; nefaria Albigensium tentamenta serpebant; & improbi aderant Homines Bona Ecclesiastica retinentes. Insigni proinde pietate Viri, hujusmodi malis, ærumnisque remedium aliquod parare, & violentias reprimere excogitarunt. Ameneus quippe Archiepiscopus Auxitanus, vulgo *Auch* in Vasconia, & Episcopus Lugudni Convennarum, vulgo *Cominges*, ac alii Prælati, Nobilesque Vascones Equestrem Ordinem anno 1229. instituerunt sub titulo Pacis, ut tradit *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires* sub Titulo = *Additions des Chevaliers §. Les Chevaliers de la Paix pag.* 384. *tom.* 4. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Historia degli Ordini Monastici ec., e Militari Gallice scripta*, e tradotta dal Francese *à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom.* 8 *cap.* 40. §. *Può essere pag.* 299. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Non defuerunt asserentes, hunc Ordinem fuisse unitum alteri Ordini *Fidei Iesu Christi*, qui institutus fuerat anno 1220. de quo peculiarem exaravimus Discursum, qui est *Disc.* 90. *tom.* 2. *par. pr.* quinimmo, ob id, hunc Pacis Ordinem fuisse etiam vocatum *Fidei, & Pacis*, ut notat idem *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 384. *d. Pater Fontana* ubi supra *pag.* 298. & *seq.*, ubi per extensum narrat Historiam Ordinis *Fidei Iesu Christi*.

Idem Ordo Pacis confirmatus fuit à Summo Pontifice Gregorio IX. anno 1230. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 384 *d. Fontana d. tom.* 8. *cap.* 299. duravitque Ordo usque ad annum 1261., quo Guilielmus de Marra, qui tunc temporis erat magnus Magister Ordinis, una cum alio ejusdem Ordinis Religioso, agnoscens valde diminutum esse Ordinem, nec affulgere spem reformationis, ipse cum d. Socio ad Ordinem Divi Bernardi transivit, & Vota emisit in Abbatia, nuncupata *de Fevillans*, & juxta facultates eidem ab aliis Equitibus tributas, assensum præbuere, ut Terra *di Roque Roquette*, quæ ad Ordinem Pacis spectabat, uniretur d. Abbatię de *Fevillans*, quemadmodum prosequendo narrat *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 384. *d. Pater Fontana d. pag.* 299.

Plures alii adsunt Equestres Militares Ordi-

Ordines, qui Collegia, Societates, Cœtusque nobiles insimul, & promiscue appellantur, quorum Statutorum municipales leges custodiam Pacis iniungunt, ut videre est in præsenti nostro Armamentario *Disc.* 150. *S. Maria Montis Gaudii*, *&* *Disc.* 171. *Navis S. Praterea*, & alibi.

Et merito; nam optimi Cives, & Senatores vocantur qui Pacem promovere satagunt, & ut dicitur remis, velisque contendunt, ut servetur.

In præsentis Discursus calce, fas sit subiicere Historiam prænobilis Collegii nonaginta Virorum, qui *Pacifici* nuncupantur. Collegium hoc floruit antiquitus, & adhuc floret in hac nostra Patria. Cumque Nos in hoc Armamentario, non solum proprie sumptos Ordines Equestres Militares, ac substantialiter tales enumeraverimus, sed ulterius etiam alia Collegia, Fraternitates aliquam analogiam cum illis habentes recensuerimus, ut videre est in utroque nostro Volumine, eo pronius duximus aggregandum hoc Pacificorum Collegium nonaginta Virorum; dum in eo plures Equestrium Ordinum, & Militarium similitudines concurrunt, & convenientiæ.

Series fundationis Collegii Pacificorum ita se habet.

Cum retroactis Seculis Italiæ nostræ Civitates plures misere in Factiones scissæ essent, & dissentientium flagrarent incendiis, potissime in hac nostra Forolivii Civitate factiones, intestina odia, & tumultus feri in Populo infeliciter serperent, ut omissis Historiarum Monumentis, clar. mem. Cardinalis Adrianus in Descriptione Itineris Julii Papæ II. describit his Carminibus

Pompilii, Liviique forum divertere cogunt,
Terra ferax, Populusque ferox, ac cæde frequenti
Terribilis, semperque furens civilibus Armis.

in calce ejus Operis, cui titulus - *De Sermone latino, & modis latine loquendi pag.* 165. *Venetiis per haered. Jo. Patavini* 1553. relatis etiam à *Paulo Bonolo - Istorie di Forlì lib. XI. pag.* 297. *impress. Forol. apud Cimattios* 1661.

Ad crebra cohibendum Reipublicæ infortunia, & de medio tollendum, excogitatus fuit modus; constitutio videlicet Collegii conflati ex Viris numero nonaginta, Generis, animique dotibus præclaris, quos inter aderant qui actu Senatores erant, & loco Concilii gaudentes, quod primariam Nobilitatem importat, ut inquit etiam Sacra Rota in nostra Forolivien. Fideicommissi de Torellis, quæ est impressa apud *Paulut. Differt.* 45. *decis. Unic. n.* 23., *&* 24. *cor. Muto pag.* 329. *tom.* 1., *& in Decis. pro Familia de Beccis cor. Priolo pariter impress. penes d. Paulutium Dissert.* 86. *n.* 9. *pag.* 328. *tom.* 2. neutiquam admissis factionariis: quamobrem de Sumi Pontificis Pauli III. Auctoritate coram Provinciæ Præside Joanne Guidicciono Patricio Lucense, Episcopo Forosempronienfe, Scientiis notissimo, & apud Nos præclarissimæ semper recordationis, peracta fuit Institutio in Cathedrali Foroliviensi Ecclesia, sub Titulo Inventionis Sanctæ Crucis, die 20. Februarii 1540., ut videre est in solemni Instrumento creationis dicti Collegii, seu Magistratus Pacificorum in Volumine *Ordinamentorum*, *& Legum ejusdem Collegii pag* 17. *cum seq.* quæ leges, & ordinamenta impressa fuerunt *Venetiis apud Nicolaum Bevilacqua* 1559. *pag.* 17. deinde Cæsenæ apud *Bartholom. cum Raverium* 1589.

1589. postremo iterum *Cæsenæ Typis Faberii* 1719. sed prima vice quod edita fuerint *Bononiæ* 1541. asserit *Paulus Bonolus ut supra pag.* 315.

Et Civitas Forolivii prima fuit inter cœteras comprovinciales Urbes, quæ admisit nobilem, ac saluberrimam hanc institutionem, ut testatur præfatus *Bonolus loc. supra allegat.*, & ut notat *Patrium Statut. lib. pr. Rub.* 9. his verbis: *Quorum exemplo monita cætera hujus Provinciæ Civitates amulantes Pacis, & quietis statum, similiter Pacificorum Cœtu Pacem, & quietem sibi parere procurarunt, & feliciter, Deo favente, consequuta sunt.*

Institutio confirmata hęc fuit ab eodem Summo Pontifice Paulo III. die 24. Maii eodem anno 1540. juxta Bullam relatam *in d. Statuto à pag.* 24., & successive à Legatis à Latere in Provincia, sicuti legitur in iisdem Ordinamentis, seu Statutis.

Opus tam pium, quam Reipublicę utilissimum, omnium laudem summopere meruit: unde ipse Summus Pontifex san. mem. Paulus III. sub cujus auspiciis exordium accepit d. anno 1540. ut diximus, sequenti anno 1541. per hanc Forolivii Civitatem transiens, adscribi voluit in numero Pacificorum, sicuti testatur *d. Paulus Bonoli Historia Forolivii in supra allegato libr.* 11. *pag.* 315. ubi sic loquitur *I Papi istessi esaltando con pubbliche lodi Ordine sì pio, l' ornarono di molti Privilegi, e Paolo III. di presente Pontefice, passando il veniente anno* 1541. *per Forli, volle essere chiamato del Numero, nella cui Residenza ebbe l' alloggio, ed alla cui Chiesa molte Indulgenze concesse, siccome molte Grazie, ed Esenzioni, ad essi Pacifici*: & notandum, quod in supra allegato Instrumento Creationis Nonaginta Pacificorum, postquam expressa sunt nomina Defensorum, & Consiliariorum, subditur *Quibus omnibus, & cuilibet eorum fuit accinctus gladius, & prius in manibus datus, ut re, verbo, & armis viriliter intendant saluti Civitatis nostræ à præfato Reverend. Præside.*

Cumque Officium prædictum, & Magistratus Nonaginta fuerit in sui creatione limitatus ad sexennium, & subinde ad aliud protractus, tandem extensus ad suum, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Beneplacitum, ut videre est in Breve ejusdem san. mem. Pauli III. registrat. *in d. Ordinamentis pag.* 41.

Ex d. Collegio Nonaginta Virorum Pacificorum extrahuntur Sex, qui constituunt Magistratum per duos Menses duraturum, & illi habent suum Caput, qui nuncupatur Prior, semperque est Vir graduatus, ut explicant dicta Ordinamenta.

Præclarus hic Magistratus, & Collegium suam habet Residentiam Forolivii in Palatio Apostolico publico, in suo, ut dicitur Appartamento optime instructo, adsuntque Famuli, ut Nos dicimus, *Donzelli*.

Præterea adest Militum Armatorum Cohors, qui viridi Sago more Urbanorum Militum, ad Ianuam Palatii die, noctuque excubias faciunt, & Magistratum associant.

Hujusmodi Armatæ Cohorti præest suus Dux, qui eligitur à d. Collegio Pacificorum, & de pręsenti est Nobilis Dominus Nicolaus Aspini Patricius Foroliviensis, ac etiam Militiæ Classes habet, quinque videlicet Cohortes, quas Nos *Compagnie* vocamus, & earum quælibet pro Militari Regimine suum habet Ducem Virum Nobilem, a Collegio Pacificorum electum, juxta seriem infra-

scrip

scriptam, videlicet
Prima Compagnia del Sacro Numero denominata

Campo Albarese.

Capitano: il Nobile, e Patrizio Sig. Pietro Paolo q. Carlo Paulucci.

Seconda Compagnia denominata Colonella; Quartiere di Schiavonia
Capitano: il Nobile, e Patrizio Sig. Girolamo Certesonni.

Terza Compagnia denominata del Maggiore del Reggimento; Quartiere San Pietro.
Capitano: il Nobile, e Patrizio Sig. Gio. Batista Biondini.

Quarta Compagnia, denominata del Tenente Collonello; Quartiere di Ravaldino.
Capitano: il Nobile, e Patrizio Sig. Rutilio Marciane si.

Quinta Compagnia denominata della Retroguardia; Quartiere S. Biagio.
Capitano: il Nobile, e Patrizio Sig. Gio. Scanelli.

Et pro omnium gubernio sub titulo Locumtenentis Generalis, Nobilis & Patricius Vir, & modo secuto obitu bo: me: Comitis Fabritii Merenda Nobilis Patricii Foroliviensis, præest Dominus Valerianus Moratini Nobilis Patricius Foroliviensis, Eques Hierosolymitanus, de quo late egimus in Volumine Secundo nostri Armamentarii *Discurs.* 128. *sect.* 6. *pag.* 418. *& eod. disc. sect.* 7. *pag.* 474. *&* alibi.

Suum habet Vexillum, & Tesseram, quæ continet Crucem planam formatam ex colore albo, & rubeo æquali, & ita alternatim in quolibet brachio, & stipite, ut late describitur ab *Equite Sigismundo Marchesio in Supplemento Historico lib* 11. *pag.* 684. *Forolivii Typis Joseph Silvæ* 1678. ubi non omittenda verba hujus Historici circa tremendum revera juramentum, quod præstatur à Pacificis, de servando secreto, videlicet - *Il qual giuramento di secretezza, per renderlo ancora più formidabile, stabili si giurasse sopra il Santissimo Sacramento, come ancora si costuma, quando in luogo de' morti, nuovi Pacefici si surrogano, chiamandosi con voce commune con l' inclito titolo di Cardinali.*

Idem Collegium, præcipuum in Protectorem habet gloriosissimum Sanctum Joannem Apostolum, & Evangelistam, cujus in ore semper volvebatur Sententia - *Filioli diligite alterutrum.*

De quo proinde narrat *Divus Hieronymus in Commentariis in Epistolam ad Galatas - Beatus Joannes Evangelista, cum Ephesi moraretur usque ad ultimam senectutem, & vix inter Discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre Collectas, nisi hoc:* Filioli diligite alterutrum: *tandem Discipuli, & Fratres, qui aderant, tadio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Joanne Sententiam; quia Praeceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit.* Hinc jure merito hoc Pacificorum Collegium, seu Magistratus Nonaginta Pacificorum *Sacri* Titulo decoratur, ut videre est apud nostros allegatos Historicos, quibus addimus *Julianum Beccium in suo Opere*, cui Titulus - *Il Fuoco*

O o *Trion-*

Trionfante impress. Forolivii apud Jo. Cimatti 1637., & præcise in Epistola nuncupatoria iisdem Pacificis quæ præmittitur dd. Ordinamentis, & Legibus, habetur - *Fu creato questo Sacrosanto Magistrato vostro :* & hoc, vel ratione eorum conspicui muneris, & obiecti versantis circa Pacem invicem servandam, & Reconciliationem introducendam, quod profectò Sacrosanctum est, cum Auctor Pacis sit Deus, imo ipse dicatur Charitas; vel ratione particularis, ac antedicti notabilis Juramenti, quod à Pacificis præstatur; vel ratione antedictarum Legum ipsis præscriptarum, cum in jure non tantum vocentur Sacræ, & Sacrosanctæ Leges, sed & Magistratus, aliaque plura, ut videre est penes *Alexandrum ab Alexandro Genial. dier. lib.* 4. *cap.* 4., *& lib.* 5. *cap.* 2. *Parisiis apud Jo. Parant* 1579. *Othomanum de verborum signific. Calvin. Lexicon Juris verb. Feciales, & verb. Sacrum*, quibus jungendus *Ducang. Glossar. eodem verbo Sacrum, Venetiis apud Sebastianum Coleti* 1740.

Hucusque recensita, ex lectura dd. Ordinamentorum, & Legum hujus Magistratus recognovimus; quarum Legum, & Statutorum Volumina, una cum aliis Doctrinalem materiam tractantibus, tradita Nobis fuerunt à Domino Jacobo Gallepino Iuris Utriusque Doctore, & Advocato Foroliviensi, qui spectabile munus in hoc Ecclesiastico Tribunali nostro exercet, Defensoris super nullitate Professionum Regularium, & Defensoris Matrimoniorum, in nostra Diœcesana Synodo novissime celebrata deputatus, juxta Sanctiones Sanctissimi D. N. Benedicti XIV. Summi Pontificis.

Porrò eædem Leges, & Statuta Collegii Pacificorum retinebat dictus Dominus Advocatus Gallepinus, dum ipse est Descendens per lineam Masculinam à primis in Collegio Pacificorum Aggregatis, & illius Avus Paternus bo. me. Dominus Jacobus, inter Pacificos fuit adlectus, ut videre est in Catalogis relatis in dictis Voluminibus Legum, & Statutorum, & signanter in illo impresso *Cesenæ* 17.9. in calce ejusdem, & de quo supra.

Præterea idem Dominus Gallepinus Bibliothecam tenet optimis Voluminibus instructam, Nobisque laboravit, & laboret, ut etiam nostrum hoc Armamentarium Historico Legale, accurate, ac diligenter in lucem prodeat, ut patet ex ipsiusmet attestatione, quæ *impressa est in nostro Tomo* 1. *pag.* 8., *& Tom.* 2. *Parte pr. pag* 8.

In hujusmodi enim Nobili Librorum supellectili, Thesaurus servatur de quacumque materia, sive Legali quacumque Doctrinæ, ac facultate, de Re Equestri, ac Equestri scientia tractante, quæ ad Officium Pacifici rite exercendum necessaria est, maxime cum de præsenti, favente Deo, martialia, & sanguinea jurgia cessaverint, quibus, ut dictum est, antiquitus, heu nimium, nostra hæc Patria abundabat: supersunt tamen, seu verius, emergunt frequentes Urbanæ tricæ Cives inter Nobilesque, ac privatæ dissensiones, ac Rixæ, & simultates aperte evaderent, pro quibus componendis, more servato Nobilium, & juxta Equestris Scientiæ regulas, hinc, atque hinc sedare, ac de medio tollere satagunt accurrentes Pacifici, qui eorum rationabilem zelum, Legali scientia, & notitia hujus Disciplinæ suffultum interponunt, itaut de ipsis Pacificorum Officiis dici possit cum Vate

I Pa.

I Pacifici Scettri usan cestoro.
Tasso Gerusalemme liberata cant. 6. stan. 51.

Qui idcirco, ut rite recteque eorum peragant Officium, necesse est Juris Regulas, & Instituta Equestria calleant, & Scientiam, Artem, vel Studium, sive Doctrinam, facultatem, aut Disciplinam Rei Equestris, juxta ea, quæ perpendendo hujusmodi Vocabula firmavimus in hoc nostro Armamentario *Tomo primo Discurs.* 8. *à n.* 36. *cum seqq. pag.* 217. Ubi fuse ostendimus, antedictum Studium, Artem, Disciplinam, seu Doctrinam Equestrem antiquissimis, solidissimisque inniti principiis, & sua retinere specialia, omnia quidem veræ Morali famulantia, & ipsis legibus Civilibus, quodque pretiosius est, Sacrosanctæ Christianæ, ac Catholicę Religioni, quę ante omnia opus est à quilibet integra inviolataque servetur. Ad dictum ergo Discursum remittimus Lectores nostros maxime Pacificorum Collegio adscriptos.

Quemadmodum etiam ad practicos Auctores, qui de recenti contra feros modos in extinctionem Duelli, & Vindictæ privatæ scripserunt; veluti Marchionem *Joseph Mariam Grimaldi* in suo Volumine - *Nuova Asta d' Achille, juxta impressionem Bononiæ Typis Borzaghi* 1693. *Joseph Ansideum Nobilem Perusiensem* in suo Volumine - *Trattato Cavalleresco contro l' abuso del Mantenimento delle private Inimicitie, impreß. Perusiæ Typis Constantini* 1691. *Dominum Marchionem Scipionem Maphęum della Scientia chiamata Cavalleresca, impreß. Venetiis* 1712. *apud Aloysium Pavinum*: *Dominum Comitem Canonicum Joseph Antonium Castiglione in* ejus Volumine, cui titulus - *Dodici Conclusioni Cristiane, Morali, Legali, Cavalleresche ec. Bononiæ* 1727. *Typis Constantini Pisarri*. Unde hic repetere non juvat verba *l.* 2. §. *Servius, ff. de Origine juris*, quę adduximus cum aliis exemplis in nostro primo Tomo *Discurs. pr. sub n.* 32. *&* 33: *pag.* 8., quę apprime hic adaptari possunt.

Ex quorum, & consimilium Scriptorum lectura agnoscent, an eorum Doctrina contineat extravagantem opinionem particularem, an vero communem, & universalem, & pro tali retentam; non enim licet, nec convenit opiniones sequi insubsistentes, & ideales, sed sequenda est opinio illa, quæ sit communis, atque universalis, sicut ostendimus in allegato nostro *Discursu* 8. *n.* 42., *&* 43. memoria semper retinentes, quod casus occurrentes decidi debent ad Juris tramites; & prorsus erroneum est, quod sufficiat simplex illa naturalis prudentia, vel naturalis Discursus, sicut monuimus *d. Disc.* 8. *n.* 43. Pro coronide videnda sunt quæ encomiastice, & optime de more scripsit *Bonfin. ad Banim. generalia cap.* 33. *in supplem. n.* 58. *tom.* 1. *pag.* 512., *Luca apud Leonardum Venturinum*, ubi Pacificos assimilat antiquis Irenarchis, & fit mentio de Collegio Pacificorum Forolivii, allegatis Auctoribus, quos inter *Castellinus Nob. Patricius Forol., pariter ad dicta Banimenta generalia part.* 4. *obser.* 9. *n.* 32. *pag.* 539. *Forolivii Typis Josephi Sylvæ* 1701.

Modo opportunum duximus hic tradere Bullam Summi Regnantis Pontificis, quam ad litteram refert *Pater Lucius Ferraris in Supplemento Bibliothecæ Promptę Canonico, Juridico, Morali in verbo Propositiones à pag.* 161. *cum seqq. Bononiæ impreß.* 1753., *sed prostant Venetiis apud*

Fran. Storti.

Nosque hic imprimendam duximus: est enim scitu digna ab omnibus, & præcipue à Pacificis, ut probe sciant Theoricas, quas quoad omnes Christianos Catholicos ipsi Summi Pontifices sanctissime præscripserunt ad eliminandum nefarium usum Duellorum, & certamina particularia, Pacem, & Concordiam Civium destruentia.

Propositiones Damnatæ.

Hic ad litteram tradimus sequentem SS: D. N. Benedicti XIV. Constitutionem, qua damnantur, & prohibentur quinque propositiones duellorum abusui faventes. Ac veteres leges adversus Duellantes editæ, novis pœnalibus Sanctionibus cumulantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

„ DEtestabilem, ac Divina, naturalique lege damnatum Duellorum abusum, a barbaris gentibus, atque superstitiosis, non sine ingenti corporum, animarumque clade, in Christianam Rempublicam auctore Diabolo invectum, cum semper execrata sit, atque improbarit Ecclesiâ, tum præcipuo in eam curam studio, vigilantia, ac zelo incubuerunt Romani Pontifices, ut à Fidelium cœtu longissime arceretur. Nam ut antiquiora mittamus Prædecessorum nostrorum, Nicolai, (a) Cœlestini III. Innocentii II. Eugenii III. Alexandri III. (b) Innocentii IV. (c) adversus singulares pugnas decreta, extant recentiores Apostolicæ Sedis Constitutiones, quibus Romani Pontifices Julius II. (d) Leo X. (e) Clemens VII. (f) ac demum Pius IV. (g) gravissimas pœnas antea statutas confirmarunt, aliasque de novo addiderunt, contra Duellantes ex quacumque causa, etiam per Sæculares Regionum, aut Locorum leges fortan permissa, addicta infamia bonorumque proscriptione etiam adversus complices, ac participes, & qualemcumque operam iisdem præbentes.

„ Tridentina vero Synodus (h) latam in eos excommunicationem extendit ad Imperatores, & Reges, Duces, ac Principes, cœterosque Dominos Temporales, si locum ad Monomachiam in terris suis concesserint; ac Jurisdictione, & Dominio loci, in quo Duellum fieri permiserint, quem ab Ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes vero pugnam, eorumque Patrinos, excommunicationis, ac omnium bonorum proscriptionis, nec non perpetuę Infamię pœnam incurrere statuit; & si in ipso conflictu decesserint, Ecclesiastica sepultura perpetuo carituros decrevit.

„ Cum vero præfatis saluberrimis Legibus Judicialia dumtaxat, ac solemnia Duella comprehensa, ac proscripta viderentur, piæ memoriæ Prædecessor Noster Gregorius Papa

(a) Epis. L. ad Carolum Calvum. (b) In Concil: Lateranensi cap. 1. & 2. de Torneamentis, ubi trium Prædecessorum decreta citantur. (c) In Epistola ad Archiepiscopos, Episcopos, aliosue Ecclesiasticos Regni Franciæ apud Raynald. ad annum 1252. num. 35. (d) Constitut. incip. *Regis Pacifici*. (e) Constitut: *Quam decet hominibus*. (f) Constit: *Consuevit Romanus Pontifex* (g) Const: *Ea quæ a Prædecessoribus*. (h) Sess. 25. cap. 19. De Refor.

,, Papa XIII. (a) hujusmodi pœnas
,, adversus eos omnes extendit, qui
,, nedum publice, sed etiam privatim
,, ex condicto, statuto tempore, & lo
,, co, Monomachiam commiserint, e
,, tiam si nulli Patrini, Sociive ad id
,, vocati fuerint, nec loci securitas
,, habita, nullæve provocatoriæ litte.
,, ræ, aut denunciationis Chartulæ
,, præcesserint.

,, Denique felicis recordationis Cle.
,, mens Papa VIII. etiam Prædeces.
,, sor noster, Apostolicas Romano.
,, rum ante se Pontificum Leges om.
,, nes, & pœnas in eis statutas, sua
,, Constitutione, quæ incipit: *Illius*
,, *vices*. Data XVI. Kalen. Septem.
,, anno MDXCII. diserte complexus,
,, easdem extendit ad omnes non so.
,, lum Duello certantes, sed etiam
,, provocantes, suadentes, equos, ar.
,, ma, commeatus præbentes, comi-
,, tantes, Chartulas, Libellos, Ma.
,, nifesta mittentes, scribentes, vel
,, divulgantes, aut quomodolibet cir.
,, ca ista cooperantes, Socios, Patri.
,, nos, de industria spectatores, fauto.
,, res, criminis demum participes,
,, illudque permittentes, vel quan.
,, tum in ipsis est, non prohibentes,
,, ac delinquentibus veniam, & im-
,, punitatem concedentes, quique
,, se prædictis quoquo modo immi-
,, scuerint, etiamsi neque pugnæ ef.
,, fectus, neque accessus ad locum
,, sit subsequutus.

,, His tam sapienter, tam aperte, at.
,, que perspicue ab Ecclesia, & ab
,, Apostolica Sede constitutis, dubi.
,, tari jam nullo modo posse videba.
,, tur, quin Duella omnia, tam pu.
,, blica, quam privata, & naturali,
,, & divino, & Ecclesiastico Jure
,, prorsus illicita, vetita, atque dam-
,, nata censeri deberent. Sed non-
,, nulli earum legum interpretes, per
,, benignitatis speciem humanis, pra-
,, visque cupiditatibus plus æquo fa.
,, ventes, Apostolicas Sanctiones ad
,, corrupta hominum judicia infle-
,, ctentes, ac temperantes, *licere*
,, docuerunt, (b) *Viro Equestri Du.*
,, *ellum acceptare, ne timiditatis*
,, *notam apud alios incurrat*: (c)
,, *Fas esse defensione occisiva, vel ip*
,, *sis Clericis, ac Religiosis, tueri*
,, *honorem, dum alia declinanda ca.*
,, *lumnia via non suppetat*: (d) *Pro-*
,, *pulsare damna, quæ ex iniqua Ju.*
,, *dicis Sententia certo imminent*:
,, (e) *Defendere non solum quæ pos.*
,, *sidemus, sed etiam ea, ad quæ jus*
,, *inchoatum habemus, dum alia via*
,, *id assequi non valeamus*. Quas
,, quidem assertiones Duellis faventes,
,, Apostolica Sedes censura notavit,
,, rejecit, proscripsit.

,, Et nihilominus extiterunt quam pro.
,, xime recentiores alii, qui etsi Du.
,, ella, vel odii, vel vindictæ, vel
,, honoris tuendi causa, vel levioris
,, momenti res fortunasque servandi,
,, fateantur illicita; aliis tamen in
,, circumstantiis, & casibus, vel a.
,, mittendi officii, & sustentationis,
,, vel denegatæ sibi à Magistratu Ju.
,, stitiæ, Defensionis innoxiæ Titulo,
,, ea licere pronunciant. Laxas, &
,, periculi plenas opiniones hujusmo.
,, di, ex vulgatis eorum libris ad Nos
,, delatas, ubi primum accepimus,
,, earum examen nonnullis ex Vene.
rabi.

(a) Constitut. *Ad tollendum*. (b) 2. Propos. damnata ab Alexandro VII. (c) 17. Propositio ex damnatis ab eodem (d) 18. Propos: ab eodem damnata: (e) 32. Propositio ex damnatis ab Innocentio XI.

„ rabilibus Fratribus Nostris S. R. E.
„ Cardinalibus, & quibusdam dile-
„ ctis Filiis Sacræ Theologiæ Magi-
„ stris specialiter ad id per Nos de-
„ putatis, commisimus :qui re mature
„ discussa, latis coram Nobis tum
„ voce, tum scripto suffragiis, infra.
„ scriptas Propositiones censura, &
„ proscriptione dignas existimarunt.

Prima Propositio.

„ Vir Militaris, qui nisi offerat, vel ac-
„ ceptet Duellum, tanquam formi-
„ dolosus, timidus, abiectus, &
„ ad Officia militaria ineptus habe-
„ retur, indeque officio, quo se
„ suosque sustentat, privaretur, vel
„ promotionis alias sibi debitæ, ac
„ promeritæ, spe perpetuo carere
„ deberet, culpa, & pœna vacaret,
„ sive offerat, sive acceptet Duellum.

Secunda Propositio.

„ Excusari possunt etiam honoris tu-
„ endi, vel humanæ vilipensionis vi-
„ tandæ gratia, Duellum acceptan-
„ tes; vel ad illum provocantes,
„ quando certo sciunt pugnam non
„ esse secuturam, utpote ab aliis
„ impediendam.

Tertia Propositio.

„ Non incurrit Ecclesiasticas pœnas ab
„ Ecclesia contra Duellantes latas,
„ Dux, vel Officialis Militiæ, accep.
„ tans Duellum ex gravi metu amis-
„ sionis famæ, & Officii.

Quarta Propositio.

„ Licitum est in statu hominis natura-
„ li acceptare, & offerre Duellum,
„ ad servandas cum honore fortu-
„ nas, quando alio remedio earum
„ jactura propulsari nequit.

Quinta Propositio.

„ Asserta licentia pro statu naturali,
„ applicari etiam potest statui Civita-
„ tis male ordinatę, in qua nimirum,
„ vel negligentia, vel malitia Magi-
„ stratus, justitia aperte denegatur.
„ Auditis itaque, super unaquaque ea-
„ rum Propositionum, dictorum
„ Cardinalium, & Consultorum Ju-
„ diciis, atque omnibus rite, & ma-
„ ture consideratis, Nos ipsas, præ-
„ sentium litterarum tenore, & Apo-
„ stolica Auctoritate, tanquam fal-
„ sas, scandalosas, ac perniciosas
„ reiicimus, damnamus, ac prohibe-
„ mus, ita ut quicumque illas, aut
„ conjunctim, aut divisim docuerit,
„ defenderit, ediderit, aut de iis e-
„ tiam disputandi gratia, publice,
„ aut privatim tractaverit, nisi forsan
„ impugnando, ipso facto incidat in
„ excommunicationem, à qua non
„ possit (præterquam in mortis ar-
„ ticulo) ab alio, quacumque etiam
„ dignitate fulgente, nisi ab existen-
„ te pro tempore Romano Pontifice,
„ absolvi.
„ Insuper districte, in virtute Sanctæ
„ Obedientiæ, & sub Interminatio-
„ ne Divini Judicii, prohibemus om-
„ nibus Christifidelibus cujuscumque
„ conditionis, dignitatis, & status,
„ etiam speciali, & specialissima no-
„ ta dignis, ne prædictas Opiniones,
„ aut aliquam ipsarum ad praxim de-
„ ducant.
„ Jam vero, ut exitiosam Duellorum
„ licentiam, in Christiana, ac prę-
„ sertim Militari Republica, non
„ obstantibus providis legibus à ple-
„ risque etiam Secularibus Principi-
„ bus, & Potestatibus ad eandem
exstir-

„ extirpandam laudabiliter editis, adhuc glifcentem, validiore manu coerceamus, graviffimumque fcelus Apoftolicæ diftrictionis gladio magis, magifque infequamur, omnes, & fingulas dictorum Romanorum Pontificum Prædecefforum Noftrorum Conftitutiones fuperius enunciatas, quarum tenores, ac fi præfentibus de verbo ad verbum infertæ forent, pro fufficienter expreffis haberi volumus, Apoftolica Auctoritate confirmantes, & innovantes, ad hoc ut pœnarum gravitas, & feveritas majorem perditis hominibus ingerat peccandi metum, Noftro motu proprio, ac de Apoftolicæ Auctoritatis plenitudine earumdem præfentium litterarum ferie ftatuimus, atque decernimus, ut fi quis in Duello, five publice, five privatim indicto, hominem occiderit, five hic mortuus fuerit in loco conflictus, five extra illum ex vulnere in Duello accepto, hujufmodi homicida tanquam interficiens proximum fuum animo præmeditato, ac deliberato, ad formam Conftitutionis felicis Recordationis Prædecefforis Noftri Benedicti Papæ XIII. quæ incipit: *Ex quo Divina*; dat. VI. Idus Junii anno Domini MDCCXXV. ab Ecclefiafticæ Immunitatis Beneficio exclufus, & repulfus omnino cenfeatur; ita ut à cujufcumque Sacri, ac Religiofi loci Afylo, ad quod confugerit, fervatis tamen de Jure fervandis, extrahi, & Judicis competentis Curiæ pro merito puniendus tradi poffit, ac debeat; fuper quo Nos Epifcopis, aliifque Superioribus Antiftibus, ad quos refpective pertinet, & pertinebit impofterum, neceffarias, & opportunas facultates præfentium quoque tenore impertimur. Quin etiam, vivente adhuc altero in fingulari certamine graviter vulnerato, fi percuffor in locum immunem fe receperit, ex quo, eveniente illius morte, fugam arripere, ac legum feveritatem evadere poffe profpiciatur: Volumus, & refpective permittimus, ut quatenus periti ad infpiciendum vulnus afciti, grave vitæ periculum adeffe retulerint, percuffor ipfe, prævio femper decreto Epifcopi, & cum affiftentia perfonæ Ecclefiafticæ ab eodem Epifcopo deputatæ, ab hujufmodi loco immuni extractus, fine mora carceribus mancipetur; ea tamen lege Judicibus indicta, ut illum Ecclefiæ reftituere debeant, fi vulneratus fuperftes vivat ultra tempus à legibus, quæ de Homicidio funt, conftitutum; alioquin in eafdem pœnas incidunt, quæ in memoratis Benedicti XIII. Literis conftitutæ funt adverfum illos, qui delinquentem in aliquo ex cafibus ibidem expreffis, ex indiciis ad id fufficientibus fibi traditum, reftituere recufent, poftquam is in fuis defenfionibus hujufmodi indicia diluerit.

„ Præterea, fimili motu, & Auctoritate decernimus, ac declaramus, Sepulturæ Sacræ privationem, à Sacrofancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco Duelli, & conflictus, incurrendam perpetuo fore, etiam ante fententiam Judicis à decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, five privatim indictum fuerit, ac etiamfi vulneratus ante mortem non incerta pœnitentiæ figna dederit, atque à peccatis, & cenfuris abfolutionem obtinuerit;

„ rit; sublata Episcopis, & Ordina-
„ riis locorum super hac pœna interpretandi, ac dispensandi facultate, quo cœteris documentum præbeatur fugiendi sceleris, ac debitam Ecclesiæ legibus obedientiam præstandi.

„ In hujus demum sollicitudinis nostræ Societatem vocantes Charissimos in Christo Filios nostros, Imperatorem Electum, cunctosque Catholicos Reges, necnon Principes, Magistratus, Militiæ Duces, atque Præfectos, eos omnes, & singulos, pro sua in Deum religione, ac pietate enixe obtestamur in Domino, ut conjunctis studiis, & animis, exitiosæ Duellorum licentiæ, qua Regnorum tranquillitas, Populorum securitas, atque incolumitas, neque corporum solum, sed quæ nullo pretio æstimari potest, æterna animarum vita certo periclitatur, omni nisu, & constantia vehementer obsistant. Neque sibi, suæque in Deum Fidei, munerisque rationi fecisse satis intelligant, quod optime constitutis legibus, indictisque gravissimis pœnis, horrendum scelus proscriptum sit, nisi accuratam ipsarum legum, pœnarumque executionem naviter urgeant, ac promoveant, seque inexorabiles Dei vindices in eos, qui talia agunt, diligenter exhibeant; nam si delinquentes, aut oscitanter ferant, aut molliter puniant, alieno sese crimine polluent, omnisque illius sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inultum effundi permiserint. Vani enim, falsique honoris Idolo humane litari victimas non impune feret supremus omnium Judex Deus; rationem ab iis aliquando exacturus, quorum est Divina, & Humana jura tueri, sibique creditorum hominum vitam servare, pro quibus sanguinem ipse suum Jesus Christus effudit.

„ Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, Notarii Publici manu subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique, etiam in Judicio fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ, atque eædem præsentes in consuetis locis publicis hujus Almæ Urbis per Cursores Nostros, ut moris est, publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, ac notificatæ fuissent.

„ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum prohibitionis, damnationis, præcepti, statuti, declarationis, facultatum impertitionis, obtestationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. quarto Idus Novembris Pontificatus Nostri anno tertiodecimo.

D. CARD. PASSIONEUS.

I. Datarius.

Visa de Curia

I. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi

I. B. Eugenius.

Regi.

Registrata in Secretaria Brevium.
„ Anno à Nativitate Domini Nostri
„ Jesu Christi millesimo septingente-
„ simo quinquagesimo secundo, in-
„ dictione 18. die vero 24. mensis
„ Novembris, Pontificatus autem
„ Sanctissimi in Christo Patris, &
„ Domini Nostri Domini Benedicti
„ Divina Providentia Papæ XIV. an-
„ no XIII. Supradicta Constitutio af-
„ fixa, & publicata fuit ad valvas
„ Basilicæ Lateranensis, & Principis
„ Apostolorum, & Cancellariæ Apo-
„ stolicæ, Curiæque Generalis in
„ Monte Citatorio, & in Acie Campi
„ Floræ, ac in aliis locis solitis, &
„ consuetis Urbis. Per me Josephum
„ Rezoni Apost. Curs.
„ Joseph Olivetani Magist. Curs.

Hinc quicumque caret notitiis scientificis prædictarum Scientiarum, sive Artium, ac Disciplinarum, impossibile fere est, ut boni Pacifici Munus exercere valeat, habebitque solum voce tenus nuncupationem Pacifici; sed revera opus Pacis non faciens, simplex Pacidicus remanet, juxta distinctionem, quam tradit *Mellifluus Doctor Divus Bernardus de Conversione ad Clericos cap. 30. pag. 106. in impress. Parisiensi Typis Viduæ Carolæ Gaillard 1551.*

DISCURSUS CLXXVII.

PALATII LATERANENSIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

CReantur à Principibus Supremis Equites, qui dicuntur Sancti Joannis, ac Lateranensis Palatii. Horum Equitum creatio fit principaliter à Summo Romano Pontifice, ac Romanorum Imperatore, & quandoque quis talis creatur, una cum Filiis, suaque Descendentia masculina, juxta exempla, quæ refert *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excealtus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne livr. 2. Dissert. 1. art. 7. pag. 318. juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart 1718.*

DISCURSUS CLXXVIII.

PARMÆ AVREÆ AUT VIRIDIS

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

ANno 1369. die prima Januarii, qua die, ex immemorabili tempore inter Amicos, imo etiam Exteros mutua distribuebantur Munera, Ludovicus II. Dux Borbonius, ad suas Ditiones ex Anglia reversus cum Joanne Primo Francorum Rege, qui in d. Angliæ Regno captivus moram traxerat, convocatis Ditionis suæ Proceribus in Civitate nuncupata *Moulins* in Borbonensi Ducatu, mentem suam patefecit, ipsum scilicet velle Ordinem Equestrem Militarem instituere, nuncupatum *L' Ecu d' or*, cujus Ordinis se ipsum, & ejus Successores magnos Magistros constituit. Ordinis Tessera, seu ut dicitur *Divisa*, Cingulus erat, quo scripta legebatur læta hæc Dictio *Spes*, Gallice

lice *L' Esperance*, aderatque fascia Unionum, italice *Perle*, cum hac dictione *Allen*, *Allen*.

Monuit porrò Dux Equites creatos, injunxitque successive creandis, ut more Fratrum viverent, & reciproce sibi succurrerent, ac vitam honorifice ducerent, prout vere Nobiles decet, à Juramento, & Blasphemiis se abstinerent: precipue autem injunxit, ut erga Nobiles Mulieres Honoris significationes præstarent, & nequaquam paterentur, quod de iisdem ullus obloqueretur. Et demum generaliter monitos voluit Equites, ut bene semper de aliis Equitibus loquerentur, & virtutem unius alter commendaret, Fidem reciproce servarent; unde, ut eorum munus quisque compleret, expressit, quod relata dictio *Allen* Scuto incisa, significabat - *Eamus omnes insimul in Dei servitio, simusque juncti ad nostrarum Regionum defensam, & satagamus nostris actionibus nobis honorem comparare*.

Sic Princeps exequi promisit, in cujus manibus fidelitatis Juramentum Equites præstiterunt, quorum nomina enumerat *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 3. §. 67. Les Chevaliers de l' Ecu d' or, ou vert, & de nostre Dame du Chardon pag. 447. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Historia Ordinum Monasticorum, & Militarium ex Gallico Idiomate in Italicum translata per Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 47. pag. 333. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739.

Imago Equitis talari Chlamyde induti cum ejus descriptione, habetur apud *d. Collectorem Gallum pag.* 447.

Quod parum duraverit hic Equitum Ordo, inquit *Laurentius Vigilius de' Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. lit. S. de Sum. Trinit, & Fide Catholica §. Notitia & Series n. 85 pag. 744. juxta impress. Salisburgi Typis Jo. Josephi Mayr* 1710. ubi per errorem Impressoris Ordo Equitum *Palmę Viridis*.

Cæterum, quoad Ordinem Equestrem sub Titulo Scuti Aurei, vel Viridis, Scriptores adeo rem involuunt, ut modo mentionem solum faciant de Scuto Aureo, modo de Scuto Viridi solum, modo copulative loquantur de Scuto Aureo, & Viridi, vel demum disiunctive de Scuto Aureo, aut Viridi.

Imo plures negant adfuisse Ordinem Equestrem, sed ea, quæ de Ordine dicuntur, intelligi debere de simplici Tessera honorifica, & ut dicitur *Divise* ejusdem Ducis, quod signum ipse Dux indulsit Aulæ suæ Nobilibus, quodque unus solummodo institutus fuit Equester Militaris Ordo, scilicet Cardui, & Spei, sub invocatione Sanctissimę Virginis, ut videre est ex traditis per *d. Collector. Gallum d. pag.* 449. *d. Patrem Fontana pag.* 334., ubi uti magis probabile sustinet, duos fuisse distinctos Ordines.

Ne vero in hac materia ullam perquisitionem prætermittamus, colligere fategimus quę sparsim referunt Scribentes quoad Equites Parmę Viridis. Narrant autem, quod hic Equitum Ordo, regnante Carolo VI. Galliarum Rege, exordium habuit, & causam erectioni, Nobilium Fœminarum tribuere querelę Regi delatæ contra eos, qui easdem Fœminas impune contemnebant. Hinc Marescallus *Boveut*, cum aliis duodecim Equitibus earundem Tutelam excepit: quapropter concorditer statuerunt: Primo

Primo, earum Bona, & honorem Ense defendere: Secundo Armis respondere, cum ad singulare certamen ob eas provocarentur: Tertio, alium substituere, cum ipsimet respondere non possent: Quarto, statim accurrere in illarum auxilium, si aliqua ex illis in Vitæ discrimen, vel pugnam ab alia provocaretur. Conditiones hujusmodi primum ante omnes asserunt approbasse Carolum Albert Consobrinum Regis: sic describit *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 88 *Comes in Koden Sapieba Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario omn. Ordin. in verbo Parmę Viridis pag.* 311. quod Corollarium est impressum post Volumen ejusdem Auctoris sub Titulo - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ Typis Adami Cholini Coloniæ* 1730., ubi tamen subdit, institutum fuisse à Carolo VI. Rege Franciæ anno 1252.

Cur autem in insigne fuerit assumptum Scutum Viride, ignoratur, inquit *d. Bonanni d. n.* 88. nisi forte dicatur, Institutorem assumpsisse Scutum, eo quia à centro ubique in partes æquales absolvitur, & quo antiquitus Pedites utebantur, atque ita fuerit electum, ut defensionem significaret, quemadmodum innuit prællegatus *Bonannus*.

Figuram Equitis cum dicto Scuto Viridi, Militis scilicet Hasta armati, refert idem *Bonannus*, ubi supra, qui subdit, quod hęc Equitum Classis brevi tempore evanuit, & hoc idem dicit *d. Comes in Koden Sapieba d. pag* 311.

De eodem hoc Ordine, licet in aliquibus dissonet quoad substantiam, credimus loqui *Patrem Nicolaum Caussinum e Societate Jesu*, in suo Volumine Gallica Lingua scripto, & in Italicum idioma translato per *Mutium Zeccatta*, cui Volumini est Titulus - *La Corte Santa, Parte Seconda, Divisione terza à pag.* 274. *&* 283. *juxta impressionem Bononiæ anno* 1642. *Typis Jacobi Monti*, *&* *Caroli Zenero;* ibi siquidem narrat, quod Marescallus *de Monticaut*, qui in Regno Galliarum sub Carolo VI. Rege gloriosissime militabat, videns in Aula Regis plures Mulieres Nobiles Viduas, quæ conquerebantur de injustitia, atque oppressionibus, quas patiebantur post earundem Maritorum mortem, idem Marescallus adeo miseratione motus fuit, ut juxta quæ subiungit d. Scriptor - *Con somma libertà instituì il Nobile Ordine dei Cavalieri della Dama Vedova, e quelli che professavano di essere in quello ascritti, portavano uno Scudo d' Oro smaltato di verde, con l' Imagine di una Dama di color bianco: d. Laurentius Vigilius de' Nicolis n.* 85. *pag.* 744.

DISCURSUS CLXXIX.

PASSIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

ARGUMENTUM

Agitur de Ordine Passionis Dominicę, quem pro recuperatione Terræ Sanctæ duo religiosissime designarunt Galliarum, & Angliæ Reges, nullum tamen hic complementum, & executionem habuit; unde inter Ordines simpliciter designatos numeratur, & ut Nos dicimus *Progettati*: Describitur tamen Tessera Religionem, Pietatemque referens, & insimul transcribuntur Leges, & Statuta proposita pro bono Regimine.

SUMMARIUM

1. IN *Catalogo Ordinum ponentur omnes qui existunt, extiterunt, falsi, ac illi qui executioni non fuerunt demandati.*

2. *Ordo Passionis Dominicæ est Ordo simpliciter* Progettato.

3. *Christiani Principes fæ'us inierunt pro recuperatione Terræ Sanctæ.*

4. *Sultanus Ægypti Sepulchrum Christi Domini in Civitate Hierusalem custodiendum tradit Fratribus S. Francisci de Observantia.*

5. *Ricardus II. Angliæ Rex, & Carolus VI. Galliarum Rex instituerunt Ordinem Equestrem Militarem Passionis Domini Nostri Jesu Christi pro recuperatione Terræ Sanctæ.*

6. *De quo tempore fuerit institutus Ordo, arguitur.*

7. *Duo Reges Ordinis fundatores, optimas leges statuerunt, ut Milites Christiani virtutibus viverent.*

8. *Crucem rubeam pro Tessera statuit quatuor digitis latam, exornatam auro, latitudine pene unius digiti, & in medio locus a quatuor semicirculis formatus, in cujus centro* Agnus Dei *cernebatur.*

9. *Prædicta statuta fuerunt in symbolum Dominicæ Passionis.*

10. *An antiquitus* Agnus Dei *ad exprimendum Imaginem Divini Redemptoris posset adhiberi.*

11. *Figura d. Crucis, apud quos reperiatur.*

12. *Habitus dictorum Equitum, quomodo esset.*

13. *Figuram Equitis armati, & induti d. Habitu, qui Scriptores referant.*

14. *Habitus Fratrum Servientium, qualis fuerit.*

15. *Habitus Principis Ordinis, qualis fuerit.*

16. *Figuram Principis, quis referat.*

17. *Figura Habitus tum Principis, tum Equitis in Bello.*

18. *Hospitalariæ etiam aderant, quarum Habitus describitur.*

19. *Figura Habitus Hospitalariarum apud quos Auctores habeatur.*

20. *Tria Vota Equites emittebant, Paupertatis Spiritus Castitatis Conjugalis & Obedientiæ.*

21. *Equites mille, & centum circiter esse debebant numero: Fratrum numerus quantus poterat esse.*

22. *Leges Ordinis enumerantur.*

23. *Pro Bono Regimine Ordinis, quot Consilia aderant.*

24. *Ordo octo Linguis, seu Nationibus constabat.*

25. *Ordo Bona poterat possidere, sed in communi.*

26. *In Occidente Bona debebant administrari à Deputatis.*

27. *In quo loco Assembleæ debebant celebrari.*

28. *Ecclesia etiam debebat construi in Conventu principali.*

29. *Hospitale itidem pro Infirmis, custodiendum à Fœminis Ordinis.*

30. *Baptismalis quoque Fons adesse debebat, ut filii Equitum Ordinis possent Baptizari.*

31. *Plateæ etiam construendæ erant,* & n. 32.

33. *Item Cellæ Vinariæ, Horrea, Cisternæ, Molendina, & cætera Ædificia ad publicum usum.*

34. *Aulæ quot adesse debebant.*

35. *Eques quilibet Scutiferos ad Lanceam Galeam ferendum debebat retinere.*

36. *Equos autem quinque, quatuor Servientes, & tempore Pacis duos, vel tres.*

37. *Frater autem Ordinis retinere debebat tres, aut quatuor Equos, & tres Servientes.*

38. *Hic Ordo jam defecit, imo nunquam*

quam incapit, & est Ordo simpliciter Progettato, *explicaturque quid importet dictio* Progetto, *& dictio* Projetto.

DISCURSUS CLXXIX.

PASSIONIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

IN Proœmialibus nostri hujus Primi Voluminis Discursibus, & signanter *Discurs 4. sub n. 117. pag.* 101. men-
1. tem nostram patefecimus, velle Nos recensere omnes, & singulos Equestres Militares Ordines, non solum qui nunc florent, sed etiam qui vi guerunt, imo etiam, qui suppositi sunt, & chimerici, ac demum illos, qui simpliciter designati fuerunt, & de illis dispositæ leges, sed executioni minime demandati, prout hic Ordo Passionis Dominicæ, est enim
2. unus ex designatis tantummodo, & ut dicitur *Progettati*, sicut notat *Elias Ashmole super Ordine della Gartiera cap. 11. fol. 83. Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte seconda cap. 61. pag. 701. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 3. §. 71. pag. 471. juxta impress. Amstaladami Typis Petri Brunel.*

Historicam vero hujus Ordinis seriem apud Scriptores legimus sequentis tenoris. Terræ Sanctæ Locis, sub immani Saracenorum jugo iterum jacentibus, misere, qui ibi supererant Christi fideles, ad Servi Municipiique statum redacti videbantur. Hinc non
3. nulli ex Christianis Europæ Principibus, infelicem earundem Provinciarum conditionem, & Sanctorum Locorum Terræ Sanctæ profanationem comiserantes, & levamento esse cupientes, insigni fœdere Societatem inire inter se, & firmare satagerunt, ut valido Exercitu ad recuperationem Terræ Sanctæ proficiscerentur.

Delata Bellorum apparatus, & Militarium hujusmodi Expeditionum ad
4. Ægypti, ut dicitur, Sultanum notitia, hic callide cupiens à Bello imminenti declinare, ac avaritiæ quoque impulsus spiritu, Sacratissimi Christi Domini Sepulchri custodiam Fratribus Religionis Sancti Francisci de Observantia tradidit: sic scribit *d. Abb. Justinianus d. Parte Seconda cap. 61. pag. 695. P. Philippus Bonannus in Catalogo Ord. Equest. n.* 89.

Compositis tandem quæ Ricardum II. Angliæ Regem inter, & Carolum VI.
5. Galliarum Regem vigebant, diffidiis, iidem duo Reges, in Pacem, & Amicitiam venere, cupientesque Terræ Sanctæ Loca è Saracenorum manibus vindicare, junctim, ut testantur Scriptores, de quibus infra, Equestrem Militarem Ordinem instituerunt sub pia nuncupatione, Titulo, & Dedicatione *Passionis Domini Nostri Iesu Christi, ac Sanctissimæ semper Virg. Mariæ*, quam in præcipuam Equitum Advocatam elegerunt, quemadmodum ostendit *Elias Ashmole dell' Ordine della Gartiera cap. 11. pag.* 83. sequens Manuscriptum *Philippi de Manistier Cancellarii Regni Cypri Gallico idiomate servatum in Bibliotheca de Arendel*, quod allegat, & sequitur allegatus *Justinianus pag. 696., & 698. Laurentius Vigilius de Nicollis Prax Canonic. tom. 1. Lit. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica libr. 1. Tit. 1. §. Notitia & Series Ordin. Equestr. in verbo Ordo Equi.*

Equitis Passionis Jesu Christi n. 87. pag. 144 juxta impress. Salisburgensem Typis Io: Iosephi Mayr 1719. d. Collector Gallus d. tom. 3. d. pag. 71. pag. 465. Joannes Hybrer in suo Regali Lexicon in verbo Ritter, latine Equites Litt. P. colum. 1619 juxta impress. Lypsia 1735. in quarto Typis Friderici Gled tsbenii: Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia in Corollario omnium Ordinum in Verbo Passionis Dominicæ pag. 312. juxta impressionem Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. impress in calce Tractatus ejusdem sub Titulo - Adnotationes Historicæ Ordinis Aquilæ Albæ, ubi solum nominat Institutorem Ordinis Richardum Secundum Regem Angliæ.

Nec tuto, nec specifice Auctores ponunt tempus Institutionis Ordinis, solumque ex ponderatione annorum
6. Regiminis utriusque Regis, argüi potest, fundationem Ordinis fuisse peractam intra curriculum annorum viginti commensuratum ab Anno 1380. usque ad 1400 sicut arguit *d. Justinianus d. pag. 695. d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 465. d. Comes in Sapieha d. pag. 312.*

Et quod d. Ordo fuerit constitutus anno 1380., scribit *d. Bonannus n. 89.*

Certum est Equestrem hunc, & Militarem Ordinem egregie præfatos duos Reges Galliarum, & Angliæ op-
7. timis Legibus, & Stabilimentis fuisse architectatos, tendentibus ad finem volitum à Fundatoribus, hoc est, Terræ Sanctæ recuperationem; perpenderunt siquidem duo laudati Reges religiosissime, ob Avaritiæ, Luxuriæ, ac Superbiæ crimina, permisisse Deum, quod è Christianorum manibus Loca Sacra Terræ Sanctæ Barbaræ Nationes eriperent: ex zelo proinde Catholicis Regibus digno excogitarunt, etiam in Militibus, qui ad Hierosolymæ recuperandum Regnum properare debebant, morum reformationem inducere, in memoriam omnibus Christi Domini Nostri Passionem revocando, mediante hujus Ordinis institutione, cum Tesseris, Legibusque opportunis, ut ita ad Christianas Virtutes compositis moribus, Equites Milites, dum Bello, & certaminibus supremi Vexilla Regis proderent, & fulgeret Crucis Mysterium, qua Vita mortem pertulit, & Morte Vitam protulit, generosæ præliari, vincere, & triumphare valerent, Hierosolymitanum Regnum, cum Locis Sanctis recuperando.

Et ob eandem rationem, ut Sanctissimæ Passionis Domini Nostri Jesu Christi memoria, undique saluberrima, per totum Terrarum Orbem servaretur, & diffunderetur, tum san. mem. Summus Pontifex Paschalis Secundus, hujus nostræ Patriæ Decus, ac ornamentum, cum post à Christiano Exercitu gloriose recuperatam Civitatem Hierusalem è Turcarum manibus anno 1099. eidem Summo Pontifici tradita fuerint Instrumenta dolorosissimæ Passionis Divini Redemptoris nostri, d. Summus Pontifex Paschalis II. eadem Instrumenta cuncto Terrarum Orbi Christiano distribuere voluit: quamobrem Portugalliæ Regno dono dedit Flagella; Burgundiæ Duci ferream Chirotecam; Brittanico Duci partem Arundinis; Duci Mediolani Laternam, quæ inservivit capturæ Christi Domini; Tubam, quæ intonuit quando Christus Dominus ductus fuit ad Calvariæ Montem donavit magno Magistro Equitum Hierosolymitanorum, qui postmodum Rhodium tenuerunt, & nunc Melitæ Insulam possident, ut refert *Nicolaus Alberti in Comentar:*

Sac.

Sac. Historico Vitę Christi Domini
pag. 3. cap. 28. in fine *n. 255.*

Concorditer autem dicti duo Reges
hunc Ordinem instituerunt sub invo
catione Sanctissimæ Passionis Domini
Nostri Jesu Christi, cujus meditatione
in Christianorum cordibus vera Pie-
tas, Religio, & Virtutes refloresce
rent sublatis Vitiis, ut bene notat
d. Abb. Justinianus d. pag. 696. cum
seqq. Qui subdit, hunc Ordinem me-
thodo optime fuisse dispositum, ut
si ad executionem fuisset demandatus,
omnium Ordinum Primatum facile
retinuisset: *Jo. Hybner* in suo Volumi-
ne, cui Titulus - *Civitatum*, *&*
Conversationum Regale Lexicon in
verbo Ritter. *latine Equites sub lit*
tera R columna 1619. juxta impress.
Lypsia Typis Frederici Gleditsbens
1735. d. Collector Gallus pag. 471.

Prescripsere siquidem Fundatores, in Or
dinis, & Equitum Tesseram Crucem
rubeam, quatuor digitis latam, cir-
cumornatam auro, latitudine pene
unius digiti, cum modico exterius
circum rubeo ornamento, in Campo
albo: *d. Justinianus*, *& Comes in Sa-*
pieba d. pag. 312. in medio autem,
seu centro aderat, ut dicimus, *Un nic*
chio, seu peculiaris locus, à quatuor
semicirculis efformatus, ac quatuor
angulis in campo nigro, ad Crucis
9. ornatum, in Simbolum Passionis
Domini Nostri Jesu Christi, ejusque
Agonem, in cujus loci medio A-
gnus vulgariter dictus *Agnus Dei* au-
reus conspiciebatur cum Vexillo ha-
bente in Hasta Crucem elatam, quo
repræsentatur Redemptoris nostri glo-
ria post gloriosam ejusdem Resurre-
ctionem, ut ponderat *d. Abbas Justi-*
nianus pag. 698. d. Comes in Koden
Sapieba pag. 312. Pater Bonannus:
Hybner ubi supra.

Quoad dictam Tesseram cum Imagine
10. *Agni Dei*, hic notamus, quod in
tota Ordinum Equestrium Nomen-
clatura, duo solum reperiuntur Or-
dines eandem Tesseram referentes,
scilicet Ordinem superius relatum sub
denominatione *Agni Dei* in Suetia,
quæ Tessera est in Numismate. In
præsenti vero Discursu, *Agnus Dei*
est in medio Crucis. Nos vero in
antedicto Discursu Ordinis Agni Dei
narravimus, fuisse olim disputatum, an
licitum fuerit sic exprimere Imaginem
Divini Redemptoris; unde ad relata
in eodem Discursu Lectorem remit-
timus.

Dictæ Crucis figura habetur apud *d.*
11. *Abb. Justinianum d. cap. 61. pag.*
695. d. Collector Gallum tom. 3. pag.
465. d. Bonannum n. 89.

Habitus vero Equitum, ad exprimen-
dum Domini Nostri Jesu Christi Pas-
12. sionem collimat; quippe Vestis erat
ex panno coloris cœrulei, non tala-
ris, sed brevis, serico Cingulo, aut
ex corio latitudinis duorum digito-
rum, cum fibula rotunda: duo ge-
rebant Caputia rubea in capite ad
significandum Sanguinem Domini No,
stri Jesu Christi. Super Vestem gere-
bant Clamydem, sive Pallium hinc
inde apertum Panni albi, seu ut di-
cimus, *Saja* ad talos defluens.

Longam ex panno rubeo, *Saja* vocato,
Crucem gerebant tribus digitis latam,
ante pectus extensam, incipientem à
summitate Colli, usque ad totam
Pallii longitudinem, sic è transuerso:
d. Iustinianus pag. 698. Bonannus,
Collector Gallus ubi supra.

Figura dicti Equitis armati, suoque
13. induti Habitu habetur apud *Iusti-*
nianum d. pag. 698. d. Bonannum
n. 89. d. Collector. Gallum d. tom. 3.
pag. 465.

Habitus Equitum discrimen habebat
ab Habitu Fratrum, & Servorum, &
ut

14. ut vocabant *Sargenti*; siquidem Equites Habitum gerebant magis pomposum, magis Passionem Domini Nostri Jesu Christi exprimentem: Servientes vero, Habitu in totum albo utebantur, Cruxque etiam dissimilis erat: *d. Justinianus pag. 698.*

15. Habitus autem Principis Ordinis, Magni scilicet Magistri, erat quidem consimilis Habitubus Equitum, excepta Crucis forma, quæ auro circumdata erat, latitudinis unius digiti circiter: *d. Justinianus pag. 698. Bonannus n. 90.*, ubi, quod Habitus erat longus ad talos.

Preterea, idem Princeps magnus Magister in signum supremæ Auctoritatis, manu gerere debebat Virgam, in cujus summitate aderat nomen *Iesu* assuetis Litteris formatum I. H. S. albis; Tibialibus, & Calceis nigris utebatur: *d. Iustinianus d. pag. 698. Bonannus d. n. 90. d. Collector Gallus tom. 3. pag. 465.*

16. Figuram autem Principis, hoc est magni Magistri, refert idem *Iustinianus pag. 699. d. Bonannus n. 90. d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 465.*

17. Qui *Justinianus pag 698.*, *& seq* figuram exprimit Equitis armati, explicatque, quod Habitus in Bello, tam Principis, quam Æquitum hac forma erat: ferream Armaturam, scilicet, cum magna Veste alba tegebant, quam Vestem vocabant *La gran Giubba bianca*, *o Veste sciolta*, ornatam rubeo colore, super quam, & in pectore, & à tergo, aderant Insignia Ordinis cum Cruce: *d. Collector Gallus d. tom. 3.* loco superius allegato

Galea esse debebat, antiquo more, operta purpura, auro exornata; Ensis & Pugio cum manubrio, ac Cruce, ex auro. Sic etiam Vaginæ cuspis, ut Nos dicimus, *Puntale*, ex auro, Manubrium, & Vagina coloris rubei, ut sequitur *d. Bonannus n. 91.* referens figuram Equitis cum Veste Militari: *d. Justinianus pag. 699. Collector Gallus d. tom. 3.* ubi supra.

Fratrum vero, & Servientium, ornatus Vestis, loco auri, sericus esse debebat, nigri coloris more antiquo operta purpura: *d. Iustinianus d. pag. 698.*

18. Aderant ulterius in hoc Ordine Hospitalia pro Infirmis, ut infra dicemus, quibus charitative inserviebant Nobiles Mulieres, & quibus statutus erat Habitus peculiaris, hoc est Vestis alba, Zona rubea præcincta, auro ornata, & manicis rubeis: super hanc Vestem Pallium adesse debebat aliquantulum Veste brevius, coloris albi, cum ornatu rubeo, & subsutum nigri coloris, e sinistro Pallii latere, Crux aliquantulum oblonga conspiciebatur rubei coloris.

Velo Caput cooperiebatur albo, circumornato colore rubeo, quod Velum se extendebat ad humeros, & super caput Crux aderat coloris prædicti: *d. Abb. Justinianus pag. 698. d Bonannus n. 92.*, ubi quod Mulieres erant Fœminæ Viduæ.

19. Figura Habitus harum Hospitalariarum conspiciebatur apud *d. Eliam Asbmole dell' Ordine della Gartiera cap. 11. pag. 83.*, & apud *Justinianum d. pag. 699. Bonannum n. 92. d. Collectorem Gallum d. tom. 3. pag. 467.*

20. Tria Vota Equites emittebant, Obedientiam erga Principem, Paupertatem spiritus, & Castitatem Coniugalem: *d. Abb. Justinianus pag. 698. Bonannus in Catalogo Ordin. Equest.* ut supra.

21. Equites Milites debebant esse numero mille, & centum circiter: Fratrum numerus debebat esse juxta vires Ordinis: *d. Abbas Iustinianus d. pag. 701.*

Leges

22. *Leges autem Ordinis erant sequentes.*

I. PEr eccitare la Militia all'emenda della Vita troppo licenziosa, e per dare un'efficace esempio di buona, e vera disciplina ai Soldati con questa nuova, e solenne divozione.

II. Per rinovare la memoria della Passione di Gesù Cristo fra li Cristiani col mezzo di quest'Ordine.

III. Per una sollecita espedizione Militare in soccorso de' Cristiani dell' Oriente ridotti in grande necessità.

IV. Per sottrarre dal giogo de' Saraceni la Terra Santa.

V. Con oggetto di restituire in quella il culto della Cattolica Religione, e propagarla fra i Popoli dell' Oriente.

VI. Per opporsi, e resistere alli Sturbatori della Fede Cattolica, Eretici, Scismatici, e Tiranni.

VII. Perchè le rendite, e distribuzioni di Santa Chiesa fatte per l' Italia, potessero essere applicate al passaggio di questo Santo Ordine, sanate, e riunite, fatto un Pastore universali dell' Anime.

VIII. Che quando il Re di Francia, e d' Inghilterra arrivassero al Continente di Terra Santa, quest' Ordine li precedesse come valoroso precursore a fargli strada, ed assisterle in tutte le occasioni.

IX. Perchè servisse egli, come di guardia di corpo alle Persone Reali, e di guardia disperata in esempio, e per incamminare gli eserciti.

X. Che i Venturieri, i quali serviranno nell' Armata, essendo senza Capo, e Governo, non si azzardassero temerariamente senza guida, ma potessero essere regolati dalli Cavalieri di questo Sant' Ordine.

XI. Che se la Vittoria inclinasse mai alla parte inimica, questi Cavalieri con la loro esperienza militare, potessero servire di riserva per rinvigorire le Truppe soccombenti, e ricuperare li morti, e feriti dalle mani hostili.

XII. Che se in alcun tempo, alcuno dei due Re fossero abbandonati dalla loro Guardia, potessero essere assistiti dalli più valorosi di quest' Ordine.

XIII. Che se qualche Piazza presa da alcuno delli Re fosse trovata pericolosa, e difficile a mantenersi, restasse commessa alla custodia dei Cavalieri di quest' Ordine, quali dovevano essere pronti a soccombere ad ogni pericolo, e difficoltà.

XIV. Che per la vigilanza, ed industria di questi Cavalieri fossero posti esploratori delle azioni inimiche, onde i Re potessero essere informati dei segreti del campo contrario.

XV. Che se accadesse alcun trattato fra li due Re, e l' Inimico, il Principe dell' Ordine in persona, o alcuni dei dilui scelti Cavalieri in sua vece affaticassero indefessamente in tali affari, e particolarmente a comodo dei Re.

XVI. Ritrovandosi i Re a qualche assedio nel Territorio nemico, li Cavalieri dell' Ordine dovessero humilmente visitare l' armata, essere guardinghi in tempo di notte contro agli attentati, e spie, o stratagemi hostili.

XVII. Che se fossero sparsi nell' armata falsi rumori, o zizanie, con disegno di promovere dissensioni, o contese, il Principe dell' Ordine perso-

personalmente, o alcuni dei primi Ufficiali, in dilui vece, rispetto alla Dignità delle Persone contendenti, si affaticassero al sommo del loro potere, per acquietare le controversie, e reconciliare gl'animi.

XVIII. Che se alcuni dei Cristiani di Occidente avessero alcuna obligazione di far passaggio in Terra Santa, un certo numero dei Cavalieri potesse essere pronto ad accompagnarli per l'adempimento dei Voti loro.

XIX. Che se alcuni Cadetti nobili, avendo poche fortune proprie, fossero pronti di servire all' Ordine, dovessero, per fino che si comportassero bene, essere proveduti nobilmente.

XX. Che essendo impedito alcuno delli Re a passare in Terra Santa per adempimento dei Voti, ed obligazioni dei loro Antecessori, l' Ordine fosse pronto al moto all'improviso, per adempiere quello gli fosse comesso dalli Re Fondatori.

Supra expositæ Leges videri possunt apud *d. Abbatem Justinianum d. pag. 697. d. Collectorem Gallum d. tom. 3. pag. 466. cum seqq.*

23. His, ac cœteris ad Civile Ordinis Gubernium, & ad Militarem rem dirigendam, dispositis Legibus, ut eædem Leges custodirentur, & servarentur, providi statuere Fundatores, quod quinque coram Principe in præcipuo Ordinis Conventu Concilia haberentur, quibus omnia Ordinis Negotia discuterentur: *d. Justinianus pag. 698.* Primum ex dictis Conciliis vocabatur Concilium Quotidianum, quod 24. Consiliariis constabat. Secundum Concilium appellabatur Concilium Particulare, quadraginta Viris constans, viginti quatuor Consiliariis scilicet, octo Justitię Ministris, quatuor Commissariis super Transgressionibus, ac quatuor Legum, & Theologiæ Doctoribus. Tertium Concilium appellabatur Magnum Concilium, octuaginta Viris constans; quadraginta nempe ex secundo Concilio, una cum aliis Ministris, ac numero Fratrum strenuorum, & prudentium. Quartum erat Capitulum Generale, quod annuatim celebrari debebat; hocque conflabatur ex omnibus prædictis Conciliis, Provincialium, & Deputatorum Præsidibus. Quintum erat Capitulum universale, quod convocari debebat quolibet Quadriennio, aut Sexennio, sub quo mille Equites Ordinis comprehendebantur. Ab illis autem munera reformabantur, ac ministri delinquentes plectebantur, & ea statuebant, quæ magis opportuna Ordini videbantur: *Collector Gallus d. tom. 3. pag. 469., & seqq. d. Justinianus pag. 698.*

Plures autem inter Ordinis Ministros erat magnus Justitiarius, qui jus, & potestatem gerebat omnia Criminalia Negotia judicandi, à Muneribus removere, eaque reformare; alter Officialis esse debebat magnus Comestabilis, qui esset solus judex principalis Conventus, tam in Civilibus, quam in Criminalibus: *dd. Iustinianus, & Collector Gallus.*

Præterea, in primaria Civitate, in alia, & in Castris spectantibus ad Ordinem, eligi debebat Eques sub nomine Prætoris pro administratione Justitiæ.

Et in Capitulo Universali eligi quoque debebat Eques, vocatus Senator, cum aliis viginti quatuor discretis, prudentibusque Viris, à quibus in Capitulo Generali, aut principali Congressu, discuterentur Militares expeditiones. Eligi quoque debebat Dictator, & duodecim Patres conscripti, & duodecim Coadiutores, qui convocare tenerentur quolibet quadrien-

nio

nio Capitulum Generale.

Eligi similiter debebat Conservatores institutionis hujus Ordinis, qui Conservatores esse debebant decem Ministri Justitiæ, à magno Justitiario, ut invigilassent super primos Ministros, si delinquerent; nec non assisterent magno Advocato, magnisque Protectoribus Equestris Militiæ.

Quatuor quoque Commissarii eligi debebant in Principali Conventu, qui Commissarii Viri essent Charitate fervidi, Vitæque exemplaris, quorum Officium versabatur in providendo Viduarum Ordinis, & Orphanorum indigentiis: *Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra.

Ordo autem octo Linguas, seu Natio-
24. nes habere tenebatur in principali Conventu, & sic octo Notarii desumpti distinctim ex qualibet Lingua, qui habitum gestare debebant, ut gestabant Fratres, & hæc dispositio pariformiter servaretur in aliis Conventibus aliarum Regionum, & Civitatum.

Ordo possidere poterat Bona Stabilia,
25. Civitates, Castra, & Fortalitia: nec non bona Mobilia, sed hæc omnia in communi, ut melius inter ipsos implere possent partes Exercitii Armorum, aliarumque obligationum.

Si vero aliquis in Occidente bona possi-
26. deret, ne occasio tribueretur Equitibus recedendi ab Oriente ex causa personalis administrationis eorundem suorum bonorum in Occidente existentium relictis Equestris Ordinis negotiis, cautum erat, quod bona Occidentis à quibusdam Mercatoribus, aut probis Civibus ad talem Administrationem deputatis administrarentur.

Cautum quoque erat, quod Princeps
27. Ordinis in principali Conventu in Castro Civitatis similiter principalis, ubi celebrare debebant Assembleam, Præses Civitatis, & Conventus, tresque, vel quatuor alii Præsides adessent: unusquisque eorum habere debebat viginti quatuor Fratres Ordinis, cum quinquaginta Servientibus, vulgo *Sargenti*, itaut comprehensis Ministris, conflaretur summa quinque, aut sex mille Militum.

In principali Conventu adesse debebat
28. Ecclesia admirabilis structuræ, quinquaginta cubitus habens latitudinis, absque Columnis, centum vero cubitus longitudinis, & vigintiquinque altitudinis.

Hospitale quoque adesse debebat in
29 primario Conventu, in quo Hospitali Viduæ Ordinis curæ Infirmorum incumbere debebant, cui charitativæ Curæ Infirmorum, ipse Princeps, omnesque Equites tenebantur incumbere.

Sacer etiam Fons construi debebat ibi-
30. dem formæ rotundæ largæ, & magnificæ, ut Baptizari possent filii Equitum Ordinis.

Magna, & Nobilis Platea construi de-
31. bebat in Magistrali Conventu; sicut magna Aula, & Concistorium pro Principe, & Concilio, ac Habitatio Principis, Principissæ, & pro eorumdem Sodalitio.

Claustrum pro Clericis amplum, & pro Canonicis cum Aula, & ut dicitur *Galleria*, prope Ecclesiam muris munitam.

In Castro construi debebat Platea, ad
32. delitiam Principissæ.

Ibidem construere statutum fuit Habitationes pro magnis Ministris Ordinis, tam Nationalibus, quam Exteris, pro Equitibus, Sociis, Servientibus, eorumque Uxoribus.

Ac insimul Ædificia ad usum Cellæ Vi-
33. nariæ, Horreorum, Stabuli, Molendinorum, Cisternæ, ac cœtera ad

Ordinis publicum servitium.

Ulterius, in Conventu majori amplæ tres Aulæ debebant adesse; prima pro Principe, ut ipse cum omnibus Or-
34. dinis Equitibus prandere deberet Festis diebus; Secunda pro Canonicis dietim ibidem convenientibus, una cum Prælatis, & Clericis Ordinis, ac etiam Equitibus Fratribus non Uxoratis; Tertia pro magno Commendatore Militiæ, ad ibidem comedendum, & una cum ipso, pro omnibus Equitibus inferioribus in principali Conventu, ac cunctis Famulis, & Servientibus eidem magno Commendatori.

Eques quilibet debebat habere, ut dici-
35. tur, *Il dilui Scudiere armato di tutto punto, un piccolo Valetto*, qui Lanceam deferret, & Galeam, alium majoris ætatis indutum *di Veste sciolta per la maglia*, & tertium pedestrem *per condurre il Bagaglio*.

In qualibet Militari expeditione quin-
36. que Equos retinere debebat, quatuor Servientes; tempore autem Pacis, duos Equos, vel tres, si reditus Ordinis fuissent ad hoc sufficientes.

Quilibet similiter Frater Ordinis, in
37. iisdem Expeditionibus, retinere debebat tres, aut quatuor Equos, juxta illius merita, & habilitatem; tres Servientes, quorum unus, vel duo essent apti ad Arma: tempore vero Pacis unum, aut duos juxta Militiæ fortunam. Prædicta omnia videri possunt apud *Justinianum*, & *Collectorem Gallum* locis superius allegatis.

Hunc Equestrem Militarem Ordinem
38. jam defecisse, notat *d. Comes in Koden Sapieha pag. 312.*, & *Justinianus* ubi supra.

Ac clarius repetimus, quod hic Ordo Religiosissime, ac sapienter designatus à prædictis duobus Regibus, qui Archetypum perfecti Ordinis, optimis instructum Legibus proposuerunt, subortis tamen inter eosdem novis dissensionibus, nunquam complementum, & executionem habuit, & numeratur inter Ordines simpliciter designatos, propositos, & ut dicimus *Progettati*, juxta ea, quæ notat laudatus *Abb. Justinianus*.

Apud Nos Italos dicta dictio *Progettati* venit à dictione *Progettato*, quæ significat *Proferta, principio di Trattato, Oblazione, Negozio*, latine *Propositio*, ut explicat Vocabularium Etruscum · *Vocabolario degli Accademici della Crusca Volume terzo* in verbo *Progetto*, in verbo autem *Projetto*, quod est quid omnino diversum à *Progetto* explicat, quid hoc sit, dicens, *Projetto, nome generico di ogni grave in qualsivoglia maniera, e per ogni verso gettato* Sagg. nat. esp 16. *Per non andare molto lontano a cercare di quelle esperienze, nelle quali fa di bisogno l' esatta misura del tempo, come sono quelle de' Projetti, e del suono, una ve n' è vicinissima*: e 247. *Esperienze intorno a i Projetti*, e 240. *Scrive il Galileo in proposito de' Projetti, queste precise parole*.

DISCURSUS CLXXX.

PASSIONIS DOMINI SEU DOMINI NOSTRI ET EJUS PASSIONIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Pauci

PAuci sunt Auctores, qui de isto Ordine, licet non admodum antiquo, scripserunt; hactenus quippe tot inter Volumina, quæ apud Nos habemus, de re hac Equestri tractantia, etiam per Scriptores Ultramontanos exarata, tres solumodo invenire potuimus, quos infra allegabimus: hi vero nil aliud referunt, quam Annum institutionis. Aiunt quippe, quod anno 1671. in Germania Dux quidam Saxoniç, Nepos Electoris Saxoniç, Ordinem instituit sub invocatione *Domini Nostri, & ejus Passionis*, cujus Ordinis Tessera Crux erat simplex figuræ oblongæ, parvæ vittę appensa: ita habetur in *Volumine omnium Ordinum Militarium Parisiis impresso d. Anno* 1671. Lingua Gallica ibi - *Ordre de nostre Seigneur, & de sa Passion institué en Allemagne par le Neveu de Electeur de Saxe l' anno* 1671. neque aliud exprimit; quod Volumen etiam allegat *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari Parte Seconda cap. 86. pag. 859. impress. Venetiis Typis Combi, & la Nou 1693. Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albæ in Regno Polonia in Corollario omnium Ordinum, impresso post Tract. ejusdem Auctoris*, cui titulus - *Adnotationes Historicę de Origine &c. in Regno Polonię Ordinis Aquila Alba Typis Colonia apud Adamum Cholinum anno 1730. in verbo Passionis Dominica pag. 312.*

Forma autem Crucis prędictę videri potest penes *d. Justinianum d. pag.* 838. qui tamen subdit, ignorari colorem dictæ Crucis, quemadmodum ignorari motiuum, ob quod fuerit hic Ordo institutus, ignorari Regulas, sub quibus militarent isti Equites, eorumque obligationes, & munera: *d. Comes in* Koden *Sapieha* ubi supra ponit titulum Ordinis simpliciter *Passionis Dominica*, & inquit, quod *jam hic Ordo non extat.*

Subdimus, quod de eodem Ordine scriptum reliquit *Pater Joseph Franciscus Fontana in Historia Ordinum Equestrium, & Militarium, ab ipso ex Idiomate Gallico in Italicam linguam translata tom* 8. *parte terza cap* 51. *pag* 349 *juxta impressionem Lucensem Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739. qui sic habet - *L' Ordine di Gesù Cristo, e della sua Passione instituito dal Principe Carlo Nepote dell' Elettore di Sassonia Gioanni Giorgio Quarto i di cui Cavalieri dovevano portare sopra i loro Mantelli una Croce di raso bianco, o fatta di ricamo di argento, nel mezzo della quale era l' Immagine del Nostro Signore, ed al collo, una gran Medaglia di oro pendente da un nastro torchino ondato, nella quale era improntata la stessa Imagine, ed erano tenuti ad assistere con divozione a' Divini Uffizj, che si celebrano nel Venerdì e Sabbato della Settimana Santa.*

Fu eletto per la Cerimonia della instituzione di quest' Ordine il giorno 7. di Febbrajo.

L' Arcivescovo Leramberto celebrò Pontificalmente la Messa nella Chiesa de' Recolletti della Città di Lelba, con la Musica di Sua Altezza, e l' armonia de' Timpani, e Trombe, dopo di che questo Principe diede il Collare dell' Ordine a questo Prelato, indi al Principe Adolfo, al Principe Federico suo Fratello, a quello di Naremberg, ed a molte altre Persone delle più qualificate.

DIS-

DISCURSUS CLXXXI.

PASSIONIS NOBILIS ITALICE DELLA PASSIONE NOBILE.

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Ut Ditionis suæ præclaris Familiis motiva præberet Nobilitatis, eosque magis devinciret amore, & ut in propria Familia Principatum *Querfurt*, quem possidebat, solide serv.ret, Joannes Georgius Dux Saxoniæ Weissenfels, & Princeps *Querfurt*, Anno 1704. hunc Equestrem Ordinem instituit in Festo die Sancti Joannis. In Tesseram præscripsit magnum Amentum album in Campo cœruleo super dextrum humerum in fasciæ modum, ut dicitur, *Ricamato d' oro*, è duabus partibus, è cujus extremitate pendet Stella aurea, & in medio adsunt litteræ I. G. denotantes nomen Fundatoris, hoc est Joannes Georgius, ut dicitur *Smaltato d' Azzurro*: super Crucem rubeam insignia Principatus de *Querfurt*, totumque circumdatur à funiculo albo cum limbo aureo. Adsunt ex una parte hæc verba - *Io amo l'onore, che viene dalla virtù*; & ex altera parte adsunt Arma d. Principatus *Querfurt*, cum his verbis - *Società della Passione Nobile* instituita da I. G. D. D. S. Q 1704.

Dies Festiva hujus Ordinis est in die Festo, ut diximus, S. Joannis, quo omnes Equites in Principis Aulam conveniunt, Veste cœrulea auro intexta. Assembleam quoque eadem die habent generalem: in ea agunt de rebus ad Ordinem spectantibus; qua completa, quilibet, juxta proprias Vires eleemosinam prabet Thesauro, quæ inservit pro Militibus ejusdem Ditionis uulneribus sauciatis, ut habetur in Volumine, cui Titulus - *Li Sovrani del Mondo Venetiis Impress. Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin anno 1720. Tom. 4. pag.* 308 *Dominus Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Poloniæ Regno in Corollario Omnium Ordinum in verbo Passionis Nobilis pag.* 313. *quod Corollarium est impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris, cui Titulus - Adnotationes Historica de Origine &c. Equestris Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonia impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

DISCURSUS CXXLXII.

PERISCELIDIS ANGLICE GIARETIERA

SECT. I.

ARGUMENTUM

Enumerantur Scriptorum dicta, tam quoad nomen Fundatorum, quam quoad tempus fundationis hujus Ordinis. in quo variæ sunt Auctorum opiniones: sicut & etiam respectu motivi fundationis ejusdem Ordinis, & narratur Historiola de fortuito lapsu Periscelidis, & Anglico idiomate *Geretiera*, e pede sinistro Reginæ, seu alterius Nobilis Mulieris, cum Rege Choreas ducentis; & ostenditur, ex motivo Pietatis, & Religionis fuisse motum Regem Eduardum III. ad hujus Ordinis erectionem devenire.

SUM-

SUMMARIUM

Non apponitur, quia Conclusiones sunt simplices Historiæ.

DISCURSUS CLXXXII.

PERISCELIDIS

ANGLICE GERETIERA

Sect. I.

De Equestri Ordine Periscelidis, vulgo *Giaretiera*, agentes Historici, inter se discrepant in assignando Fundatoris nomine, tempus erectionis ejusdem, ac motivum deveniendi ad Ordinis institutionem.

Nos autem, ut cuncta cumulemus, operæ pretium ducimus, quæ scripta reliquerunt Auctores, hìc referre.

Nonnulli institutum fuisse scribunt hunc Ordinem sub tempore Riccardi I. Angliæ Regis, quodque Eduardus non Institutor, sed solum Restaurator fuerit, ut notat *Pater Mendo de Ordinib. Disq. 1. quæst. 11. §. 30. sub n. 66. Abb. Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari &c. par. 2. cap. 54. pag. 650. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù 1692. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. litt. S. §. de Notitia Equestr. Ordin. n. 91. pag. 744. juxta impress. Salisburg. Typis Joan. Joseph Mayr 1729. Pater Fontana* infra allegandus *sub pag. 311. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Differtations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Differt. 7. art. 4. pag. 157., & seq. juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart 1718. Pater Maximilianus Sandaus in Militia Christiana tom. 3. lib. 2. comment. 7. membr. pr. pag. 140. Coloniæ Agrippinæ apud Jodocum Kalcolvium 1651.*

Testantur alii cum *Troissard in Chronico Franciæ, Angliæ, & Scotiæ*, Institutionem fuisse peractam anno 1347. qui subiungit, quod Eduardus III. elegit quadraginta Equites hujus Ordinis, ac injunxit annuum ejusdem Ordinis Festum, cui nomen tribuit *cærulea Periscelidis*, & quod Equites juramento se obstrinxerunt observare Statuta pro regimine hujus Ordinis condita: notitiam hujus solemnitatis publicavit Anno 1348. in omnes partes Franciæ, Scotiæ, Burgundiæ, Flandriæ, Brabantis, atque Alemaniæ celebrationem solemnitatis Sancti Georgii.

Et quamvis d. Scriptor referat amorem, quo Rex prosequebatur Comitissam de Salisbury, insimulque describat ludicram illam decursionem, quę vulgariter dicitur *Torneo*, ab ipso Rege Londini factam, in obseqvium laudatę Comitissæ, quę d. spectaculo interfuit: nullum tamen verbum facit de lapsu Periscelidis è genu finistri pedis d. Comitissæ, neque exprimit, hoc præbuisse motivum fundationi hujus Ordinis, ad tradita per *Patrem Franciscum Fontanam à S. Froissanl dimostra* inferius allegandum: *d. Abb. Justinianus pag. 650.*

Dicitur autem Institutorem fuisse Eduardum III. Angliæ Regem, & dici Tertium ob rationes, quas allegat *d. Abb. Justinianus* ubi supra.

Asserunt alii, institutum fuisse hunc Ordinem ab Eduardo III. Angliæ Rege, vel anno 1345., vel 1350., ut videre est apud *Hermant Histoir. des Ordres Militaires cap. 26. pag. 247. juxta impress. Rothomagen. Typis Ioannis Baptista Besogne 1720. d. Abb.*

Justi-

Justinianus pag. 649. Volumen, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo tom. 4. sub Titulo degli Ordini de' Cavalieri* §. *Dell' Ordine Militare de' Santi Georgio, o del Legaccio in Inghilterra pag. 379. juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin* 1720. ubi ponit Institutionem sub anno 1345. *Sansovinus dell' Origine de' Cavalieri lib. 3. pag. 47. juxta impress. Venetam Hæredum Marchio Sessa* 1570. *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum Monasticorum, Religiosorum, & Militarium per eundem ex Gallico Idiomate in nostrum Italicum translata tom. 8. cap. 44. pag. 310., & seq. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. ubi meminit de anno 1344., & 1350., & refert etiam supra recensitas alias opiniones. *Jovinus* ait, institutum fuisse tempore Victoriarum illarum, quas Odoardus reportavit de Gallis in loco *Cresli* anno 1346. & in loco de *Poitù* anno 1350. super quibus vide *d. Justinianum pag.* 650.

Utque omnia referamus, dictum recensemus *Hukero in Descriptione Regni Angliæ, Scotiæ, & Irlandæ*, qui Institutionem Ordinis inquit evenisse tempore, quo Petrus Castellæ Rex nuncupatus Crudelis, constabilitus fuit in Solio Regni Castellæ auxiliaribus Angliæ Armis sub Valliæ Principis Imperio. Hoc tamen in facto corruit: nam restitutio d. Petri Crudelis evenit solum anno 1366., & sic post lapsum annorum sexdecim post Periscelidis Ordinis institutionem, quemadmodum animadvertit *d. Pater Fontana pag.* 311. ubi subdit idem Auctor, quod insigne hujus Ordinis fuit Periscelis coloris cærulei, quemadmodum fuit illa, quam Regina amiserat, & ob quam Rex illudebat eidem, quæ responsum dederat, illam dedisse Aulę Equitibus; ipsamet respondit: maledictus sit qui male cogitat, & de hoc infra.

Nec omittere volumus quod legimus apud *Joseph Micheli in Thesauro Militari Equestri*. Hic Hispanus Scriptor, in his Equestribus materiis passim ab Auctoribus laudatus, tamen carpitur à *d. Abb. Justiniano pag.* 649. *d. Patre Fontana pag.* 311. qui innituntur auctoritati *d. Iosephi Micheli*; eo quia idem *Ioseph Micheli* asserat varios Auctores tenere, Regem Eduardum Ordinem instituisse in gratiam *Periscelidis* Reginę *Giarretiere*: ita dictionem latinam *Periscelidis*, quæ significat *Cinturina da gamba*, ut perspicue demonstrat *Macri in Hierolexico*, adducendo exempla sacra, & profana sub verbo *Periscelis*, accipiendo pro nomine proprio Reginę, & aliam dictionem *Giarretiera*, quæ Anglica lingua significat pariter *Cinturino da gamba*, accipiendo pro nomine Regionis, seu Regni nuncupati di *Giarretiera*.

Verba præallegati *Joseph Micheli* sunt hæc, ibi - *Algunos dizen instituido esta Orden a contemplacion de Periselide Reyna della Gartiera, o della Condesa Juanna de Sanisburia, hermosissima Senhora, aquin clayo un liga y el Rey la alzò y la mimo a gran favor &c.* relat. ab *Abb. Justiniano pag.* 649.

Hinc cum nonnulli ex allegatis Scriptoribus, non Comitissam de Salisberi Choreas duxisse cum Rege Eduardo, sed ipsammet Reginam ejusdem Eduardi Regis Uxorem fuisse testentur, potuit Scriptor *Joseph Michael* hallucinari, parum in Latino idiomate, & Geographicis studiis versatus, vel per

jectm

jocum nominando Reginam Periscelidem, eo quia pro fabula, & joco habuerit, prout habuerunt plures Historici, ut infra ostendemus, narrationem illam de lapsu Periscelidis à pede sinistro Comitissæ de Salisbury.

In hoc Scriptorum conflictu tempus fundationis hujus Ordinis describentium, communior opinio est, quod fuerit institutus circa annum 1344., vel 1350. perpenso tempore Statutorum, ut videre est apud Scriptores superius allegatos *Patrem Mendo*, *Iustinianum pag.* 648. *d. Ludovicum de Nicollis pag.* 744. late: quod fuerit institutus Ordo anno 1350. ostendit *Ioannes Soranzo* in suo Volumine - *L' Idea del Cavaliero par. seconda pag.* 138. *cum seqq. juxta impreß. Mediolanensem Typis Petri Martini Locarni* 1609.

Sunt qui scripserunt, Regem Odoardum prius desideravisse innovare antiquissimum Ordinem Mensæ Rotundæ, ac consideratis sumptibus immensis, qui occurrissent, tandem alium Ordinem Cinguli fundasse, ut narrat *d. Iustinianus pag.* 650. *d. Ioannes Soranzo* ubi supra.

Postremo Originem hujus Militaris Ordinis, pene Scriptores omnes ex famigerata illa Historia, vel Fabula deducunt, quam passim sic narratione exponunt.

Narrant ergo, quod Henricus III. Anglię Rex ex Flandrię Terris ad suum revertens Regnum, nuncium accepit Davidem Scotiæ Regem obsidione cinxisse oppidum Salisbery munitissimum locum; statim idem Henricus accurrit, & locum ipsum ab obsidione liberavit, unde ipsa Salisbery Comitissa nomine Joanna, ut inquit *d. Abb. Iustinianus pag.* 649. Regem adiens à suis angustiis liberatorem, ei veluti a propriis angustiis liberatori, gratiarum actiones reddidit.

Est autem Salisbury seu Sarisbury Civitas in Provincia Wiltoniæ in Anglia, quæ antiquitus appellabatur latine *Sessviodunum*, seu *Sarviodunum*, & nuncupatur *Salisberia*, aut *Salisburia*, ut videre est in Geographia *Antonii Chiusule*, & in Dictionario Historico *Ludovici Moreris Gallico idiomate in verbo Sarisbury*.

At vix Comitissam aspexit Rex, cum illa Mulier esset egregiæ formę, captus est in oculis ejus, adeo ut continuo illam ardentissime, & impatienter deperiret. Accidit autem, ut quadam die dum choreas duceret Rex cum eadem Comitissa, eidem dissoluta è genu sinistro serica Periscelide cœrulei coloris quam gerebat, eadem Periscelis in terram cecidit; statim Rex propriis manibus sumpsit è terra prolapsam Periscelidem. Hoc adstantium Aulicorum risum excitavit, dum sinistre interpretari cœperunt, & ipsa Comitissa ruborem cohibere non potuit, cum plurimum ipsum Regem, & Comitissæ innocentis virtutem offenderit.

Rex vero se declaravit, quacumque mala intentione caruisse, dixitque palam idiomate Gallico tunc currente, quod *Honi soit qui mal y pense*: *ut notat Abb. Iustinianus Historie Cronologiche &c. par. seconda cap.* 54. *pag.* 649., & *pag.* 651. *Comes in Koden Sapieha in suo Corollario omnium Ordinum in verbo* Periscelidis, seu Sancti Georgii *pag.* 313. *impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquilæ Alba in Regno Polonię juxta impreß. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. *Hermant Histoire des Religions tom.* 2. *cap.* 26. *à pag.* 239. *juxta impreß. Rothomagen. Typis Io. Baptistæ Besogne* 1716. *Collector Gallus Histoire des Ordres, ou des Chevaliers &c.*

tom. 3. §. 61. a pag. 344. cum seqq. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.

Quæ verba latine exponuntur -- *Male vertat qui male cogitat: d. Abb. Iustinianus d. pag. 652.*, vel confundatur qui male sentit: *d. Comes in Koden Sapieha pag. 314. d. Pater Honoratus d. pag. 157. Consalvus de Illescas Historia Pontifical par. seconda cap. 1. pag. 19. juxta impressionem Barchinonæ Typis Jacobi Cendrat 1606.*

Italice autem · *Sia vituperato chi mal pensa: d. Iustinianus pag. 652. d. Pater Honoratus pag. 157.*

Tuncque Rex Ordinem instituit sub denominatione Periscelidis cæruleæ, ut infra dicetur.

Scribunt alii, casum lapsus Periscelidis non' successisse Regi Eduardo choreas cum d. Comitissa de Salisbery ducenti, sed Regi cum ipsa Regina d. Regis Uxore ducenti choreas: ita *d. Abb Iustinianus d. pag. 649. d. Pater Torellus d. pag. 557.*

Idemque *Iustinianus pag. 649.* allegato *Ioanne Huker in Chronica antiqua Angliæ, Scotiæ, Hirlandæ* in margine notat, quod Cingulus esset proprius ipsius Reginæ, *alla quale il Re sorridendo, e ricercando che cosa credesse, che avessero detto i Cavalieri, la Regina rispondesse. Honi soit qui mal y pense · e che queste parole stesse fossero poste dal Re sopra del medesimo Cingolo, come si noterà seguendo*, & refert *d. Pater Fontana pag. 311.*

In hac respectu originis, & causæ hujusmodi Equestris, & Militaris Ordinis Periscelidis, opinionum varietate, quas supra retulimus, si Scriptorum numerus simpliciter consideretur, communior illa est, quæ innititur Historiolæ Periscelidis cœruleæ, quæ è pede sinistro cecidit Comitissæ Salisbury in Choreis: sed si perpendatur intrinsece, ea fabulosa detegitur assertio, & fortasse jocosa; dissonans quippe res est, quod in venerabili Opere in Divinum cultum directo, & in honorem Sanctissimæ Virginis Mariæ, juxta ea, quæ subdimus infra in §. *Simili modo*, prophani Amoris misceatur Narratio tam publice, & quodamodo extollatur triumphus levis armaturæ: *d. Abbas Iustinianus pag. 650.*

De cætero, juxta aliorum Scriptorum effatum, de quo supra in §. *Asserunt*, dicitur Eduardum III. Angliæ Regem Ordinem hunc instituisse post Triumphum anno 1350. de Gallis reportatum, eundemque Ordinem Equestrem nominasse Periscelidis, eo quia in Tesseram tradidit Periscelidem Officialibus, & Militibus, ut infra notamus §. *Habitus*.

Proinde ipsimet Scriptores de ista Periscelide e pede Comitissæ dissolutæ, ut fabulam nuncupant, ad tradita per *d. Abb. Iustinianum pag. 650.*

Sic colligitur etiam ex narratione, quam tradunt Scriptores in præsenti, & infra allegandi, quod Periscelidis delatio ortum habuit, ex quo Rex Officialibus, & Militibus, in certamine de *Cresci*, peculiare insigne tradiderat vel tradiderit eisdem, ut dicitur, *per motto*, verbum de *Cartier*, quod significat ligamen, Periscelidem, seu *Iarretiera*, hoc est, ut nos Itali dicimus, *Ligaccia da Gamba, pretendendo dare con questo, e di onorare i servigi Marziali de' suoi Guerrieri*, ut allegato quodam Scriptore, inquit *d. Pater Honoratus à S. Maria pag. 159.*

Ordinis Regii per Europæ fines denominationem della *Gerretiera* accepit: dictio autem *Garretiera*, Anglico idiomate *Iartier* significat cingulum: *d. Iustinianus d. pag. 648.*

Rex

Rex quippe Equitibus electis dono dedit Cingulum Vesti solemni addendum, & cum quo cinctum genu cruris sinistri servare tenebantur, ut ita discerent se vigore Societatis, cui associabantur & conjuncti erant firmissimo amicitiæ, ac concordiæ fœdere, ita cum illo cingulo ad instar arcti ligaminis, in cordibus tenebantur se servare continva dilectione, & reciproca concordia, ut explicat *d. Abb. Iustinianus d. pag.* 648.

Simili modo inter se Scribentes dissentiunt respectu motivi fundationis ejusdem Ordinis juxta recensita in præsenti Discursu. At omittere non debemus, quod tradit *Elias Ashmole*; hic enim Ordinis hujus Historiam describit, & sustinet Regem Eduardum III. ex motivo Religionis erga Deum Optimum Maximum, & Sanctissimam Virginem Genitricem ejusdem Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, ac Gloriosi Divi Martyris Georgii stabilivit, & fundavit Societatem, seu Ordinem Militarem, ut allegato prædicto *Ashmole*, refert superius citatus *Pater Fontana tom.* 8. *cap.* 44. *pag.* 313., aliique in Discursu adducti: videatur *Iustinianus pag.*650.

In Tesseram hujus Militaris Ordinis præscripsit Crucem albam planam rubei coloris deferendam super Vestem cœruleam, una cum Collare aureo misto cum Rosis albis, à quo ad pectus pendet Imago Sancti Georgii titularis hujus Ordinis: *Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. Pater Fontana d. tom.* 8 *pag.* 313., allegatus *Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani* in suo Volumine - *Breve Notitia Istorica &c. de Ordine Aureorum Equitum una cum Brevi Descriptione aliorum Ordinum Equestrium pag 63 juxta impressionem Taurini Typis Dominici Paulini impress. Reverenda Cameræ Apostolicæ anno* 1695.

Pauperes Equites deferre debebant Pallium rubeum cum Scuto à parte sinistra, in quo impressa esset effigies Sancti Georgii non circumdata Periscelide: *d Pater Fontana pag* 33.

Forma Crucis hujus Ordinis habetur impressa apud *d. Abb. Iustinianum pag.* 651.

Injunxit præterea Fundator, ut deferrent sub genu sinistri pedis cingulum, seu Periscelidem auream gemmis exornatam coloris cœlestis, juxta ea, quæ mox subdemus, sicuti prosequitur *d. Petrus Franciscus Bergamascus d. pag* 63.

Et quod eadem Tessera esset *una Cintura di Cuojo tutta giojellata con la quale i Cavalieri del d. Ordine si cingono la gamba sinistra*: sic loquitur *Pater Aloysius Torellus de Bononia Secoli Agostiniani tom.* 5. *Anni di Cristo* 1344. *sub n.* 8. *pag.* 557. *juxta impress. Bononiæ Typis Jacobi Monti* 1678.

Licet autem d. Tessera *Gartiera* ab ipso Fundatore fuerit instituta, ut Equites ligatam deferrent sub genu Pedis sinistri, attamen etiam usus fuit, & est, gestandi eandem Periscelidem in alia corporis parte, vel rebus propriis, ut ad Brachium sinistrum, ad circumdandum Stemmata Gentilitia, Arma, ut dicunt, Sancti Georgii, hoc est Crucem, quam defert supremus Ordinis, & Socii super Pallium & gentilitia Stemmata, juxta exempla quæ cumulat *d. Abb. Iustinianus etiam d. pag.* 658. qui ubi supra ostendit, plures successive constructas fuisse Periscelides parvas, & magnas, sicut pro-

cedente tempore non solum auro ornatas, sed etiam gemmis ditatas. Quoad Collare, fuit postea statutum, quod Periscelides non essent gemmatæ, bene quidem Imago S. Georgii nuncupati il *Gran Giorgio*, quę fit ornata Gemmis pretiosissimis: *d. Iustinianus pag.* 661.

Peracta fuit hujus Ordinis fundatio in Castro Urbis nuncupatæ *Vindior* prope fluvium Teamasim viginti mille passibus à Regia Civitate Londini distantem, & quidem solemni die Festi Purificationis Sanctissimæ Virginis Marię, cujus Festum Sancta Mater Ecclesia die secunda Februarii celebrat, ut notat *d. Pater Fontana pag.* 312. ubi plura tradit; quod in antedicto loco aderat Ecclesia magnifice à Majoribus ejusdem Regis inchoata, & ab ipso perfecta, & in qua ipse Rex Sacris Baptismi Aquis renatus fuerat, hæcque Ecclesia in Dei honorem, Sanctissimæ Virginis Marię, & Angliæ Regni Protectoris Sancti Georgii Martyris, ac Sancti Eduardi Confessoris, cum suos haberet Canonicos numero octo, eorum numerum auxit, cum aliis quindecim Canonicis, & Custode eorundem, & ad numerum 18., & inde viginti quatuor Equites pauperes alimentis carentes, una cum aliquibus Capellanis, Summus Pontifex Clemens VI. commisit Episcopo Salisbury & Winchester, ut Ecclesiam de Vindior in Collegiatam erigeret Canonicorum, Presbyterorum, Clericorum, & Pauperum Equitum Regni, cum aliis Ministris, qui Divinis Officiis, servitioque Dei interessent, & eandem Ecclesiam à jurisdictione Ordinarii exemit, & sub immediata Sanctæ Sedis Apostolicę jurisdictione locavit, & quod Custos jurisdictionem haberet super Canonicos, Clericos, & Pauperes Equites: quoad directionem Animæ, subesset Jurisdictioni Episcopi Salisbury. Ecclesia autem prædicta, præscripsit, ut solveret Sedi Apostolicæ annuatim in Festo Sancti Georgii Marcham unam, ut dicitur, di Sterline: *d. Pater Fontana pag.* 313., *& seqq. d. Abb. Iustinianus pag.* 650, *& seq. Allegatus Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 157. *d. Abb. Iustinianus pag.* 648. *&* 650. *& seq.*

Henricus Octavus numerum pauperum Equitum in dicta Ecclesia redaxit ad tredecim; auxit autem numerum Ecclesiasticorum, mandans quod in perpetuum adesset Decanus, & duodecim Canonici, tredecim Presbyteri, quorum pars vocari deberet *Piccioli Canonici*, altera *Vicarii*, qui si non essent Sacerdotes, in ætate tamen constituti essent, ut intra annum possent ad Sacerdotium promoveri. Ulterius tredecim adessent Cleici, totidemque Choristę, qui omnes in Choro canerent, & Divina celebrarent Officia: *d. Pater Fontana pag.* 315.

DISCURSUS CLXXXII.

PERISCELIDIS

ANGLICE GERETIERA

Sect. II.

ARGUMENTUM

Continuatur Narratio Historica ejusdem Ordinis Periscelidis, & ostenditur Fundatorem statuisse numerum Equitum consistentem in 26., & respondetur contrariis. Ostenditur deputatos fuisse etiam Officiales, & qui sint; quid solvere teneantur in ingressu. Ostenditur debere gerere Periscelidem cœruleam, & quando. Agitur præterea de Habitu Equitum, & idem describitur, & per quæ tempora gestari debeat. A-

gitur

gitur de Stella cum suis radiis vocata: *Sole in sua Gloria*: & respondetur Æquivoco, quod loco Crucis subrogatus fuerit Sol. Adducuntur Auctoritates agentes de puncto, sub qua Regula militet Ordo. In casu mortis Equitum, quomodo alius subrogetur.

Exponitur Nobilitas hujus Ordinis, & quod extendatur ad Fœminas. Quæ Nobilitas requiratur pro Admissione.

Et an hic vere Ordo, vel solum Societas sit: Forma Equitis cum Periscelide, ac Habitu Solemni, apud quos habeatur.

Catalogus Magnorum Magistrorum penes quos habeatur.

SUMMARIUM

Omittitur ob rationem expressam in Argumento primæ Sectionis.

Statuit Fundator numerum Equitum, ut essent viginti sex: *d. Abb. Justinianus pag.* 650., *& 661. sub S. Sebene*: *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 313. *d. Sansovinus d. pag.* 47. *d. Pater Aloysius Torellus de Bononia Secoli Agostiniani dicta pag.* 557. *Petrus Franciscus Bergamaschi* in Volumine, cui titulus - *Breve Notitia de' Cavalieri Aureati ec. con la Notitia di tutti gli Ordini Cavallereschi pag. 63. juxta impress. Taurini Typis Dionysii Paulini impress. Reverenda Camera Apostolica* 1695.

Unde insubsistens redditur assertio Scribentium, quod Equites essent quadraginta, ut ait Volumen - *I Sourani del Mondo tom.* 4. *sub Titulo Ordin. de' Cavalieri pag.* 229. *juxta impressionem Venetam Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin* 1720. *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom.* 2. *cap.* 26. *pag.* 250. *juxta impress. Rothomagen. Typis Joannis Baptista Besogne* 1726.

Et expresse in hoc reprobatur *Froissard* à *d. Patre Fontana d. pag.* 313.

Patet Equites fuisse numero viginti sex in sui Institutione, nam in ipsa fundatione Ordinis primo erecti, fuerunt Rex ipse Odoardus, Princeps Walliæ ejusdem Primogenitus, Henricus Comes Lancastri, Comes Watuich Capitaneus Buff, Raphael Comes de Strafort, Guilielmus Montaut Comes de Salsburi, Rugerus Comes Mortimer, Joannes Comes Lisl, Bartholomæus Borvasch, Comes Joannes Balsciamp Comes de Mahum, Hugo Comes de Cortni, Thomas Comes de Holland, Jo. Comes Creè, Riccardus Comes Fitsimon, Eques Michael Stepeitan, Eques Thomas Huvaal, Eques Ugo Botlei, Eques Nifotin, Eques Joannes Schiandos, Jacobus Comes Hodi, Eques Nors Holend, Eques Henricus Em, Eques Sanset Dabricun, & Eques Gualtenus Parel: sic referuntur à Raphaele Olesend in Chronica Regum Angliæ, ut testatur *d. Abbas Justinianus pag.* 648., *&* 649.

Pro hujus Ordinis regimine Rex condidit Statuta per extensum impressa apud *d. Sansovinum d. pag.* 48. à tergo *cum seqq.* Rex fundator deputavit quinque Officiales, hoc est Prælatum, qui regulariter debebat esse Episcopus di Winchester: secundo Cancellarius erat Episcopus di Salimbury hodie annexus d. Prælato: tertio, qui erat Registrator, est Diaconus de Vindorser: quarto Rex Armorum vocatus *Gartier*: quinto l'Usciero d'Armi, vocatus *Verganera*, qui omnes Officiales in suscipiendo Officio Juramentum præstant fidelitatis, & obedientiæ, sicut notat *d. Abb. Justinianus pag.* 655. *d. Pater Fontana à pag.* 319.

Qui Officiales peculiarem retinent Habitum, quos describit *d. Justinianus pag.* 663. *d. Fontana pag.* 319.

Cum, ut diximus, Rex fundator Ordinis construere, seu perficere fece-rit

rit Ecclesiam, de qua locuti fumus in S. *Peracta fuit*. Quilibet Eques in ingressu ad Ordinem Periscelidis solvere debebat Ordini Titulo Eleemosinæ, & pro substentatione Canonicorum, & Pauperum Equitum infrascriptam denariorum summam; Rex scilicet quadraginta *Argenti*, ut vocant Marcas: Rex extraneus viginti, ut dicunt *Lire*, Walliæ Princeps viginti marcas; quilibet Dux decem *Lire*, Comes decem marcas, Bandaterius centum Solidos, & quilibet Vir Nobilis quinque marcas, ut apud *d. Patrem Fontanam pag.* 313. *& seq.* apud *d. Justinianum pag.* 657. ubi, quod Rex extraneus solvit *Una Libra*; Princeps *Una Marca*.

Solemnis Habitus Ordinis erat Pallium coloris cœrulei, super quo à parte dextera aderat Crux rubea Periscelide circumdata, & præterea gestare tenebantur ligatam Periscelidem cœruleam finistro cruri, in cingulo, acu efformata hæc verba habente *Honny soit, qui mal y pense: d. P. Fontana d. tom.* 8. *pag.* 314. de quibus verbis supra S. *At vero*; *d. Sansovinus pag.* 47. de qua Periscelide videantur quæ infra subdimus.

Idem Habitus sic describitur ab *Abbate Justiniano d. parte secunda pag.* 651. - *Il Giuppone, li Calzoni rotondi, i quali terminano alla metà della coscia di drappo di seta bianco, le calzette, che si portano da calzoni fino al piede, sono pure di bianca seta, e sotto il ginocchio finistro cingono la Gartiera, che dà il nome all' Ordine, con obligazione di portarla continuamente, e questa di colore celeste ricamata d'oro, guarnita di perle, e gemme, e nel mezzo della stessa spiccano le seguenti parole lavorate di oro* Honi soit qui mal y pense, *in antico idioma Francese, mentre la voce* Honi *è antichissima, ed al giorno d'oggi in disuso: alcuni volgarizono questo motto*, Sia vituperato chi mal pensa; *altri portano in latino*: Male vertat, qui male cogitat. *Gli Autori Inglesi attribuiscono seriamente la cagione di questa espressione fatta in Francese al dominio, che per lunga serie d'anni i Re d'Inghilterra tenerono in gran parte della Francia, onde le leggi, i placiti, e i processi continuarono sempre spedirsi in quell' idioma. Il simbolo della Gartiera, fu per legare i Cavalieri in una costante concordia fra loro, come va detto, e perchè apparisse al Mondo, che l'intenzione non era, che a motivo di onore vogliono li Scrittori, che egli inserisse sopra l'Epigrafe, ad oviare la sinistra interpretazione, come si trova registrato negli accordi stabiliti in Windsor: d. Sansovinus pag.* 41.

Forma d. Periscelidis cum dicto Lemmate videri potest apud *d. Abb. Justinianum d. pag* 652. *&* 654.

Late *d. Abb. Justinianus pag.* 654. cum pluribus aliis paginis agit de Habitu Equitum, ejusque mutationibus.

De Habitu, & Tessera hujus Ordinis eleganter Christophorus *Oldan* cecinit his versibus

Concertantibus ampla
Præmia dat Princeps baccatas induit illis
Crura Periscelides, quas unio mixtus Eous
Commendat flammis, interlucente Pyropo.
Præterea ex auro puro quod odorifer Indus
Miserat inserta donabat Iaspide gemma,
Si formam spectes duplicato ex Sygmate
Torques.

Quæ carmina refert sæpe laudatus *Abb. Justinianus pag.* 649.

Quot autem sint dies, & quales, in quibus Equites incedere debent cum Habitu solemni, vide *d. Abb. Justinianum pag.* 665. *P. Fontana pag.* 314.

Imago

Imago Equitis Ordinis Periscelidis induti Habitu superius adamussim descripto, habetur apud sæpe laudatum *Abbatem Justinianum pag. 653. Patrem Philippum Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. num. 94. juxta impressionem Romæ 1711. Typis Georgii Placci, & Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires &c. tom 3. §. 61. pag. 344. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*

Descriptionem Habitus Equitum prosequamur cum verbis *d. Justiniani pag. 651.* qui sic exponit: *All' Abito, e Calzette bianche corrispondono pure le Scarpe simili allacciate con candidi nastri di seta. Copre quest' Abito una Sottana lunga fino a mezza gamba di ermesino di colore cremesi, foderato pure di seta bianca. Il Cinto, o Cingolo Equestre, a cui è appesa la Spada, è pure cremesi legato all'intorno dei fianchi sopra la Sottana; sopra tutto scende dalle spalle un ricco Manto, o Rubbone di velluto di colore celeste foderato di bianco, legato al collo con due lunghi cordoni di seta azzurra, e d'oro a divisa, li quali con loro grossi fiocchi lavorati nella medesima forma scendono fino a terra, e per più comodità gli aggruppano verso la metà di essi sopra il Manto: al di dietro si estende un largo cappuccio pure di colore cremesi; dagli omeri legato sta il cappuccio, e il Manto. Scende sopra il petto il Regio Collare, che dalla munificenza di Odoardo fu donato ai Cavalieri. E' questo secondo la prescrizione degli Statuti, di purissimo oro di peso di trenta oncie, non potendo eccedere, formato di più pezzi rappresentanti varj centurini, o a detto degli Inglesi, di molte Gartiere azzurre, nel mezzo delle quali sono situate varie rose (antica divisa di quei Regni) doppie di color bianco, e vermiglio contraposte, cioè una di color rosso all'intorno, e bianca nel mezzo, e l'altra opposta con le foglie bianche, e nel centro rosse disposte alternativamente. Legano assieme queste Gartiere alcuni lacci di cordoni d'oro con fiocchi cadenti, e nel mezzo del Collare pende l'Imagine di S. Giorgio armato sopra Cavallo bianco, in atto di debellare il Dragone, con espresso divieto ad ogni Cavaliere di alterarlo con ornamento di Gioje &c., & pag. 653.* idem Abbas *Justinianus* subiungit: *Al lato sinistro sopra il Manto solenne portano pure l' Insegna della Gartiera, nel di cui mezzo stà collocata la Croce vermiglia: usano i Cavalieri al dì d'oggi un' alto Biretto nero di seta velluttato, intorno al quale si vede un Centorino di oro, e gemme, con due pennachj l'uno bianco, e l'altro nero di piume, che sormontano con bizzaria.*

Hujusmodi habitu in quibusdam Solemnitatibus utuntur: *d. Justinianus d. pag. 654.*, ubi subdit, quod quoties d. Veste solemni non utuntur, deferunt *Sopra la spalla sinistra, secondo dicono, l'Arme di S. Giorgio*: sic, si deferant Vestem privatam: *Le spiegano nella sinistra parte del cuore. Sono quest' Arme la Santa Croce vermiglia dell' Ordine, situata nel mezzo di una Gartiera, e questa affissa sopra una grande Stella, i cui lunghi raggi escono all' intorno della Gartiera medesima, e ciò per Decreto dell' anno 1626. &c. chiamando quella la Stella, o ad altrui detto, Sole nella sua gloria.* Super qua Stella, seu Solis nuncupatione, *d. Justinianus pag. 661.* Vide quæ diximus §. *Hinc apud nonnullos*, & quæ tradit *d. Fontana pag. 314.*

Habi-

Habitus Officialium Ordinis describitur *à d. Fontana pag.* 319., ut diximus supra §. *Pro hujus Ordinis Regimine*.

Adest Crux Ordinis rubea sita in medio Circuli, hoc est Periscelidis ejusdem, & hęc fixa, & firmata super magnam Stellam, cujus radii circum eandem Periscelidem habentur, hocque vigore Decreti editi à Carolo I. Rege, vocataque fuit hæc Stella *Sol in sua gloria*, ut totidem fere verbis inquit *d. Abb. Justinianus parte secunda cap.* 54. *pag.* 654.

Cujus Stellæ Imago habetur apud *d. Justinianum pag.* 654.

Hinc, apud nonnullos Scriptores invaluit error, & æquivocatio, quod loco Crucis, de præsenti simplicem Solem retineant ad latus sinistrum, ob fortasse pręductum vocabulum Solis in sua gloria: imo aliqui non desunt erronee asserentes, id evenisse ex quadam reformatione tempore Henrici VIII.: sed veritas est, nunquam in usu fuisse hunc simplicem Solem, neque Angli Historici mentionem faciunt, ut prosequitur *d. Abb. Justinianus pag.* 655., *&* 663. *d. Pater Honoratus pag.* 154., & tangimus §. *Hujusmodi habitu*: *d. Hermant pag.* 251.

Scriptores vero asserentes ex causa Hæresum in Regionibus illis debaccantium fuisse sublatam Sanctam Crucem, & appositum simplicem Solem, sunt *d. Pater Honoratus à S. Maria d. pag.* 158. cum aliis apud *d. Hermant pag.* 251.

Asserunt aliqui, Eduardum III. Regem Anglorum, cum de Gallis, & Scotis triumphasset anno 1350. ob Tesseram Periscelidis datam Equitibus, & sic Equites Periscelidis nominasse, & extruxisse Templum in honorem Sancti Georgii Martyris: *d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 158. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis d. pag.* 744. *d. Hermant* ubi supra.

Quo vero ad opinionem, quod Ordo fuerit invitutus tempore, quo restitutus fuit, suo Solio Regio Rex Castellæ Petrus cognomento Crudelis, jam illam refellimus supra §. *Usque omnia*.

Sub qua militaret Regula hic Ordo, sunt qui scribunt, vixisse sub Regula Sancti Benedicti; alii sub Regula Sancti Augustini: sed *Pater Aloysius Torelli de Bononia* in Seculis Augustinianis *tom.* 3. *pag.* 557. licet sit ex Ordine Sancti Augustin, ingenue fatetur, ipsum censere, nulli Ordini ab Ecclesia comprobato fuisse subiectum, sed solum tenuisse peculiares leges à Rege fundatore præscriptas.

Inter præscriptas a fundatore leges una est, quod in Militaribus certaminibus semper unus in auxilium alterius, adesset, quodque nunquam *dovessero voltar la faccia*: *d. Pater Torellus d. pag.* 557.

Dictus Rex Henricus IV. anno 1600. misit ad Castrum antedictum de Vindsor Procuratorem suum Dominum de Chastres Equitem Melitensem Gubernatorem de Diepe, ac unum ex suis Locumtenentibus Generalem Normandiæ, ut suus Procurator, ut dicitur, *Per essere installato nel suo posto*, prout fuit, postquam idem Dominus de Chastres nomine Regis Henrici promissionem emiserat observandi Statuta Ordinis juxta formam, & tenorem Juramenti emissi à Rege Henrico IV., quando recepit Ordinem: *d. Pater Fontana d. pag.* 318., ubi refert tenorem d. Juramenti: quod idem *Pater Fontana* in nostrum Italicum Idioma transtulit, his verbis - *Noi Henrico per la Grazia di Dio Re di Francia, e di Navarra giuriamo, prote-*

protestiamo, e promettiamo solennemente sul nostro onore, in parola da Re, che Noi osserveremo, e manterremo gli Statuti, ed Ordinazioni del nobilissimo Ordine del mio Signore S. Giorgio, nomato la Giarrettiera, in ciò che essi non si troveranno contrarj alla nostra Religione Cattolica, Grandezza, e Maestà Reale, ed agli Statuti de' nostri due Ordini, del Benedetto Santo Spirito, e del mio Signore S. Michele: in attestato di chè abbiamo firmata la presente di nostra mano, e fatta imprimere col nostro Sigillo segreto. In Roano li 2. Ottobre 1596. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 358., *& seq.*

Quoties ob mortem alicujus Equitis alius est eligendus, hæc observantur. Princeps Ordinis, magnus scilicet Magister, notificare facit omnibus Equitibus mortem Equitis, & in termino sex hebdomadarum accedere debent ad locum Assembleæ statutę, ibique in numero saltem sex pręsentes cum supremo Principe, quilibet nominat novem Viros ex dignioribus subditos d. supremi Principis, aut extraneos, qui tamen contrarij non sint ex contrariis ipsi Regi.

In antedictis autem nominationibus quilibet tenetur apponere tres Duces, tres Marchiones, tres Comites, vel majoris conditionis, tres Barones, tres Banarettos, & tres Bacalaureos. Has nominationes scribit Prælatus, & eo absente, Decanus, vel magis antianus residens in Collegio, qui illas exhibent supremo Principi magno Magistro, & hic inter nominatos eligit illum, qui majora suffragia habet, aut ipse reputat magis dignum, ac idoneum, & Regiæ Coronæ proficuum; ad tradita per *d. Abb. Justinianum pag.* 656.

Electus autem comparere debet in Assemblea, duobus Ordinis sociatus Equitibus, nec non pluribus aliis Nobilibus Viris comitantibus, seque pręsentat Officialibus Ordinis: Rex autem Armorum illi ostendit Pallium, quod ei solum traditur quando in proprio loco residet: deinde surgit, & sociatus eodem Sodalitio pergit ad Capitulum, ibique à Supremo Principe, vel ejusdem Delegato recipit Collare, cum quo possessionem capit Gradus Equestris: ita exponit *d. Abb. Justinianus pag.* 656. ubi ponit praxim, quæ servatur in receptione ad Habitum, quando recipitur Princeps, & postremo refert verba, quæ proferuntur in collatione Collaris, ac la *Giarrettiera* omnibus, & quibuscumque Equitibus, cum aliis traditis per *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. *pag.* 354., *& seqq.*

Respectu autem Juramenti, quod præstare tenetur in manibus magni Magistri quicumque in Equitem recipitur, hoc continere debet Promissionem observantię Statutorum, & Ordinationum, quę Statuta in forma probante cum Sigillo Ordinis apud se quilibet Eques tenetur servare summa cura.

Porro Juramenti præstandi ab Equitibus tenorem refert *Justinianus d. pag.* 656. *in* §. *Il giuramento &c. di difendere per tutta la dilui vita la Santa Fede Cattolica, l'onore, i diritti, e Statuti del Sovrano, d'impiegarsi a tutto potere per l' avanzamento dell'Ordine, di opporsi ad ogni rischio, a tutto ciò, che a quello fosse per pregiudicare: e per sigillo, o impegno del giuramento, dovrà toccare, e baciare la Santa Croce.*

Dispensati censebantur a delatione d. Periscelidis illi, quando, ut dicitur, *Erano in arnese di cavalcare*, tuncque tene-

tenebantur deferre *Sotto la sua gual. drappa in segno della Giarretiera un filo di seta turchina*: *d. Fontana pag.* 314.

Deferunt dictum Habitum cœruleum à primis Vesperis Festivitatis S. Georgii usque post Cœnam; *d. Fontana d. pag.* 314.

Quousque in Regno Angliæ viguit Sancta Catholica Religio, Equites Ord. ad formam Statutorum tenebantur pro singulis Defunctis Equitibus celebrare, facere Missas sequentes; hoc est, Rex Angliæ mille Missas, Rex exterus octocentum, Princeps Walliæ septem centum, Baro bis centum, Scutifer centum: at postquam Rex Henricus Octavus Hæresim introduxit in Regno Angliæ, jussit, ut quilibet Eques pro Defuncto pecuniam præstare teneretur implicandam in piis Operibus; Rex quidem Angliæ octo libras, sex solidos, & quatuor denarios, Rex exterus sex libras, tredecim solidos, & quatuor denarios, Princeps quinque libras, sexdecim solidos, & octo denarios, Dux quinque libras, Marchio tres libras, & quindecim solidos, Comes duas libras, unum solidum, & octo denarios, Baro libram unam, solidos sexdecim, & octo denarios, ut videre est apud *d. Fontana pag.* 315.

Certum est, quod hic Ordo, qui satis debile habuit exordium in casu illius muliebris Periscelidis, juxta tradita superius in præsenti Discursu, cum *Jo. Soranzo* præallegato, apud Anglos evasit summopere Nobilis, & ad istum non admittitur nisi ex prima Classe. Nomenclaturam tum magnorum Magistrorum, tum Equitum enumerat *d. Collector Gallus tom* 3. *à pag.* 282. *cum seqq.*, & Equites sunt usque ad annum 1714.; fueruntque semper, & omni tempore eidem aggregati Principes, Reges, ac Imperatores, ut videre est penes *Justinianum* loco superius allegato, & *d. Soranzo pag.* 158 *d. Collector Gallus tom* 3. *pag.* 359. *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 318. & 319. ubi, quod fuerunt huic aggregati infra nominandi: Franciscus I. Henricus II. Carolus IX. Henricus III. Franciæ Reges. Collatus fuit pariter quinque Imperatoribus, multisque Regibus Hispaniarum, Lusitaniæ, & Poloniæ, Neapolis, Daniæ, Suetiæ, Ducibus Burgoniæ, Sabaudiæ, Mediolani, Ferrariæ, Urbini, Principibus Domus Palatinæ. Non solum autem tempore Institutionis, sed successivis etiam temporibus, & ad præsens hic Ordo maximæ fuit, & est æstimationis, non solum apud Anglos, sed etiam exteros, & signum magnæ Nobilitatis; atque ita adimpletum videtur quod Rex institutor dixit; quod dictam Periscelidem, quæ ab initio risum Aulicis causavit, ut dictum est supra §. *Rex vero cum sequentibus* Nobiliores Anglici Regni Barones, & Magnates, cœterorumque ditionum deferre desiderabunt, ad tradita per sæpe à *d. Abb. Justiniano pag.* 649.

Hic Ordo extenditur etiam ad Fœminas Nobiles; *d. Justinianus pag.* 664. ubi ponit plura exempla subdens, quod sub Rege Ricardo II. plures fuerunt exornatæ Habitu Periscelidis, & sub Odoardo IV. *La Regina, e l'Infante Elisabetta, la Duchessa di Suffolk Sorella del Re ebbero gli Abiti di color morello ricamato con Giartierette: oltre a tali adobbi, pare che vi sia stato l'uso nelle Dame, di portare una Gartiera al braccio manco, nella forma, che praticano i Cavalieri cingerla alle gambe.*

Licet proprie loquendo fortasse hic, qui dicitur Ordo Militaris, Ordo non

sit

sit, nec sit appellandus, sed potius Societas, vel Collegium, aut Ordo Regius, & Equestris Gradus; nihilo tamen minus tot sunt circumstantiæ concurrentes, de quibus supra, & præcipue in §. *Peracta fuit*, ad comprobandam conspicuam illius Dignitatem, ut Rex Fundator se, & Successores suos, ut ita dicamus, magnos Magistros constituerit cum propriis Statutis magnam analogiam cum veris Ordinibus Militaribus habentibus; idcirco non immerito talem appellamus cum *d. Abb. Justiniano pag.* 655.

Vigore Statutorum originalium hujus Ordinis, quæ per extensum habentur penes *d. Sansovinum pag.* 48. à tergo, pluribus pollere debet Requisitis petens admitti ad Ordinem: & primo debet esse Professor Catholicæ Fidei: Secundo debet Sanguinis Nobilitatem probare suæ Domus per tres Ascendentes tam ex linea paterna, quam materna, & Insignia Gentilitia ejusdem tam paterna, quam materna: Tertio sine macula, & sine ruga, videlicet, quod non fuerit convictus neque suspectus de Hæresi, Proditione, vel vilitate, neque fuga in certaminibus. Quod si post assumptum habitum Equestrem talis Eques incideret in crimina superius enumerata, statuitur, quod in prima Ordinis Assemblea privetur Habitu, & degradatus remaneat, ut notat *Justinianus d. pag.* 655. *d. Sansovinus à d. pag.* 48. à tergo.

Imaginem Equitis induti cum Habitu solemni, ac cum Periscelide, exhibent præter *d. Abb. Justinianum pag.* 653. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Equitum n.* 94. *Collector Gallus d. tom.* 3. §. 61. *pag.* 244.

Imago Torquis habetur apud prædictos, ac penes *d. Sansovinum d. pag.* 48.

Rex fundator Ordinis, sibi suisque Successoribus magnum ejusdem Ordinis Magisterium reservavit; quod ideo ad Coronam Regum Angliæ spectat. Series itaque Regum magnorum Magistrorum refertur à prælaudato *Abb. Justiniano pag.* 665. qui enumerat Reges ab anno 1350., usque ad annum 1685., & apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 3. habetur Catalogus magnorum Magistrorum *num.* 19.

Nos vero in nostro Primo Volumine, *Disc.* 40. *à n.* 31. *cum seqq* exposuimus late seriem Regum Angliæ usque ad hæc tempora, sicque ad *d.* nostrum Discursum Lectores remittimus.

DISCURSUS CLXXXIII.

SANCTORUM PETRI, ET PAULI.

ARGUMENTUM

Exponitur fundatio duorum Ordinum Sancti Petri, & Sancti Pauli, eorumque unio.

SUMMARIUM

1. *Quid de isto Ordine scripserint Auctores.*
2. *Aluminis Fodina ad Forum Clodii, Tulpha nuncupatum, detecta fuerunt tempore Pii II.*, & n. 2.
3. *Leo X. statuit pro Bello contra Turcas assignare Proventus dictarum Fodinarum.*
4. *Leo X. pro administratione d. Aluminis, ne illud ad Turcas transmitteretur, instituit Collegium quadrigentorum, & unius Virorum, & Milites Sancti Petri appellavit Participantes.*
5. *Solverunt singuli Milites mille Flo-* renos

redditos additi de Camera pro necessitatibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

6. *Reditus ad eorum favorem erant sexta quinque pro centenario.*

7. *Prærogativis, & Privilegiis eosdem Milites decoravit Summus Pontifex. Ipsi, & eorum Primogeniti decernuntur Nobiles Primariæ Nobilitatis, & Comites Palatii Lateranensis.*

8. *Vestis rubea similis Vesti Camerariorum Summi Pontificis assignatur.*

9. *Torques Militum erat Numisma cum Imagine Divi Petri ex una parte, ex alia Stemma d. Summi Pontificis, quæ Torques collo appensa erat deferenda.*

10. *Forma Torquis, & d. Vestis habetur apud Scriptores ibidem allegatos.*

11. *Confirmavit hunc Ordinem Paulus Tertius.*

12. *Equites Sancti Pauli instituit Paulus Tertius.*

13. *Et Privilegiis ditavit, ac Prærogativis, & quæ illa sint*, & n. 14., & n. 15.

16. *Tesseram illis præscripsit figuram Brachii nudi ensem districtum tenentis*, & n. 17.

18. *Togæ prædicta forma, apud quos adsit.*

19. *Sic, apud quos adsit forma Tesseræ.*

20. *Fuit hic Ordo Sancti Petri unitus alteri Sancti Pauli: sic ejus Tessera*, & n. 17.

21. *Ordo hic tenebatur pugnare contra Infideles.*

22. *Extincta fuit hæc Militia, & solum durat quoad Officia Cancellariæ*, & n. 20.

23. *Magnus Magister hujus Ordinis est pro tempore Summus Pontifex.*

24. *Francisci Sansovini referuntur verba quoad istos Ordines.*

DISCURSUS CLXXXIII.

SANCTORUM PETRI, ET PAVLI.

DE isto Ordine Scribentes, in duas dividuntur Classes: Prima sustinet unum solum esse Ordinem nun-
1, cupatum titulo duorum Principum Apostolorum: Classis, altera vult duos esse Ordines distinctos. Nos ergo utramque referemus sententiam; asserimusque quod sanctæ memoriæ Leo Papa X. anno 1520. Militarem Ordinem instituit sub Protectione Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ut infra dicemus: ita *Pater Joseph Franciscus Fontana in Historia Ordinum Monasticorum, ab Idiomate Gallico in nostram Italicum translata tom.* 8. *parte tertia cap.* 68. *pag.* 381. *juxta impressionem Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739. *Abbas Justinianus Istorie Cronologiche d. pag.* 555., ut infra.

Porrò Equester hic Sanctorum Petri, & Pauli Ordo, ex duobus olim separatis Ordinibus conflatus fuit. Anno siquidem 1520. Leo Decimus Pontifex Maximus, quemadmodum totus erat in Christianorum Principum componendis dissidiis, ut odia, & Arma deponerent, ita Concilio Lateranensi celebrato, in quo Bellum contra Turcas firmatum est, constanti animo Belli prosecutionem curavit, ac
4. pro eodem suppeditare statuit proventus, reditusque illos, quos ex Fo-
5. dinis Aluminis recipiebat. Aluminis siquidem Fodinæ tempore Pii II. apud Forum Clodii, Tulpha nuncupatum, detectæ fuerant, & circa Historiam dictarum Fodinarum videndus *De Luc. de Regalib. disc.* 147. *n.* 33.

Hinc

Hinc, ne in Administratione hujus Aluminis aliqua fraus admitteretur, & ne ad ipsos Turcas nemo Alumen
4. illud transmitteret, Collegium Quadrigentorum, & unius Virorum instituit, quos Milites Sancti Petri appellavit, & Participantes; eo quia
5. cum singuli Mille florenos auri de Camera pro Romanæ Ecclesiæ necessitatibus sublevandis persolvissent, mandavit, ut singuli annuos fructus scutorum quinque pro singulis cente-
6. nariis perciperent dictorum mille florenorum. Præterea eosdem Milites
7. prærogativis, privilegiisque decoravit. Nam eosdem cum eorum filio Primogenito adscribi voluit inter viros Nobiles primariæ Nobilitatis, & dici Comites Palatii Lateranensis, juxta Bullam, quæ incipit *Sicut Prudens*: *Abbas Justinianus Istorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. cap. 35. §. I Cavalieri di S. Pietro, e Paolo pag. 555. Pater Philippus Bonannus Catalogo degli Ordini Equestri, e Militari n. 195. Collector Gallus tom. 4. pag. 118.* infra allegandus: *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart 1718. lib. 1. dissert. 7. art. 2. pag. 139., & 514. Laurentius Vigilius de Nicollis in sua Prax. Canonica, seu Jus Canonic. sub litt. S. S. Notitia, & Series Ordin. Equestr. n. 92. pag. 744. juxta impress. Salisburgi Typis Jo. Josephi Mayr anno 1729.*
8. Iisdem Equitibus præscripsit Vestem rubram similem Camerariis Sumi Pontificis deferendam in die Coronationis Summi Pontificis; nigram vero in exequiis ejusdem. Ulterius in Tesse-
9. ram statuit Torquem aureum, à quo Numisma penderet continens Imaginem Divi Petri ex una parte, in altera verò parte Insignia Summi Pontificis, qui Torquis collo appensus ante pectus gestaretur: *d. Bonanni d. n. 45.* Forma verò Torquis, & Numismatis videri potest penes *d. Bonanni d. n. 95., & in Generali Collectione omnium Insignium Equestrium* apud eundem *Bonanni pag. 158. n. 85., & 86. d. Pater Fontana d. pag. 382.*

Eques autem cum Veste, ac d. Numis-
10. mate videri potest apud eundem *Bonannum d. n. 95. Collectorem Gallum tom. 4. pag. 118.* infra allegan-
11. dum. Ordinem hunc confirmatum fuisse à Paulo III. testatur *d. Pater Bonanni d. n. 95.*, ubi notat, quod plura ex dictis Privilegiis revocavit Sanctus Pius V. anno 1540. *d. de Nicollis* ubi supra *n. 92.*, & sic sui Pon-
12. tificatus anno sexto Paulus III. Summus Pontifex Collegium de suo nomine ducentorum Equitum instituit sub invocatione Sancti Pauli Apostoli; cumque iidem bis centum Equites solvissent Pontifici bis centum millia scuta in subsidium Status Ecclesiastici, eosdem Participantes constituit, insuperque eosdem prærogativis exornavit, Privilegiisque ditavit; perpetuos proinde Commensales declara-
13. vit, inter Nobiles Familias adnumeravit, cum facultate in eorum Gentilitiis Armis Lilia etiam Farnesiæ suæ Domus addendi; facultatem habendi Pensiones Ecclesiasticas usque ad
14. summam ducentorum scutorum concessit, quamvis consimili facultate fruerentur, si etiam essent aggregati
15. Collegio Equitum Sancti Petri, eiusque Collegii Privilegiis gauderent, & de hac Unione vide infra *n. 20.* Iisdemque Militibus Vestem lugubrem gerendam die obitus Pontificis, rubram verò die ejusdem Coronationis,

& in

& in specialem Tesseram, jussit, quod in parte sinistra dictæ Vestis apponeretur affixa figura Brachii nudi Ensem districtum tenentis, quod insigne
16. à nullo alio deferri potest sub pœna Excomunicationis, ac mille aureorum: statuit enim, quod sicuti
17. Crux alba est Tessera Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, ita Brachium antedictum cum Ense essent Insignia hujus Ordinis; & prædicta omnia habentur exposita per *d. Patrem Bonannum d. n. 93. d. Laurentium Vigilium de Nicollis in d. sua Prax. Canonica, seu Jus Canonicum tom. 2. sub lit. S. §. Notitia, & series Ordin. Equestrium n. 90. Dominum Jo. Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha in Corollario omnes Ordines continente pag. 316. impress. in calce tractatus ejusdem Auctoris, Adnotationes Historice de Origine Ordinis Aquila Alba in Regno Polonia impress. Colonia apud Adamum Cholinum* 1730.
18. Togæ prædictæ forma videri potest cœlata penes *d. Bonannum d. n. 93. Collectorem Gallum tom. 4. pag.* 118. infra allegandum.

Quemadmodum etiam forma d. Tesseræ
19. penes eundem *Bonannum d. n.* 93. & in Generali Descriptione omnium Insignium per *d. Bonannum* relatarum *pag.* 157. *n.* 83. *d. Collectorem Gallum d. tom. 4. pag.* 118.

Utque præmisimus, d. Summus Pontifex
20. Paulus III. ne memoria prioris Ordinis deperiret, ambos Ordines in unum reunivit, qui proinde vocatur Ordo Sanctorum Petri, & Pauli, sicuti notat *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 4. §. 87. les Chevaliers de S. Pierre, & de S. Paul à Rome an.* 1520., *&* 1540. *pag.* 118. *Comes in Koden Sapieha d. pag.* 316. *Pater Mendo de Ordin. Militar. disq. 1. quæst.* 21. Vigore hujus unionis dic. Pontifex Maximus sub Patrocinio Gloriosorum Principum Petri, & Pauli Apostolorum Equestribus Insignibus Equites decoravit. Porro Tessera est
21. Numisma Imaginem dictorum duorum Sanctorum Petri, & Pauli præseferens, à Torque aurea pendens, cujus forma habetur apud *Abb. Justinianum Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. parte seconda cap. 35. §. Cavalieri di S. Pietro, e Paolo pag.* 555.

Equitum hujus Ordinis obligatio ver-
22. sabatur in Christiana Fide tuenda contra Infideles: *d. Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 15. quæst. 2. §. 26. n. 53. Justinianus pag.* 556. ubi inquit, quod tractu temporis extincta remansit hæc Militia, perdurante solum in officiis vacabilibus Cancellariæ Apostolicæ.

Gradum hunc Equitis conferendi jus ad
23. Summum Romanum Pontificem spectat, & ab eodem Summo Romano Pontifice ad hæc usque tempora distribuitur, ut notat *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 316. Series itaque magnorum Magistrorum in Romanis Pontificibus sistens, tradita à Nobis est in Catalogo Romanorum Pontificum relato in calce Discursus nostri de Ordine *JESU CHRISTI Pontificio*.

Diximus, Militiæ hujus censum perdu-
24. rare solum in Officiis vacabilibus Cancellariæ Apostolicæ; quæ pretio emuntur; & hic transcribimus quod scriptum reliquit *Franciscus Sansovinus in Libello della origine de Cavalieri lib. 1. sub §. Chi faccia Cavalieri pag. 11., juxta impressionem Venetam Hardum di Marchio Sessa* 1570., quod scilicet Summus Pontifex citra dubium veros Equites, & Dignitate Equestri pollentes creat;

creat

creat autem alios Equites solutione pecuniarum, hoc est, cum venditione Officiorum vacabilium: ibi - *Il Papa parimente fa Cavalieri per Dignità, siccome anco gli altri Principi: crea anche un' altra sorte di Cavalieri, ma per denari, i quali prendono spesse volte il nome da quel Pontefice, dal quale essi sono fatti, perciocchè vi sono i Cavalieri di S. Pietro, di S. Paolo, i Cavalieri del Giglio, Iulii, Cavalieri Pii, Lauretani, e simiglianti.*

DISCURSUS CLXXXIV.

QUERCUS

ARGUMENTUM

Et Summarium non apponitur.

CElebris Regii Gothorum Sanguinis Princeps, & subinde Navarræ tandem Rex Garzias Ximenes, qui primum Bellorum exercitio strenue addictus, plures de Infidelibus gloriose reportavit Victorias, postmodum abdicato Armorum studio se abdidit in Deserto, ac solitudine, ut Vitam Ereminicam ageret. Verum anxio populorum impulsu, ut Patriam à sævo Maurorum Jugo liberaret, iterum Bellicam Provinciam resumpsit; cumque Exercituum Dux Militares acies contra Mauros disponeret, elatis ad Cœlum oculis apparuit illi lucida Crux supra Quercum, quam adstantes Aligeri venerabantur, quod portentum in futuræ Victoriæ signum cœlitus datum agnoscens, se Militesque suos salutari Tessera munivit, initoque certamine Mauros profligavit, & Patriam liberavit, titulumque primi Regis Navarræ promeruit Garzias, qui ut hujusmodi optime rei gestæ, & cœlestis beneficii Monumentum firmaretur, & ad Posteros transiret, anno 722. regnante in Vaticano Gregorio Secundo, Equestrem Ordinem instituit hispanice dictum *Dela Enzina*.

Equitibus in Tesseram præscripsit Crucem liliatam rubram Quercui impositam, quæque assuta erat albo brevique indumento, quod in Prælio gerebant Milites; *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst 4. n. 94. Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. parte prima cap. 10. pag. 102. cum seqq juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù anno 1692. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 97. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 1. §. les Chevaliers Du Chene à pag. 194. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721, ubi, quod id evenit vel anno 718., vel 722. *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario omn. Ordin. in verbo* Quercus Ordo *pag. 317. quod est impressum in calce Tractatus ejusdem Auctoris*, cui titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Coloniæ Adami Cholini 1730. Petrus Franciscus Bergamaschi de Equitibus Auratis, & de aliis Ordinibus in verbo* Con Garzia *pag. 51. juxta impress. Taurini Typis Dominici Paulini 1698.*

Quod dicta Crux rubra fuerit ad instar Crucis de Montesa, subdit *d. Mendo* ubi supra *d. n. 94.*

Et quidem d. Crux expressa erat in actu *di fiorire sopra una Quercia*, quemadmodum miraculose apparuit ante-

nullis profugis Hispaniarum Nobilibus, per eos ad Equestrem Dignitatem evectis, & in Ordinem congregatis, qui signo cœlestialis Crucis Mauritanos sæpissimis Custodibus devicerunt.

Hinc tollitur id quod scribunt aliqui, parum perdurasse Ordinem Quercus, & illum esse extinctum notat *d. P. Mendo d. disq* 4. *quæst.* 4. *n.* 44. Nam id verum est, quatenus consideretur hunc Ordinem fuisse de novo institutum: si autem consideretur ut simplex restauratio Ordinis Constantiniani in Hispania, ut ostensum est, hic instauratus Ordo Constantinianus adhuc perdurat; suppositoque hoc Ordine, jam Catalogus magnorum Magistrorum habetur in calce Discursus super eodem Ordine Constantiniano registrato in præsenti Volumine Discur. 73.

DISCURSUS CLXXXV.

REDEMPTORIS MUNDI SEU SANGUINIS PRETIOSISSIMI D. N. J. C.

ARGUMENTUM

Narratur Historia Divini Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi, ejusque translationis Mantuam per Divum Longinum peractæ: & referuntur Doctorum Disputationes super eodem Sanguine.

Describitur fundatio Ordinis Equestris Militaris sub invocatione Redemptoris Mundi, seu Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi peracta à Vincentio Gonzaga Duce Mantuæ, cujus Ordinis Equites sunt viginti, ipseque Dux Vincentius, & Successores ejus in d. Mantuæ Ducatu constituitur magnus Magister, & Caput Ordinis.

SUMMARIUM

Mantua Civitatis laudes tanguntur, & præcipue ob Guttas illas Sanctissimi Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi, & n. 2. 3. 4. 5., & 6.

2. *Laudatur P. Didacus Curado Lusitanus. Historia delationis Sanctissimi Divini Sanguinis Redemptoris Nostri ad Mantua Urbem, & revelationis loci ubi fuerat absconditus. Miracula patrata ab eo recensentur.*

3. *Item comprobatur cultus ejusdem Divini Sanguinis.*

5. *Divi Longini Vita Series, & delatio Divini Sanguinis ad Civitatem Mantua*, & n. 6.

Quot inter Scribentes fuerint excitatæ quæstiones super hujusmodi Sanguinis Guttis, n. 7., & 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

19. *Ordo Equester Militaris sub titulo pretiosissimi Sanguinis D. N. J. Christi, seu Redemptoris, institutus fuit anno* 1608. *à Vincentio Gonzaga Duce Mantuæ, qui se ipsum, & Successores Duces Mantua statuit magnum Magistrum, & Caput Ordinis.*

20. *Institutio Ordinis quomodo fuit peracta*, & n. 21.

22. *Confirmatus fuit hic Ordo à Paulo V. Summo Pontifice*, & n. 24.

23. *Statuta Ordinis in quibus præcipue consistant.*

Series eorundem refertur.

24. *Equitum numerus est viginti Nobilium*, & n. 25.

26. *In institutione solum quatuordecim creati fuere.*

27. *Nomina Equitum in fundatione creatorum sunt ibi enumerata.*

28. *Virtutes Equitum in fundatione creatorum à quibus describantur.*

29. *Insignia Ordinis, & Torques quæ sint*, & n. 30.

31. *Fi-*

31. *Figura d. Torquis apud quos habetur.*
32. *Figura Equitis d. Habitu, & Torque induti, à quibus referatur.*
33. *Magnorum Magistrorum Catalogus habetur in calce.*

DISCURSUS CLXXXV.

REDEMPTORIS MUNDI SEU SANGUINIS PRETIOSISSIMI D. N. J. C.

INter præcipuas Italiæ nostræ Urbes Mantuæ Urbs emicat, quæ loci natura, illo ex Mincii Fluminis exuberantibus Aquis Laci Vallo, inimicorum ad Urbem violentum accessum
1. præcludente, & Murorum structura, totius Italiæ munitissimum semper fuit, & est propugnaculum. Ædificiorum præterea magnitudine, Populi frequentia, Nobilissimarum Familiarum splendore referta est, sed potissimorum Divorum Patrocinio suffulta, ac tandem pretiosissimo illo Divinoque locupletata Thesauro, ac tutissimo præsidio suffulta & munita, hoc est Sacrosancto Divini Redemptoris nostri Jesu Christi Sanguine.

Unde jure lętanti corde clamamus: *Redemisti Nos Deus in sanguine tuo.* Nos revera undequaque felices tanto cruore redempti, cujus una stilla salvum facere totum Mundum quit ab omni scelere, sed nostra copiosa fuit apud Deum Redemptio; constat quippe ex Asceticorum scriptis, Christum Dominum, in ipso solum Passionis tempore in flagellatione flagellorum ictibus quinque millibus percussum, & ex illis Divini Sanguinis Guttas profluxisse bis centum, & triginta mille ac quinque, ut cœteris omissis refert Vir Doctus, & Religiosus, nosterque dum Ulissiponæ mora-
2. bamur Amicus *Pater Didacus Curatus Lusitanus, & Religiosus Congregationis S. Philippi Ulissipona in suis idiomate Lusitano Concionibus elegantibus impress. Roma Typis Autonii Rossi 1720. pag. 395.* ibi *Paraque forað Jesu meo cinco mil, e tantos açoytes. Paraque foraò duzentus, e trinta mil e cinco Gottas de Sangue, que elles tirarao pues Senhor, por estes açoye por este Sangue havei de Nos misericordia.*

Quapropter Sanctus Andreas Apostolus videns Devotos Divini Sanguinis veneratores tanto Thesauro carentes ab-
3. sque debito cultu, revelare dignatus fuit Divo Adelberto locum, in quo abscondita fuit portio d. Reliquiæ, in sua videlicet Ecclesia; hujusque rei Veritas innumeris fuit comprobata Miraculis. Leo Nonus Summus Pontifex anno 1048. recognovit, secum particulam detulit, Urbem Romam dicaturus: varii præterea Imperatores ad eundem adorandum accesserunt anno 1055. Henricus III., & anno 1354. Carolus IV. qui nonnulla Privilegia indulserunt d. Ecclesiæ Sancti Andreæ.

Anno autem 1492. una Divini hujus Sanguinis Gutta, quam Franciscus Gonzaga anno 1492. dono dedit Mariæ Vicecomiti, in Civitate Papiæ amicitiam, & confœderationem inter prænominatos Duces conciliavit.

Rursus in Concilio Mantuano anno
4. 1459. præsente Papa Pio Secundo, comprobata fuit veritas rei; & ita Civitas illa Papiæ habuit facultatem exponendi semel in anno Sacram Reliquiam. Series hucusque relata habetur

habetur apud *d. Ab. Justinianum Historie Cronologiche degli Ordini Militari ec. par. seconda cap. 83. pag. 821. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Non 1692.*

Ubi subdit - *Da ciò nacque che Iddio Signore non permise, che l'altra Portione sotterrata in San Paolo restasse più occulta, contiosiache amò, che nel 1479. dopo 556. anni di occultatione si notificasse al Mondo con infiniti Miracoli.*

Tibi ego fortunatissima Urbs Mantuæ,
5. cui superno munere sors contigit retinendi tres illas pretiosissimas Divini Sanguinis Guttas, quas ex Christi Domini e Cruce pendentis aperto latere Lanceæ ictu profluentes Divus Longinus Martyr recollexit, ac successive ad Mantuam detulit, sicut memoriæ proditum est, & antiquissima monumenta liquido de illis testantur, & tradunt infra allegandi, quos inter non omittendus *Co. Rodulphus Campeggi* in suo heroico Poemate, cui titulus - *Le Lagrime di Maria impresso Bononiæ Typis Pellegrini Golfarini anno 1620.* ubi *Cantu 13. Stan. 85.* loquens de S. Martyre Longino, sic canit

E di lungo camin si volle esporre
A cento angustie, ed a perigli cento;
Per venir ove fra smeraldi corre
Serenissimo il Mincio acque d'argento;
Perchè nel patrio suol brama riporre
(Che lungi vede nel futuro intento)
Il Sangue pretioso, onde orni poi
Un giorno il petto a mille chiari Eroi.

Pretiosissimum Catholicę Religionis no-
6. stræ Monumentum Mantuæ Civitati detulit Gloriosissimus Martyr Divus Longinus, qui aperto latere Christi Domini ictu Lanceæ, Sanguinem, qui ex eodem exivit, & effluxit devotissime recollexit, sicque secum transtulit, & cum Mantuam adivisset, Sacram illam Reliquiam, attenta illorum temporum infelici conditione, sub terra abscondit eo adamussim loco, in quo nunc adest Ecclesia Sancto Andreæ Apostolo dicata. Successive tempore Caroli Magni Imperatoris Occidentis tam magnus Thesaurus repertus fuit: quapropter Leo III. Pontifex anno 804. cum petiisset Mantuam, ut eandem Sacram veneraretur Reliquiam, partem ejusdem Imperatori largitus est.

At postmodum Barbarorum incursionibus misere etiam Italia nostra fœdata, & desolata remansit, & sic etiam Mantuæ Urbs anno nostrę reparatę salutis 923. non tamen defuere in ea Populi Religionis Zelo ardentes, qui Reliquiam illam mirabilem servare studuerunt, illius partem abscondere satagerunt iterum sub terra, partem scilicet sub Ecclesia Sancti Andreæ Apostoli, & partem sub Ecclesia Sancti Pauli, quorum locorum memoria unius Seculi decursu obliterata remansit.

Magis amplam Divi Longini Historiæ seriem tractat *Pater Donatus Calvi* inferius allegandus; & primo advertit, & perpendit quis fuerit hic Longinus, qui Mantuam Pretiosissimum Sanguinem detulit, & an fuerit idem et Centurio, qui visis in Christi Domini morte patratis miraculis, ad Fidem se convertit, palamque fassus est *Vere filius Dei erat iste.*

Plures quidem Scriptores quoad hujus Centurionis Patriam discordant: alii quippe sustinent illum fuisse Natione Hebræum juxta *Metaphrastem*. Alii ex Cęsarea Civitate Cappadociæ, ut inquit *Dunesmundi in Historia Eccles. Mantuę.* Alii Asiaticum ex Provincia Isauriæ, ut notat *Petrus Natalis.* Alii Romanum fuisse sustinent, quos inter *Pater Ludovicus Longhus in*

sua Soteria. Alii Brutium faciunt: quas diversas opiniones refert *Pater Donatus Calvi Ordinis Sancti Augustini Congregationis Lombardiæ* in suo Volumine cui titulus - *Propri.nomio Evangelico Resol. 79. à pag. 330. cum seqq. juxta impress. Bononiæ anno 1637. Typis Longhi*: *Tilemontius* in Volumine, cui Titulus - *Les Memoires pour servir à l' Histoire Ecclesiastic. tom. 1.* Nota 38. de Sancto Longino *pag. 453. juxta impress. Venetam Typis Francisci Pitteri 1732.* Sed quod fuerit Mantuanus, videtur innuere *d. Co. Campegius* loco supra allegato.

Respectu vero qualitatis dicti Longini, quod ipse fuerit idem Centurio, qui lancea Christi Domini latus aperuit, scribit *Petrus Episcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum lib. 4. cap. 3. Michael de Palatio super Sanct. Joannem*: *Malanius* de Sacra Sindone; *Franc. Collius in Tract. de Sanguine Christi*, ubi illative allegat pro ista opinione *Divum Augustinum in Manuali*; *Bedam in Martyrol. Divum Bonaventuram in Medit. Divum Antoninum in parte prima Chronic. tit. 6. cap. 25.* ex quo prædicti de unico Longino loquantur; & prædicta omnia enumerat *d. Pater Donatus Calvi d. Resolut. 79.* clar. mem. Cardinalis Gotti in suo Volumine, cui titulus - *Veritas Religionis Christianę tom. 4. parte sec. cap. 31. §. 2. n. 24., & seq. pag. 186. juxta impress. Romanam Typis Rocchi Bernabò anno 1737. dic. Joannes Baptista Mantuanus in relatis Carminibus*.

Verum, quod Divus Longinus, qui lancea Christi Domini latus aperuit non fuerit ille Longinus Centurio, qui in morte Christi Domini Divinitatem fassus est illis verbis - *vere filius Dei erat iste* - rationibus late comprobat laudatus *Pater Donatus Calvi d. Resolut. 79. pag. 331., & Resolut. 80 pag. 334.* respondetque contrario §. *Ma con pace*, ubi integram vitæ mortisque seriem ejusdem Centurionis referendo, evidenter ostendit, & demonstrat, hunc Centurionem non fuisse Longinum illum, qui lancea Christi Domini latus aperuit. Constat quippe Centurionem paulo ante mortem Christi Domini fassum fuisse Christum Dominum Virum Justum, & Dei filium; incredibile hinc redditur postea vulnerasse lancea eundem Christum Dominum jam mortuum. Rursus, Sanctum Evangelium quoties de Centurione loquitur, Centurionem nominat; quando autem loquitur de illo qui vulneravit Lancea, Unus Militum ab Evangelista nuncupatur: sic pariter cum constet Militem, qui lancea vulneravit Dominum, fuisse vel totaliter cœcum, vel luminibus diminutum, hoc de Centurione dici nequit, cum ipse attente viderit prodigia in Christi Domini morte patrata. Demum hoc patet ex gestis per eundem Centurionem, & gloriosum ejus obitum. Siquidem Centurio post receptum ab Apostolis Sacrum Baptisma, Divinitatem Christi Domini, & gloriosam ejusdem Resurrectionem prædicare intrepide non cessavit; Pilati, & Judæorum odium proinde ita in se provocavit, ut seculari Militię valedicere statuerit: unde duobus concomitantibus Sociis à Civitate Hierusalem recessit, & Cappadociam Syriæ Provinciam petiit, in qua ipse cum Sociis Christi Fidem disseminare sategit, & ob id Judæi Pilatum nefarie solicitarunt, ut Romam scriberet, & Longinum veluti Cappadocię Seductorem, in Romani Imperii perniciem apud Cæsarem accusaret. Prodiit ab Imperatore Centurionis Longini capitalis condemnatio,

pro

pro qua exequenda statim Hæbrei Sicarios Cappadociam miserunt ad Longinum occidendum, qui vitam solitariam ibidem ducebat. Sicariis itaque Longinum in solitudine degentem quærentibus occurrit ipse Longinus; sed illum minime agnoscentes Sicarii, ab eomet sciscitabantur ut indicaret, quo loci viveret: ipse vero Longinus humanissime Sicarios excepit in suam Domum, & Cœna refecit, ac deinde qua de causa tam solicite Longinum quærerent idem interrogavit Sicarios, qui recepto Juramento de servando secretum, eidem patefecerunt se missos ab Hierosolimis, ut Longinum interficerent. Hinc Longinus Sociis suis re detecta, gaudensque de instante sibi morte amore Christi, bis denuo Sicarios in Domo sua ad Mensam excepit, & tertia die, præsentibus duobus Sociis suis, narravit eisdem Sicariis se Longinum esse quem quærebant ad necem. Obstupuere Sicarii, & humanitatis sensu perculsi, manus in illum iniicere non audebant, & liberum dimittere statuebant: verum iteratis precibus Longini, qui lacrimis expostulabat, ne optatam differrent pro Christi nomine mortem inferre, atque ideo iidem Sicarii caput ei obtruncarunt, & insimul duos ejusdem Socios occiderunt. Delato per Sicarios sacro Longini Capite Hierosolimam, illud Iudæis, & Pilato tradiderunt; hic autem illud Principibus Sacerdotum per jocum, & contemptum ostendit, jussitque in sterquilinio proiici: sed Miraculis Omnipotens Deus Servum suum illustravit, ardentesque faces super locum apparuere; & cum Mulieri Viduæ, quæ oculis cœca erat, idem Sanctus Longinus apparuisset, opera ejusdem inventum fuit sacrum Caput, & insigne patratum fuit miraculum; nam lumen oculorum recepit d. Mulier, quæ palam hos Mundo ejusdem Sancti Martyris Centurionis Longini triumphos patefecit. Reliquias vero ejusdem S. Longini in Ecclesia Sancti Augustini de Urbe asservari scribit *Augustinus Manni in Histor. Select. cap.* 105., quem refert & sequitur *d. Pater Donatus Calvi d. Resolut.* 79.

Jam vero cum ex prædictis constet Longinum Centurionem non fuisse illum, qui Lancea latus Domini vulneravit, sequitur alium fuisse Longinum, qui Lancea mortui Christi Latus aperuit, & revera fuit alius ejusdem nominis Longinus militans sub Centurione prædicto. Quippe Sacer Textus Evangelicus nominans vulneratorem, non nominat Centurionem, sed simpliciter unus Militum.

Hinc Beda in Martyrolog. 15. Martii distinguendo Longinum Centurionem à Longino non Centurione, inquit *Longinus militans sub Centurione Romano, in Passione Domini latus ejus cum Lancea in Cruce aperuit*.

Fuit itaque iste Longinus Miles Asiaticus ex Isauria, atque unus ex centum Militibus Centurioni Longino subiectis, quibus Militibus custodia Calvarii Montis commissa fuerat, hicque Longinus Miles ille fuit, qui Lancea Christi Domini in Cruce pendentis latus aperuit; ex quo continuò exivit Sanguis, & Aqua: *d. Pater Donatus Calvi Resolut.* 80. *per totam*, ubi plures allegat, scilicet *Manni in suis selectis Histor. Marcum Antonium Lualdi de Origine Fidei in Occidente: Hippolitum Donesmondi in Historia Mantuæ: Franciscum Collium* in suo Tractatu *de Sanguine Christi*, licet hic Auctor non omnino concordet in nominando eundem Longinum.

Hunc Longinum fuisse corporeis oculis cœ-

cæcum, inquit *Baptista Mantuanus Vates celebris in fastis*, de quo meminit *d. Pater Donatus Calvi d. Resolut.* 80. *pag.* 335.

Scribunt alii fuisse uno oculo læsum, & ita monoculum: *Sanctus Isidorus*, quem refert *d. Pater Donatus Calvi pag.* 336. *Resolut.* 80.

Alii demum eundem Longinum fuisse caligatis oculis, parumque videntibus: exprimunt sic *Divus Vincentius Ferrerius de Passione Domini: Landulph. de Saxonia in Vita Christ. par. secunda cap.* 64., & cum ipsis aliisque *d. Pater Donatus Calvi d. Resolut.* 80. *pag.* 335.

Magni proinde Nominis Scriptores enarrant, quod cum dictus Longinus caligatos, ut præmissum est, habens oculos, Lancea latus Christi aperuisset, & continvo Sanguis, & Aqua miraculose exiverit, *& per Hastam decurrens pervenit ad manus Militis, & ex contactu visum accepit*: ita loquitur laudatus *Sanctus Vincentius Ferrerius* ubi supra. *Historia Scholastica cap.* 179. habet: *Et qui lanceavit eum, tradunt cum fere caligassent oculi ejus, & casu tetigisset oculos Sanguis Christi, clare vidit. Divus Gregor. Nazianzenus in Tragedia de Christo Patiente* ita loquitur

Fixit Hastam defluentis sanguinis
Tinctam liquore, & ecce ut utraque manu
Haurit, oculosque hoc ungit, hinc ut scilicet
Detergat oculum noctæque cæca obtegit

Divus Isidorus sic habet .. *Longinus latus Salvatoris aperuit, & tactu Sanguinis Christi, cum esset altero oculorum privatus, illuminatus ad extra, & intus lumine Fidei* .. Præfatosque Auctores hanc miraculosam oculorum Longini sanationem, mediante tactu Divini Sanguinis defluentis per Lanceam referentes allegat, & sequitur *d. Pater Donatus Calvi d. Resol.* 80. *pag.* 335., *& seq.* ubi testatur, hanc ipsam Historiam confirmari testimonio innumerabilium Patrum, atque perpetua traditione firmari. Unde comprobat non esse attendendos *Baronium ad Annum* 34. redarguentem eos, qui tradunt eandem Historiam, nec *Collium cap.* 2. vocantem apocripham hanc opinionem. Siquidem *d. Pater Calvi* bene advertit, nullum adduci motivum facti destruens d. communem opinionem, & insubsistentem esse illationem, quam adducit *Joannes Stephanus Menochius in suis Storeis Cent.* 4. *cap.* 42.

Super hujusmodi Historicis Narrationi-
7. bus de Sanguine Domini Nostri Jesu Christi, alias excitatæ fuerunt Discussiones, scilicet: An Sanguis Domini Nostri Jesu Christi in Passione effusus in Triduo Mortis ab Unione Hypostatica exciderit: & utrum aliquis Sanguis à Christo in Passione profusus in Terris manserit, quæ maxima concertatio inter Fratres Minores Sancti Francisci, & Patres Ordinis Sancti Dominici, de qua relata Historiarum serie, & Scriptoribus meminit clar. me. *Cardinalis Petra in Commentariis ad Constitut. Apostolicas tom.* 5. *ad Constitut. XI. Pii II an.* 1., *& seqq. pag.* 187., *& seqq. juxta impress. Venetam Typis Balleoni anno* 1729. ubi plures Historiarum series exponit, & conclusiones additis Auctoritatibus exornat. Negare videtur cum *Divo Thoma par.* 2. *Art.* 2. *ad* 3. *Turrecremat. in ca. invitat. de Consecrat. Dist.* 2. aliique multi.

Aliorum vero opinio est, aliquam par-
8. tem Sanguinis effusi in Passione manere nunc in Terris, quia Pius II. in quadam Extravagante 1461. ad Abbatem Sanctæ Mariæ Xantonensis Diœcesis docuit, non repugnare veritati Fidei asserere Christum reliquisse in Terris

Terris aliquam partem sui Sanguinis
effusi in Passione, ad memoriam &
venerationem ejusdem, & consolatio-
nem Fidelium, quam Bullam vidisse
testatur *Sylvester in Rosa Tract.* 3.
quæst. 31.

Favet huic opinioni *Nicephorus lib.* 1.
9. *Historia cap.* 30. *in fine* asserens
Sanguinem, & Aquam ex latere
Christi profusum in Vasculo quodam
à Virgine, & Sancto Joanne exceptum
& conservatum fuisse.

Platina in Vita Leonis Secundi, qui
refert Pontificem illum profectum Man-
tuam ad visendum Christi Sanguinem,
illum approbasse ut effusum ex cor-
pore Christi tempore Passionis: *Ba-
ronius. qui ad annum* 1204. loquens
de sanguine Mantuę servato dixit,
de hoc non esse amplius dubitandum.

Tandem S. Birgitta, quæ *lib.* 3. *Reve-
lationum*, ait Beatam Virginem sic
eam allocutam fuisse - *Cum tempus
vocationis meæ instaret de hoc Mun-
do Ego ipsam (scilicet præputii)
sacram Membranam commendavi San-
cto Joanni custodi meo cum sangui-
ne illo benedicto, qui remansit in
vulneribus ejus quando depositum
de Cruce*.

Hanc opinionem sustinet *Pater Jo. Bap-
tista Gonet tom.* 4. *Disput.* 9. *de Na-
tura assumptibili*, *& assumpta Dis-
put.* 4. *pag.* 528. *n.* 155.

In hanc videntur etiam inclinare *D. Tho-*
19. *mas quodlibet* 5. *art.* 5. ubi ait
*Sanguis autem Christi, qui in qui-
busdam Ecclesiis ostenditur, dicitur
ex quadam imagine Christi percussa
miraculose fluxisse, vel etiam alias
ex corpore Christi*.

Et quod Guttę Divini Sanguinis, quæ
11. in terris supersunt juxta narratio-
nes, de quibus mentionem faciunt
Scriptores, sunt ad solatium Fide-
lium, quæque non sunt partes inte-
grantes Corporis Humani, non con-
tradicunt conclusioni illi; quod Deus
assumpsit nunquam dimisit; cum hoc
intelligendum sit de partibus inte-
grantibus, ut tradit *Graveson Histor.
Ecclesiastic. tom.* 6. *colloq.* 3. *pag.* 223.
cum seqq. juxta impress. Tinassi 1720.
ubi late perpendit antiquam illam
Disputationem inter Franciscanos,
& Dominicanos, opinantibus Fran-
ciscanis pretiosum Sanguinem Christi
Domini in triduo Passionis effusum,
& in terris manentem, ab unione hypo-
statica excidisse, proindeque cultu
latriæ indignum fuisse; Patribus autem
Sancti Dominici contrarium sentien-
tibus, Christi Sanguinem triduo Mor-
tis fusum unitum fuisse, & proinde
cultu Latrię colendum; super qua dis-
putatione rationes adducit, & refert
Scriptores Franciscanos *d. Graveson
pag.* 225. *cum seqq.* ubi inquit de
ordine Summi Pontificis Clementis VI.
Inquisitorem Aragoniæ, ac Cathalu-
niæ Ordinis Prędicatorum monuisse
quosdam Habitatores in Civitate Bar-
chinonen., qui palam prædicaverant,
quod in Sanguine Christi sparso in
Parasceve non remanserat Divinitas,
nec Sanguis ille erat Deificatus, sic-
que Articulum hunc uti Hęreticalem,
& erroneum publicaret &c., & so-
lemniter condemnaret, quod Inqui-
sitor prædictus fecit.

Rursus refert, quod condemnatus fuit
ab Inquisitore Lombardię Jacobus
Marchianus Minorita cum opportunis
Citationibus &c.

Cumque adhuc non potuerit decidi hæc
12. contentio à Bartholomæo Mauper-
to Brixiensi Episcopo, ipse utramque
partem litigantem remisit ad Sum̃um
Pontificem Pium II., coram quo in
Palatio Apostolico habita fuit celebris
Disputatio in Consessu Cardinalium,
præsentibus ex Franciscanis sex, &
totidem

totidem ex Dominicanis, & inita acerrima disputatione, tandem soluto Auditorio, Pontifex cum Cardinalibus rem per plures dies examimine discussit, ubi major pars sententiam Prædicatorum approbavit: Pauci cum Fratribus Minoribus sensere: Pius quoque Pontifex Maximus ex majori parte fuit; sed non est visum eo tempore fieri Decretum Declarationis, ne multitudo Minorum, cujus erat contra Turcas Prædicatio necessaria, offenderetur: in aliud tempus Decisionem referre placuit, inhibuitque utrique parti de ista Controversia disceptare, prædicare, publice, vel privatim verbum facere, aut alias suadere, donec quid ea de re tenendum esset, à Sede Apostolica fuerit definitum: *d. Card. Petra* ubi supra.

Hactenus narrat prædicta laudatus *Graveson* locis superius adductis, ibique allegat *Franciscum Pegna Commentario 35 in Directorio; Eymeric. Lucam Wadingum in Annalibus Minorum*.

Hinc concludit sæpe allegatus *Pater Graveson pag.* 217. quod in re hac sufficiat verba referre doctissimi Theologi Societatis Jesu, hoc est *Cardinalis De Lugo, qui Disputat.* 14. *de Incarnatione*, ubi hanc quæstionem, quam in præsentia versamus, profundissime tractans, hæc habet - *Cæterum licet ex his fundamentis non possit nota inuri illi Sententiæ (Franciscanorum scilicet) adhuc crediderim hodie, absque aliqua nota defendi non posse, propter verba Tridentini Sess. 24. cap. 3. in quibus definitur in Eucharistia Sacramento esse corpus, sub specie Panis, & Sanguinem sub specie Vini, animamque sub utraque vi naturalis connexionis, & concomitantia, qua partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, nec amplius moritur, inter se copulantur: in quibus verbis, ut vidimus, Sanguis dicitur esse pars Christi Domini; ex quo per bonam consequentiam infertur, vel Sanguinem debuisse subsistere, vel si habuisset aliquam subsistentiam propriam creatam in Christo, non fuisse solam subsistentiam Verbi, sed aliam etiam creatam, partialem &c. Hinc eadem fere certitudine sequitur, Sanguinem effusum in triduo mansisse hypostatice unitum Verbo; sicut enim Corpus mansit unitum Verbo, eo quod erat pars ejus humanitatis; ita Sanguis, qui non minus erat pars, ut vidimus, nec minus reassumendus iterum in Resurrectione, debebat propter eandem rationem manere unitus, quia non potest afferri ratio discriminis sufficiens inter carnem, & sanguinem, cum utraque sit vera pars naturæ humanę &c.*

Quibus Cardinalis de Lugo transcriptis verbis per *Graveson pag.* 218. idem *Graveson* subiungit - *Sic Doctissimus ille Cardinalis Sententiam Dominicanorum strenue tutatur, & contrarium absque aliqua erroris nota post Concilium Tridentinum defendi haud posse, solida ratione evincit.*

Idemque *Graveson pag.* 219. ex præmissis firmam agnoscendo conclusionem Dominicanorum, Sanguinem Christi in triduo Mortis mansisse unitum Verbo Divino, illumque totum Corpori Christi in Resurrectione fuisse restitutum, de medio tollit difficultatem, quæ arguendo iterum proponitur, quod non remanserit in Terra ulla Divini Sanguinis Gutta: nam optima ratione respondetur, Sanguinem Divinum in terra existentem esse vestigium Sanguinis Christi servatum ad solatium Fidelium, quemadmodum comprobat antedictus *Graveson*.

Et quod Guttę Divini Sanguinis, quæ

in

14. in terris supersunt, juxta narrationes, de quibus mentionem faciunt Scriptores, sint ad solatium Fidelium, quæ non sunt partes integrantes Corporis humani, non contradicunt conclusioni illi: quod Deus assumpsit nunquam dimisit: juxta notissimum *Damasceni Axioma*; cum solum intelligendum sit de partibus integrantibus, & non de eorum particulis, & maxime de illis, quæ non sunt necessariæ ad integritatem Corporis Christi Resurgentis, ut solide explicat *Gonet in Manuali Thomistarum, seu Brevi Theologiæ cursu Tractat. 1. De Incarnatione tom. 5. §. 3. pag. 416. juxta impress. Patavii Typis Seminarii apud Joannem Manfrè 1704. d. clar. me. Eminentiss. Petra n. 12. d. Graveson d. tom. 6. Colloq. 3. à pag. 223. cum seqq. juxta impressionem Romanam Typis Tinassi 1710.*

Ob id Superno Dei munere plura sunt Ca-
16. tholico in Orbe loca, in quibus hujusmodi Thesauri Divini Sanguinis naturalis Guttæ reperiuntur, de quibus loquitur *d. Pater Gonet* superius allegatus, & Loca enumerat, in quibus hujusmodi Sanguis magna colitur Veneratione, mentionem faciens de sacra
17. Sindone Taurinensi, & Bisuntina, qua Corpus Christi Domini mortuum involutum fuit: de Veronicæ Sudario, in quo Christus effigiem vultus sui sanguinolentam expressit, demum de Ampulla illa Vitrea, quæ in Ecclesia Sanctæ Magdalenæ apud Sanctum Maximum servatur, in qua sæpe sæpius visus est in die Parasceves circa horam exitus Salvatoris ebullire: *Gonet pag. 413.*

Potissime autem Scriptores verba faciunt
18. de Sacra Sindone quæ publicæ servatur Venerationi in Civitate Augustæ Taurinorum. De hac, & de cœteris Divino Christi Domini Nostri Corpore inflictis Plagis sanguineis plene, ac eruditissime, ac religiosissima methodo agit, & distincte contemplatur hominem. *Alphonsus Paleotus Bononiæ Archiepiscopus in piissimo illo Tractatu Typis impresso Bononiæ apud Hæredes Joannis Rossi anno 1599.* cui titulus *Esplicatione del Sacro Lenzuolo ove fu involto il Signore, e delle Piaghe in esso impresse col suo pretioso Sangue confrontato con la Scrittura Sacra, Profeti, e Padri con pie meditazioni de' Dolori della Beata Vergine.* Ubi cap. 1., & 2. seriem exponit Historiæ, quomodo Sacrum hoc Linteum devenerit ad Regiam Sabaudiæ Domum, hancque etiam historiam eleganti Carmine recenset prælaudatus *Co. Rodulphus Campeggius cant. 14. stan. 62., & seqq.* supra relato Historico Poemate, ubi sic

Or questo Drappo, in cui Cristo col Sangue
Di se medesmo la figura impresse,
Che il Capo, il Seno, i Piedi, il Tergo esangue,
E le Mani, e le Braccia in tutto espresse,
Quando il Trace crudel l'infernal Angue
L'ultimo Costantin vinse, ed oppresse
Del gran Luigi, che lo Scettro tenne.
Dell'invitta Savoja, in poter venne.

Quibus ad eruditionem quodammodo præmissis, aggredimur jam Equestris Ordinis Institutionis Historiam. Claræ memoriæ Vincentius Gonzaga Quar-
19. tus Mantuæ Dux, & Montis Ferrati Secundus, in honorem tam insignis Monumenti Divini Sanguinis nostri Redemptoris Jesu Christi, ac illius gloriam, & in argumentum Serenissimæ Familiæ suæ Gonzagæ venerationis, & cultus ob repetita Miracula, nec non splendorem totius Nobilissimæ suæ Ditionis, novum Militarem, & Equestrem Ordinem anno 1608. instituit sub denominatione Redemptoris Domini nostri Jesu Christi

sti, & Divini ejus Sanguinis, ut ipse Fundator se expressit in exordio Statutorum dicti Ordinis, quæ per extensum refert *Justinianus Istorie degli Ordini Militari ec. parte secon d. cap 83. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù 1693. pag. 823. Pater Fontana Istoria degli Ordini tom. 8. cap. 65. pag. 454. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739. *Pater Antonius Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani in ejus Opere*, cui titulus *Breve Notitia Istorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag 85. Augusta Taurinorum 1695. Typis Dominici Paulini impressoris Rev Cam. Apost*

Addimus *Patrem Honoratum à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Dissertat Historiques sur la Chevalerie &c. lib. 1. Dissert. 7. art. 2. pag 141. juxta impressionem Parisien. Typis Petri Francisci Giffart 1718. Hermant tom. 2. cap 45. pag. 453., & seq. Laurent. de Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. in §. Notitia Ordin. Equestr. n. 100. pag. 745. juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Mayr 1729. Jo. Fridericum in Koden Sapieha Equitem Aquila Alba in suo Corollario omn. Ordin. impress. post Tractat. ejusdem Auctoris de Ordine Aquila Alba in Verbo Sanctissimi Salvatoris pag. 321. Typis Adami Colini impress. Coloniæ 1730.* Volumen - *Li Sovrani del Mondo* sub titulo *Degli Ordini di Cavalleria in § Ordine Militare del Sangue Prezioso pag. 295. juxta impressionem Venetam Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin*.

Seque, & Successores suos in Mantuæ Ducatu constituit magnum Magistrum & Caput Ordinis, ut notat *d. Justinianus pag. 823. Joannes Soranzo L' Idea del Cavaliere parte prima pag. 177. juxta impress. Mediolan. Typis Petri Martini Locarni 1609. Hermant d. pag. 432.*

Occasione itaque etiam Nuptialium Festivitatum, ob Matrimonium initum
20. inter Principem Hæreditarium Franciscum Gonzagam ejusdem Ducis Mantuæ filium Primogenitum cum Margarita Sabaudiæ anno 1608. laudatus Vincentius Gonzaga Mantuę Dux IV., ac Montisferrati d. Equestrem Ordinem fundavit, resque peracta fuit magnifica pompa; nam d. Dux Mantuæ Ordinis Fundator die Solemni Pentecostes primo loco in sua privata Capella Ducali è manibus clarę memoriæ Cardinalis Ferdinandi Gonzagæ filii ejusdem Ducis Vincentii Habitum Ordinis suscepit, quo induto, præclara Nobilium totius Civitatis, ac etiam exterorum sociatus Corona, se contulit ad Ecclesiam Sancti Andreæ nobilissime exornatam, sicuti narrat *d. Abb. Justinianus* ubi supra allegatus *allegata pag. 822., & seqq. d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 245 Histoire des Ordres de Chevaliers, juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. d Hermant d. pag. 452. Pater Fontana in Histor. Ord. Equestr. ex Gallico idiomate in nostrum translata tom. 8. cap 65. pag. 434. juxta impress. Luca Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739. d. Pater Honoratus à Sancta Maria* ubi supra : *d. P. Bergamaschi* ubi supra.

Hic autem *Fontana*, & *d. Collector Gallus d. tom.* 4. erronee Ecclesiam Sancti Andreæ dicunt esse Cathedralem, cum Ecclesia Cathedralis Mantuæ sit sub Titulo *S. Petri*.

Dux Vincentius in Ecclesiam ingressus, recto itinere adivit Altare ad adorandum
21. Sanctissimum Sacramentum, subinde

de

de cum jam ad d. Ecclesiam convenissent tum Principes Serenissimæ Domus Gonzagę, tum Candidati omnes ad Equestrem Gradum provehendi, quique Statutorum lectaram audiverant, & eorundem observantiam promiserant, omnes & singuli juxta illorum graduationem vocati fuerunt, quos Cæremoniarum Magister excepit, & ducti ad Principem à Fęciali Internuncio Ordinis, & ut appellatur *Araldo*, hoc est, ut explicat Vocabularium *della Crusca* in verbo *Araldo - Chi porta le disfide delle Battaglie, e le conclusioni delle Paci, e che manifesta a' Popoli i Comandamenti de' Principi, e de' Magistrati*, ante dict. Ducem Vincentium ducti, ad illius genua procubuerunt, ut admissionem ad Ordinem obtinerent: quam obrem Cancellarius Ordinis primo Candidato sic dixit - *Dux noster Magister, attentis vestris meritis vestroque zelo pro conservatione ejusdem Serenissimi Ducis Vincentii, statuit Vos aggregare Nobilissimo Equestri Ordinis Divini Redemptoris: sed antequam Torquem tradat sciscitatur, an velitis observare Statuta Ordinis*: Cumque affirmative respondisset, & se paratum pręstare Juramentum, Secretarius Ordinis Sacrum Evangeliorum Librum Duci Vincentio porrigit; cumque manu tangeret Eques, Secretarius inquit - *Jurate igitur tueri juxta vires vestras Religionem Catholicam, Dignitatem Summi Pontificis, & Celsitudinis d. Domini Ducis Vincentii, quodque ceteros Equites de prædictis certiorem facietis; quod Vos honorem defendetis Mulierum Nobilium, honorem Viduarum, Orphanorum, & Pupillorum, Capitulis Ordinis, ac Solemnitatibus solitis diebus præsentes quando fueritis moniti; quod in Capitulo manifestabitis omnia quæ facere possunt ad conservationem Ordinis, quod in his solemnitatibus omnia pręstabitis quæ Statuta præscribunt; quod itinera non incipietis extra Italiam absque magni Magistri notitia; Quod quotidie Sanctum Missæ Sacrificium audietis si poteritis, & Orationes à Statutis præscriptas recitabitis; quod post obitum vestrum, & in casu quo indigni gestare Torquem Ordinis fueritis declarati ob proprium delictum, Vos magno Magistro eandem Torquem restituetis; quod omnia, quæ in Statutis præscribuntur exacte adimplebitis, quodque fideles eritis vestro Principi*.

Ad prædicta omnia cum responsum successive dederit quilibet Eques. *Ita ego juro*. Cancellarius Ensem tradidit Duci Mantuæ, qui leviter ter terga Equitis percussit, ad instar illum feriendi, dicendo: *Dei Filius Redemptor noster te faciat bonum Equitem*: quibus peractis osculari fecit, ut dicitur, *Il pomo della Spada*; Eques respondit *Amen*.

Successive Fæcialis, sive *il Re d. Armi*, sive *Araldus* Torquem Ordinis magno Magistro tradidit, & hic illam super caput Equitis imposuit dicens: *Il nostro Redentore vi accordi la Grazia di portare questa Collana per suo servitio, l'esaltazione della Santa Chiesa, e l'onore dell'Ordine, con l'accrescimento, e la lode de' vostri Meriti, in nome del Padre, del Figliuolo, e dello Spirito Santo*.

Eques surgens osculatus est manum Ducis Mantuæ, deinde ad suum locum perrexit.

Eadem methodo admissi fuerunt cœteri Equites. Prædicta videri possunt apud *d. Abb. Justinianum d. cap. 83.* per totum: *d. Collectorem Gallum in Historia Ordinum Equestrium tom. 4. de Ordin. Relig. Redemptoris, seu* San-

Sanguinis pretiosi Domini nostri Jesu Christi à pag. 245. cum seqq. juxta d. impress. Amstelodami: *d. Hermant* ubi supra.

Quibus peractis deventum fuit ad complementum Operis mediante solemni Cantu Hymni Ambrosiani, hoc est *Te Deum Laudamus*, ac Vespere recitato, & Populo ostensa Sacratissima Reliquia, Dux magnus Magister cum novis Equitibus Processionaliter ambulavit per Ecclesiam, & in Porta ejusdem solemnem deposuit Vestem, & Torquem retinuit, & sic Equites se contulerunt ad Aulam Principis: *d. Justinianus d. pag.* 825.

Ordinem hunc fa. mem. Summus Pon. 22. tifex Paulus V. approbavit in sua Bulla continente Statuta ejusdem: d. Volumen – *Li Sovrani del Mondo sub pag.* 296. Præcipua autem capita eorundem Statutorum sunt, quod Equites obstricti sunt eorum vitam exponere in Defensam Ecclesiæ, & assistere Negotiis Sanctæ Sedis, ac Fidelitatem jurare in manibus supremorum Principum eorundem, ac protegere Viduas, & Orphanos.

Series Statutorum hujus Equestris Ordinis per extensum legitur apud *Soranzum* superius allegatum, & *Justinianum à pag.* 824. ibi

I. ,, Primieramente, perchè l'Istituzione è fatta a maggior accrescimento della Cristiana Pietà dei Cavalieri verso Iddio, e della fedeltà ai Principi loro naturali Signori, devono sopra ogni cosa proporsi quelli che saranno eletti l' unione, e fratellanza dell'Ordine, l' onore di Sua Divina Maestà, e della Chiesa Cattolica Romana, e la difesa dell' Autorità, e Dignità del Sommo Pontefice, come anco la fedeltà, ed obbedienza dovuta ai medesimi Principi Naturali, dai quali, quando fossero impiegati in qualche loro Servitio, doveranno essi con segno di osservanza darne parte al Capo dell' Ordine.

II. ,, Saranno tenuti i Cavalieri portare il Collare le Feste Solenni, che sono le due Pasque; il Natale di Nostro Sig.; la Circoncisione; e l' Epifania; la Festa del Corpo del Signore; tutte le Solennità della Vergine, e degli Apostoli; il Giorno dell'Invenzione della Reliquia del Sangue; ed il Collare maggiore lo porteranno sopra la Cappa, e Manto il giorno dell' Ascensione, e quello dell' Anniversario dei Cavalieri defonti.

III. ,, Douranno i Cavalieri difendere ad ogni loro potere l' onore dell' Ordine, e di ciascheduno Fratello di esso, con obligazione di rivelare al Gran Maestro, ed alla Congre. zione, se alcuna cosa si fosse machinata contro, o fosse detta in disonore di qualcheduno dei Fratelli, quando con buon termine, e per via amorevole non potesse isgravare il Fratello di tale maledicenza.

IV. ,, Se alcuno de' Cavalieri incorresse (che Dio non voglia) in qualche errore di eresia, o di lesa Maestà, o facesse altri atti infami, sia obligato rimandare il Collare al Segretario dell' Ordine, e non facendolo di sua spontanea volontà, sarà privato con pubblico Decreto della Congregazione.

V. ,, Dourà portare la Medaglia per viaggio appesa ad una Collanina d'oro, della fattura, e valore parerà a ciascheduno, ed averà facoltà in congiuntura de' medesimi viaggi, di portare detta Collanina scoperta, ed anco ommetterla a parte

,, parte per qualche pericolo , o ,, sospetto , purchè sotto ai panni ,, porti la Medaglia per divozione ,, del Santissimo Sangue ,

VI. ,, Saranno tenuti i Cavalieri udire ,, la Messa ogni giorno , e se volontariamente , e senza legitima causa lasciassero di farlo , saranno te. ,, nuti dare per elemosina venti sol. ,, di , moneta di Mantova .

VII. ,, Saranno in oltre obligati dire ,, ogni giorno cinque Pater noster , ,, e cinque Ave Maria ad onore ,, delle cinque Piaghe del Redentore, ,, ed uno per la conservazione dell' ,, Ordine , e dei Cavalieri di esso , ed ,, il Venerdì d' ogni settimana di. ,, ranno l' Officio del Santo Sangue.

VIII. ,, Particolare cura dei Cavalieri ,, sarà di onorare , e difendere le ,, Donne , e sopra tutto le Vedove , ,, gli Orfani , ed i Pupilli in qual. ,, sivoglia giusta occasione , luogo , e ,, tempo , ed in ogn'altra cosa pro. ,, cureranno con azioni Cavaleresc. ,, che di mostrarsi degni del nome , ,, ed Ordine che portano .

IX. , Non potrà alcun Cavaliere dell' ,, Ordine far lungo viaggio , massi ,, mamente fuori d' Italia , senza dar. ,, ne parte al Capo , così per l' osser. ,, vanza , che gli si deve , come per ,, ricevere quei comodi e favori , de' ,, quali il medesimo Capo sarà sem. ,, pre liberale a' suoi Fratelli .

X. ,, Se tra i Fratelli occorresse dispia. ,, cere , rissa , o differenza , per la ,, quale potessero venire all' armi , ,, quelli che si troveranno nel mede. ,, simo luogo , o più vicini , faran. ,, no subito ogni loro opera per ac. ,, comodarli , e ne daranno conto ,, alla Congregazione , sopra la qua. ,, le , mentre incontrasse difficoltà ,, nell' aggiustamento, doverà determi. ,, nare quello , che le parerà giusto , ,, ed a tale determinazione i Fratelli ,, rissanti doueranno acquetarsi .

XI. ,, Morendo alcuno de' Fratelli , gli ,, Eredi suoi saranno tenuti nel ter. ,, mine di sei mesi prossimi , se saran. ,, no fuori d' Italia , e di tre , essen. ,, do in Italia , a rimandare il Col. ,, lare al luogo della Congregazione ,, in mano del Segretario , a carico ,, del quale sarà il far aggiustare la ,, ricevuta fatta dal Cavaliere defon. ,, to in sollievo degli Eredi .

XII. ,, Intesa dal Cavaliere la morte d' ,, alcuno dei Fratelli , che doverà ,, essere participata incontinente , dou. ,, rà subito far celebrare dieci Messe in ,, suffragio dell' Anima del defonto ,, Fratello .

XIII. ,, Se avvenisse, che alcun Cava. ,, liere perdesse in qualche onorevole ,, impresa il Collare , sarà libero ,, dall' obligo della restituzione , an. ,, zi avvisatone il Gran Maestro, glie ,, ne manderà un' altro .

XIV. ,, Non potrà il Cavaliere , tenen. ,, do l' Ordine del Redentore , piglia. ,, re altr' abito di Religione Militare .

Frater Hypolitus Donesmondi in Historia Mantuę scriptum reliquit, quod
24. d. Dux Vincentius à Summo Pontifice Paulo V. tunc in fundatione facultatem obtinuit creandi viginti Equites sanguine illustres, ultra Principis personam , ut notat *d. Abb. Justinianus pag.* 816. *d. Hermant d. pag.* 434.

Et Franciscus Mennenius in suo Vo-
25. lumine .. *Delizie degli Ordini Equestri pag.* 191. teste *d. Abb. Justiniano pag.* 816. subdit, dictum numerum viginti Equitum esse numerum fixum Equitum dicti Ordinis , & Collegii Equestris.

Verum quidem est, quod in hac prima
26. Equitum creatione quatuordecim solum

solum creavit, quemadmodum inquit *d. Justinianus pag.* 816.

Nomina autem dictorum Equitum sic
27. creatorum sunt. Primus Dux magnus Magister: Secundus Princeps Franciscus ejus filius: Tertius Marchio Julius Cæsar Gonzaga Princeps Imperii, & Bozzóli, Marchio Gonzagæ & Octavus Domini di Pomponesco: Quartus D. Ferdinandus Gonzaga Guastallę Dominus, & Princeps Imperii: Quintus Hieronymus Adorno: Sextus Michael di Palavicino Comes Silvani, di Casale, di Monferrato: Septimus Jordanus Gonzaga Marchio, & Princeps Imperii, & Dominus di Vescovato: Octavus Guido Sangiorgius Marchio di Volpiano, & Comes di Folizzo di Casal Monferrato: Nonus Comes Aleander Bevilacqua Veronensis: Decimus Carolus Rubeus ex Comitibus Sancti Secundi, Generalis Militiarum Mantuę. Undecimus Comes Galeatius Canossa Veronensis, Marchio di Caliano in Monferrato: Duodecimus Marchio Federicus Gonzaga Princeps Imperii: Decimus tertius Comes Franciscus Brembato Bergamasco: Decimus tertius Hieronymus Martinengo Brixiensis Patricius Venenetus: Decimus quartus Latinus Ursinus Romanus Dux Silicis: Decimus quintus Pirro Maria Gonzaga Marchio di Palazzuolo: sic habet *d. Abb. Justinianus d. pag.* 816. *d. Collector d. tom.* 4. *pag.* 147. *d. Hermant d. pag.* 431.

De primis hujusmodi Equitibus à Duce
28. Vincentio creatis in fundatione Ordinis, & bellica eorum virtute loquitur *Joannes Soranzo* in allegato Volumine. *L' Idea del Cavaliere parte prima pag.* 387. in Lyrica illa Poesi Etrusca, quam Latini nuncupant *Ode*, *seu Cantilenam*, & Itali *Canzona*, & *Canzone*, ut videre est in *Vocabulario della Crusca* in verbo *Canzona*, *e Canzone*.

Præscripsit Dux Fundator Torquem, &
29. Tesseram Ordinis ab Equitibus deferendam. Porro Torquis structuram desumpsit Dux Vincentius ab insigni, ut vulgo dicitur *Impresa*, quod antiquitus Marchio Franciscus Gonzaga ejusdem gloriosus Ascendens extulit, hoc est fasciculum virgarum aurearum in quodam Vasculo, quod Nos dicimus *Crogiuolo*, *Correggiuolo*, *vaset. to di terra cotta*, *dove si fondono i Metalli*: sic explicat *Vocabularium della Crusca in d. Verbo Crogiuolo*, quod Vasculum in igne appositum erat, & Lemma aderat desumptum *ex Psalmo* 60. verbis illis: *Domine probasti*. Hinc Dux Vincentius disposuit, ut quędam ovales formæ aureæ, in quibus ex encausto impressa erant Vascula Aurifabrorum, ut dictum est *Crogiuolo*, cum flammis, quæ aureæ formæ cum *d. Crogiuolo* alternative cum aliis consimilibus aureis flammis jungebantur, & in quibus aderant verba: *Domine probasti*; Cui Torqui appensum est Numisma aureum, in quo extollitur Ostensorium demonstrans, quod in eo conservantur pretiosissimę Divini Sanguinis Guttæ Dei Redemptoris; ad tradita per *d. Abbatem Justinianum d. pag.* 827. *d. Hermant pag.* 434.

Dux Mantuę extulit quoque scutum Or-
30. dinis, & Collare illud circumdans, quod Collare conficitur ex quibusdam aureis Parmulis continentibus hęc verba: *Domine Probasti*: alternative dispositis cum Vasculis Aurifabrorum, juxta formam, quam tradit *Abb. Justinianus pag.* 820. *d. Pater Honoraratus* ubi supra, à quo Collare, seu Torque aureum pendit Numisma, in quo sculptum est Ostensorium cum figura

gura dictarum Guttarum; Ostensorium autem à duobus Aligeris substinetur, & circa idem Numisma leguntur verba : *Nihil isto triste recepto*. Porro hoc Collare, seu Torques, amplectitur Stemma Serenissimæ Domus Gonzagæ una cum Stemmate Marchionum Montisferrati, quod adamussim describit idem *Abb. Justinianus pag.* 827. *d. Volumen Li Sourans del Mondo tom.* 4. *pag.* 296.

31. Figura d. Torquis, & Tesseræ habetur apud *d. Abb. Iustinianum d. pag.* 810., *& seqq. Andream Guarini Origine &c. de' Cavalieri pag.* 31. *juxta impreß. Vincentiæ Typis Dominici Amadei* 1614. *Hermant d. pag.* 452. *Bonannum n.* 103.

32. Sic imago Equitis d. Habitu, & Tessera & Torque ornati videri potest penes *d. Abb. Iustinianum pag.* 823. *Patrem Bonannum d. n.* 103. *d. Collectior. Gallum tom.* 4. *pag.* 245.

33. *Series Ducum Mantuæ Magnorum Magistrorum Ordinis Redemptoris.*

I. 1608. Vincentius I. Gonzaga Dux Mantuæ &c. Fundator d. Ordinis Redemptoris, & illius Caput supremum, rexit annos 6.

II. 1614. Franciscus IV. filius Ducis Vincentii, rexit annos 1.

III. 1615. Ferdinandus Cardinalis Frater Francisci, deposuit Dignitatem Ecclesiasticam, & fit Dux Mantuæ, rexit annos 11.

IV. 1626. Vincentius II. Frater Ferdinandi, rexit annos 1.

V. 1628. Carolus I. Gonzaga Dux di Nivers succedit in Ducatu Mantuę, & in magno Magisterio Ordinis Nepoti Consobrino, rexit annos 8.

VI. 1636. Carolus II. filius Caroli I. Ducis Mantuæ, rexit annos 29

VII. 1665. Ferdinandus Carolus Dux Mantuæ, & Caput Supremum Ordinis Redemptoris, & magnus Magister.

Hucusque Catalogum magnorum Magistrorum exponit *d. Abbas Iustinianus pag.* 827., & eodem modo refert *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag* 250., *&* 251. ubi referens d. septimum magnum Magistrum Ferdinandum Carolum Mantuę Ducem, subdit.

1665. FerdinandCharles son petit fils ayant pris le parts de la France, fut chassè delle Etats por les Imperiaux sumis au Bande l' Empire le 30. *Juin* 1708. *& mourut le* 16. *Julet suivant.*

Il etoit le dernier de sa Branche, e depois ce tems lo Empereur n' a donnè a Personne l' Investiture de ce Duchè.

Et antecedenter in corpore Discursus super isto Ordine *pag.* 249. inquit -- *Les Ducs de Mantove de la Maison de Gonzague en toujours etè Grands Maitres de cete Ordre insqu' en l' an* 1708. *que Ferdinand Charles de Gonzague etant mort sans enfans, l' Empereur Joseph s' empara de ce Duchè, & les Troupes Alemandes y sont toujours restèes insq a present, n' y ayant point eu de Ducs particuliers. Le tems fera connoitre a qui ce Duchè sera donnè, & si l' on y maintiendra l' Ordre du Redempteur.*

Cæterum hunc Ordinem esse nobilissimum, & ad illum fuisse semper admissos Viros Nobilitate conspicuos, testatur *d. Abb. Iustinianus pag.* 827.

DIS.

DISCURSUS CLXXXVI.

REGIUS IN FLORIDA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

ERuditus *Abbas Iustinianus* ponit in Florida, sive sit Provincia, sive Insula, quæ est Regio perampla Americę Septentrionalis, sic dicta, eo quod detecta fuerit in solemni die Dominico, in quo apud Nos Catholicos Benedictio Palmarum, vel Olivarum Rami distribuuntur, quæ Dominica Palmarum vocatur quoque Dominica Florum, ut notat *Macer in Hierolexico verbo Palmarum Festum*, & testantur *Ferrarius in Lexico Geographico impress. Patavii per Iacobum de Caderinis anno 1699. pag. 264.*

Idemque *Iustinianus parte secunda sub cap. 93. pag. 864. juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noü 1692.* exponit primo, quod hic similis detegitur *Ordini Auricnlari*, de quo in *Primo nostro Volumine Disc. 38.*

Secundo, quod idem Rex Floridæ, qui indutus incedebat pene totus pelle Cencina alligata humero sinistro descendente subtus idem Brachium sinistrum, & usque ad terram defluente more Clamydis, supra caput autem Avium Pennas gerebat figuram Coronæ efformantes, Capilli vero supra Caput colligabantur, qui retro una cum Avium Caudis decurrebant, auribus appensa gerebat Piscium ossa, quæ Insignia magnum præseferebant Nobilitatis Stigma.

Addit idem *Iustinianus pag. 865.* quod hujusmodi Equestris Ordo communis etiam erat Reginæ solum, & Principibus Regii Sanguinis, unde vocabatur Ordo Regius, ac ibidem refert figuram Regis, & Tesserarum, ac Vestium supradictarum, quemadmodum figuram refert & *Collector Gallus* illam etiam Equitis Auricularis *d. tom 4. pag. 403.*, *ac Pater Bonannus n. 140., & 141., & Lasor in* volumine, cui titulus - *Universus Terrarum Orbis &c. Patavii 1713. apud Io. Baptistam Conzatti tom. pr. pag. 389.*

Et tandem de illis agunt *d. Collector Gallus: d. Bonanni, & Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militairs tom. 2. in Addition. pag. 510. cum seqq.*

Dissimulare tandem non possumus, recensitos Auctores verba facere de his Ordinibus, non sine nominum ęquivocationibus, ac confusione; Nosque in nostro *tom. 1. Disc. 38., & tom. 2. parte 2. Discurs. 172.* processimus cum Relationibus *d. Iustiniani*, sicuti fecimus in præsenti Discursu.

DISCURSUS CLXXXVII.

SANCTÆ ROSALIÆ PANORMI

ARGUMENTUM,

Et Summarium non datur, cum Discursus contineat solum vitæ seriem, & Crucis descriptionem.

NOn ab re Equestri credimus in hac Ordinum Nomenclatura Sanctimonialium etiam Ordinem Sanctæ Rosaliæ Panormi florentem recensere, quippe Religiosæ hujusmodi Equitum more Crucem Habitu assutam

sutam deferunt, dictaque Crux alba est, & octangularis; sicque Auctores preclaram hanc Sanctimonialium Congregationem in Ordinum Equestrium Catalogo apponunt. Motivum autem fundationis d. Monasterii Sanctimonialium sub glorioso Sanctę Rosaliæ Titulo, infra exponemus, & pro integra facti serie opportunum ducimus ejusdem inclitæ Virginis Rosaliæ Vitę narrationem pręmittere. Hęc ex Nobilissimo Genere à Carolo Magno originem ducens, Panormi in Sicilia præclarissima Urbe orta est, ac Divino impulsu ad Montem Quisquinæ nuncupatum quadragesimo circiter lapide à Civitate distantem, eadem nuptiarum die secessit, paternę Domus opibus, delitiisque spretis, spemque majoris amplitudinis ob propinquitatem, & benevolentiam ipsorum Siciliæ Regum majora promittentem posthabens, tetricæ Rupis horrorem & asperitatem unice admavit, intrepideque in Rupem, cui tunc unicus angustusque aditus è superiori loco patebat, ascendit, firma mente in eo antro serviendi Deo, prout ipsamet caracteribus expressit, qui adhuc in eo conspiciuntur - *Ego Rosalia Sinibaldi Quisquinę, & Rosarum Domini filia Amore Domini mei Jesu Christi in hoc Antro habitare decrevi*.

Qua inscriptione oculis obversante, susceptæ Vitæ propositum altius cordi infigere, ac Divinæ benevolentiæ signa ad castissimæ mentis blandimenta vicissim provocare consuevit.

In hac Spelunca subterranea sibi & mundo emortua, consepulta Jesu Christo, ut soli Deo viveret, diu noctuque latuit, cavens præcipuè in Montibus Paterni Principatus, ne forte agnita, in Domum Urbemque Patriam abduceretur invita. Callidas Dœmonis insidias, quæ asperæ vitæ tedium, & solitudinis horrorem animo ingerebant, acriter sæviendo in se, ferrea catena, vigiliis, & humi cubatione forti animo superavit, prout antiquę Jcones demonstrant: cumque humanis destituta præsidiis nihil solatii aliunde hauriret, quam e Cœlo, Dominus, qui consolatur & coronat Sanctos suos, Angelicis deliciis illam sæpius recreabat.

Cœlesti deinde consilio, Antro Quisquinensi in horribiliorem Speluncam Peregrini Montis, tribus fere mille passibus procul Panormo, Rosalia se transtulit, ut quo difficiliorem pugnam secum ipsa committeret è conspectu Domus Paternæ, eo laudabilius de contemptis illecebris triumpharet. Latebat ibi ad partem lævam angustus concavus locus, quem eadem post repertas ejus Reliquias, illuc venanti, cui se videndam præbuit, dixit esse suam Cellam peregrinam, ubi multum ætatis exegisset. Hìc tamquam Columba in foraminibus petræ gemens, in cœlestium rerum contemplatione defixa, ad perfectissimam Divini Amoris normam in solitudine Vitam traduxit, & sanctissime perennibus charitatis Rosis, & Virginitatis liliis coronata deposuit pridie nonas Septembris: cujus Corpus Urbano Octavo Pontifice maximo divinitus Anno Jubilæi totius Siciliæ plausu repertum, illam à Peste liberavit, ut in *Breviarii Romani Lectionibus habetur die quarta Septembris*.

Erga itaque hanc Sanctam Virginem Rosaliam Cives Panormitani summum profitebantur obsequium, maximaque eandem veneratione colebant: sed ubinam servarentur Sacræ illius Exuviæ, penitus ignorabant. Casu autem anno 1625. detectum fuit ejus Corpus inclusum in saxo Montis, ubi eremiticam Vitam Sancta Virgo duxe-

rat:

rat; subinde idcirco solemni pompa ejus Ossa ad Urbem Panormi translata fuere: cumque tunc temporis Pestilentia non solum Panormi, sed in cœteris Siciliæ locis magna strage grassaretur, ope ejusdem S. Rosaliæ omnino cessavit. Hinc ob acceptum tam ingens Beneficium, omnium quidem d. S. Rosaliæ cultus & amor, sed potissimum Nobilissimæ Fœminæ Donnæ Margaritę de Carretto, & Aragonia ex Comitibus Galliani &c. cor inflammavit: quę proinde ad perenne tanti Beneficii Monumentum Bona sua addixit fundationi Monasterii, in quo Sanctimoniales degerent, sub invocatione Divæ Rosaliæ, & sub Regula Sancti Dominici. Quapropter, illa demortua, Don Alberanus de Carretto Frater d. Margaritæ Cœnobium Sanctimonialium extruxit sub Regula Sancti Benedicti, quam fundationem fa. me. Urbanus VIII. approbavit anno 1634 qua de causa utuntur veste nigra, ut tradit *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 135. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 4. § Dames Religioses tit. de Sante Rosalie Panormi pag. 437. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. sub litt. S. tit. de sum. Trinitat., & Fide Catholica S. Notitia, & Series Ordin. Equest. num. 131. pag. 750. juxta impress. Salisburgen. Typis Jo. Josephi Mayr 1719.*

In hoc Monasterio Religiosas virtutes exercent Moniales, & præcipuo cultu Sanctissimam Eucharistiam venerantur: *d. Bonannus n. 138. d. Collector Gal. tom. 4. pag. 438.*

Peculiares hujus Monasterii Constitutiones, ac consuetudines imprimi curavit *Pater Don Petrus Antonius Tornamira Cassinensis Decanus*, de quo meminit *d. Pater Bonannus n. 137.*

Figura d. Sanctimonialis Divæ Rosaliæ in nigra veste habetur apud *d. Bonannum d. n. 135., & Collector Gallum.* Magna in pectore cernitur Crux ex lino alba: *sub n. autem 36. d. Bonannus, & d. Collector Gallus* ubi supra, adest figura Sanctimonialis Sanctæ Rosalię cum Veste Monastica, & Cuculla, qua utitur in Sacris, & solemnioribus actionibus, cum Cruce simili in pectore, quę Scapulari, & Cucullę affixa geritur: *d. Bonannus, & Collector Gallus*, ubi supra.

Numero autem 137. apud *Bonannum* refertur figura Novitiæ indutę Tonaca nigra cum Scapulari magis arcto, ad genua longo, sed sine Cruce: Velum autem est album usque ad pedes fluens, & sandalis utuntur ut cœteræ: sic etiam refert superius allegatus *Collector Gallus tom. 4.*

Numero denum 138. penes *d. Patrem Bonannum* adest figura Monacę Conversæ ad Opera servilia in Monasterio indutæ veste nigra, cum Scapulari usque ad talos, sed sine Cruce: albo velamine pectus, & caput contegunt quod velamen constat palmis decem longitudine, quatuor latitudine: ita superius allegatus *Collector Gallus tom. 4.*

Et de tribus Sanctimonialibus superius enumeratis cum Veste adhiberi solita in Sacris Functionibus, videlicet veste nondum Religiosa in eodem Monasterio, & de Conversa, meminit *d. Laurentius Vigilius de Nicollis* ubi supra *n. 132. 133., & 134.*

DIS.

DISCURSUS CLXXXVIII.

SANCTI RUPERTI

ARGUMENTO

caret, *&* *Summario*.

INsignis Victoria illa, quam sub Ss: Virginis Mariæ præsidio, de immanissimo Turcarum Tyranno cervicibus Populi Christiani insultante Viennę in Austria Christifidelium retulit Exercitus, quam Viennæ obsidionem, ac Victoriam historice non minus, quam eleganter, & fuse exponit sub anno 1683. *Petrus Garzoni Sen. Venetus* in suo Volumine, cui titulus - *Storia della Republica di Venezia tom.* 1. *à pag.* 19. *ad* 33. *Venetiis apud Jo. Manfrè* 1705. maximo Christianam Rempublicam gaudio affecit, ob quam, tunc in Apostolico Throno sedente Sanct. me. Ven. Pontifice Innocentio XI. Officium Sanctiss. Nominis Mariæ, jam pridem in quibusdam Christiani Orbis partibus speciali ritu cultum, in perenne tanti Beneficii Monumentum in Ecclesia Universali, singulis Annis, Dominica infra Octavam Nativitatis B. Virginis Mariæ celebrari pręcepit, ut legitur in Breviario sub d. die

Identidem Theutonicæ Nationis Principes publicæ lætitię signa zelique in Patriam argumenta patefecerunt. Inter hos autem cl. me. Ernestus Thun Celsissimus Archiep. Salisburgensis S. R. I. Princeps & Provinciæ Salisburgensis Dominus, novum Equestrem Ordinem in sua Metropolitana Urbe sub Titulo S. Ruperti creavit anno 1703., ut inquit *Hermant Histoire des Religions militaires tom.* 2. *cap.* 51. *pag.* 501. *& seq juxta impressionem Rothomagensem Jo. Baptistę Besogne* 1726.

Cœterum S. Rupertus, qui teste *Baronio in Martyrologio*, dici meruit Bavariæ Apostolus, origine fuit Gallus, & Regio sanguine cretus, Episcopus Urbis *Wormentiæ Wormæ* appellatæ, ac postmodum ad predicandam Christi Fidem Bavariam petiit, à Duce Theodoro vocatus; subinde creatus Episcopus Urbis, quæ nunc Salisburgi nuncupatur, ejusque Patronus, & primus Episcopus obiit tandem cumulatus meritis die 27. Martii 718., ut prosequitur *d. Hermant* ubi supra.

Generosissima prorsus, ac zelo referta Archipræsulis Celsissimi Fundatoris, & tanto Archipræsule digna mens fuit, nempe, ut mediante generoso Equestri hoc Ordine Equites emergerent, qui bellico robore, & martiali virtute ad defensam Catholicæ Fidei parati existerent, & ad dimicandum contra Fidei Hostes, & pro Salisburgensis Ecclesiæ immunitate, sicut advertunt præcitati, & præcipue *Laurentius Vigilius d. n.* 97.

Obtinuit Fundator eodem anno 1703. hujus Ordinis confirmationem ab Imperatore Leopoldo I.: *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 4. *S.* 113. *pag.* 278. *juxta impressionem typis Petri Brunel* 1721. *Amstelodami*: *Pater Fontana tom.* 8. *pag.* 350. infra allegandus.

Subindeque eodem anno die Festo Sancti Leopoldi Imperatoris, idem Fundator Archipręsul in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis creavit duodecim Equites hujus Ordinis ex illustrioribus Familiis ejusdem Status Salisburgensis, quibus Equitibus tradidit aureum Numisma habens in medio circuli Imaginem dicti Sancti Ruperti, & ex altera parte Crucem violaceam, celebrato festivo Convivio, ut prosequitur *d. Collector Gallus d. pag.* 278. *tom.* 4.

Inter quos duodecim Equites duo nu-

merabantur, ejusdem Archiepiscopi Nepotes: *d. Bonannus in Catalogo Ord. Equest. n. 100.*

Sequenti die à creatione Ordinis Comes Ernestus de Thun Nepos Archiepiscopi, qui fuerat creatus Commendator Ordinis, aliud magnum Prandium præstitit Equitibus, & subinde peractum fuit lætum certamen Virorum, & Taurorum: *d. Pater Fontana pag. 351.*

Sub Tutela itaque, ac Titulo præclarissimi Divi Ruperti primi Episcopi Salisburgensis, Equestrem hunc Ordinem fundavit, ac erexit anno 1703. Archipræsul Ernestus Thun, sicut ostendit *P. Fontana Storia degli Ordini Monastici, e Militari ab ipso ex Gallico idiomate in Italicum translata tom. 8. cap. 51. pag. 350. juxta impressionem Lucensem typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica, seu Jus Canonicum tom. 2. litt. S. in §. Notitia Equestrium Ordinum, sub n. 17 pag. 745. juxta impressionem Salisburgensem Typis Joannis Josephi Mayr 1719. Bonannus in Catalogo Ordinum Equestrium n. 100 d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom. 4. §. 113. Les Chevaliers de S. Rupert à pag. 278 juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.* ubi quod creatus fuit Ordo *anno* 1701.

Opus fundationis Ordinis solemniter celebratum fuit, & Cæremoniæ habitæ in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis de novo erecta, omnibusque, & singulis Equitibus distribuit Numisma aureum habens ex una parte Imaginem Sancti Ruperti, & ex altera Crucem rubeam: *Pater Fontana pag.* 350. ubi, quod *fu la Cerimonia seguita da un magnifico Festino, al quale i Canonici della Cattedrale, e molte Persone di qualità assisterono: e tempore Convivii zampillarono due Fontane di Vino nella Piazza avanti il Palazzo.*

Discordant Auctores quoad figuram dictæ Crucis: nam aliqui non faciunt verba de forma Crucis, sed solum de encausto coloris cœrulæi loquuntur; alii referunt Crucis octogonæ formam, sicuti videre est in allegato *Patre Bonanno, in dicto Collectore Gallo tom. 4. pag. 427.*

Alii exhibent Crucem ancoratam, ut penes *d. Hermant* ubi supra.

Nos autem credimus hujus Ordinis Crucem esse Crucem formæ Liliatæ, hoc est eo modo formatam, prout fert *Pater Bonannus in Generali omnium Tesserarum Descriptione, quæ est post Indicem Catalogi Ordinum Equestrium pag. 1., & impressa post Collectorem Gallum d. tom 4 in explicat. Stemmatum pag.* 404.

Liliatæ Crucis limbo aureo circumdatæ, & appensæ Vittæ cerulæ tribus digitis latæ hujusmodi forma cum orbiculo in medio ejusdem Crucis coloris violacei habente ex una parte Imaginem auream d. Santi Episcopi Ruperti Pontificaliter induti cum Virga pastorali in manu, ex altera parte Crux violacea in campo aureo, est adamussim illa, quam admodum Rev. Pater Ernestus Rodulphus Clericorum Regularium Exprovincialis, ex Comitibus S. R. I. Salisburgensem, & Charintiacam Familiæ Piazza constituentibus Lineas, in Epistola, quam sub data 5 Septembris 1745. Salisburgi scripsit, & transmisit Nobili, & Patricio Viro Domino Comiti Francisco Piazza Patricio nostro Foroliviensi, tunc temporis Francofurti ad Menum in Alemania degenti. Porro dicta Epistola exarata Salisburgi

lisburgi agit de Ordine erecto Salisburgi, scriptaque est Agnato suo d. Comiti Francisco Piazza. Quod enim Familia Piazza Foroliviensis agnata sit Familię Piazza Salisburgensis, patet ex Documentis, quæ leguntur in Discursu Genealogico hujus Familiæ edito, per bo. mem. *Ludovicum Balducci* Foroliviensem, qui Discursus impressus est in volumine, cui titulus *Bona d' Africa espugnata da' Cavalieri di Santo Stefano Papa, e Martire, Poema Eroico del Cav. Vincenzo Piazza, Conte di Ricetto, e March. di Cassio, Accademico Filergita &c.* bis impresso, primum Parmæ, deinde Forolivii, cum additamento Typis *Alexandri Fabbri* 1738.

Suntque etiam prædictæ Agnationis jura identitatem comprobantia, & impressa in Volumine Nobilis Viri Equitis *Viviani Marchesi*, modo emerit Romanę Curiæ Prælati, cui titulus *Galeria dell' Onore Parte Seconda pag.* 153. *cum seq. juxta impress. Foroliviens. Typis Fratrum de Marozziis Anno* 1735.

Cumque pręlaudatus Pater Ernestus Rodulphus Piazza antecedenter etiam aliam Epistolam super hujusmodi Ordine Equestri scripserit d. Domino Comiti Francisco Piazza sub datum Salisburgi 13. Augusti 1742., & utramque Epistolam nostro Italico idiomate egregie conscripserit (est enim in Italico idiomate optime versatus) hic ad litteram particulas utriusque Epistolæ varias hujus Ordinis notitias referentes, & à Scriptoribus non tactas, duximus subiiciendas, ut sequitur. In illa siquidem de mense Augusti exponitur

L'Ordine Cavalleresco di S. Ruperto Primo Vescovo di Salisburgo è stato instituito nell' anno 1701. dall' Arcivescovo Gio: Ernesto dei Conti di Thun in benefizio della Nobiltà Salisburgese, ed acciocchè la Provincia abbia sempre un buon numero di soggetti sperimentati.

Al presente si trova un solo Commendatore con dodici altri Cavalieri, i quali debbono essere dello stato Salisburgese, con provare quattro quarti di nobiltà, e con obligo di fare dodici Compagni.

Nel resto non sono tenuti ad altro se non a certi Pater noster giornalmente, e di non militare in favore dei nemici dell' Imperio, o contro la Provincia di Salisburgo.

Si possono ammogliare, ma debbono prima rinunciare la Croce.

Umiliss. Osseq. Devotiss. Servo e Parente
Ernest Rodulph Plaz.

In altera autem 5. Septembris 1742. sic loquitur D. Pater Ernestus a §. 1. usque ad seq.

In ossequiosissima esecuzione de' riguardevolissimi Comandi di V.S. Illustrissima de' 21. del passato la servo umilmente con uno sbozzo della Croce di quest' Ordine di S. Ruperto, il Nastro della quale deve esser largo due in trè dita. La Commenda al presente è una sola col numero di dieci Cavalieri fisso. Regole poi non vi sono, oltre che quanto ho già riferito ultimamente.

Figura Equitis civica veste induti, & cum d. Torque, & Cruce octogona, habetur apud *d. Bonannum in d. Catalogo n.* 100.

DIS-

DISCURSUS CLXXXIX.

SANCTI SALVATORIS IN REGNO ARAGONIÆ

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

ERrasse Joseph Micheli in Thesauro Militari pag. 24. assignando in Fundatorem hujus Ordinis Alphonsum VII. Castellæ Regem, notat *Abbas Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari parte prima cap. 22 pag. 301. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù 1691.* inquit enim ipse, quod d. Alphonsus non potuit esse Alphonsus Rex Castellæ, qui triginta sex Prælia inivit, totidemque reportavit victorias; hæc enim generosa strenuitas, & gloria tribuitur Alphonso I. Aragoniç Regi, & observat *Historia Ordinum Monasticorum &c. & Militarium Gallice scripta, & per Patrem Josephum Franciscum Fontana Congregationis Matris Dei in linguam Italicam translata tom 8 cap. 36. à pag. 284 juxta impress Luca Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Errasse similiter *Franciscum Menennium* asserentem, Alphonsum Hispaniarum Imperatorem Navarræ, & Aragoniç, itemque Legionis Castellæ, & Toleti Regem fuisse d. Ordinis Institutorem, ostendit *d Justinianus* ubi supra; ex quo de illo tempore d. Alphonsus I. non erat ille, qui Imperatoris titulum retinebat: ille enim qui d. titulum assumpsit, filius fuit Reginæ Uracç; solum Coronam Castellç, & Legionis obtinuit anno 1123., ut ostendit *d. Justinianus d. pag. 301, & d. Pater Fontana pag. 285.*

Qui tamen subdunt, antedictas expressiones salvari posse sub assertione, quod in Bello fuerunt sociati Reges prænominati cum Alphonso I. Aragoniç Rege, qui cum Uxore convixit Regina Castellç.

Dominus demum *Hermant in Historia Religionum, & Ordinum Militar. tom. 1. cap. 27. à pag. 410. cum seqq. juxta impress. Rothomag. Typis Joannis Baptista Besogne 1716.* magis recentem Institutionem ei tribuit, scilicet post secutam Templariorum extinctionem, qua posita inquit, quod institutus fuit in Regno Valentiæ novus Equitum Ordo, sub nomine Salvatoris, asserituue Scriptores referre, quod eorundem Vexillum ex una parte Crucem rubeam ancoratam, & ex altera Imaginem Patris Æterni gerebat, quodque dicti Equites plusquam triginta Victorias de inimicis reportarunt.

Cum vero *d Hermant* nullum specificet Auctorem, qui in individuo testetur de institutione hujus Ordinis post extinctionem Templariorum, merito reiicitur ejusdem assertum, æquivocis facti Historici innixum, ut bene ratiocinatur *d. Pater Fontana pag. 286.*

Nosque addimus, irrepsisse çquivoca ex Historia creationis Ordinis *S. Maria de Montesia*, qui vere institutus fuit post extinctionem Templariorum, Equitesque de Montesia Crucem rubeam deferunt, ut diximus in Discursu ejusdem Ordinis de Montesia dict. Discurs. CLXVIII.

Stat igitur firmum, quod Alphonsus I. Aragoniç Rex fuit Institutor Ordinis Sancti Salvatoris, illumque instituit in Civitate Montis Regalis anno 1118. quam sane institutionem perfecit, ejectis Mauris

Mauris, captaque Civitate Cęsaraugustæ, & Calariud, quibus Bellis plures Gallorum Principes subsidium tribuerunt, quos inter Gatto de Beam Comes de Cominges, Rotaocus Comes du Perche, Comes Bigorre, Vicecomes de Lavedan, Comes Tolosæ, Comes de Poitiers: *Abb. Justinianus Histor. Cronolog. degli Ordini Militari parte prima cap. 22. à pag. 301. juxta impress. Combi, & la N.ù 1692. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 2. §. 25. pag. 270. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceat. Differ. Historiques sur la Chevalerie lib. 1. Differt. 10. art. 3. pag. 231., & in Tabula General. Ord. pag. 514. juxta impress Parisien Typis Petri Francisci Giffart 1718. d. Pater Fontana pag. 285. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 101. Jo S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquila Alba in Polonia in Corollario omn. Ordin. in Verbo Sancti Salvatoris*, quod est *in calce Operis ejusdem Auctoris*, cum titulo - *Adnotationes Historica de Ordine Aquilę Alba in Regno Polonia pag. 319. juxta impress. Colonia Typis Adami Cholini 1730. P. Andreas Mendo de Ordin. Milit. disq. 1. quast. 4. n. 69.* qui dixit, quidem fundatum fuisse Ordinem in Aragonia d. anno 1118. ab Alphonso, illum tamen nominat Castellæ, fortasse ex rationibus supra allatis.

Equites Votum Castitatis coniugalis emittebant, & Obedientiæ eorum Superiori, nec non arma sumendi in defensam Ecclesiæ Catholicæ: *d. Mendo d. n. 69. Justinianus d. pag. 303. d. Fontana pag. 285. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 270.* ubi, quod vovent etiam observare Statuta Ordinis: *d. Abbas Justinianus d. pag. 303.*

Quod possent nubere, inquit *d. Pater Honoratus à S. Maria pag. 231.*

In Tesseram Equitibus præscripsit Numisma, quo sculpta erat Effigies Æterni Patris, ut inquit *Justinianus dic. pag. 361.* circa quod vide quæ ibi notat *d. Fontana d. pag. 285. d. Collector Gallus d. tom. 2. pag. 270.* ubi Æterni Patris Effigies induta erat Papali ornatu, in capite Pontificium gerens Triregnum, & Figura habetur apud *d. Justinianum d. pag. 302.*

Sed quod fuerit Effigies Salvatoris, scribit *d. P. Mendo d. n. 95.*

Habitus erat candidus: *d. Mendo d. n. 96. Fontana d. pag. 285. d. P. Honoratus à S. Maria pag. 231.*

Non constat d. Ordinem fuisse approbatum à Summo Pontifice: *d. Mendo d. n. 95. d. Justinianus d. pag. 303.* ubi, quod licet ex votis emissis possit inferri Apostolica confirmatio, attamen cum illis temporibus in usu esset confirmatio Episcopi, potest hæc quoque præsumi.

Plures pro ipsis Equitibus optime meritis anted. Rex Commendas fundavit: *d. Bonannus d. n. 101. Justinianus* ubi supra *pag. 303. d. Fontana pag. 285.*

Dicti Equites pro Rege contra Mauros pugnavere, ac Victorias reportarunt: *d. Fontana pag. 285. d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 320. Bonannus d. n. 101.* ubi inquit, quod Mauri omnes toto illo tractu, quo Regnum Aragoniæ hodie circumscribitur, anno 1120. extirpati fuerint, ipseque Rex nomen *Pugnacis*, *seu Prælationis* acquisiverit, qui vicies, & novies collatis signis manus conseruisse fertur felici semper cum triumpho, exceptis duobus Præliis posterioribus: *Justinianus d. pag. 303. Dictus Comes in Koden Sapieha pag. 319.* scribit, quod Salvatoris Ordo anno 1118 in Aragonia

gonia circa annum millesimum centesimum decimum octavum ab Alphonso Rege Hispaniæ in Civitate *Monreal* erectus adversus Mauros, & ob benemerita amplissimis Reditibus fuit ditatus.

Patlotus Favinum sequens, scriptum reliquit, quod cum Equitibus Templariis à prænominato Rege Urbs Montis Regalis fuerit concessa, iisdem Templariis de medio sublatis, eadem præfato Ordini data fuit, ut advertit *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 320.: sed circa hoc vide quæ supra scripsimus à §. *Dominus*, & §. *Cum vero* præsenti Discursu.

Postmodum idem Ordo reformatus fuit, & Equitibus præscripta in Tesseram Crux rubra ancorata: *d. Justinianus d. pag.* 303. *d. Collector Gallus tom.* 2. §. 25. *pag.* 270. *Pater Honoratus à S. Maria d. pag.* 231. *d. Pater Fontana d. pag.* 285. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 320. ubi, quod triplici Torque avreo appensa erat.

Figura d. Crucis habetur apud *Iustinianum pag.* 300. *d. Bonannum in Generali Descriptione omnium Tesserarum n.* 91. *d. Collector Gallum tom.* 4. *in explicat. Tesserarum pag.* 428. *n.* 90.

Figura autem Equitis d. Clamyde alba induti cum d. Cruce ancorata, videri potest penes *Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 101. *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 2. §. 25. *d. pag.* 270.

Ordo extinctus remansit: *d. Fontana d. pag.* 285. *d. Bonannus d. n.* 101. *d. Collector Gallus d. tom.* 2. *pag.* 271. *d. Comes in Koden Sapieha pag.* 320. & allegatis *Francisco Menennio de' Orig. Ord. Militarium*, & *Tamburin. de Iure Abbatum*, notat *d. P. Honoratus à S. Maria d. pag.* 231.

Si autem non esset extinctus, perduraret in Regibus Hispaniarum Dignitas magni Magistri, quorum series Chronologica, cum caput Ordin. esset Rex Aragoniæ, habetur apud *d. Iustinianum à pag.* 304., & apud *d. Collector. Gallum d. tom.* 2. *pag.* 272. Nosque addimus nomina eorum, qui post dictam impressionem successerunt.

Magni Magistri Ordinis S. Salvatoris in Hispania.

I. Anno 1118. Alphonsus Primus Fundator Rex Aragoniæ sine filiis mortuus, rexit annos 16.

II. 1134. Ramirus ejus Frater, qui in Regno successit, rexit annos 3.

III. 1137. Rajmundus Berenger Comes Barchinone Rex Navarræ ejus Socer, rexit annos 25.

IV. 1161. Alphonsus filius Rajmundi II. hujus Nominis, rexit annos 34.

V. 1196. Petrus II. filius Alphonsi, rexit annos 17.

VI. 1213. Jacobus I. dictus Conquisitor, rexit annos 63.

VII. 1276. Petrus III. ejus filius Rex Siciliæ, rexit annos 10.

VIII. 1286. Alphonsus III. filius Petri, rexit annos 6.

IX. 1291. Jacobus II. Rex Siciliæ, rexit annos 35.

X. 1327. Alphonsus II. filius Jacobi, rexit annos 12.

XI. 1339. Petrus IV. ejus filius, rexit annos 48.

XII. 1387. Joannes I. filius Petri, rexit annos 9.

XIII. 1395. Martinus ejus Frater, rexit annos 14.

XIV. 1410. Ferdinandus I. de Honnete frater Henrici Regis Castellæ

ftellę, rexit annos 6
XV. 1416. Alphonsus V. cognomento Magnanimus, filius Ferdinandi, rexit annos 41.
XVI. 1457. Joannes II. ejus Frater Rex Siciliæ, rexit annos 22.
XVII. 1479. Ferdinandus II. Rex Aragoniæ, & V. Castellæ, filius Joannis Hispaniæ Regis, rexit annos 37.
XVIII. 1516. Carolus Austriæ ejus Nepos, rexit annos 40.
XIX. 1556. Philippus II. ejus filius, Rex Hispaniarum ob sui Patris renunciationem, rexit annos 42.
XX. 1598. Philippus III. Rex Hispaniarum, rexit annos 23.
XXI. 1621. Philippus IV. Rex Hispaniarum, rexit annos 44.
XXII. 1665. Carolus II. Rex Hispaniarum, rexit annos 47.
XXIII. 1700. Don Philippus V. qui die sexta Novembris d. anno 1700. Hispaniarum Regnum accepit, & postmodum renunciavit Ludovico I. eius filio Primogenito, & post illius mortem resumpsit Coronam Regnorum Hispaniarum die 6. Septembris 1724.
XXIV. 1746. Ferdinandus VI. natus 13. Septembris 1713. coronatus fuit Rex Hispaniarum 10. Augusti 1746.

DISCURSUS CXC.

SANCTI SALVATORIS IN SVECIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget, cum sit Discur. se referens ad Disc. 47. tom. 1.

DUos enumerant Scriptores viguisse in Svecia Militares Ordines sub nomine Salvatoris. Unus institutus fuit à Sancta Birgitta: super hanc Ordinem noster prodiit *Discurs. impress. Tom. 1. Disc* 47. ubi ostendimus, verum Ordinem Equestrem Militarem instituisse d. S. Birgittam, & respondemus contrarium sustinentibus, nostrosque ad eundem Discursum Lectores remittimus.

Pauca huc usque ad manus nostras Scriptorum Monumenta pervenerunt de hoc Ordine agentia; idcirco solum hìc ad litteram referimus quæ habentur apud *Gustavum Carloson Adlerfelt de Ordinibus Equestribus Disquisitionis Sectione posteriori de Ordinibus Equestribus Sueciæ anno 1696.* edita

IN §. IV.

Ordo Equitum Salvatoris 1561.

ANtiquiora relinquo, omni destitutus spe amplius perveniendi in ulteriorem vetustissimorum Ordinum nostrorum memoriam. Nunc ergo ad propiora tempora properans, deprehendo Salvatoris Ordinem ab Enrico Rege Sueciæ instauratum esse. Ille enim postquam vigore unionis hęreditariæ Arosiæ 1544 factæ, regios consecutus est honores, post gloriosissimi Parentis sui obitum, convenientius Majestati suæ duxit nihil, quam illos, quorum præ reliquis Civibus, eximia semper inclaruit virtus, illustriores, clarioresque reddere. In quosdam ergo Comitum, Baronumque Dignitatem contulit, ac non paucos Equitum Torquatorum laurea, tituloque beare dignatus est. Occasionem vero suos creandi Equites Enrico

co Regi præbuit ipsius coronatio, quę summa regiaque pompa celebratur Upsaliæ anno 1562. *Loven. Histor. Suec.* (quo ipso tempore signum Pacis, vulgo *trichaen* publicavit) editum est illud in folio, fecitque mihi ejus copiam Ampl. D Brener. Quamobrem hic apponere tempestivum duxi ejus inscriptionem, videlicet - *Serenisf. Potentissimique Principis, ac Dom. Dom. Enrici XIV. Regis Suec. Got. Vandal &c. Signum Pacis* Infra hanc Regni Sueciæ Insignia quæ ambit Regnum Ordinis Torquis posita secat. At ille Torquis Regio etiam Nummo, qui & cusus est inauguratione ejus temporis, & in plebem disseminatus, insculptus est. De eo itaque in aureo libello suo sic inscribit: *Chrios Brener Thes Numm. pag.* 75. Majorem Clypeum ambit Tessera Ordinis Salvatoris Capita continens Angelica, seu alata, quibus Regum alternatim adiuncti, infra pendente ornatu ovali, in quo extat Effigies Salvatoris Globo insidentis, dextra Vexillum triumphale gestantis, & pede dextro Serpentem conculcantis. Iterum p. 76., Quod autem ad Ordinem Salvatoris attinet, scire te velim, G. B. Ericum veterem Nominis Jesu, vel Seraphinorum Ordinem, quem magnus Erici cognomento *Smek* Anno Christi 1334 primus instituerat, ita immutasse, ut pro duplici Cruce Patriarchali, inter capita alata reposuerit fasces gentilicios, proque I. H. S. cum quatuor Claviculis in figura ovali Salvatoris Imaginem. Et quamquam Rex solemni inaugurationis die Upsaliæ III. Comites, XI. Barones, & XXIV. ex Equestri Censu hac Ordinis Tessera donarit, his usus verbis, cum ter Gladio percuteret novellos Equites - *Deus te Hominem creavit; ego te Equitem creo; esto animosus, & fidus mihi; Hostibus meis fortis appare*; expiravit tamen cum ipso auctore hic Ordo, sola ejus memoria nunc nobis superstite. Quibus autem aliis Ceremoniis, ritibusque hunc impertierit Ordinem, honorem suis Civibus, hactenus cognoscere non licuit mihi, nisi credideris eosdem fuisse, quos in faciendis Comitibus, eodem illo die adhibuit, & exhibet Girgius *Hist. Eric. XIV. pag.* 4. De cœtero prorsus me latet, num ullas, aut quas suis Equitibus dederit leges, & Statuta, quibus alioquin contineri, ac conservari solent Equestres Ordines. Ultimo itque hic notari meretur, qualiter hoc Torque suo ornasse suorum præcipuos. Etenim creavit primum Equites, cum coronaretur Rex Sueciæ: secundo post Coronationis solemnia secuto die: tertio Holmię die 13. Julii, prout hæc tradit *Messenius Teat. Nob. Suec. pag.* 222. *cap.* 4.; quarto autem elapsis aliquot annis, cum Coniugem duceret Catharinam, anno videlicet 1663. *Pufendio Histor. Suec.* Gradu hoc Equestri plurimos, atque inter illos quendam Achatium Bene, dicti illustravit, prout sequentia Anonymi cujusdam testantur verba - *Eodem, inquit, tempore Eques creabatur Nobilis quidam Achatius Bene, dicti Vir experientissimus, magnaque auctoritatis, qui diu apud exteros peregrinatus fuerat, & deinde, in bello, quod Ericus Rex cum Danis gerebat, clarus extitit.*

Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonia in Corollario celebriores in Christianitate Ordines continente impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris, cui titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Polo-*

Polonię impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. in verbo Salvatoris Equites in Suetia pag. 320. sic scripsit 1561. *in Suetia — Salvatoris Equites in Suetia instituti ab Erico Decimo, tertio Upsaliæ anno 1561. sub solemnis Coronationis: alii putant erectum Ordinem in honorem Nuptiarum suarum cum Infante Polonię Catharina. Torques constabat Capitibus Angelicis alatis, à quo dependebat Effigies Salvatoris: extinctus est Ordo.*

DISCURSUS CXCI.

SANCTI SAMPSONIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

De Ordine Sancti Sampsonis scripsimus in tomo secundo parte prima sub Discursu 118. *Sect.* 10. §. *Tempore*, & ostendimus illum fuisse unitum Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani, ibidemque Lectorem nostrum ad peculiarem ejusdem Sancti Sampsonis Discursum exarandum remisimus pagina 700. Idcirco, ne series Discursuum in hoc Armamentario ab Alphabetica Regula intervertatur, hìc repetimus... In Constantinopolitana Civitate, & Corinthi retroactis seculis Hospitalariorum Ordinem viguisse sub Sancti Sampsonis Titulo, explorata res est: at de quo tempore fuerit hic Ordo institutus, non liquet. Notant quidem Scribentes probabiliter id evenisse tempore Pontificatus Innocentii III. eo quia idem Summus Pontifex Ordinem hunc sub protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ accepit, & Statuta ejusdem Ordinis à Benedicto Cardinali Sanctæ Susannæ Apostolico Legato confecta confirmavit, sicuti testatur *Historia Ordin. Monasticorum &c. & Militarium Gallico Idiomate exarata, & in nostrum Italicum translata à Patre Joseph Fran. Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 3. sub cap. 22. pag. 88. juxta impress. Lucensem Typis Joseph Salani, & Vincentii Giuntini 1738.* Tempus autem Pontificatus Innocentii III. consideratur ab anno 1198. usque ad mensem Julii 1216, siquidem Innocentius III. creatus fuit Summus Pontifex die 8. Januarii anno 1198. seditque per annos octodecim, menses sex, dies novem, obiitque die 16. Julii anno 1216. juxta Tabulam Primam Chronologicam Summorum Pontificum, quam tradit *Pater Ignatius Amat de Graveson Histor. Ecclesiast. in calce tom. 8. parte 2. pag 40. juxta impress. Romæ Typis Tinassi 1721.* Porrò, ut dicebamus, præfatus Hospitalariorum Ordo Sancti Sampsonis Constantinopolis, & Corinthi suo regebatur magno Magistro, & Fratribus suis constabat, Domos possidebat Constantinopolis, & Corinthi; utque præmisimus anno 1208. sub protectione Sanctę Apostolicæ Sedis Innocentius III. recepit Ordinem, ejusque Statuta approbavit, quæ Benedictus Cardinalis Sanctæ Susannæ, Sanctę Sedis in Constantinopolitana Urb. Legatus condiderat, idemque Pontifex confirmavit Donationem Castri Gatellæ, quam iisdem Hospitalariis fecerat Henricus Imperator, confirmavitque pariter ad eorum favorem possessionem omnium Bonorum, quæ ad eundem Ordinem spectare poterant. Hunc itaque Hospitalariorum Ordinem Sancti Sampsonis, accedente magni ejusdem Ordinis Sancti Sampsonis Magistri consensu, & Fratrum, Clemens

mens V. Summus Pontifex univit Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani, vigore Bullæ octava Augusti anno 1308., tuncque temporis erat magnus Magister d. Ordinis Hierosolymitani Fulcus de Villarens, qui fuit magnus Magister vigesimus quintus, juxta Catalogum à Nobis expositum in allegato *nostro tom. 2. parte prima dicto nostro Discursu 128. sect. 10. §. Vigesimus quintus pag.* 700. Prædicta omnia habentur apud laudatum *Patrem Joseph Franciscum Fontana d. tom. 3. d. pag. 89.*

DISCURSUS CXCII.

SCUTIFERORUM

ARGUMENTUM

Exponitur Scutiferi nomen, & Officium.

SUMMARIUM

constat ex Argumento.

SCutiferorum, seu Scutigerorum Nomen, Italice *Scudieri*, in proposito argumenti Ordinum Equestrium, & Militarium sæpe sæpius adhibetur, itaut in pluribus Ordinibus unam Classem Equitum constituat, & dici possit Classis semi Equitum: idcirco in Nomenclatura Equestrium Ordinum de Scutiferis nonnulla hic recensebimus.

Et primo quoad Nominis derivationem dicimus, quod sic nominabantur, quia in Bello Scutiferi Scutum deferebant ante Principem, vel magnum Dominum: *Augustinus Paradisi in Volumine - Raccolta di Notitie Storiche Legali, e Morali &c. Parte tertia, & quarta tom. 3. cap. 41. sub n. 4. pag. 565. juxta impressionem Ferraria sumptibus Societatis* 1740.

Vel quia super scutum sculpebantur Arma gentilitia, vel apponebantur in signum eorum gradus: *d. Paradis. d. pag.* 569.

Imo nec desunt Scribentes asserentes Scutiferorum Titulum longe antiquiorem, quam ipsa stemmata Gentilitia: idem *Paradis.* ubi supra; & in Vocabulario della Crusca verbo *Scudiere* adducuntur variæ significationes hujus Vocabuli, & præsertim §. III. ubi habetur - *Scudiere fu detto ancora quegli che doveva passare all' Ordine Cavalleresco*, ubi exempla.

Placet hic referre conclusionum seriem, quæ leguntur apud *Patrem Honoratum à S. Maria Carmelitam Excalceatum*, quas exponit Gallico idiomate in suo Volumine - *Dissertations Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart* 1718.

In Dissert. enim 2. Art. 1. à pag. 290. late de Scutiferis agit.

Hanc autem Dissertationem Gallica lingua exaratam, in Italicum nostrum Idioma transtulit dilectus Nepos Noster Marchio Sylvius, unicus ex Fratre Nepos, de quo locuti sumus in hujus nostri Armamentarii *Tom. 1. Discur. 1. sub n. 35. pag. 9., & pag. 19., & Discur. 19. n. 68. pag.* 358.

Dictus quippe Sylvius Nepos noster, sub Magisterio Viri Nobilis Domini Pii Lacchini, quem merito in d. nostro Armamentario *Tomo primo Discurs* 19 laudamus, & rursus in præsenti *Secunda Parte Tomo Secundo Discurs. 141. n. 23. pag.* 63. juvenili adhuc ætate existens, nam hoc eodem die 29. currentis Novembris ætatem decem annorum complevit, juxta calculum deductum ex narratis à Nobis *d. nostro Discurs. Primo*, idem noster Nepos, brevi tempore, Gallica lingua

lingua adeo profecit instructus, ut legere non minus, quam loqui, & scribere probe possit.

DISSERTAZIONE PRIMA

Delle condizioni necessarie per ricevere l'onore della Cavalleria.

„ TRe cose sono necessarie per esser Cavaliere: la Nobiltà, le prove di questa Nobiltà, e l'autorità del Principe. Il titolo di Nobiltà essendo spesso usurpato, o non essendo abbastanza conosciuto, bisogna giustificarlo con prove. Ma la Nobiltà fondata ancora sopra la Virtù, e provata con monumenti autentici, non basta senza l'approvazione del Principe; ed è ciò che noi esaminaremo ne' seguenti Articoli.

ARTICOLO I.

Anticamente bisognava essere Scudiere, per aspirare all'onore della Cavalleria.

Dell'Origine, delle Armi, e degli Uffícj de' Scudieri.

„ SEguendo le Leggi ordinarie della Cavalleria, che li Principi non sono sempre obbligati ad osservare, la qualità di Scudiere deve precedere quella di Cavaliere; cioè che una volta era necessario essere nel rango de' Scudieri, prima di passare a quello de' Cavalieri. Il titolo di Scudiere era un grado per arrivare alla Cavalleria, e come una disposizione a questa dignità così sublime. Appunto per questo un Autore definisce li Scudieri in questi termini: *Qui licet non sint Milites, jus habent accipiendi Militiam.*

„ Se l'instituzione delli Scudieri non ha preceduto lo stabilimento della Cavalleria, pure non si può dubitare, che questa carica non sia antichissima: poichè nella Scrittura Santa si parla de' Scudieri di Abimelecco, di Saulle, e di Gionata. La Storia Profana fa ancora menzione di quelli di Ettore, e di Diomede; e Virgilio vuole indicare lo Scudiero di Acchille, quando dice

Et Equorum agitator Achilles
Armiger Artomedon.

„ Alcuni rapportano l'origine delli Scudieri a certe Squadre, o Compagnie di Soldati Pretoriani, ch' erano destinati alla guardia del Pretorio del Palazzo dell'Imperatore. Certo si è, che quando Valeriano fu fatto Imperatore, era Tribuno della seconda Legione delli Scudieri.

„ Giuliano l'Apostata li stimava molto allorche era Governatore delle Gallie. Amiano Marcellino ne parla con onore trattando della presa della Città di Colonia. Li Assediati, dice egli, s' incoraggivano, perchè non v'erano nè Scudieri, nè Gentili nell'Armata degli Inimici: *Ideo confidentes, quod nec Scutarios adesse didicerant, nec Gentiles.* E nel medesimo luogo, facendo menzione di Salvio, e di Lupicino bravi Soldati; l'uno, dic'egli, era Scudiere, e l'altro era del rango de' Gentili: *Scutarius unus, alter è Schola Gentilium.*

„ Le armi proprie dello Scudiero erano le Lancie, e lo scudo, che i nostri Capitoli, o siano le nostre Leggi, chiamano *Arma* Patria. Li Scudieri portavano sempre quest' Armi, quando accompagnavano i loro Padroni, e ancora ai Conviti, e Pranzi

„ e Pranzi. Atheneo fa menzione „ delli Scudieri delle Gallie, che stavano a piè fermo dietro ai loro „ Signori mentre stavano a tavola. „ Erano ancora armati della lancia, „ e dello scudo presso ai Tribunali „ di Giustizia, come si ordina dalle „ nostre Leggi. *Nullus ad Mallum, „ vel Placitum, nisi arma patria, „ idest Scutum, & Lanceam portet.*

„ Trovasi nel Concilio di Majenza, „ che li Scudieri portavano queste „ armi, quando andavano alla Chiesa: *Laicis, qui apud nos sunt, arma „ patria portare non prohibemus, quia „ antiquus mos est, & ad nos usque „ pervenit.*

„ Il proprio esercizio delli Scudieri, „ come lo dimostra il loro nome, „ era di aver pensiero de' Cavalli, „ che appartenevano ai Cavalieri, e „ di portare le armi de' loro Signori, „ per dargliele quando ne avevano „ bisogno, e per questo chiamansi *Ar„ migeri.* Alle volte chiamansi *Scutiferi*, perchè ne' Tornei portavano lo scudo de' Cavalieri, e servivano di secondo.

„ Il gran Scudiere di Francia è qualche volta chiamato *Scutifer*, perchè portava lo scudo del Re. Nel „ Dizionario di Enrico Stefano la „ parola di *Armiger* è tradotta per „ quella d' *Insigniarius*, perchè li „ Scudieri portavano gli Scudi de' Ca„ valieri, ove erano impressi li loro „ Stemmi. Il Romanzo di Loherames, l' Autore di cui viveva sotto „ Luigi il giovane, rinchiuse tutti gli „ Officj de' Scudieri in questi versi, „ che quì si mettono in prosa.

„ *Tre Scudieri portavano gli Scudi dorati, e tre Lancie, e davanti alli Padroni conducevano li Cavalli.*

„ Tacito attribuisce alli Scudieri un' altro Ufficio. Egli nota, che al suo „ tempo seguivano i Re, e i Principi, per imparare l' arte della guerra. E perciò questo Storico chiama li Scudieri Compagni de' Sovrani, che facevano tutta la loro „ gloria in tempo di Pace, e che loro servivano di difesa nella guerra. *Magna comitum æmulatio, „ quibus apud Principem sunt locus, „ & Principum, cui plurimi, & acerrimi comites. Hæc dignitas, „ hæ vires, magno semper electorum „ juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præsidium.*

„ Questi impieghi de' Scudieri alla guerra, e l' obbligo che avevano di essere sempre sotto le armi, di stare „ appresso de' Cavalieri, e de' loro Signori per soccorrerli ne' bisogni, „ davano loro occasione di ammaestrarsi nel mestiero della guerra, di „ fare delle belle azioni, e di mostrare il loro valore, e coraggio, „ ch' erano le vere disposizioni per „ meritare l' onore della Cavalleria.

„ Secondo un antico costume, bisognava „ essere stato Scudiero prima di esser „ Cavaliere. Li Grandi Signori, e „ ancora li Principi, e li Sovrani „ non si qualificavano che Scudieri, „ fino a che non fosse loro conferita la Cavalleria. Quantunque Gioachino Rouant Signore di Ganaches fosse Marescialllo di Francia, non prendeva altro titolo che „ quello di Scudiere, fino ch' egli „ ebbe ricevuto la qualità di Cavaliere: come pure Giovanni Bastardo d' Orleans, Conte di Dunois, „ quantunque portasse il Vessillo, e „ che avesse quattro Bacilieri, e ventuno Scudieri in sua compagnia, „ non prese altro titolo, che quello „ di Scudiere, finch' ebbe la dignità

di

,, di Cavaliere, che poi ricevè in appresso.

,, Li Autori anno descritti questi Scu- ,, dieri, o Giovani Signori, che as- ,, piravano alla Cavalleria, sotto no- ,, mi assai diferenti. Li chiamano ,, *Tyrones*, *Armigeri*, *nudi Milites*. ,, Pietro di Blois dice, che al suo ,, tempo li Scudieri, o li novi Ca- ,, valieri andavano a prendere sopra ,, l' Altare la spada di Cavaliero: ,, *Hodie Tyrones enses suos recipiunt* ,, *de Altari*. Un' altro Scrittore fa- ,, cendo la descrizione delle Cerimo- ,, nie, che furono osservate, quando ,, Enrico Re d' Inghilterra diede la ,, Cavalleria a Geofroy d' Anzou l' ,, anno 1127. si serve della medesima ,, espressione, chiamando questo Prin- ,, cipe nuovo Cavaliere. *Tyro noster* ,, *novus Militiæ postmodum futurus*, ,, aveva detto più avanti: *Balneorum* ,, *usus uti tyrocinii consuetudo ex-* ,, *postulat*, per dimostrare, che que- ,, sto Duca di Normandia aveva solo ,, i primi gradi della Cavalleria, cioè ,, ch' era Scudiere. Questo Storico ,, si serve di un' altra espressione per ,, significare la medesima cosa, quan- ,, do dice, che il Conte Fulcon ,, pregò il Re Enrico di fare suo Fi- ,, glio Cavaliere, il quale non era che ,, semplice Cavaliere, *Nudus Miles*, ,, ch' è la medesima cosa che Scu- ,, diere.

,, La Cronica di Fiandra sotto l' anno ,, 1247. c' insegna, che Guglielmo ,, Conte di Olanda essendo eletto Re ,, de' Romani, ricevè l' Ordine di ,, Cavalleria a Aix la Chapelle. Ma ,, per far conoscere, che questo Con- ,, te non era che Scudiere, lo chia- ,, ma: *Armiger Reverentiæ vestræ*: ,, disse il Re di Boemia presentando ,, il nuovo Cavaliere a Pietro Capuc- ,, ci Cardinal di S. Giorgio al velo ,, d' oro, che faceva là cerimonia: ,, *Pater Almiflue*, *præsentamus hunc* ,, *electum Armigerum*.

,, Non è solo in Europa che la qualità ,, di Scudiero è stata riguardata co- ,, me un grado necessario per acqui- ,, stare la Cavalleria: ma ancora si ,, trova, che li figliuoli de' Bracma- ,, ni, o Preti delle Indie, non era- ,, no ammessi nel numero de' Cava- ,, lieri, che non avessero prima ri- ,, cevuto il titolo di Scudiere, il ,, quale era loro conferito con gran- ,, di cerimonie.

,, Questi Figliuoli essendo giunti all' età ,, di sette anni, erano presentati al ,, gran Sacerdote, che metteva lo- ,, ro sopra la carne nuda una sciarpa, ,, o una coreggia larga due dita fat- ,, ta di pelle di un' Asino selvatico, ,, e dopo loro s' insegnava l' arte ,, della guerra. Questi giovani Scu- ,, dieri portavano quest' arnese fino ,, all' età di quatordici anni, in cui ,, loro si conferiva la Cavalleria.

,, Non parlasi al presente delli Scudieri ,, se non nelle Storie, e la qualità di ,, Scudiere nel senso in cui noi l' ab- ,, biamo presa, non è necessaria per ,, essere Cavaliere, ma bisogna al- ,, meno essere Scudiere, che è un ,, titolo di Nobiltà, che conviene ,, propriamente a quello, che ha ,, diritto di portare uno Scudo collo ,, Stemma.

Quæ hucusque narravimus, ad eruditionem narravimus argumenti præsentis Discursus. Accedentes propius ad materiam Equestrium, & Militarium Ordinum, repetimus id quod, in exordio diximus, Scutiferi gradum in Ordinibus Equestribus, & Militaribus servari proportionabiliter in Bello, & Regimine, sub termino tamen fere in omnibus, servientium Armorum constituentium Classem

Classem inferiorum Classi Militum, sicque habemus in omnibus pene Municipalibus Ordinum Militarium Legibus, sicuti videre est in Ordine Constantiniano, Melitensi, Theutonico, Sanctor. Mauritii, & Lazari, Sancti Stephani Papæ, & Martyris, aliisque, de quibus nostrum Armamentarium specifice agit.

Tandem dicimus quod in hac eadem materia Scutiferorum considerantur plures Classes, modo Sanguinis Nobilitatem importantes, modo solam graduationem, & officium: quapropter sunt Gentium mores inspiciendi, & consuetudo Regionum. Hinc quoad Scutiferos Pontificios in Urbe, legenda sunt quæ tradit *Augustinus Paradisi in suo Atheneo Viri Nobilis tom. 1. parte prima cap. 21. n. 6., & seqq.* Ubi in Anglia plures esse Scutiferorum species notat.

DISCURSUS CXCIII.

A SECURI

ARGUMENTUM

Narratur Historia Nobilium Fœminarum Civitatis Tortosæ, quæ more Virorum, armata manu contra Mauros pugnarunt, Tortosam arcta obsidione cingentes, & tandem in fugam expulerunt, liberata ab obsidione Patria, ob quam Victoriam Barchinone Princeps Raymundus Berengarius plurimis decoravit Privilegiis easdem Nobiles Tortonenses, & in earundem gratiam Equestrem Militarem Ordinem ex iisdem Fœminis conflatum instituit.

SUMMARIUM

1. *Exponitur series gestorum à Nobilibus Fœminis Civitatis Tortosæ*, & n. 2.
2. *Et earum Victoria.*
3. *Princeps Raymundus pluribus exornat Privilegiis.*
4. *Constituit ex iisdem Fœminis Ordinem Equestrem, & Militarem, & de quo tempore*, & n. 5. 6.
5. *Mulieres sunt capaces Dignitatis Equestris.*
7. *Hunc Ordinem Hispani nuncupant ab* Hasha, *latini* à Secure, *Itali*, dalla Scure, *a* Face, *seu* Torcia, & n. 10.
Mulieres adscriptæ Facis formam gestant in Veste coloris purpurei.
Et etiam Securim, ut in Caputio. & n. 8.
8. *Figura dicti Caputii.*
9. *Figura Equitissæ cum d. Veste, & Caputio.*
11. *Titulus Ordinis est duplex, à Securi, & à Face. Itemque Tessera est duplex, Securis, & Fax, & à Scriptoribus promiscue adhibita, defendit* Pater Mendo.
12. *Dicto Ordini impositus fuit alius Titulus scilicet Ordo* Delle Dame del Passatempo.
13. *Explicatur d. Titulus*, & n. 14.
15. *Multa Privilegia huic Ordini Muliebri concessa fuerunt à Principe, & quæ hæc fuerint.* & n. 16.
17. *Magnus Magister hujus Ordinis est Rex Hispaniarum.*

DISCURSUS CXCIII.

A SECURI

FErocis Africæ Mauri ægro animo aspicientes Nobilem in Cataloniæ Principatu sitam Civitatem Tortosam nuncupatam, ab eorum manibus, & Jugo Hispanorum Militum Bellica Virtute ereptam, & in libertatem redactam, arcta iterum obsidione vallarunt. Angustiis circumdata Urbs interiori jam præsidio carens, ac exteriori subsidio destituta, hostibus in

de

deditionem se tradere meditabatur. At novo certandi modo, novaque etiam Victoriç, ac Triumphi specie Patriam gloriose liberarunt: ipsius quippe Tortosæ Mulieres, præcipue Viduæ, Fœmineis Vestibus depositis, novæ Hispaniæ, & Tortosæ Amazones, bellica sumpserunt Arma, & strenue contra Hostes certamina impavide aggredien-
2. tes, stragem Mauris intulerunt, & è Mœnibus egressæ, in fugam tandem Maurorum Exercitum properare coëgerunt, & Generosç Victrices ad Urbem rediere glorioso exemplo, vel nunquam, vel raro in Annalibus relato.

Hinc ultimus Barchinonæ Princeps Raimundus Berengarius, qui ob Nuptias
3. cum Petronilla Filia Regis Ramiri, qui Monachus appellabatur, Urbem Tortosam possidebat, habita de tali Victoria notitia, ut de hac publice testimonium patefaceret, & posterorum memoriæ mandaret, primo revera Victrices Amazones Tortosæ plurimis decoravit privilegiis, Exemptionibus, & Libertatibus ditavit.

Postmodum in perenne hujusmodi Triumphi Documentum, ipse Raimun-
4. dus Congregationem, seu Ordinem Equestrem Fœminarum instituit: *Pater Mendo de Ordin. Disput. 1. quæst. 4. n. 106. Pater Honoratus à S. Mariæ Carmelita Excalceatus sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. XI. art. 3. P. Bonan. in Catalog. Ordin. Equestr. n. 132. Collector Gallus Histoir. des Ordres Militaires tom. 1. in Descrip. Militiar. Mulier. pag. 165. tom. 4. in explicat. Tesserarum pag 435. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Abb. Justinian. Historie Cronologiche degli Ordini Militari ec. parte seconda cap. 87. pag. 839. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Non 1697. Pater Joseph Franciscus Fontana Congregationis Matris Dei in Historia degli Ordini Monastici, e Militari in Historia ex Gallico Idiomate in nostrum Italicum translata tom. 8. cap. 68. pagina 444. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739. Petrus Franciscus Bergamaschi in suo Libello Dell' Ordine del Speron d'Oro, & de aliis Ordinibus à pag. 89. cum seq. juxta impress. Taurini Typis Dominici Paulini impress. Rev. Cam. Apost. 1695.*

Citra enim dubium est, Fœminas capaces esse Dignitatis Equestris, ac Titulorum Equestrium, sicuti & Viri, ut constat ex antiquorum, & modernorum temporum exemplis, & quidem ex quacumque Equestri Classe, tum Jure Natalium, tum gradu per armationem, & creationem acquisito, sive per Baltheum, sive Torquem, sive Crucem, ut ostendimus late in nostro *Discursu decimo tom. 1.* per totum.

Precisum tempus, quo fuerit institutus
5. Hic Ordo Equester Fœmineus, ignoratur; quemadmodum notat *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in allegatis Dissert. sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 11. art. 3. pag. 271. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718.*, ibique in Tabula impressa in calce *pag. 513.*

Fuisse tamen institutum tempore Sum-
6. mi Pontificis Eugenii III. testatur *d. Justinianus pag. 841.*

Ac versus circa annum 1149. scribit citatus *Pater Fontana d. tom. 8. pag. 444.*

Hunc Equestrem Fœmineum Ordinem *A Secari*, nuncupant Scriptores Nostri Latini, ut præmisimus in Titulo Discursus: Hispani autem appellant

Hacha, quæ Vox apud Hispanos du-
plicem sensum habet, & significatio-
7. nem; significat enim primo *Facem*,
Flammam, & ut Nos Itali dicimus,
*Fiaccola cosa accesa, che fa lume co-
me Torchio, e simile*, sicut legitur in
Vocabulario della Crusca, in Verbo
Face.

Unde adscriptæ Mulieres formam Facis
in vestis colore purpureo gestabant.
*Pater Andreas Mendo de Ordin. Mi-
lit. Disq. 1. quæst. 4. n. 106. Pa-
ter Bonannus n. 132.*

Significat etiam ipsa dictio *Hacha* Secu-
rim, voluitque Fundator Ordinis,
quod eædem Mulieres Ordini addictæ
utrumque signum deferrent, & signifi-
cationem utramque, & quidem ex-
pressam ostentarent in acuminato Ca-
putio; nam illud assutum erat in pur-
pureo indumento usque ad terram
producto, & in antedicto Caputio
expressa, & efformata erat Securis co-
loris purpurei, ut docent superius
allegati: *Abb. Iustinianus* ubi supra:
*P. Honoratus d. pag. 271. Collector
Gallus* pariter ubi supra.

Et Caputii acuminati cum Securi Ima-
ginem tradunt *d. Pater Bonannus d.*
8. *n. 132. & in Generali omnium Tes-
serarum figura in fine ... Collector
Gallus Histoire des Ordres Militaires
&c. tom. 4. in explicatione Tessera-
rum pag. 112. juxta impress. Amste-
lodami Typis Petri Brunel 1721.*

Imago Equitissæ cum Veste, & d. Ca-
9. putio adest penes *d. Collectorem Gal-
lum Histoir. des Ordres tom. 2.* per er-
rorem Librarii posita sub *pag. 365.*
cum vere apponenda sit post paginam
265. juxta impress. *Amstelodami Ty-
pis Petri Brunel 1721. Bonannus d.
n. 132.*

Quod vero d. Vocabulum *Hacha* His-
10. panico Idiomate significet Securim,
latine, & apud Nos Italos *Azza*,
Accetta, *Mannaja*, *Mànera*, itemque
Hacha de Cera, *Doppiere*, *Face*, *Fa-
cella*, *Fiaccola*, *Torce*, *Torchio*, ut
superius diximus, sufficit legere Voca-
bularium *Italico Hispanicum* Auctore
Cristoval delas Casas in Verbo *Ha-
cha*, *Hacha para cortar*, *Hacha de
Cera*, *impressum Venetiis per Domini-
cum Zenaro anno 1576.*

Et *Vocabularium della Crusca* in verbo
Accetta, *arma simile alla Scure*.

Utque cuncta enucleemus quoad Titu-
11. lum hujus Ordinis, & quoad illius
Tesseram, repetimus ea, quæ superius
recensuimus sub *n. 7. & 12.* Multi-
plici sane Titulo Ordo hic Equester
Fœmineus exprimitur *A Securi*, *&
à Face*, juxta seriem explicationum in
prædictis numeris relatarum. Posita
ergo duplicitate Tituli, ac Tesseræ du-
plicitate, de plano sequitur concor-
dia Scriptorum, qui discordes videban-
tur; pars quippe adhæret opinioni,
quod Titulus Ordinis sit Securis; al-
tera quod sit Fax, suntque pro utra-
que opinione Scribentes cum suis
rationibus: quapropter nemo ex Scri-
bentibus redargui potest, cum quili-
bet in re hac innocenter possit in suo
sensu abundare aliqua ratione, & au-
ctoritate suffultus; prout in præsenti
Themate ratio, & auctoritas concur-
runt, aut perpendatur duplex appella-
tio *Securis*, *& Facis*, aut considere-
tur expressio duplicis Tesseræ *Facis*,
& Securis, cum utraque verificetur in
facto; per facem enim splendor in-
dicabatur emicans in colore rubeo,
quem Equitissæ gestabant tam in pur-
purea veste usque ad talos extensa,
quam in ipsa Securi similiter pur-
purei coloris: quapropter nemo non
videt, Scriptores semper vera scripsis-
se, sive sumpserint separatim, sive
conjunctim antedictas Denominatio-
nes, ac Tesseras, sub qua explica-
tione

tione de medio tollitur, ut dicebamus, obiectio, firmusque stat sensus Patris *Mendo de Ordinibus Militar. d. disq. 1. quaest. 4. n. 106.* remanetque idem *P. Mendo* immunis ab ea redargutione, quam eidem obiicit *d. Abb. Justinianus pag.* 841. cum quo, eodem allegato, transit *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *cap.* 68. *pag.* 445.

Non omittimus postremo loco referre, quod praeter antedictas duas denomi-
12. nationes, passim Scriptores hunc Equestrem Militarem Muliebrem Ordinem etiam appellant sub Titulo *Dame del Passatempo*; sicuti inquit allegatus *Petrus Franciscus Bergamaschi pag.* 91. *Abb. Justinianus* loco superius allegat., & sequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 271. *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *cap.* 68. *pag.* 444.

Quae verba, nostro Italico sermone ex-
13. plicari possunt, non quod inutiliter, otiose, multoque minus vitiose teratur tempus, sed dulce, & jucundum esse omnibus videre, audire. & in memoriam revocare praeclara harum Nobilium Foeminarum gesta in gloriam, honorem, decusque Patriae; liquet enim per praedicta verba, *Passa tempo*, solumodo intelligendum esse, *Cosa che o vedendola, o udendola, o operandola, ti fa passare con piacere, e senza noja il tempo*, latine *Solatium, oblectamentum*, ut legitur in Vocabulario della Crusca in verbo *Passatempo*.

Eoque magis, quia aggregatae huic Ordinis Mulieres non legitur, quod fue-
14. rint addictę exercitio Armorum, sed solum, quod in memoriam nobilis Descendentiae ab illis fortissimis Foeminis, ipsae essent in honore apud omnes, *che però tutte le arricchì d'innumerabili privilegi da godersi da loro, e poi in perpetuo dalla loro Discendenza, e di più perchè venissero ad essere da tutte distinte, e sopra tutte onorate, instituì delle medesime una Milizia Donnesca, cioè un'Ordine Militare sotto il nome delle Dame del Passatempo, dando loro per Insegna, e Marca Militare un Abito maestoso, e lungo con un Collare a guisa di decoroso Cappuccio acuto, il quale potevano levar sul capo, ed in mezzo di esso vi era la figura di una Accetta, o come vogliam dire, Scure di color cremesi*, scriptum reliquit allegatus *Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani in Volum. - Breve Notizia Istorica &c. dell'Ordine del Speron d'Oro, ed altri Ordini Militari* sub Titulo: *Ordini di Dame pag. 99. juxta impress. Taurini* 1695. *Typis Dominici Paulini Impressoris Rev. Camerae Apostolicae.*

Regii animi fundator Ordinis Muliebris,
15. Ordinem eundem praeclaris honoribus has Amazones decoravit, auxitque Privilegiis; jussit enim, eas inter Ordines etiam Virorum praecedentia gaudere debere;

Itemque exemptione ab oneribus qui-
16. buscumque: videatur *Mortel de Luna in Historia Tortosa lib.* 1. *cap.* 19. *d. Abb. Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari &c. parte seconda cap.* 87. *pag.* 819. Qui subiungit; *Che fossero esenti da ogni gravezza, ed angheria. L'Eredità universale nelle Gioje, ed Ori de' Mariti, ed altre innumerabili Franchigie, ed Immunità perpetue &c. avendosi quelle acquistato tali prerogative a costo del proprio valore.*

Magnum Magisterium hujus Ordinis spe-
17. ctat ad Reges Catholicos Hispaniarum.

Ejus series poterit deduci e Catalogo relato in calce nostri Discursus 52. Tomo Primo de Ordine Calatravae.

DISCURSUS CXCIV.

SANCTI SEPULCRI IN REGNO JERUSALEM SEC. I.

ARGUMENTUM.

Late exponitur Origo, tempus Fundationis, nomina Fundatorum, ac motiva creationis Equestris Militaris Ordinis Sancti Sepulcri in Regno Jerusalem.

SUMMARIUM.

1. *Sacra Palestina loca, in quibus Christus Dominus salutem humani Generis operatus est, omnes Christi fideles summopere colunt, & venerantur.*
Dicta loca appellantur Terra Sancta.
2. *Palestina Descriptio apud quos Auctores habeatur.*
3. *Terra Sancta Palestina descriptionem referentes, n. 2., & 3.*
4. *Sanctum Christi Domini Sepulcrum praecipue ab omnibus colitur.*
5. *Sancti Sepulcri decor semper cordi fuit Christianis Principibus, Regibus, Imperatoribus, ac Summis Romanis Pontificibus.*
6. *Et pro illius custodia Nobilium Coetum constituerunt, Equites appellatos.*
7. *Mahometes III. Turcarum Tyrannus jussit destrui Sacrum Sepulcrum, sed postmodum talem jussionem revocavit ad instantiam Legati Galliarum Regis, & Venetae Reipublicae.*
8. *A quibus inceperit Ordo Equitum Sancti Sepulcri, & quando*, & n. 9. 10. 11. 12. 13.
14. *Opiniones variae de origine hujus Ordinis, à quibus Scriptoribus referuntur.*
15. *Et reiiciuntur*, & n. 16.
17. *Adducitur critica Dissertatio Gallica super d. puncto.*
18. *Hanc criticam Dissertationem e lingua Gallica in Italicam transtulit dilectus noster ex Fratre Nepos Silvius, qui in lingua Gallica proficit sub Magisterio Nobilis Pii Lachini*, & n. 19.
20. *Statuta confecta, ut fertur, à Carolo Magno, Ludovico VI., Philippo Sapiente, Ludovico Sancto, ac Gothofredo Bulioneo adducuntur*, & n. 21.
21. *Multi asseruntur Fundatores hujus Ordinis, & qui fuerint, enumerantur*, & n. 22.
22. *Critica Dissertatio ex Gallica lingua in Italicam translata adducitur*, & n. 23. *allegamus obiectiones.*
24. *Adducuntur litterae Balduini Regis pro Canonicis Sancti Sepulcri, quae litterae ibi negantur ut verae*, & n. 26.
25. *Item ejusdem assignatio Militum pro custodia Sancti Sepulcri sub Patriarcha cum solitis Votis Obedientiae, Paupertatis, & Castitatis*, & n. 26.
27. *Canonicorum in Militum assumptorum Bona fuerunt unita Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani.*
28. *Papa Pius II. suppressit Ordinem Canonicorum Sancti Sepulcri, & univit Ordini S. Mariae de Bethlem.*
29. *Quae Unio non habuit effectum*, & n. 30.
30. *Innocentius VIII. anno 1484. univit Bona dictorum Canonicorum Equestri Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani*, & n. 31.
31. *In Regno Poloniae non fuerunt unita Bona, nec in Regno Siciliae, sed dantur in Commendam à Rege Siciliae.*
32. *Equites S. Sepulcri instituti fuerunt ab Alexandro VI. post extinctionem*

Cano.

Canonicorum Regularium Sancti Sepulcri.

33. *Summus Pontifex concessit Religiosis Sancti Francisci Terræ Sanctæ facultatem creandi hujusmodi Equites*, & n. 34.

35. *Guardianus Terræ Sanctæ Ordinis S. Francisci est in possessione creandi Equites S. Sepulcri.*

36. *Praxis, qua d. Guardianus utitur in creandis hujusmodi Equitibus, traditur per extensum.*

37. *Catalogus magnorum Magistrorum datur.*

38. *Equites Flandriæ elegerunt in magnum Ordinis Sancti Sepulcri Magistrum Philippum II. Regem Hispaniarum.*

39. *Adversus hæc magnus Magister Melitensis supplicavit d. Regi Philippo, & rationes exposuit, & Rex noluit acceptare.*

40. *Dux Clevensis, & Nivernensis tentavit se declarare facere magnum Magistrum ejusdem Ordinis S. Sepulcri, sed in cassum, & quomodo.*

41. *Ordinem Sancti Sepulcri instituit in Anglia Rex Henricus II., & quomodo.*

42. *Adducitur integre Catalogus magnorum Magistrorum.*

DISCURSUS CXCIV.

SANCTI SEPULCRI IN REGNO JERUSALEM

SECT. I.

JUre merito apud Nos omnes Christi Fideles sacra Palestinæ loca, in quibus humani generis Redemptio à Christo Domino peracta est, summa
1. coluntur veneratione, eandemque Palestinam Terram Sanctam apellamus. Integram Palestinæ Descriptionem tradit doctissimus Pater Octavius Ja-
2. dersinus Minorita Dalmata in Volumine, cui Titulus - *Prolegomenon Biblica Sapientia &c. in Appendice quarta de Palestina Delineatione per totum §. 5. de Littore Terra S., & §. 6.*
3. *Locorum Terræ Sanctæ, & adiacentium Topographia, à pag. 246. cum seqq., à pag. 252. cum seqq., & à pag. 259. cum seqq.* ubi enumerat Loca existentia in Terra Sancta: *Typis Venetis apud Andream Poleti*. Porro inter Sancta, & desiderabilia loca, Sanctum Christi
4. Domini Sepulcrum quodamodo principatum obtinet, & devotionis plus nescio quid sentitur ubi mortuus requievit, quam ubi vivens conversatus est, atque amplius movet ad pietatem mortis, quam vitæ recordatio; quod illa austerior, hæc dulcior videatur, magisque infirmitati blanditur humanæ, quies dormitionis, quam labor conversationis, ut totidem verbis loquitur D. *Bernardus Abbas in Sermonibus ad Milites Templi cap. 11. de Sepulcro pag. 101. juxta impress. Parisiensem Typis Caroli Guigliard 1551.*

Ubi sub pagina 102. *littera F.* subiungit *d. Abbas* - *Puto jam præ gaudio non sentiunt viæ laborem, nec gravamen reputant expensarum, sed tanquam laboris præmium, cursusque bravium assecuti, juxta Scripturæ sententiam, gaudent vehementer cum invenerint sepulcrum. Nec casu, vel subito, aut veluti lubrica popularis favoris opinione, id tam celebre Nomen sepulcrum nactum esse putetur, cum hic ipsum tantis retro temporibus Esaias tam aperte prædixerit: Et erit, inquit, in die illa radix Jesse, qui stat in signum Populorum: ipsum gentes de-*

preca-

precabuntur, *& erit Sepulcrum ejus gloriosum*.

Quamobrem omni tempore Principes,
5. Reges, & Imperatores, ipsique Summi Romani Pontifices hujus Sanctissimi Sepulcri decorem, gloriamque servare respective cupientes, pro ejusdem Gloriosissimi Sepulchri custodia a primis usque Ecclesiæ temporibus
6. Nobilium Militum Cœtum constituerunt, appellatos Equites Sancti Sepulcri, Ordinemque fundaverunt Equestrem, & Militarem; cujus Historiam præsenti nostro Discursu aggredimur.

Hinc apud Historicos legimus, quod cum Mahometes III. Turcarum Ty-
7. rannus jussisset, ut Jesu Christi Domini nostri Sepulcrum Cristianis adimeretur, & Franciscanæ Religionis Viris, quibus ejusdem S. Sepulcri commissa est Custodia, pellerentur, adversus illud præceptum, habito recursu ad Galliarum Regis Legatum, & Reipublicæ Venetæ, admonitus fuit, dictus Mahometes III. id haud posse, absque gravissima omnium Principum Christianorum, qui summo semper honoris, ac venerationis loco, Sacrum illud Monumentum habuerant, offensione: quapropter sacrilega illa jussio ab eodem Mahomete revocata fuit, qui nequid in re hac innovaretur, prohibuit; ut allegato *Spondano*, *in Ecclesiasticis Annalibus ad annum 1599. sub n. 6.* scribit *Pater Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson, Histor. Ecclesiastica &c. tom. 7. colloq. 1. pag. 18, & seq. juxta impres. Romæ Typis Tinassi 1721.*

Circa prædicta tempora, imperante in Egypto Sultano nomine Canazzo Algauro, aut Campson Gauro, diffundere fecit rumorem, quod ipse ob recursus ad illum factos contra Reges Christianos, Portugalliæ scilicet, & Hispaniarum, intendebat destruere Sanctum Sepulcrum, ac Religiosorum Conventum Montis Sion una cum aliis Locis Sanctis, & persecutionem contra Christianos movere.

Et in horum sequelam Romam misit Patrem Maurum à Sancto Bernardino Montis Sion Guardianum, datis eidem litteris ad Summum Pontificem, ut barbaras ejus minas Pontifici patefaceret, prout fecit, & Summus Pontifex illas remisit Regibus Lusitaniæ, & Hispaniarum, nec ullum progressum habuit hæc jactatio, ut videre est in *Historia Chronologica Provinciæ Siriæ, & Terræ Sanctæ Hispanice scripta à Patre Joanne a Calaguria Minoris Observantiæ S. Francisci, & in nostrum idioma translata per Patrem Angelicum à Mediolano Minore Reformato, Guardiano, & Custode ejusdem Provinciæ Terræ Sanctæ lib. 4. cap. 31. pag. 363., & seq. juxta impress. Venetam Typis Antonii Tivani 1694.*

Itaque Ordinem Equitum Sancti Sepulcri ajunt institutum fuisse à Divo Ja-
8. cobo Apostolo primo Episcopo Jerusalem, qui humanæ reparatæ salutis anno 63., vel 69. aut 96., statuit in modum Militiæ, sub signo Sanctæ Crucis aliquos Viros Natalibus Nobiles, ac Pietate insignes, ut vigili cura Sanctum Christi Domini custodirent Sepulcrum, & tuerentur: sic tradit *Eques Bartholomæus de Saligina Ordinis hujus Eques in Itinerario Terræ Sanctæ*, de quo *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militar. disq. 1. quæst. 2. §. 3. n. 22. Collector Gallus Historia Ordin. Militar., & Equestr. §. 2 pag. 71. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Pater Lucius Ferraris in sua Bibliotheca Canonic., & Juridic. tom. 6. complecten. Litteras P. Q. R. art. 3. n. 97. pag. 589. Bononiæ 1752.* sed

prostat

prostat Venetiis apud Francifcum Storti. Et in dicta Hiftoria Hispanica translata in noftrum Idioma *à Patre Angelico à Mediolano lib. 4. cap. 31.*

Alii fcripfere fuiffe Ordinem fundatum à Conftantino Magno Imperatore: *Pater Lucius Ferraris pag. 589. dict. Pater Angelicus à Mediolano d. Hiftoria d. lib. 4. cap. 30. pag. 359.* vel à Diva Elena Conftantini Magni Imperatoris Matre, quæ conftrui juffit in Monte Golgotà, hoc eft Calvariæ Monte, Ecclefiam, ibique pofuit Canonicos, quibus poftea Equitis Titulum conceffit. Porro locus erat, in quo abfcondita fuerat Sancta Crux, eidemque detectus à quodam Hebræo homine Chiriaco, vel Ciriaco, qui ad Sanctam Chriftianam Fidem converfus eft, vifis tot miraculis à Deo in Sanctæ Crucis inventione patratis: *d. Hermant* ubi fupra.

Alii afferunt hunc Ordinem fuiffe inceptum ab Ordine Militari Cruciferorum inftituto à Summo, & Sancto Pontifice Eleutherio circa annum 181. deinde reftaurato à S. Elena Imperatrice: *d. Pater Angelicus à Mediolano d. pag. 359.* qui opinionem indecifam relinquit.

Afferunt alii Carolum Magnum Ordinis hujus defignaffe Leges: *Pater Men-9. da* ubi fupra. *Bonannus; d. Collector Gallus d. tom. 1.* & in narratione ejufdem in linguam Italicam translata, de qua infra, ubi, quod Equitibus fuit affignata Regula S. Bafilii, *&* n. 13.

Et quoad hujus Ordinis Statuta, videantur quæ infra fubdimus.

Alii fcriptum reliquerunt, Inftitutorem 10. hujus Ordinis Equeftris Sancti Sepulcri fuiffe Godifredum Bullionæum: ita fuftinet *Pater Mendo de Ordinibus Militaribus difq. 1. quæft. 2. §. 3. n. 22. Pater Bonannus in Catalogo Ordin. Equeftr. n. 105. Petrus Francifcus Bergamafchi in Libello - Breve Notizia de' Cavalieri del Speron d' Oro* cum Defcriptione aliorum Ordinum in verbo *Cavalieri di S. Sepolcro pag. 50. juxta impreff. Taurini Typis Dominici Paulini 1695.* ubi quod *Gotifredo di Bollione fu Iftitutore dell' Ordine de' Cavalieri di S. Sepolcro; d. Pater Lucius Ferraris d. pag. 589. n. 97.* de quo fupra: *d. Hermant* quem infra adducimus: *d. Pater Angelicus à Mediolano in Hiftoria lib. 4. cap. 30. pag. 360.*

Sane fi perpendatur pius Godifredi Bullionii animus, & peculiaris ergà Dominicum Sepulcrum Religio, laborefque fufcepti, ut illud è Barbarorum manibus eriperet, valde probabilis emergit affertio Scriptorum, quod idem fuerit Fundator hujus Ordinis Sancti Sepulcri, ut ita ope generoforum Equitum gloriofum Sepulcrum cuftodiretur, & fervaretur: *Petrus Francifcus Bergamafchi* in Libello - *Breve Notitia de' Cavalieri del S. Sepolcro pag. 50. juxta impref. Taurini Typis Dominici Paulini anno 1695.*

Late pii Gotifredi in re hac gefta, mili-11. tarefque labores defcribit magnus ille Poeta *Torquatus Taffi* in incomparabili illo Etrufcis Carminibus Poemate fub Titulo - *Gerufalemme Liberata* del Sig. Torquato Taffo, *in primo Cantu.*

Canto l' Armi pietofe e 'l Capitano,
Che il gran Sepolcro liberò di Crifto:
Molto egli oprò col fenno, e colla mano,
Molto foffrì nel gloriofo acquifto.
E in van l' inferno vi fi oppofe, e invano
S' armò d' Afia, e di Libia il popol mifto;
Che favorillo il Cielo, e fotto ai Santi
Segni riduffe i fuoi Compagni erranti.

Idemque Poeta *Torquatus Taffi* fuum Poema claudens in ultimo Cantu in poftre-

postremis versibus de Godifredi ergà Sanctum Sepulcrum devoto animo inquit

Così vince Goffredo, ed a lui tanto
Avanza ancor della divina luce,
Ch' a la Città già liberata, al Santo
Hostel di Cristo il Vincitor conduce;
Ne pur deposto il sanguinoso Manto
Viene al Tempio co' gli altri il somo Duce,
E quì l' Arme sospende, e quì devoto
Il Gran Sepolcro adora, e scioglie il voto.

Antedictas opiniones refert etiam *Abb. Justinianus Istorie Cronologiche degli Ordini Militari par. 1. cap. 3. à pag. 43. cum seqq. juxta impress. Venetam Typis Combi, e la Noù 1697.*

Moles Ecclesiæ Sancti Sepulcri, & ejusdem Sepulcri ædificium videri potest apud
22. Sacerdotem *Dominicum Laffi Bononiensem* in suo Volumine, cui titulus *Viaggio in Levante al Santo Sepolcro di N. S. Gesù Cristo, ed altri Luoghi di Terra Santa; stampato in Bologna per Costantino Pisarri all' Insegna di S. Michele 1738. à pag. 217. cum seqq.*

Alii fuisse Imperatorem Heraclium, ex quo ipse Sanctum Sepulcrum, & Sanctam Crucem acquisiverit: *d. Pater Lucius Ferrari pag. 589. sub n. 97.*

Assertio est etiam Scribentium, hunc Or-
23. dinem sumpsisse exordium tempore Balduini primi Hierosolymitani Regis circa annum 1110. ut tradit *d. Pater Mendo ubi supra;* ubi dicit hoc probabilius esse, & cumulat *Hermant d. pag. 46.*

Novissime recensitas opiniones quoad
24. Originem hujus Ordinis Sancti Sepulcri, exponit *Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari edita nullo nomine apposito, qui vere fuit P. Helyot, Idiomate Gallo, & postmodum ad nostram Italicam linguam translata a Patre Josepho Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 2. à pag. 136. cum seqq. juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 5. pag. 64. cum seq. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno 1718. Hermant Histoire des Religions &c. d. tom. 1. cap 2. à pag. 42. juxta impress. Rothomagen Typis Jo. Baptista Besogne 1726.* de quo late habetur in *Secunda Sectione. d. Mendo n. 22. d. Pater Lucius Ferraris dic. pag. 589. Joannes Jacobus Hoffmannus in Lexico.*

Et respective antedictæ opiniones ab Historicis reiiciuntur; nam quoad primam
25. patet Equitem *Bartholomæum de Saligina* amore Equestris sui Ordinis, tribuisse Ordini suo antiquitatem.

Quaod aliam, detegitur formatam contra veram Chronologiam; quia nemo doctus ignorat, Carolum Magnum decessisse anno Domini 814., & sic per annos 285. antequam Urbs Jerusalem fuerit à Godifredo Bullionæo recuperata, ut bene notavit *Jacobus Bosius Historia S. Religionis Hierosolymitana par. pr. lib. 5. pag. 162. litt. E. juxta tertiam impress. Hieronymi Albrizzi anno 1695. d. Collector Gallus tom. 1.* ubi supra: *d. Pater Fontana.*

Quoad opinionem, institutionem fuisse peractam à Sancto Jacobo Apostolo, eam impugnat allegatus *Pater Angelicus à Mediolano in Historia d. lib. 4. cap. 30. pag. 358.*

Quoad Carolum Magnum, notant Au-
26. ctores, ipsum dici posse Instauratorem Ordinis, mediante etiam Legum editione, ad tradita per *Collectorem Gallum tom. 1. Histoire des Ordres Militaires pag. 71. juxta impress. Petri Brunel 1721.*

Adest

Adest super Examine relatarum opinionum, ac Narrationum Critica Dis-
17. sertatio Gallico idiomate, perpendens omnes, & singulas assertiones, respectu assertorum Fundatorum hujus Ordinis, cum obiectionibus, & responsionibus. Quapropter ad eandem criticam Dissertationem nostros remittimus Lectores. Porro eadem Dissertatio cum Narrationibus est impressa penes *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires, ou Chevaliers tom. 1. pag. 71. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel anno* 1721.

Certe Criticam hanc Dissertationem, & Narrationes ex Gallico idiomate in
18. nostrum Italicum transtulit dilectus Nepos noster Sylvius, de quo loquimur in nostro *Armamentario tom. 1. Disc. 1. sub n. 35. pag. 9., & Disc. 5. Sect. Unica pag.* 149. Ipse enim Nepos noster nunc in ętate annorum undecim, sedulo operam dat litteris, eumque in Gallica lingua instruit, & erudit Nobilis Vir Dominus Pius Lacchini, de quo mentionem fecimus in prædicto nostro Armamentario *d. tom. 1. Discurs. 19. sub n. 68. pag. 358., & in præsenti tom. 3. Discurs. 141. pag. 59. sub n. 23.*

Plurimum profecit præfatus noster Nepos Sylvius in Gallica lingua, ipse
19. enim ad normam ingenui pudoris, quem Divus Hieronymus collaudat, palam fatetur, per quem profecit, unde superaddito in litteris incremento, haud dubio animum nostrum afficit gaudio, & revera ipse est nostræ spes unica Gentis, ac illius indole perspecta, qua Divina Clementia eundem Nepotem nostrum ditavit, non abs re credimus aptari Nobis, jam in ætate plusquam octuagenaria existentibus, quod scriptum reliquit *Cicero de Senectute - Adolescentibus bona indole præditis Senes delectantur*, addimus Nos Nepote nostro.

Translatio itaque Narrationum, & criticę Dissertationis ex dicto Gallico idiomate in nostrum Italicum, est ut sequitur: notamusque prædicta Statuta in Gallica Dissertatione impressa esse latino idiomate, atque Gallico simul. Nos tantum transcribimus articulos latina lingua exaratos in *d. Collectore Gallo tom. 1. à pag. 71. cum seqq.*

CAVALIERI DEL S. SEPOLCRO
Anno di Gesù Cristo 1099.

Tenor memoratę translationis in linguam nostram Italicam post transcriptionem Statutorum Ordinis latina lingua, ut diximus, est ut sequitur.

„ Gli Scrittori non si accordano circa l' Origine di quest' Ordine di Cavalleria. Alcuni dicono, che S. Giacomo primo Vescovo di Gerusalemme avendo stabilito alcune Guardie del Santo Sepolcro, ne fece una spezie di Milizia sotto lo Stendardo della Croce nell'anno 96. della Natività di Nostro Signore.

„ Altri attribuiscono quest' Ordine a Santa Elena Madre di Costantino il Grande dopo l' Invenzione miracolosa della Croce, perchè questa Principessa fece fabricare una Chiesa nel medesimo luogo dove la Croce fu ritrovata, e vi stabilì Canonici per servirla, come anche Gente di Guerra per difendere con la Spada il Santo Luogo, in caso d'insulto, e tenere le strade sicure per i Pellegrini, che verrebbero a visitarlo.

„ Altri finalmente dicono, che dopoi che la Terra Santa fu ridotta sotto il giogo de' Turchi, e che li Cri-

,, Cristiani non ebbero se non con gran timore la libertà di esercitare la loro Religione, il lustro, e splendore di quest' Ordine cominciò ad oscurarsi, e medesimamente a cancellarsi a poco a poco, fintanto che Carlo Magno, l'Impero del quale durò dall'anno 801., fino all'anno 815. non ne ebbe ristabilita la dignità; che questo Imperatore fece un Trattato col Re de' Saraceni, mediante il quale, e questi Cavalieri, e tutti li Cristiani avevano ne' suoi Stati il libero esercizio della loro Religione. *Menco* crede medesimamente, che Carlo Magno fosse il Ristauratore dell' Ordine, ch' era quasi affatto abolito, e che fu egli, che ne prescrisse le Leggi, e che diede alli Cavalieri la Regola di S. Basilio, e che dopo quel tempo queste Leggi sono state approvate, ed accresciute da Principi più grandi. Noi vedremo in seguito ciò che dire se ne deve, dopo che auremo riportate queste Leggi, tali quali si conservano ancora oggi giorno in Gerusalemme.

20. *Statuta, & Leges à Carolo Magno Imperatore, Ludovico VI., Philippo Sapiente, Ludovico Sancto Franciæ Regibus, & Godifredo Bullionio Summis Ordinis Equestris Sanctissimi Sepulcri D. N. Jesu Christi Principibus, ac Magistris lata, quæ etiamnum in Archivis ejusdem Ordinis Jerosolymitana in Urbe adservantur*, ut testantur supradicti Auctores.

Articulus I.

21. In Nomine, & ad honorem Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, B. Virginis Mariæ ejus Matris, Angelorum, & Archangelorum, Patriarcharum, & Prophetarum, Dei Apostolorum, Evangelistarum, SS. Discipulorum, & omnium Sanctorum, & Sanctarum, & Spirituum omnium in Cœlesti Curia.

Articulus II.

Sit notum, & evidenter pateat omnibus excellentissimis, & illustrissimis Principibus, Nobilibus, Militibus, & Populo Christiano, anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo nonagesimo nono, quod Illustrissimi, Invincibiles, & Serenissimi Principes, Sanctus Carolus Magnus Imperator, & Rex totius Franciæ, Ludovicus Sextus Sapiens, dictus Pius, Philippus dictus Sapiens Magnanimus, & Conquerens Sanctissimus, atque Magnanimus Ludovicus, Præses Godifredus de Buillon, & alii magnanimi Principes, & Reges Christiani, assecuta per eos in eorum Imperio, & Regno Corona, sponte Deo voverunt, & promiserunt se se, & eorum Bona, atque Personas exponere ad Militandum, & Bellum gerendum ultra Mare, pro subiuganda, & destruenda perversa, & tyrannica Natione Saracenorum Infidelium, & eorum potestatibus, & authoritatibus Regnum Hierosolymitanum, ejusque terras, & dominia à dictis Infidelibus occupata subiiciendo, pro viribus Fidem Christianam augendo, Statum Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ, & aliarum Christianarum Ecclesiarum ab omnibus vexationibus, & oppressionibus tuendo, & defendendo, & in earum protectione, & tuitione Prælatos ejusdem Ecclesiæ, Pauperes, & Orphanos, Viduas, & cœteros Cristianos contra quoscumque inimicos eorundem ponendo.

Articulus III.

Sit etiam notum, quod Nos supra nominati, circa præmissa Vota nostra adimplevimus, nostrisque diligentiis, & cura

cura Deo inspirante Regnum Hierosolymitanum partesque Saracenorum adepti fuimus, & contra illos Victorias laudabiles obtinuimus, dictamque Fidem Christianam auximus. Propterea nomen Christianissimi Principis, justo Nobis impositum fuerit, & merito ab aliis Principibus, & Populo Cristiano datum, Cum feliciter in Regnum nostrum Franciæ, Terrasque, & Dominia ad Nos spectantia reversi fuimus, etiam omnia alia Regna Principibus Christianis nobis amicissimis, in nobis subveniendo tam suis Divitiis quam Hominibus, & tandem possemus adimplere Vota nostra, & quæ jamdudum inçceperamus. Propterea, ut ipsa ratio docet, habuerunt partem honoris, prout Nos ipsi habuimus.

Articulus IV.

Insuper in honorem Passionis Domini Nostri Iesu Christi, atque reverentiam, quam Nos debemus Sanctissimo Papæ, Sedi Apostolicæ, atque Obedientiam Vicarius Dei in hoc Mundo, atque etiam Episcopis de magna Civitate Roma, humiliter recipimus Sanctissimas Cruces, quibus Nos signaverunt, atque Milites nostros, in honorem quinque Plagarum Domini Nostri Iesu Christi, ut eo magis essemus solidati in hujusmodi Infideles, ut cognosceremus Nos, atque Populum nostrum Christianum, tam vivum, atque mortuum in Regionibus horum Infidelium. Insuper inspeximus, atque deliberavimus fundare Ordinem Sanctissimi Sepulchri, nostræ Civitatis Hierosolymitanæ, in honorem, & reverentiam Sanctissimæ Resurrectionis, nostro nomini Christianissimo dignitatem primariam d. Ordinis adjunximus, & dictas quinque Cruces rubeas ejusdem, etiam in honorem quinque Plagarum Domino Nostro Jesu Christo inflictarum, deferri voluimus, Milites dicti Ordinis quam plurimos creavimus, illosque dictis Crucibus contra dictos Infideles insignivimus, qui fugitivi ob id remanserunt, nec non Exercitui resistere nequiverunt.

Articulus V.

XI. 1561. Henricus XIV. filius Gustavi Primi, regnavit 8.
XII. 1569. Joannes III. Henrici Regis Frater, regnavit 25.
XIII. 1594. Sigismundus Joannis filius, in Regem Poloniæ, vivente Patre electus, & Rex Suetiæ, regnavit 13.

XIV.

XIV. *1609.* Carolus III. Sigismundi Regis Patruus, regnavit 4.
Hucusque *d. Collector Gallus tom. 3. pag.* 341. *cum seqq.*
Sequitur *d. Abb. Justinianus pag. 645., & ponit.*
XV. *1609.* Gustavus Adulphus Caroli filius, regnavit 21.
XVI. *1632.* Christina filia Gustavi Adulphi, abiurata Hæresi, & abdicato Regno anno 1654. Romæ gloriose decessit: regnavit 21.
XVII. *1655.* Carolus Gustavi Adulphi ex sorore Nepos, regnavit 5.
XVIII. *1660.* Carolus XI. Gustavi Regis filius
Hucusque *d. Abbas Justinianus.* Addi debent Carolus XII., & Fridericus I. quos Nos apposuimus in calce nostri Discursus Undecimi sub tit. *Agni Dei* in Primo Tomo *à pag.* 254.

DISCURSUS CXCVII.

SILENTII, SIVE CYPRI, ENSIS LUSIGNANI

ARGUMENTUM

Narrantur Historiæ acquisitionis Regni Cypri favore Familiæ Lusignanæ, ac Institutio Equestris Ordinis sub nomine Silentii, sive Cypri Ensis Lusignani, illius Tessera, & Expositio Descriptionis dictæ Tesseræ: ponitur Catalogus Magnorum Magistrorum, & successio Venetorum in Regno Cypri, & usurpatio dicti Regni peracta à Turcis.

SUMMARIUM

1. *Quando, & quomodo Familia Lusignana acquisivit Regnum Cypri*, & n. 2.
2. *Jura Domus Sabaudiæ super dicto Regno indicantur.*
3. *Ordo Equestris Silentii &c. de quo tempore fuit institutus.*
4. *Ordo Silentii dicitur etiam Cypri, Ensis, & Lusignani.*
5. *Institutus fuit sub Regula Sancti Basilii.*
6. *Collare Ordinis constabat ex Nodis Amoris albis sericis cum litteris R., & S.*
Itemque Torques, à quo pendet Ensis argenteus cum Capulo aureo, & circum Verba Regni Securitas, & n. 7.
8. *Ingeniosa fuit Tessera, & descriptio plena documentis.*
9. *Alii dicunt in medio fuisse litteras S., & R. ad significandum Silentium secretum pro Patria, & Regis Silentium esse servandum*, & n. 10. 11., & 13.
12. *Equitum Officium, in quibus versabatur, & Votum.*
13. *Rex aggregavit huic Ordini Albericum Fratrem suum.*
14. *Nullum peculiarem Habitum habebant Equites.*
15. *Fuit Ordo valde dives cum Comendis.*
16. *Floruit quousque floruit Domus Lusignana.*
17. *Quando in eo successit Vidua Regina Cornelia, jussit Respublica Venetiarum extolli Insignia Veneta.*
18. *Catharina Regina Regnum dat Venetis.*
19. *Turcarum Tirannus illud armis invasit, & occupavit.*
20. *Catalogus magnorum Magistrorum adducitur.*

DIS-

DISCURSUS CXCVII.

SILENTII, SIVE CYPRI, ENSIS LUSIGNANI

Nupserat Guido Lusignanus Sibillæ majori filiæ Almerici Regis Jerusalem, & Viduę Guiglielmi Marchionis Montisferrati nuncupati *Longa Spada*. Vigore hujus Matrimonii in Regno Jerusalem succeſſerat Guido, qui à Saladino Rege per vim privatus fuit Regno Jerosolymitano anno 1187. Succeſſive Barbarorum violentis Armis e Christianorum manibus erepta fuerunt Terræ Sanctæ Loca, & Provinciæ: ad quas, et Terræ Sanctę Loca recuperandum, ut narrant illorum temporum Historiæ, Richardus Primus Angliæ Rex comparato Exercitu, & Navali classe instructa, dum ad illa Loca navigaret, accidit, ut tempestate jactatus, Portum in Cypri Insula expostulavit à Domino Insulæ. Erat autem tunc temporis, scilicet 1191. d. Insulæ dominus quidam Isaurus, ex Imperiali Stirpe Angeli Flavii Comneni, Viri undequaque crudelis, cunctisque sceleribus addictus; idcirco idem Isaurus non solum renuit Richardum excipere, sed pessime in illum egit, resque suas diripuit. Quapropter justa accensus ira Richardus in Isaurum armis irruit, & vi debellavit, captumque una cum illius Uxore, ambos aureis devincivit catenis, et Insulæ Dominium acquisivit, quam postmodum Templariis Equitibus cessit. Sed cum ob durum eorundem Templariorum Gubernii modum Subditi illorum Imperium ferre non possent, Insulam eandem d. Richardo Regi restituerunt. Richardus idcirco Rex Insulam tradidit Guidoni de Poitu Lusignani Domino jam elato ad Thronum Hierosolymitani Regni vigore Jurium suæ Uxoris Sibillę filię Regis Balduini, & è converso prefatus Guido cessit d. Regi Richardo rationes, quas ipse servabat super memorato Regno Terræ Sanctæ. Hinc Angliæ Reges Titulum illum propriæ addiderunt Coronæ.

Idemque Rex Richardus Bellicæ illi expeditioni, quam nuncupant *Cruciata*, ample præfectus, amplum sibi Regnum illis Regionibus construere statuerat; & ut nemo eidem obicem facere posset Jerosolymitanum Regnum emit à Guido Lusignano, cui in excambium cessit Insulam Cypri. Regni itaque Cypri constituit fastigium Guido Lusignanus, in cujus Domo per plura secula continuavit Regnum, & dicto Guidoni successit ejus Frater Almericus.

At quoniam apud *Patrem Gravefon Historia Ecclesiastica tom 6. Colloq. primo à pag. 81. cum seqq juxta impressionem Romæ Typographia Tinassi anno* 1720. prædictæ Regni Cypri Historię plures aliæ narrationes junguntur, Nos cupientes Lectores nostros in cunctis remanere eruditos, hìc transcribimus quę tradit *d. Pater Gravefon*.

Altera, inquit observatio, quam hìc subiciam, erit de Insulæ Cypri Regno, quod Seculo XV., seu anno 1476. ad Venetos transiit, etsi Jus ad illud Regnum Sabaudiæ Duces sibi vindicent, ejusque titulum, et Insignia hactenus conservarint. Hoc Insulę Cypri Regnum Gręcorum Imperio ademptum Isaacius Comnenus pro Gubernatore missus, tyrannice usurpaverat, sed illud eidem Isaaccio Comneno per vim ereptum, Richardus Angliæ Rex Guidoni de Lusiniano ea lege tradidit, ut Guido ei omne jus cederet, quod habe-

habebat in RegnumHierosolymitanum, à quo, ut observavimus in colloquio primo in Historiam seculi duodecimi, prædictus Guido de Lusiniano à Saracenis dejectus fuerat. Oblatam conditionem ultro excepit Guido de Lusiniano, & Cyprj Regno absque sudore potitus, illud ad suos posteros trasmisit. Contigit autem progressu temporis, ut apud Salaminam illius Regni Caput, Genuenses omnes, à quibus hæc Insula ob commercium frequentabatur, orto tumultu occiderentur, eorumque Merces, et Opes diriperentur. Hanc atrocem injuriam ut Genuensis Respublica ulcisceretur, Trugosium cum valida classe misit, qui Cypri Insulam dominio Genuensium subiecit, captivosque Regem, & Reginam, Genuam abduxit, quibus apud Genuam in carcere degentibus, Infans natus est, qui nomine Reipublicæ in Baptismo susceptus, vocatus est Janus à Civitate Januæ, que Genua itidem dicitur. Hunc Respublica postmodum in Cyprum remisit, retenta sibi primaria Regni Civitate Salamina, quæ etiam Famagusta nuncupatur, & est Emporium negotiationibus, & Mercimoniis frequentissimum. Huic Jano in Regno Cypri successit Joannes Lusinianus, qui Helenam ex Regia Paleologorum progenie Uxorem duxit, ex qua filiam suscepit, nomine Carlotam; ex Concubina vero filium dictum Jacobum. Nupsit Carlota sola Proles legitima, cum spe dotalis Regni, Ludovico Duci Sabaudiæ; spurium autem Jacobum Pater ipsius Joannes Lusinianus Rex Cypri, ut spe Regni excluderet, Nicosiensem Episcopum consecrari curavit. At hic defuncto Patre, Sultanum Ægypti adiit, à quo post ei obstricta Clientelæ, & Juramenti fidem, obtinuit, ut è Solio dejectis Duce Sabaudiæ, & Carlota ejus Coniuge, depulsis quoque ex Urbe Famagusta Genuensibus, Regno Cypri potiretur. Impetratum Regnum, quo magis firmaret Jacobus, Rempublicam Venetam adversus Genuensem sibi conciliavit, Matrimonium ineundo cum Catharina filia Marci Cornarii, quam sibi Senatus Venetus adoptavit; moxque mortuo Jacobo, & extincto ejus filio cognomine Jacobo posthumo, cui Mater Catharina successit, istud Cypri Regnum, quasi hæreditario jure Venetorum Ditionibus accessit anno 1476. Juri tamen suo in Regnum Cypri non cesserunt Sabaudiæ Duces, sed potius illud meliori titulo sibi vindicare asserentes, soliti erant singulis quinquenniis à Senatu Veneto Regnum repetere, à quo tandem post multas hujusmodi postulationes, hoc Davidicum acceperunt responsum: *Cœlum Cœli Domino, Terram autem dedit filiis Hominum*. Quo Responso innuere volebant Veneti, se Regnum Cypri, quo fruebantur, Armis strenue defendere paratos esse. Huic Controversiæ de Regno Cypri Duces Sabaudiæ inter, & Serenissimam Rempublicam Venetensem obortę, finem tandem magno Religionis Christianæ damno imposuit, saltem quoad possessionem Anno 1570. Selimus Turcarum Imperator, qui Cypri Regnum octoginta circiter Annis jam à Venetis possessum invasit, ac Turcico adiunxit Imperio, sicut fusius ostendemus in primo Colloquio in Historiam seculi decimi sexti.

3\. Circa autem initia regiminis hujus novi Regni d. Guido Ordinem Equestrem Militarem instituit, variantibus Scriptoribus in assignatione Anni, vel 1192. 1194. 1195., & 1196. Ac probabiliter concludimus circa enunciata tempora à d. Rege Cypri fuisse

insti-

institutum Ordinem in Civitate Niconæ in Ecclesia Sanctæ Sophiæ, quæ Cathedralis est, die Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi. Et hęc est Historiæ series, quam exponit *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari, e di tutte le Religioni Cavalleresche parte 2. cap. 34. pag. 536. cum seqq.* ubi refert varia Documenta antiqua lapidea quoad Familiam Lusignanam, secundum *impressionem Venetam Combi, & La Noù 1692. Pater Joseph Franciscus Fontana Lucensis Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum Monasticorum, & Religionum Militarium Gallice scripta, & ab eo translata in Italicum Idioma tomo 1. parte 1. cap. 36. pag. 288. & seq. juxta impress. Lucensem Josephi Salani 1737. Hermant Histoire des Religions tom. 2. cap. 3. à n. 29. cum seqq. juxta impress. Rhotomagen. Typis Jo. Baptistæ Besogne 1736.* referens Historiam Famigliæ Lusignani. *Collector Gallus tom. 3.* infra allegandus. *Petrus Franciscus Bergamaschi in Brevi Notitia Ordinum Equestrium pag. 58 juxta impress Taurini Typis Dominici Paulini Impress. Reverendę Cameræ Apostolicæ 1695.*

4. Equestrem hunc nobilem Ordinem sub variis nuncupationibus, & Titulis exponunt Scribentes, vel sub Titulo Silentii, ob rationes, de quibus infra; vel Ordo Cypri, eo quia in Cypri Insula fuit institutus; aut Ordo Ensis, quia in partem Tesseræ Ensem defert: vocatur etiam Lusignanus, veluti ab illis de Familia Lusiniana Cypri Regibus fundatus, ut videre est apud *Justinianum, Collectorem Gallum tom. 3. sub* S 39. *pag. 198. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Patrem Fontanam. Hermant* superius allegatos, quibus addimus *Comitem in Koden Sapieha in suo Corollario omn. Ordin. impress. in calce Tractatus ejusdem de Ordine Aquila Alba Typis Colonia apud Adamum Cholinum 1730. Patrem Honoratum à Sancta Maria* infra allegand. *Disquis. Historiq., & Critiques lib. 6. Disser. 7. Art. 2. pag. 135.* ubi plures alleg. *juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart pag. 718., & pag. 511., & ibi in Tabella omn. Ordinum in verbo l'Ordre de Cypre, ou del Epee: Patrem Philippum Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 108.

5. Dictus Ordo sub Regula Sancti Basilii institutus fuit, ut testantur *Justinianus, Pater Bonannus, Hermant, Collector Gallus* superius allegati, sic etiam *Hermant* ubi supra.

6. Collare Ordinis à Fundatore præscriptum, erat constructum ex Nodis Salomonis, & ut dicitur, *Nodi d'Amore*, sericis albis, mistis cum litteris albis *R.*, & *S.* aureis, à quo pendebat Torques, & à quo Numisma aureum retinens Ensem evaginatum argenteum cum capulo aureo, & circum eundem legebantur hæc verba: *Securitas Regni: d. Pater Fontana pag.* 288.

7. Tessera Ordinis fuit Baltheus, sive Torques aurea aureis litteris exornatus, & quidem Litteris SS: exprimentibus inter se connexis, & catenatis: sic alii ajunt, quod Silentii Ordo dictus fuit: in cujus Torquis medio, intercurrentibus laciniis, pendebat Ensis argenteus cum capulo aureo, supra quam aderat magna Littera S. cum hac inscriptione: *Pro Fide servanda: d. Bonannus n.* 108.

8. Ingeniosa sane est hujus Ordinis Tessera, quam multipliciter referunt Auctores cum suis Inscriptionibus moralia, & politica docentibus, ut infra patebit.

Asserunt alii, quod in medio Litt. *S.*, alia aderat *R.* ad significandum, quod

per litteram *S*: quæ apud Romanos nota erat Silentii, secretum Societatis, & Amicitiæ, individuumque pro Patriæ defensione Societatis, & Regis Silentium esse servandum: *d. Bonannus d. n.* 108. *Abb. Justinianus* ubi supra: *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *d. pag.* 198. *d. Petrus Franciscus Bergamoschi n.* 58. *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 135.

10. Per illa verba *Pro Fide servanda* voluit Fundator innuere, quod nullum inter Commlitones generosi animi munus prætereundum erat, adeoque Ense pugnandum: *d. Bonannus d. n.* 108. *d. Pater Fontana pag.* 289.

11. Per litteras autem *S.*, & ut diximus litt. *R.* dicunt exprimi Regium *Silentium*, *vel Regium Secretum*, ac Securitas Regni: *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 200. *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 135. *d. Pater Fontana pag.* 289. *d. Comes in Kodeu Sapieha d. pag.* 258.

12. Officium Equitum hujus Ordinis erat operarj in servitium, & manutentionem Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanę. In servitium Regis Justitiam tueri in defensam, & protectionem Viduarum, & Orphanorum, & pro Populi tranquillitate; utque se opponerent Hostilibus Armis invadere tentantibus d. Insulam. Ad quæ omnia se Voto obligabant, quando in Equites eligebantur: *d. Pater Fontana pag.* 290. *d. Pater Honoratus à S. Maria pag.* 136. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *d. Pater Fontana d. tom.* 1. *pag.* 289. ibidem.

13. Ordinem hunc Regium semper fuisse illustrem, liquido constat: siquidem idem Rex Guido Fundator illum contulit Almerico Maury ejus Fratri, ac Comestabili d. Regni, in quo ille successit, pariterque eundem contulit ter centum Viris Nobilibus pro majori parte Gallis, quos secum duxerat e Palæstina: *d. Pater Fontana pag.* 290.

Et dicta fundationis occasione Fundator in actu fundationis suis Equitibus summopere inculcavit servare arctam, & Sanctam Unionem, & sibi servare fidelitatem, juxta Votum ab ipsis emissum, ut diximus: *d. Pater Fontana pag.* 290.

14. Nullum peculiarem Habitum habebant Equites; unde exhibetur Eques armatus, & prædicta Tessera ornatus: sic habetur penes *Bonannum in d. Catalogo Equitum sub n.* 108. *Collector. Gallum d. tom.* 3. *pag.* 198.

15. Tractu temporis evasit ditissimus Commendarum acquisitione, & Bonorum ac divitiarum, etiam in Italia, ut tradit *d. Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 201.

16. Floruit hic Ordo sub Regibus Cypri illius magnis Magistris, quousque Reges floruerunt: sed cum Reges defecissent, defecit quoque Ordo. Porro per obitum Regis Jacobi, uti Gubernatrix Regni successit Regina Catharina Cornara Vidua d. Regis Jacobi, ortoque ex ea Filio posthumo, cui impositum fuit Patris Nomen Jacobus, ipsa Regina Catharina superstes hęres filii posthumi fuit. Sed postmodum cum inter Barones, & Regni Proceres subortæ fuerint contentiones, & diffidia asperrima in ipsius Regni perniciem, manifesta siquidem emerserant studia Subditorum, qui sub fœmineo regimine res novas induce-

17. re satagebant, exterosque Principes advocare ad Regiam Coronam, ad hæc compescenda, Senatus Venetus prudentissime accurrit, jussitque in Regno extolli Reipublicæ Venetæ gloriosa Vexilla, ut ita volubilitatem Populi coercerent, & Reginæ, quæ filia erat Reipublicæ, velut ex Eccel-

 lex-

lentissima undequaque Familia, latine *Cornelia*, quam Nos Itali dicimus *Cornaro*.

d e mum Catharina Cornaro Vidua Regis Jacobi Lusignani Regnum Cy-
18. pri cessit Reipublicæ Venetæ: *Abbas Justinianus* ubi supra *pag.* 547. *d. Pater Fontana d. pag.* 290. *d. Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 201. *Graveson Historia Ecclesiastica tom.* 6. *colloq.* 1. *pag.* 81. *juxta impress. Romæ Typis Tinassi* 1720.

Ac tandem anno 1561. Turcarum vio-
18. lentia illud usurpavit: *d. Pater Fontana d pag.* 290., & præter notata superius *sub* §. 5. At quoniam tradit *d. Graveson tom.* 7. *pag.* 13. *d. Hermans pag.* 35.

Superest, ut referamus magnos Magistros hujus Ordinis tam de tempore Familiæ Lusignanæ, quam Reipublicæ Venetæ, & est, ut sequitur.

Catalogus magnorum Magistrorum hujus
20. *Ordinis Silentii &c. incipiens ab illius creatione, & complectens omnes Reges Lusinianos, nec non Senatores Venetos, quem Catalogum refert* d. Abb Justinianus *loco præallegato*, & pag. 548. *itemque* Collector Gallus d. tom. 3. pag. 202., & seqq.

I. 1195. Guido Lusignanus Rex Hierusalem, & Cypri, regnavit annos 2.

II. 1196. Almericus ejus Frater rexit annos 9.

III. 1205. Hugo I. cognomento magnus, filius Almerici, rexit an. 23.

IV. 1218. Henricus filius Hugonis, rexit annos 36.

V. 1254. Hugo II. dictus etiam Hungettus, eo quia obiit ætate juvenili, filius Henrici, rexit an. 10.

VI. 1264. Hugo III. Patruus, & Successor Hugonis II., rexit an. 17.

VII. 1281. Joannes filius Hugonis, rexit annos 2.

VIII. 1283. Henricus II. frater Joannis, rexit annos 33.

IX. 1316. Hugo IV. filius Guidi Comestabilis Regni, frater Henrici, & Joannis, rexit annos 37.

X. 1333. Petrus filius Hugonis, rexit annos 18.

XI. 1371. Petrinus, aut Petrus Junior filius Petri, rexit annos 12.

XII. 1383. Jacobus Patruus Petri Junioris, rexit annos 29.

XIII. 1412. Giannus natus Januæ, Jacobi filius, rexit annos 20.

XIV. 1432 Joannes II., aut Joannes Jacobus, ut alii sentiunt, filius Jacobi, rexit annos 28.

XV. 1460. Carlotta filia Joannis, cum ejus Maritis Joanne Infante Portugalliæ, & Ludovico Principe Sabaudiæ, rexit annos 3.

XVI. 1463. Jacobus II. naturalis Joannis, rexit annos 10.

XVII. 1473. Catharina Cornelia Regina Vidua cum Jacobo III. Principe nato posthumo, & præmortuo Matris ejus Hæredi 1475., rexit annos 16.
Hæc cessit Regnum Reipublicæ Venetæ cum omnibus juribus, ut dicitur *de Sovranità*: quapropter in Magistrali Dignitate Ordinis successere Principes ejusdem Reipublicæ, videlicet

XVIII. 1489. Augustinus Barbaricus Dux Venetiarum, & pro Republica Veneta magnus Magister Ordinis Regii Cypri, rexit annos 12.

XIX. 1501. Leonardus Loredanus, rexit annos 12.

XX. 1513. Antonius Grimani, rexit annos 19. mens. 8. dies 29.

XXI. 1523. Andreas Griti, rexit annum 1. m. 10. d. 1.

XXII. 1525. Petrus Landi, rexit annos

nos 15. m. 7. d. 9.
XXIII. 1545. Franciscus Donatus, rexit an. 7. m. 5. d. 28.
XXIV. 1553. Marcus Antonius Trevisanus, rexit m. 11. d. 27.
XXV. 1554. Franciscus Veniero, rexit an. 1. m. 11. d. 24.
XXVI. 1556. Laurentius Prioli, rexit annos 3. m. 2. d. 3.
XXVII. 1559. Hieronymus Prioli, frater Laurentii, rexit an. 8. m. 2. d. 4.
XXVIII. 1567. Petrus Loredanus, rexit an. 2. m. 5. d. 7.
XXIX. 1570. Aloysius Mocenicus, rexit annos 7. d. 24.
XXX. 1577. Sebastianus Veniero, rexit m. 8. d. 20.
XXXI. 1578. Nicolaus de Ponse, rexit annos 7. m. 4. d. 11.
XXXII. 1585. Pasqualis Cicogna, rexit annos 9. m. 7. d. 15.
XXXIII. 1595. Marinus Grimani, rexit annos 10. d. 8.
XXXIV. 1105. Leonardus Donatus, rexit annos 6. m. 6. d. 6.
XXXV. 1612. Marcus Antonius Memo, rexit annos 3. m. 3. d. 6.
XXXVI. 1615. Jo. Bembo, rexit annos 2. m. 3. d. 14.
XXXVII. 1618. Nicolaus Donatus, rexit m. 1. d. 4.
XXXVIII. 1619. Antonius Prioli, rexit annos 5. m. 2. d. 29.
XXX X. 1623. Franciscus Contarini, rexit an. 1. m. 3. d. 4.
XL. 1624. Joannes Cornaro, rexit annos 5. m. 11. d. 16.
XLI. 1630. Nicolaus Contarini, rexit an. 1. m. 2. d. 15.
XLII. 1631. Franciscus Erizzo, rexit an. 14. m. 7. d. 24.
XLIII. 1645. Fran. Molinus, rexitan. 10.
XLIV. 1655. Carolus Contarini, rexit an. 1.
XLVI. 1656. Franciscus Cornaro filius Didaci Joannis, rexit d. 22.
XLVI. 1656. Bertuccius Valiero, rexit an. 1. m. 9. d. 16.
XLVII. 1658. Joannes Pesaro, rexit an. 1. m. 5. d. 22.
XLVIII. 1659. Dominicus Contarini, rexit an. 15. m. 3. d. 11.
XLIX. 1674. Nicolaus Sagredo, rexit an. 1. m. 6. d. 7.
L. 1675. Aloysius Contarini, rexit an. 8. m. 4. d. 6.
LI. 1683. Marcus Antonius Justinianus, rexit an. 4. m. 1. d. 26.
LII. 1688. Franciscus Morosini
Cœteri videndi sunt superius in hoc Tomo Disc. 145. pag. 74.

DISCURSUS CXCVIII.

SANCTI SIMPLICII

ARGUMENTUM

In præsenti Discursu enumerantur aliquæ Prærogativæ, Abbatiæ Fuldensis in Germania *a n. 5. cum seqq.* ostenditur Abbatiam fuisse fundatam à Sancto Bonifacio Martyre Archiepiscopo Moguntino.

Refertur per extensum Bulla Sanctissimi Domini Nostri super erectione Abbatiæ Fuldensis in Episcopatum, præservato tamen statu Regulari, & sic cum hoc, quod Episcopus, & Abbas Fuldensis nominetur.

Similiter per extensum referimus Documentum creationis Ordinis Equestris Sancti Simplicii, factæ ab Abbate Fuldensi Joanne anno 1492.

SUMMARIUM

1. *INdicantur Auctores de Fuldensi Abbatia agentes*, & n. 2.
3. *Fuldensis Abbatiæ recensentur Prærogativæ, & num. seqquen.*
4. *Sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus fuit Germaniæ Apostolus, & Abbatia Fuldendis Fundator*, & n. 6., & 16.
5. *Dictus Sanctus Bonifacius injunxit Divo Sturioni, & Sociis, ut locum invenirent.*

6. *Cum locus inventus spectaret ad Carlomannum, Divus Bonifacius ab eo obtinuit amplum terræ circulum pro constructione Monasterii.*
7. *Sanctus Bonifacius præscribit Statuta observanda.*
8. *Abbatiæ Fuldensis incrementum enunciatur: Sancti Bonifacii Vitam qui scripserunt.*
9. *S. Bonifacii exponitur obitus, & tumulatus fuit in Ecclesia Fuldensi.*
10. *Fulda Abbatia in Episcopatum erigitur à Sanctissimo Domino Nostro Papa Benedicto XIV., & Bulla refertur*; & n. 11.
12. *Laudatur R. P. D. Thomas Antonius de Emaldis, & Dominus Abbas Bernardus Belli*, & n. 13.
14. *Laudatur Dominus Comes Franciscus Piazza.*
15. *Antiquitus creabantur Ordines Equestres, & Militares cum methodo Confraternitatis, & Sodalitatis.*
16. *Pater Marganetti, & Pater Revisor Germaniæ Societatis Jesu laboravere in explicatione Documenti Fundationis Abbatiæ Fuldæ.*
17. *Documentum Fundationis est exaratum lingua Germanica antiqua.*
18. *Ordo Sancti Simplicii fuit institutus anno 1492. à Joanne Abbate Fuldense.*
19. *Ad Sanctissimæ Virginis Mariæ, ac Divi Bonifacii, & Sanctorum Simplicii, & Faustini Martyrum honorem institutus fuit Ordo. Corpora dictorum Sanctorum sita sunt in Fuldensi Ecclesia.*
20. *Adscribendi huic Societati debent esse Nobiles per quatuor generationes cum Galea, & Scuto, quod notorie, & scienter constet.*
21. *Tessera hujus Equestris Ordinis est Catena de argento puro ponderis unius Marcæ, cum nomine Equitis Sancti Simplicii, cum Litteris H., & S. inter quas sint Lamellæ, cum incisione duodecim Capitum Sanctæ Christianæ Fidei, & in medio Lilia trium flosculorum, seu triplex Lilium, ex quibus pendeat in figura heraldica cum suo labaro Sanctus Eques Simplicius cum nomine ejusdem, à quo pendent septem Catenulæ cum indiculis, seu malleolis Campanularum in memoriam septem Donorum Spiritus Sancti.*
22. *Quo die assumunt Insigne, debet sive Masculus sit, sive Fœmina, unum* Pater noster, & Ave Maria, cum Credo *recitare.*
23. *Quibus diebus, ac temporibus dicti Insigne deferant, non tamen ad infamia loca, vel ad dehonestamentum.*
24. *Aggregandi debent Custodi manifestare Nomen: quis ille sit, & per quatuor Generationes; ex Nobili stirpe sit natus; & offerre ad Aram Sancti Simplicii duos Florenos Rhenanos cum suis pictis Insignibus.*
25. *Quid sit agendum cum hæredibus*, & n. 27.
26 *Quilibet Eques Uxorem prædicto modo in Societatem accipere potest.*

DISCURSUS CXCVIII.

SANCTI SIMPLICII

ANtequam Equestris Ordinis Sancti Simplicii Historicam Narrationem aggrediamur, nonnulla de Fuldensi Abbatia præmittere operæ pretium putamus.

De hac Fuldæ Abbatia, quæ in Germania amplum constituit Principatum, plura referunt Volumen illud, cui Titulus - *Li Sovrani del Mondo tom. 1. pag 205. juxta impressionem Venetam Typis Sebastiani Colini, & Joannis Malachin* 1720. *Codex Probationum*

tionum Historia Fuldensis n. 235. pag. 326. præter fuse allegatos à *Lasor* in ejus Opere, cui Titulus - *Universus Terrarum Orbis Scriptorum calamo delineatus pag.* 405., *&* 406. *tom.* 2. *impress. Patavii* 1713. *Typis Jo. Baptistę Conzatti*: additis aliis recensitis in egregio Opere *De Synodo Diœcesana Sanctissimi Domini Nostri Domini Benedicti Papæ XIV. jam variis impressionibus diffuso Romæ, Venetiis, & Ferrariæ lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 15. *pag.* 240., unde ibi

Ex tomo 2. cap. 7. n. XII. pag. 239. juxta dictam impressionem Ferrariæ 1756. sic habetur.

Celebris fuit, non in Germania modo,
2. *sed in universo etiam Orbe Catholico Abbatia Fuldensis. Quibus, & quam insignibus ornata fuerit prærogativis, quibus tum Apostolicis, tum Cæsareis privilegiis decorata, legi potest in Historia Fuldensi à Brovvero edita anno* 1612., *& in alia Historia pariter Fuldensi à Joanne Friderico Schannat typis impressa anno* 1729. *Hanc celebrem Abbatiam Nos ipsi in Episcopatum ereximus; ita tamen, ut & privilegia omnia, quibus antea fruebatur, integra manerent, & ipsius Regularis status nequaquam in ea immutaretur; cum scilicet novus Episcopus in ea constitutus, non solum Fuldensis Episcopus, sed etiam Fuldensis Abbas nuncupari debeat; quique in Abbatem posthac electus fuerit, idem intelligendus sit ad Episcopatum electus: Monachus vero Decanus, tresque Capitulares Monachi, quorum antea erat Abbatem eligere, iidem, vacante Abbatiali dignitate, electionem peragere debeant; hoc uno interjecto discrimine, quod qui prius eligebatur, non nisi Abbas Fuldensis erat, in posterum vero electus, & Abbas, & Episcopus Fuldensis electus esse censebitur; quemadmodum in nostra Constitutione super hoc edita fusius præscribitur.*

Nobilissima hæc Fuldę Abbatia, tum
3. ex antiquitate, & Privilegiis, quibus exornata est, tum Jurisdictionis amplitudine (plurimæ enim aliæ Abbatiæ, & Prioratus ab ea dependent, & demum ex Divitiis) præclarissima est in tota Germania, ubi latum tenet Principatum, estque caput omnium Abbatiarum Abbas Cancellarius perpetuus Imperatricis, quemadmodum liquet, ultra superius allegatos, *ex Collectore Gallo in Historia Ordin. Religiosorum, & Militarium tom.* 5. *cap.* 15. *ex Gallico idiomate translata in nostrum Italicum à Patre Joseph Francisco Fontana Lucense Congregationis Matris Dei sub cap.* 13. *pag.* 128. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1718., cum aliis, in ipsa Bulla Sanctissimi Domini Nostri in calce Discursus registrabitur.

Hujus Fuldensis Abbatię Institutor, &
4. Fundator fuit Divus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus, Germaniæ Apostolus, & summopere Catholicæ Fidei dilatationem zelans. Hic Sancto Sturioni ejus Discipulo injunxit, ut
5. aptum locum, ad construendum Monasterium inveniret cum Sociis, qui invenerunt locum prope Flumen Fuldę in regione nuncupata Buchouu, qui antiquitus *Grapfeld*, situm in Assia, Franconia, & Thuringia. Cumque dictus locus vocaretur *Eiloba*, & ad Carlomannum Ducem, & Principem Francorum spectaret, Divus Boni-
6. facius ad eundem Carlomannum se contulit, petiitque, ut dignaretur eidem locum concedere pro constructione Monasterii ibidem. Carlomannus ergo eidem Divo Bonifacio locum petitum concessit complectentem

tem

tem in giro spatium quatuor mille passuum, et ulterius Aulicis suis insinuavit, ut eorum opem ædificationi suppeditarent. Quamobrem Sanctus Sturionus anno 744. in d. Conventu Religiosos locavit: duobus postmodum elapsis Mensibus, ipse Divus Bonifacius ædificare fecit Ecclesiam, & Monasterium Fuldæ, quod sic appellatur, ut diximus, à Flumine dicto *Fulda*, quod per illum locum fluit. & ejusdem Fuldæ loco primus Abbas fuit Divus Sturio.

7. Tamque Domino benedicente, Fidelium Eleemosinis incrementum accepit Monasterium brevi tempore, ut in eo, Sancto Abbate Sturione adhuc vivente, plusquam quingenti Religiosi habitaverint. Tempore autem quo Monasterii ædificium extollebatur, Montem ascendit Sanctus Bonifacius vicinum, quam ob causam Mons Episcopi nuncupatur. Ibi Oratione vacabat assidua, & Sacrarum literarum studiis: Oratione completa ad Fuldam rediit Sanctus Bonifacius, Religiosos incessanter monebat, ut firmi, & stabiles in eorum Regulis perseverarent, Statuta exacte observarent, & expresse injunxit, ne ullum gustarent potum, qui rationem posset alterare, & contenti essent parva, tenuique cervisia, vulgo *Birra*. Verum quidem est, ut adaucto notabiliter habitantium numero, rigor hic tempore Pipini dicti *Il corto* limitatus fuerit, & in quodam Concilio, ob debiles, & Infirmos, concessa facultas bibendi vinum: sed hujusmodi facultate magnus Religiosorum numerus uti noluit, semperque toto Vitæ eorum cursu à Vino abstinuit: & de Fundatore Abbatiæ à Sancto Bonifacio facta meminit d. Bulla Sanctissimi.

8. Quoad reliquas Fuldensis Abbatiȩ partes, omnesque rerum series videri possunt apud recensitos Auctores, & signanter *Collectorem Gallum*, *&* *Patrem Gravesonum*, qui enumerat *Fuldæ Abbates*, *Abbatias*, *&* *Prioratus à Fulda* dependentes *in Historia Ecclesiastica tom. 3. colloq. 1. à pag. 48. juxta impressionem Romæ Typis Francisci Consagæ 1722.*

Ad eruditionem vero subdimus, Divi Bonifacii Germaniæ Apostoli Vitam scripsisse Sanctum Villibandum, & de eo mentionem facere *d. Patrem Gravesonem* ubi supra. Ipsumque Sanctum Bonifacium anno 745. à Romano Pontifice Zaccharia creatum fuisse Episcopum Moguntinum, cum Dignitate Metropolitæ.

9. Cumque subinde latas Frisonum Regiones prædicandi Evangelii causa, indefessis studiis, & laboribus perlustrans, venit ad Flumen quoddam, ubi inhumana cȩde, una cum Sociis suis pro Fide necatus est die quinta mensis Junii anni 754., vel 755. sicque Apostolicos sui Germanici Apostolatus sudores Martyrii Sacro Murice coronavit Divus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus, ut refert sæpe laudatus *Pater Graveson d. tom. 3. colloq. 1. pag.* 48. Ubi quod in Fuldensis Abbatiæ Monasterio, quod ipse ut præmisimus fundaverat, sepultus fuit.

10. Huic tot Titulis præcelsȩ Abbatiȩ Coronamentum nuper Apostolica Auctoritate addidit Sanctissimus Dominus Noster Ter Optimus, Ter Maximus Pontifex Benedictus XIV. qui eandem Fuldensem Abbatiam in Episcopatum erexit, mediante ejus Pontificia Constitutione, & de qua mentionem fecit ipse Summus Pontifex in Tomo secundo cap. 7. pag. 239. De Synodo Diœcȩsana Sanctissimi Domini Nostri Benedicti Papæ XIV. juxta impressionem

Fer-

Ferraria 1756., ut supra retulimus. Tenor autem Constitutionis Pontificiæ est, ut sequitur.

ABBATIA FULDENSIS

In Episcopatum erigitur, cum omnibus juribus, & parogativis, præservato tamen statu Regulari, ita ut idem Episcopus, & Abbas Fuldensis sit, & nuncupetur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

IN Apostolicæ Dignitatis Apice, Divina disponente voluntate, cui obediunt omnia, meritis licet imparibus, constituti, omnes Dominici Agri partes, quasi de Montis Vertice, inspicimus, ac speculamur, ut quid Ecclesiarum omnium conditioni, decori, & firmamento conveniat dijudicemus; eaque propter Decessorum nostrorum vestigiis inhærentes, novas quandoque plantare, atque erigere Episcopales Sedes, quandoque vero Monasteria insignia, servata tamen in eis Regulari observantia, Episcopali Dignitate, & honore condecorare opportunum ducimus, ut uberior inde Dominici Agri cultus, & Messis existat, ac Monasticus Ordo clarius florescat, pax, ac concordia cum finitimis servetur, & quod potissimum est, Catholicæ Fidei nomen in Civitatibus, in quibus illustres Personæ resident, splendidius appareat, illarumque Præsules dignioribus titulis illustrentur, & condignis favoribus attollantur.

§. I. Cum itaque, sicut accepimus, Insigne (*a*) Monasterium, Abbatiæ nuncupatum Fulden. Ordinis Sancti Benedicti, à Sancto Bonifacio in Buconia fundatum, Sedi Apostolicæ immediate subiectum, quod suam Civitatem, cum Seminario Alumnorum, & Accademia Studii generalis inibi existentibus, ac Territorium separatum; quamplurima loca, Præposituras, & Oppida, cum nonnullis Sæcularibus, & Collegiatis Ecclesiis, ac non exiguo Parochialium Ecclesiarum circumquaque positarum numero, sub se continens, habet, & in quo abundantissimus Monachorum, sub una eademque Disciplina, & Regulari observantia alitur numerus, ex quibus ter deni ad minimum quotidiana Divina Officia, tam in Choro, quam intra Ecclesiam Sacra peragendo, laudesque Deo persolvendo, peculiari frequentia peragunt, ac decore, & cujus Monasterii fructus, redditus, & proventus ad tercentum viginti florenos in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur; ejusdemque Monasterii Abbatis (qui etiam, sicut pariter accepimus, Sacri Romani Imperii Princeps, ac Charissimæ in Christo Filiæ nostræ Mariæ Theresiæ, Hungariæ, & Bohemiæ Reginæ illustris, Charissimi in Christo Filii nostri Francisci Romanorum Regis in Imperatorem electi Uxoris, ac etiam pro tempore existentis Romanorum Imperatricis Archicancellarius, ac per Germaniam, & Galliam Primas existit, quique jurisdictionem quasi Episcopalem, tam in Civitate prædicta, quam toto Territorio, aliisque sibi subiectis Locis, Præposituris, & Oppidis præfatis, non tamen in eis, quæ sunt Ordinis, exercet) electio ad pro tempore existentes quatuordecim ejusdem Ordinis expresse professos Mona-

(*a*) *Recensentur insignes prærogativæ Abbatiæ Fuldensis.*

Monachos Capitulares tantum, videlicet Decanum, qui etiam Præpositus S. Andreæ in Monte novo nuncupatus prope Fuldam, ac prima post Abbatialem Dignitas existit, & continvo in Præpositura ejusdem S. Andreæ dicti Ordinis eidem Monasterio contigua residet, ac octo Præpositos in aliis octo Monasteriis, seu Præposituris ejusdem Ordinis, a primodicto tamen Monasterio dependentibus, in locis dissitis extra primodictum principale Monasterium degentes, eisque præsidentes, atque in Contubernio Sociorum Regularium, præter Spiritualia Officia, annexam jurisdictionem, nomine atque auctoritate Abbatis Fuldensis, administrantes, necnon alios quinque præfati Ordinis respective Monachos Capitulares, non tamen Præpositos, quorum ex eis unum Regularis disciplinæ, ac Chori in Monasterio primodicto Præsidem Capitularem, ac semper apud præfatum Decanum, reliquos vero quatuor Monachos Capitulares, & non Præpositos, continvo una cum ipsis Præpositis, tamquam eorum Socios, & Commensales, cum debita tamen erga eos reverentia, & subiectione, respective commorantes, & permanentes, concordatis Germaniæ inibi vigentibus, spectat, & pertinet, quamplurimis propterea eximiis gaudebat prærogativis.

§. II. Nos igitur attentis tot, tantisque, quibus Monasterium primodictum eminet meritis, illius (*a*) Abbatialem Ecclesiam in Cathedralem, & Episcopalem, ut infra, erigere cupientes, motu proprio, non ad alicujus super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa Scientia, meraque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine. Ecclesiam Abbatialem præfatam, fi mis tamen semper in ea remanentibus, inibique semper vigentibus omni statu, qualitate, denominatione, & omnimoda essentia regularibus; ita ut imposterum, ut prius, regularis nunquam esse desinat, in Cathedralem, & Episcopalem, quæ ut antea Sedi Apostolicæ immediate subiecta, ac regularis existat, Ecclesiam, apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo erigimus, & instituimus, ac nomine, titulo, & honore Episcopali decoramus, ac pro tempore existentes primodicti Monasterii Abbates, in veros Præsules, & Episcopos Fuldenses declaramus; nec non quod pro tempore existens ejusdem Ecclesiæ per Nos, ut præfertur, in Episcopalem erectæ Episcopus, semper imposterum non tantum Episcopus, & Abbas Fuldensis denominari, sed etiam verus ejusdem Ecclesiæ Episcopus cum omnibus insigniis Episcopalibus, privilegiis, honoribus, & prærogativis Episcopis debitis, & concessis, ac Juribus, & jurisdictionibus in Clerum Secularem, & Regularem, ac Populum tam Civitatis præfatæ, quam totius Territorij, ac Ditionis, & Diœcesis Fulden., & facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, & indultis realibus, & personalibus, ac mistis, quibus aliæ Ecclesiæ Episcopales, eorumque Præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt, verusque insimul Abbas Regularis Ful-

(*a*) *Propter quas in Episcopatum erigitur integro tamen manente Regulari statu.*

Fuldensis, cum omnibus suis Abbatialibus juribus, honoribus, praeminentiis, praelationibus, & praerogativis universis, quibus de praesenti gaudet, vere, realiter, & cum effectu existere, ipseque in literis Apostolicis tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernendis, impostertum expediendis Episcopi insimul, & (a) Abbatis Fuldensis, ac nomine decorari, ac vocari, sicque idem inscribi; quodque occurrente ejusdem Ecclesię in Episcopalem, per Nos, ut praefertur erectae, ac Monasterii primodicti vacatione futurus illius Episcopus, & Abbas, nullo in ejus electione innovato ordine, eodem modo, & forma, ut prius, per dictos Decanum, & alios tredecim Monachos Capitulares prę-fatos, qui tantummodo vocem activam, & passivam in electione praefata, ut prius, habere possint, eligi.

§. III. Ita tamen (b) ut sequuta, ut pręfertur, ejus in primodicti Monasterii Abbatem canonica electione, etiam Episcopus Fuldensis electus remaneat, ac propterea confirmationem electionis praefatae, ut prius, una cum provisione Ecclesiae Episcopalis per Nos, ut pręfertur erectę, ac Monasterii Fuldensis, à Sede Apostolica petere, & obtinere respective debeat, & teneatur: cum hoc etiam, quod uti Episcopus, & Abbas Fuldensis, jurisdictionem suam Episcopalem insimul, & Abbatialem Dioecesanam in eisdem locis, Ecclesiis, & Personis, ac praefato Clero tam saeculari, quam regulari, ad praesens Territorio Fuldensi subiectis, & juxta concordiam inter Venerabilem Fratrem nostrum Carolum Philippum modernum Episcopum Herbipolensem, ac Dilectos Filios Capitulum, & Canonicos Ecclesię Herbipolensis ex una, & Venerabilem etiam Fratrem nostrum Amandum Episcopum Themiscirensem in Partibus Infidelium, & modernum primodicti Monasterii Abbatem, quem propediem ad pręfatam Ecclesiam Fuldensem per Nos in Episcopalem, ut praefertur, erectam transferre intendimus, ac dilectos quoque Filios Capitulum regulare primodicti Monasterii ex altera partibus initam, & nuper per Nos Apostolica auctoritate praefata approbatam, & confirmatam, salva tamen, & illęsa semper remanente praecedentia, favore pręfati moderni, & pro tempore existentis Episcopi Herbipolensis, illiusque Sedis Episcopalis, eis, uti antiquioribus, debita, exercere valeat, ac firma etiam permanente pręfata taxa florenorum tercentum viginti in libris Camerae Apostolicę, ut praefertur, descripta, quam unicam tantum in literarum Apostolicarum Episcopalis, & Abbatialis Ecclesiae hujusmodi provisionis, & confirmationis, electionis desuper conficienda expeditione, impostertum persolvi, illamque nunquam ratione praefatae erectionis ejusdem Ecclesię in Episcopalem per Nos, ut praefertur, factae augeri posse volumus, motu pari, dicta Apostolica auctoritate, earundem tenore praesentium decernimus.

§. IV. Quodque Episcopium, pro Episcopi, (c) & Abbatis Fuldensis pro tempore existentis, residentia, & habitatione, idem existat Monasterium, aut Palatium, quod usque num ab Abbate Fuldensi habitum fuit, & ad praesens inhabitatur, & inhabitari solet.

(a) Nec non eligentium jure, ac electionis forma.
(b) Adeo ut uno electionis actu Fuldensis Episcopus, & Fuldensis Abbas eligatur.
(c) Episcopium, Cathedralis, & Capitulum Regulare designatur.

solet, motu simili etiam declaramus. Pro Cathedrali vero Ecclesia, ut eadem principalis primodicti Monasterii, sub antiqua SSmi Salvatoris invocatione Ecclesia habeatur, & in ea Capitulum, nec in minimo immutata ejus regularitate, & denominatione Capituli Regularis, solum ex præfatis quatuordecim, vel quindecim, quatenus alium Monachum ejusdem Ordinis eidem numero, ut infra, augeri contigerit, Capitularibus, non autem aliis non Capitularibus, & extra præfatum numerum ejusdem Ordinis respective Monachis, videlicet Decano, cujus Decanatus prima, & unica in præfata Ecclesia Dignitas Regularis existat, ac ejus, dum illa pro tempore vacat, electio ad prædictum Abbatem, & reliquos Capitulares tantum Monachos præfatos, ut prius spectare debeat, ac ejusdem octo Præpositis, necnon quinque, aut sex, si alium Monachum non Capitularem dicti Ordinis expresse professum per pro tempore existentem Episcopum, & Abbatem Fuldensem, (ad quem semper, ut antea, spectet electio, tam præfatorum octo Præpositorum, quam aliorum quinque, vel sex Capitularium Monachorum præfatorum) ejusdem numero Capitulari augeri contigerit: cum hoc tamen, quod tam præfati Decani, quam præfatorum Monachorum Capitularium Vestes Regulares, & Monasticæ existant, illasque Decanus, & alii Monachi Capitulares præfati, juxta eorum Regularem professionem, gestare teneantur, componi tantummodo debeat; quodque Capitulum præfatum, tempore Sedis Episcopalis, & Abbatialis vacantis, usque dum ad electionem novi Episcopi, & Abbatis deventum fuerit, non tantum de Monasterio, sed de tota Civitate, & Diœcesi Fuldensi gubernium sumat motu pari, etiam decernimus.

§. V. Ad hoc autem, ut ipsi Ecclesiæ per Nos (a) in Episcopalem, ut præfertur, erectæ splendidiori decore inserviatur, ipsarum tenore præsentium mandamus, quod ultra Monachos continuo in primodicto Monasterio, juxta ejusdem primodicti Monasterii Regulas, & præcepta, ut prius, recipiendos, inibique habitantes, & residentes, qui ut prius, quotidie ejusdem Ecclesiæ Chori servitio, aliisque arbitrio Episcopi, & Abbatis Fuldensis pro tempore existentis præfatis functionibus Sacris peragendis obligati existant; Decanus pro tempore existens præfatus, una cum uno ex dictis quinque, aut sex Capitularibus, non tamen Præpositis Monachis, ut antea, continuo apud eandem Præposituram S. Andreæ residere, octo vero Præpositi pro tempore existentes præfati, ultra residentiam in præfata Ecclesia in quatuor, & forsan ultra anni diebus, per eos, ut prius, fieri solitam; quinque ex eisdem octo Præpositis prædictis alternatim per integrum mensem quolibet anno; reliqui autem quatuor, vel quinque Monachi Capitulares pro tempore existentes hujusmodi etiam alternatim per integros sex menses (nisi aliter tam quoad octo Præpositos, quam alios Capitulares non Præpositos Monachos præfatos, super residentia hujusmodi, ab Apostolica Sede dispositum fuerit) eorum respective residentia apud eandem Ecclesiam adimplere respective teneantur.

§. VI.

(a) *Residentia per Capitulares quomodo præstanda.*

§. VI. Pro Pœnitentiarii vero, & Theologi respective munere, ad formam [*a*) Concilii Tridentini, in præfata Ecclesia explendo, ex eo quod nullus ex præfatis octo Præpositis, ac reliquis Capitularibus Monachis prædictis, attenta eorum in Præposituris prędictis permanentia, munus præfatum adimplere potest, ipsarum tenore præsentium volumus, quod pro tempore existens Episcopus, & Abbas Fuldensis, duos, non tamen Capitulares, præfati tamen Ordinis expresse professos, in primodicto Monasterio, ac apud eandem Ecclesiam continvo degentes, & residentes Presbyteros Monachos idoneos, quorum unus Pœnitentiarii, alter vero Theologi respective munus præfatum, ad formam præfati Concilii exerceant, designare debeat.

§. VII. Ulterius modernis, ac pro tempore existentibus Decano, & octo (*b*) Præpositis tantum (qui una cum aliis præfatis Capitularibus Monachis peculiari insigni aureæ Crucis e collo gestandę, ex concessione felicis recordationis Clementis PP: XII. prædecessoris nostri, gaudent) ut ipsi Decanus, & octo Præpositi tantum, Mitra, & Annulo, toties quoties pro tempore existenti Episcopo, & Abbati Fuldensi prædicto Pontificalia exercenti assistentiam præstabunt, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, eadem Apostolica auctoritate, earundem tenore præsentium, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. VIII. Præsentes quoque literas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, (*c*) nec ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris; vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Sedem Apostolicam prædictam, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu simili, etiam consistorialiter, pro tempore factis, vel faciendis, comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori Data, quandocumque eligenda, concessas, validasque fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & sic ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices, Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii nostri Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, & quoslibet alios quavis prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, & quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane motu pari similiter decernimus.

(a) *Pænitentiarii, & Theologi munus quibusnam demandandum.* (b) *Decano, & Præpositis conceditur usus Mitræ & annuli, dum Episcopo Abbati Pontificalia exercenti assistunt.* (c) *Clausulæ & Decreta.*

§. IX. Non obstantibus quibusvis etiam in [*a*] Synodalibus, Provincialibus, Generalibusque Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac primodicti Monasterii, & Ordinis prefati, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis Superioribus, & Personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu simili, ac etiam Consistorialiter, ac alias quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac latissime, & plenissime, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. X. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum erectionis, institutionis, declarationis, decreti (*b*) concessionis, mandati, voluntatis, ac indulti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo, tertio nonas Octobris, Pontificatus nostri anno Tertiodecimo.

Quæ hactenus recensuimus ad compro-
11. bandum insignis Fuldensis Abbatiæ Dignitatem prenotasse sufficiat: nunc aggredimur Historiam Militaris Ordinis Sancti Simplicii, & quidem ad literam referemus Narrationem, prout habetur in Volumine, cui titulus - *Codex Probationum Historiæ Fuldensis n.* 235. *pag.* 326. Porro d. Fuldensem Historiam in Urbe servat in nobili sua
12. Bibliotheca R. P. D. Thomas Antonius de Emaldis emeritus Romanæ Aulæ, Curiæque Prælatus; Vir fane, & Scientiis, & humanioribus litteris apprime clarus, prout ostendit elegans illa Oratio ab eodem habita coram Sanctissimo Domino nostro in Pontificio Quirinali Sacello III. idus Martias anni CIↃ. IↃ. CCXLV. in Funere præclare memoriæ Caroli VII. Romanorum Regis Imperatoris Electi.

Humanissime ergo antedictus Prælatus
13. memoratum d. Codicis Fuldensis Historiæ Volumen transmisit Nobili Viro Abbati Barnabæ Belli Patricio Camerinensi, atque Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Millo Prodatarii Ss: Domini Nostri Auditori, ideoque in scientiis optime versato, & in forensi Praxi probe instructo.

Pro explicatione hujus Documenti Fundationis, utpote exarati idiomate antiquo Teuthonico, dictus

Do-

(a) *Derogatur contrariis*. (b) *Sanctio pœnalis*.

Dominus Abbas Belli, in favoribus dispensandis folicitus, recursum habuit ad Ad. Rev. Patrem Societatis Jesu Revisorem Germaniæ Librorum, qui accuratissime transcribi curavit lati, ne, & notis adjectis, prout legere est in pagella adnexa Patris Marganetti ejusdem Societatis Jesu docti Sacerdotis.

Dictum autem Documentum transcriptum latino idiomate idem D. Ab
14. bas Belli in Litterarum fasciculo transmisit Nobili, & Patricio Viro Comiti Francisco Piazza Amico suo pluries à Nobis, sed nunquam satis laudato, per quem ad manus nostras idem Documentum devenit tenoris, ut sequitur.

Pro cujus dilucidatione Nos remittimus ad ea, quæ in præsenti Nostro Arma-
15. mentario scripsimus, quod scilicet retroactis Seculis mos fuit construendi Equestres Militares Ordines, mediante methodo erectionis Confraternitatis, & Sodalitatis, juxta exempla per Nos adducta *in Nostro Tomo secundo parte prima Discur.* 104. *num. primo*, prout etiam hæc Ordinis fundatio peracta est cum structura, verbisque sonantibus Nobilem pro utroque sexu Confraternitatem.

Collegio Romano 18. Feb. 1757.

Al gentilissimo Sig. Abbate Belli fa os-
16. *sequiosissima riverenza il suo Servitore Marganetti nell' atto stesso che si dà l'onore di rimandargli il noto Libro insieme con la spiegazione fatta da questo Padre Revisore di Germania; e gli fa sapere, che detto Padre Revisore dice di averla fatta ad litteram per non sapere a che fine siasi voluta tal spiegazione: onde per lo stesso motivo non ha voluto servirsi di Copista offertogli da chi scrive:*
17. *dice in oltre essere l'Originale Tedesco di lingua antica; e però aver faticato non poco a tradurlo con fedeltà. E con rinovare al Sig. Abbate Belli il più ossequioso rispetto, si conferma suo Servitore.*

Hinc patet ex prædictis, quod Ordo Equester Sancti Simplicii institutus fuit
18. à Joanne Abbate Fuldense anno 1491.

Nos Joannes Dei gratia Abbas Ecclesiæ (a) Fuldensis recognoscimus, & cunctis notum facimus per has literas patentes, nostro, et omnium Successorum nostrum nomine, quemadmodum de maturo consilio Reverendorum, & Religiosorum nobis Dilectorum, &
19. devotorum Decani, & Conventus memoratæ nostræ Ecclesiæ, post sedulas preces strenuorum, & honoratorum Virorum nostrorum, è Patriciis in Buchen, ad laudem, & honorem Omnipotentis Dei, Beatissimæ Matris, Cœlique Reginæ Mariæ, & præsertim S. Principalis Patroni, S. Bonifacii, & Equitum Ss. Simplicii, & Faustini cum Societate sua, quorum corpora in memorata Ecclesia nostra sita sunt, & coluntur, atque etiam, ut memoratæ nostræ Ecclesiæ Equestris Ordo eo efficacius ad pacificam unitatem, & Nobilem virtutem promoveatur, unde nobis, & nostræ Ecclesię, & ipsis non modicum emolumentum, sed felix conservatio communis Provinciæ, & salubritatis animarum nostrarum exoritura est, cum optima intentione, prout nos, tanquam Ecclesiasticum Principem decet, in alicuius Societatis Equestris erectione intra Nobilitatem memoratorum Provin-

(a) *Ex Historia Fuldensi cap. 235. pag. 326. volum. 2.*

vincialium simpliciter consensimus, quinam eorum eam habeant, & quibus, ut postea sequetur, ea indulgeatur. Nimirum Societas ista vocanda, & nominanda est Equestris Ordinis S. Simplicii Societas: & primo nullus neque è virilis, vel fœminei sexus personis eam habeat, ac gerat (*a*)
20. nisi qui per quatuor generationes (*b*) cum galea, & scuto, quod notorie ac scienter constet, e nobili stirpe natus sit; qui vero insuperhabitis his acciperet, aut sine facultate gereret, pro indigno hujus Societatis habeatur, & si talis a reliquis Consodalibus iis honoraretur, isti deponi nec amplius gerere, & gratia Confraternitatis spoliari debeant. Igitur qui Societatem dicto modo habere, ac gerere vult, debet, uti postea dicetur,
21. catenam quę e collo recta pendeat, de argento puro, quæ non infra unam marcam ponderet, curare ut conficiatur, quæ ita facta, & ordinata sit: scilicet à nomine Equitis S. Simplicii cum literis H. & S. inter quas sint lamellæ, quibus incisa sint verba duodecim Capitum Sanctæ Christianę Fidei, in medio lilia trium flosculorum (*c*) quæ habet in suis Insignibus, e quibus pendeat in figura heraldica cum suo labaro S. Eques Simplicius, cum nomine ejusdem infra posito, e quo pendeant septem catenulę cum tudiculis (d) in memoriam septem donorum Spiritus S. Cui igitur hanc Societatem honorare, & gerere licet, cum spe, quod à Deo in Sancta Fide nunquam sit deserendus, ille ad laudem, & gloriam Dei, & Sanctæ Matris Mariæ, præsertim Sanctorum memoratæ Ecclesiæ Nostræ Fuldensis Patronorum, & S. Equitis Simplicii cum sua Societate; atque ad solatium animarum ex ista Equestri Societate defunctarum, quo die Societatem gerit, sive virilis, sive fœminei sexus personæ sint, unum *Pater*, *& Ave cum Credo*, dicere obligatur: & qui in hanc Societatem
22. suscipiuntur, Societatem gerant palam in majoribus Festis, coram Principibus, & Dominis, præcipue in Ss: Festivitatibus Patronorum no-
23. stræ Ecclesiæ, uti et in diebus Festis S. Bonifacii, Omnium Sanctorum, & S. Simplicii cum sua Societate, si fuerint Fuldæ, aut in aliis locis competentibus temporibus, ubi Societas, & Communitas celebratur: alias nemini sit licitum eam gerere ad dehonestamentum, vel ad infamia loca, & civitates; & si quis innotesceret hoc fecisse ad dehonestationem, illi sit prohibita Societas. Ille, quem suscipere Societas dignabitur, & qui postea Societatem facere, ac gerere vult, debet prius à nobis, & Successoribus nostris petere licentiam, simulque curare, ut per supremum Custodem nostrę Ecclesiæ cum notitia nomen ipsius inscribatur, ac manifestare, quis sit, & quod per quatuor generationes e Nobili stirpe natus fuerit, debetque ad Societatem in nostra Ecclesia ad Aram S. Simplicii duos florenos Rhenanos offerre; & postea Copiam legum præscriptarum, quomodo se gerere debeat in hac Societate, a Custode petere, qui dein ipsi eas ad suam petitionem dare debebit. Et qui morietur ex hac Societate, ille, vel illa secundum suam devotionem possunt illam argenteam Societatem (*e*) totam Confraternitati ad divinum servitium memorati S. Simplicii legare, &

(*a*) Sil. insignia Societatis. (*b*) Germani vocant Annen. (*c*) Seu triplex lilium.
(*d*) Seu malleolis campanularum. (*e*) Idest, Insigne, seu argenteam catenam.

24. & si ab aliquo tale legatum secundum eorum voluntatem non fieret, tunc heredes sint obligati tres florenos Rhenanos statim dare ad prædictam Societatem, & nomen ejus cum suis pictis insignibus Fuldam in nostram Ecclesiam notificare: ille autem, quem ex iis heredibus loco defuncti admittere Societati placuerit, & quem admittere debuerit, ille, vel illa debent redimere pro tribus flore-
25. nis Rhenanis, & licentiam petere, ac curare, ut inscribantur, uti supradictum est, quos quilibet Custos memoratæ nostræ Ecclesiæ suscipere, & inscribere debet, ut illorum memoria servetur, quemadmodum cuilibet Custodi, et quatuor ex Equestri Ordine ipsi adjunctis præscriptum, ac statutum est: nimirum ex Patriciis hujus temporis Simon de Slitz, dictus de Garz noster Mareschallus, Joannes de Ebersperg, Walery de Marle, dictus Behem, et Cazparus de Buchenau; sicut per ipsos ad magnum honorem singulis annis proxima die post festum S. Bonifacii, et post festum Sanctorum Omnium, et Festo S. Equitis Simplicii, ad novum ejus Altare, quod in Societate ad hujus memoriam ordinatum est, ut S. Eques honoretur, quidquid per Custodem, & quatuor ex Equestri Ordine acceptum, & expensum fuerit, per hos rationes ineantur in præsentia nostri Decani memoratæ Ecclesiæ, & illorum, quos ex Ordine Equestri adjungent, & si aliqui errores, ac defectus in illa Societate orirentur, omni modo ad Festum S. Bonifacii Ordini Equestri eorum, qui in Societate, & eo tempore Fuldæ fuerint, indicabunt, ut cum ipsorum consilio agant, quorum etiam quilibet ad eorum instantiam ad conveniendum obligatus sit. Monentur specialiter Fratres, & Sorores hujus Societatis, qui ad istud tempus adfuerint, quod eo tempore Sacrum audire, & oblationem facere, & eleemosynas dare teneantur. Si e quatuor viris prædictis unus, vel alter moreretur, aut ob senium, ac debilitatem corporis non possent fungi officio suo, reliqui qui adhuc viverent, cum nostro, & Successorum nostrorum consilio alios eligent, quos aptissimos, & optimos reputaverint, ut S. Equiti, & ejus Societati, una cum Custode tunc temporis existente fideliter præsint. Potest etiam quivis Dominus, aut Eques memora-
26. tus uxorem suam prædicto modo in Societatem accipere, quæ etiam hanc Societatem, una cum filiabus suis innuptis, ut prius dictum est, gerere possunt; ita tamen ut quævis Mater familias, vel filia unum florenum Rhenanum, ut constat, nostro Custodi solvant, qui prædicto modo eas suscipere, & inscribere debet: & si Matronæ, vel Virgines mortuæ sint,
27. vel Societatem propter senium, vel alias causas non amplius gerant, possunt hanc ad suam devotionem, & honorem S. Equitis, & huius Societatis discrete, cum, vel sine conditione hæredibus consignare, utpote de quibus prius dictum est. Si autem Matrona quædam habilis, ut antea dictum est, & è nobili stirpe, quæ non habet Virum, aut Equitem, in Societatem suscipi vellet, à nobis, vel Successoribus nostris licentiam petat, & imprimis cum dono duorum florenorum Rhenanorum se insinuet, & post mortem, vel traditionem Societatis cum ea agetur, sicut cum aliis de Societate fœminei, ac virilis sexus personis supra præscriptum est. Quapropter etiam Nos Decanus, & Conventus memoratæ Ecclesiæ omnes illos, qui in istam Confraternitatem Socie-

Societatis pervenient in nostram communem spiritualem Confraternitatem nostræ Ecclesiæ recepimus, ita ut qui post mortem suam, ut dictum est, nomen suum exhiberi faciet, illi, vel illæ in Catalogum nostri Ordinis inscribantur, qui secundum Ecclesiæ nostræ, & Ordinis consuetudinem semper ultra septem annos in plusquam trecenta, & quinquaginta Monasteria nostri Ordinis: similiter in Monasteria alterius Ordinis, etiam Cathedrales Ecclesias, & Canonicales cum nostro Ordine incorporatas, quarum magnus est numerus, submittentur, & ibi in quolibet singillatim Vigiliæ, & Missæ funebres secundum ordinationem sacræ Christianæ Ecclesiæ pro iis celebrabuntur, atque etiam omnium bonorum operum eorundem, Missarum, Jejunjorum, Orationum, & Eleemosinarum, Hospitalitatis, atque alia sunt bona opera, & in quolibet prædicto loco à quovis fiunt, in vita, & post mortem secundum ordinationem nostræ Confraternitatis in futura tempora participes fient. Postquam nos Joannes Abbas prędictus tale nostrum propositum, ordinationem, & Constitutionem nunc memoratæ Societatis per nos non quęrendo propriam utilitatem, sed optime & cum bona intentione in Dei laudem suscepimus, & divinæ misericordiæ efferimus, benevole admonendo quemlibet Dominum & Equitem, qui in Societate est, & erit, & studiose rogando, ut unus erga alterum, quantum possumus, pacifice, & amicabiles se gerant, neque per illum inconsultum impetum erga alium ad contrarietatem, nec ad indecentem resolutionem commoveri se sinant, sed quilibet alteri ad exhibendum honorem, & moderationem, usque ad illius defensionem, obligetur. Quod si unius, alteriusque mors, quod Deus avertat, innotesceret, saltem pro ejus anima Omnipotentem Deum oret. Ut etiam ista inchoata Societas, quæ per nos, ut supra dictum est, ad laudem Dei, & ad Nobilitatis, atque communis Provinciæ pacem, utilitatem, & bonum corporis, & animæ ordinata est, eo gratior omnibus Fratribus, & Sororibus accidat, & in honore, ac dignitate habeatur, ulterius decrevimus, & statuimus curare, ut istæ ordinationes præfatæ Societatis in suo diligenter expenso tenore memorato à S. Sede Romæ confirmentur, & corroborentur, atque etiam singulares gratiæ, ac indulgentiæ obtineantur, ut Omnipotens Deus hoc nostrum Statutum per diutissimum tempus in perpetuo robore inconcussum in bono, & pio virtutum exercitio conservare dignetur. In hujus totius rei fidem, & verum perpetuumque testimonium, sigillum Abbatię nostræ his literis appendimus in confirmationem præfatæ ordinatæ Equestris Societatis, & apud reliqua nostræ Ecclesiæ privilegia reposuimus. Ita recognoscimus Nos Joannes Decanus, & Conventus memoratæ Ecclesiæ Fuldensis, quod præfatum Statutum, & ordinatio Societatis, & Confraternitatis, uti in literis ipsis dictum est, cum nostro Consilio, voluntate, & scientia factum, & quod ita cum nostro Gratioso Domino receptum sit, atque etiam in id consensimus, & in præsentiarum in recognitionem hujus, & verum perpetuum testimonium, sigillum Conventus nostri juxta sigillum nostri Gratiosi Domini etiam his literis appendimus, quæ datę sunt anno post Christi Domini Nostri Nativitatem millesimo quadragesimo nonagesimo secundo, die Lunæ post festum S. Episcopi Erhardi.

DIS-

DISCURSUS CXCIX.

SINCERITATIS

ARGUMENTO

Et Summario caret.

CUm plures inter Joannem Georgium IV. Saxoniæ Electorem, & Fridericum III. Brandeburgi Electorem contentiones subortæ essent, tandemque mutuo habito colloquio *Torgaustem*, latine Torgavia Urbs satis ampla, secus flumen Albim, Arce munita, & in Ducatu Saxoniæ sita, ut notatur *in Geographia Antonii Chiusole, & ex Lexico Geographico Ferraris impress. Patavii sumptibus Jacobi de Cadorinis 1696.* anno *1690.* compositæ fuerint, eodem tempore solemni Tractatu concorditer, ac junctim Equestrem Ordinem *Sinceritatis* nuncupatum instituerunt, in signum constantis inter eos imposterum amicitiæ. In Tesseram novi Ordinis præscripta fuit Armilla aurea, super qua ex una parte inscriptum est utriusque Principis nomen cum lemmate *Amicitia sincera*: Ex altera vero parte duæ adsunt armatæ manus strictę inter se junctæ, quæque positæ sunt super duobus Ensibus, & duabus Palmarum Ramis in Crucis modum expositis, cum hac Inscriptione: *Unite per sempre*.

His Insignibus Equites ab uno, atque altero Principe insigniti fuerunt: vide Volumen, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo Venetiis impress. Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin anno 1720. tom. 4. pag. 302., & seq. Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia in suo Corollario continente Catalogum omnium Ordinum in verbo Sinceritatis pag. 326. quod Corollarium est impressum post Tractatum ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impreß. Coloniæ Typis Adami Colini 1730.*

Forma d. Crucis habetur apud eundem *Dominum Comitem in Koden Sapieha pag. 222.*

DISCURSUS CC.

SOBRIETATIS SEU SOCIETAS SANCTI CHRISTOPHORI

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

NObilis hic Ordo, prudensque Societas instituta fuit anno 1517. opera, & industria cujusdam Nobilis Equitis Liberi Baronis de Dietrichstein in Stiria, Carinthia, & Carniola. In Ordinem hunc admissæ quoque erant Nobiles Mulieres omnes. Adscripti Tesseram semper gestare obstringebantur, in qua Sancti Christophori expressa conspiciebatur Imago: tenebantur autem Equites vitæ genus ducere undequaque morigerę, sicque ab omni maledicto immunem, & ab ebrietatibus abhorrere. Unde si quis prolaberetur in sordes prædictas, pro prima vice pecuniarum mulcta plectebatur: altera vero vice ab Ordine ejiciebatur. Sumopere autem in principio floruit hic Ordo, qui tamen paulo post defecit: sic tradit *Joannes Hybner in suo Lexicon pag. 1616.*

Typis Lypsiensibus anno 1735.

Cœterum Ebrietatis vitium in omnibus turpe est, sed in Viro Nobili, & Equestri dignitate ornato turpius, quique Fabula uulgi redditur: quo vitio cum laborarent Templarii Equites, in proverbium abiit: *Tu bibis magis, quam Eques Templarius*, juxta ea quæ dicimus in peculiari Discursu de Templariis in præsenti Volumine.

DISCURSUS CCI.

SOLIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

IN nostro hoc Volumine sub primo *Discursu n.* 49. §. *Præterea* velle Nos declaravimus non solum omnes, & singulos Equestres Ordines, & Religiones recensere, sed & etiam de quibuscumque aliis Cœtibus quomodolibet rem Equestrem, vel nomen Equestre involventibus verba facere; quod iterum iterumque in aliis quoque Discursibus repetivimus: atque hic non omittimus narrare, quod in Civitate Papiæ alias viguit Accademia sub Titulo Equitum *Solis*. Hęc in Tesseram gerebat figuram Apollinis quatuor oculos habentis, & quatuor manus cum lemmate *Hoc Virtutis Opus*. Cœtus hujus Institutorem invenire non potuimus, nec cur inita fuerit hæc Accademia, nec circa quæ versaretur: solummodo igitur transcribimus id, quod *Franciscus Xaverius Quadrius* scriptum reliquit in suo erudito Volumine, cui titulus - *Storia, e Ragione d'ogni Poesia, impresso Bononiæ Typis Ferdinandi Pisarri* 1739. *lib.* 1. *Dist.* 1. *cap.* 2. *part.* 7. in verbo *Pavia pag.* 89. ubi sic habet: *A questi tempi fu pure quella Congregazione instituita, che si nominava de' Cavalieri del Sole, i quali scielsero per impresa Apollo, quale era da Lacedemoni adorato, cioè con quattro Occhi, e con quattro mani, col motto* Hoc Virtutis Opus.

DISCURSUS CCII.

SOLITUDINIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

NOstra etiam hac tempestate Supremi Ordinis Principes Fœminę pro Nobilibus Fœminis novos Equestres Ordines erigere satagerunt, ut liquet ex Ordinibus in præsenti, & in aliis Voluminibus recensitis, quibus addimus Ordinem etiam nuncupatum *Solitudinis*. Constat siquidem quod Anno 1709. Erverchardina de Domo Brandeburgica Bareyt clar. mem. Augusti II. Poloniæ Regis Uxor, Ordinem Fœmineum instituit, qui ab ipsa conferebatur. In Tesseram Ordinis statuerat tria folia aurea Herbæ *Solitaria* dictæ, quæ folia encausto viridis coloris picta erant, & in medio aderat Littera *P.* significans Prætytz, locum Residentię ejusdem, quæque appensa erant Catenulæ aureę: sic scribit *D. Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ, in suo Corollario omnium Ordinum impresso in calce Voluminis ejusdem Authoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis*

nis Equitum Aquilæ Albę in Regno Polonię in verbo Solitudinis Ordo pag. 317. juxta impress. Coloniæ Typis A. dami Cholini 1739 ubi notat, quod ad d. Ordinem admissa fuit Palatina Trocensis Oginscia: ac tandem subdit, quod hic Ordo cum sua Fundatrice die quinta Septembris an. 1727. e vivis sublata, sublatus est.

Nullam de isto Ordine mentionem faciunt Scribentes, quos hucusque legimus, ideoque nullum aliud Documentum habemus præter laudatum eruditum Scriptorem Polonum. Ut ergo Discursum nostrum aliqua eruditione ditaremus, Analogiam quodammodo cum Titulo Ordinis habentem perscrutari sategimus notitias ejusdem Ordinis, & Herbæ *Solitariæ*. Verba fecimus cum Domino Petro Tempesti Equite Sancti Stephani nobilis ingenii Viro, qui, dum hæc scripta revidemus, post alia exercita munera preclarum laudabiliter Officium exercebat Generalis, ut vocant Commissarii in Terra Solis pro Cæsarea Majestate Francisci Primi Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Magni Etruriæ Ducis; quique mihi nonnulla de hac equestri re erudite patefecit. A Nostris non solum, sed & ab Exteris exquisivimus Bottanicis, quæ sit hujus Herbæ Solitariæ forma, & figura, quæ sint illius proprietates: verum cuncti professi sunt pœnitus ignorare nomen, & qualitates hujusmodi *Herba Solitaria*; imò etiam Dominus Julius Pontedera celebris in Civitate Patavii Bottanicus, ut ipse se exprimit in sua Epistola Patavii data pr. Aprilis 1746. scripta Domino Doctori Dominico Savorelli Viro Eruditione referto, & in hac Patria sua sedulo Medicinam exercenti.

Quem finem, quamque intentionem habuerit Institutrix hujus Ordinis Fœminei, penitus ignoramus; unde solum perpenso Titulo Solitudinis, poterunt argui, & percipi bona, quæ Animæ tribuit Solitudo, cunctis quidem, sed maxime Fœminis, & in quo consistat Solitudo; quemadmodum Sacrę Scripturę dictis, & Sanctorum Patrum monitis, & perstringentibus rationibus plene demonstrat Vir Nobilis, & Patricius noster *Dominus Ferrantes ex Comitibus Orselli in suo undique docto Volumine, & Sacra eruditione referto*, cui Titulus - *Carnevale Santificato tom. 2. cap. 7. pag. 427. per totum, juxta impressionem Antonii Barbiani* 1747. Quod Opus una cum ejusdem Auctoris Asceticis Libris, omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, nocturna deberent manu, versare diurna.

DISCURSUS CCIII.

SPICÆ
APUD ARMORICOS

ARGUMENTUM

Explicatur quæ sint Civitates nuncupatæ Armoricę. Refertur Institutio hujus Equestris Ordinis. Tessera ejusdem, & Collare, Equitum Officium.

SUMMARIUM

1. *Urbes Armoricæ quæ dicantur, & sint.*
2. *Ordo Muris Pontici, vel Spicæ institutus fuit à Ducibus Burgundię & de quo anno*, & n. 3.
3. *Fundator hujus Ordinis qui fuerit, an Franciscus I., vel II.*, & n. 4. & 13.
5. *Anna Britanniæ Ducissa, & Francia*

cia Regina in sua Tessera extulit Murem Ponticum cum lemmate Potius Mori.

6. *Fundator Ordinis Spicę in Tesseram Crucem extulit ex quatuor Spicis cum Lemmate* Potius Mori.

7. *Dictæ Tesseræ additus fuit Mus Ponticus vulgo* Armellino. *Hoc prabuit causam asserendi duos fuiße Ordines Spicæ, & Muris Pontici*, & n. 8. 9. & 10.

11. *De alio Ordine Muris Pontici, vel S. Michaelis Archangeli actum fuit in nostro* Disc. 170. hujus Voluminis.

12. *Illius Imago apud quos videatur.*

14. *Vocatur Ordo Spicæ, quia in Tesseram defert quatuor tritici Spicas in forma Crucis, cum nodo Amoris colligatas.*

15. *Armellini etiam, seu Muris Pontici vocatur.*

16 *Imago Equitis, apud quos habeatur.*

17. *Collare habebat Ordo, & cujus forma*, & n. 18. 19. 20., & 21.

22. *Vestis Equitum erat ex serico alba, & in parte interiori rubea, vel incarnata ut dicitur.*

23. *Imago Equitis penes quos Scriptores habeatur.*

24 *Ponderantur Collare, Lemmata, & Tessera, & partes ejusdem, & allusiones*, & n. 25., & 26

27. *Spicę Torques distribuebatur à Ducibus Burgundiæ, & secundum aliquos Scriptores dabatur Nobilibus Viris inferioris gradus.*
Impugnatur hoc sub n. 29.

28. *Spica Ordo fuit institutus à Duce Francisco Primo sub anno* 1450., *vel* 1448.

29. *Impugnatur conclusio relata* sub n. 27.

30. *Ostenditur Institutorem Ordinis Spicæ Ordinem instituiße ob Devotionem erga Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, &* n. 31.

31. *Equitum Spica, in quo versaretur eorum Officium*, & n. 32. 33. 34., & 35.

36. *Equites erant numero vigintiquinque, comprehenso magno Magistro, qui debebat esse Dux Regni.*

37. *Commendas pingues habebat Ordo.*

38. *In isto Ordine admittebantur etiam Fœminæ, quæ dicebantur Equitißæ.*

39. *Sub cujus Regula militarent.*

40. *Votum Castitatis Conjugalis, & Obedientiæ emittebant.*

41. *Extinctus remansit Ordo, quando deficiente linea masculea Burgundiæ Ducum, Ducatus reunitus fuit Regię Coronę Galliarum.*
Et adducitur Catalogus magnorum Magistrorum.

DISCURSUS CCIII.

SPICÆ APUD ARMORICOS

UT omnes præsentis Discursus partes dilucidentur, & quantum fieri potest tollantur æquivoca, ac obscuritates, præmittimus, quod in Britannia minore in Gallia Civitates Ar-
1. moricæ nuncupantur, quę sitæ sunt ad Oceanum Occidentalem: sic hujusmodi Urbes appellat Cajus Cęsar, eoque allegato *Ambrosius Callepinus* in suo Dictionario in Verbo *Armoricus*: ita in Indice præposito Commentariis Iulii Cæsaris, cui Titulus - *Celsicus Index Armoricæ Civitates le Villes san in Bretagne Britenans* appellatæ, & in ipsis *Commentariis de Bello Gallico lib.* 5. *pag.* 128., *& de eodem Bello Gallico lib.* 8. *pag.* 204. ubi re, censentur nomina harum Civitatum Armoricarum, juxta impressionem Venetam Typis *Petri Ricciardi anno* 1605.

1605. *Antonius Chiesole* in suo Volumine: *Il Mondo antico, e moderno tom. 1. cap. 5. §. 26. pag. 118. impress. Venetiis per Jo. Baptistam Recurti* 1739. *Alphonsus Lazor in ejus Opere inscripto: Universus Terrarum Orbis &c. impress. Patavii* 1713. *Typis Jo. Baptista Conzatti tom. 1. pag. 94. colum. 3. Armorica Regna Galliæ Celtrica* in Occasum valde extensa, quæ postea Britannia minor, vulgo *La Bretagna, Gallis, & Lhydanua Incolis*, ibi citatur Julianus *Mannoit*, qui varia opera conscripsit in lingua *Aremorica*: *Philippus Ferrarius* in novo Lexico Geographico *Patavii per Jacobum Cadorinum* 1696. *pag.* 59. Armoricæ Civitates Regio Galliæ Celtricę extrema ad occasum, in occasum, & Boream extensa, quæ postea Britannia dicta est Hermonia Bretagnę, & Incolis Lhydanuu, teste *Ruberto Cænabi d. Populi Britones, apud Eginardum, & Jornandem Venant Fortunatus de Felice Episcopo.*

Ultima quamvis sit Regio Aunmoricus in Orbe.
Felicis meritis noscitur esse prior.

Michael Baudrand. in Addition ibi *Armorica la Bretagne est Provincia amplissima, quaque alias Duces habuit proprios, sed adiuncta fuit Regno Galliæ sub Carolo VIII. Rege, cui nupsit Anna Ducissa, & hæres hujus Provinciæ anno* 1488. *Ludovicus Morerius in suo Magno Dictionario Litt. B. in verbo Bretagne: Jo. Hybner in Epitome Geograph. antiqua, & moderna in cap.* 5.

2. De Equestre Militari Ordine sub Spicæ, vel Muris Pontici titulo tractantes Historici, inter se non in substantialibus, sed in accidentalibus tantum discrepant. Concordes itaque sunt Scriptores asserendo Ordinem hunc institutum fuisse à Ducibus Burgundiæ apud Armoricos, qui sunt, ut pręnotavimus, Populi in Britannia minori in Gallia.

3. Discordant autem in assignando Fundatore hujus Ordinis. Sunt qui ajunt Joannem IV. Burgundiæ Ducem instituisse Ordinem istum circa annum 1383. non autem anno 1363. *Collector Gallus* infra allegandus *tom.* 4. §. *Les Chevaliers pag.* 365. *Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721., & in translatione in nostrum idioma percusa *à Patre Fontana*, de quo infra. Alii sustinent fundatum fuisse circa annum 1450. à Francisco I. Duce septimo Burgundiæ, qui ob egregie res gestas cognomento insignitus fuit, ut Nos dicimus *Il Conquistatore* : *Abb. Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari &c. par. seconda cap. 71. pag. 754. juxta impress. Venetum Typis Combi, & la Noù* 1692. ubi quod omnes Auctores conveniunt de dicto anno 1450. fuisse fundatum: *Petrus Franciscus Bergamasche in Notitia Ordinis Calcaris Aurei in S. Cavalieri della Spica in Britannia minori pag. 74., & seq. juxta impreß. Taurini Typis Dominici Paulini anno 1695. Comes in Koden Sapieha in suo Corollario omnium Ordinum Equestrium in verbo Spica Ordinem pag. 318. juxta impress. Coloniæ Typis Adami Colini* 1730. quod Corollarium est impress. in *calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquilæ Albæ*.

Alii scripserunt, non à Francisco Primo, sed à Francisco Secundo Burgundiæ Duce fuisse fundatum, & sequuntur *Menenius in Delitiis Ordinum Equestrium* cum aliis allegatis à supradicto *Abbate Justiniano à pag.* 755., *& seq.*

4. Quibus tamen ipse *Justinianus* plene respondet, ac demonstrat historica veritate Institutorem revera fuisse Du-

Ducem Franciscum I. siquidem, præmissa vera conclusione apud omnes, fuisse Ordinem institutum anno 1450. non potest institutio referri nisi ad d. Franciscum I.; ex Chronologia enim Burgundiæ Ducum constat, quod de anno 1442. obiit Joannes V. du osque reliquit filios masculos, Franciscum I., & Petrum: obiit Franciscus anno 1451., sine filiis, cui successit Petrus, qui sine filiis pariter obiit anno 1457. Sicque in Ducatu successit consobrinus ejus Franciscus II., & mediante hujus filia fœmina nupta Carolo Octavo, & Ludovico XII. Franciæ Regibus, per quos Ditiones istę unitę fuerunt Regię Coronæ Gallicæ inseparabiliter: *Justinianus d. pag.* 755., *& pag.* 757.

5. Hinc notandum, quod Anna ultima Ducissa Britannię Hæres, & Francię Regina Murem Ponticum extulit in sua Tessera cum lemmate *Potius Mori*, sed Gallico idiomate *Plous tost mourir* in simbolum honestissimæ Vitæ, morumque perfectionem: *d. Justinianus pag.* 757. Qui ibidem subiungit, quod idem Rex Ludovicus XII. solemni Decreto statuit, & sanxit, quod in posterum nullo modo hic Ducatus Burgundiæ avelli possit à Regia Corona Galliarum.

6. Statuit Fundator in Tesseram Ordinis Crucem constructam ex quatuor Spicis aureis cum lemmate *Potius Mori*, ut inferius dicemus.

7. Adnotamus vero, quod dictæ Tesseræ additus fuit etiam Mus Ponticus, vulgo *Armellino;* quod additamentum hujusmodi det causam, quod vel duo appellarentur Ordines, unus scilicet Muris Pontici, alius Spicæ; vel quod unus esset Ordo Spicę cum duplici Tessera Spicæ, & Muris Pontici, & duplici titulo Muris Pontici, & Spicæ.

8. Atque ita Scriptores partim nominant hunc Ordinem *Muris Pontici*, *& Spicę*, ut videre est in *Collectore Gallo Histoire des Ordres &c. Militaires &c. tom.* 4. *sub* §. *Les Chevaliers del Hermine*, *& del Epili pag.* 365. *Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Hermant Histoire des Religions par. sec. cap.* 22. *Pater Fontana in Translatione in nostrum idio .. a Historię Gallicę Ordinum Monasticorum &c tom.* 4. *cap.* 59. *pag.* 503. *juxta impress. Lucensem Typis Iosephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1738.

9. Partim nominant Spicæ, & Muris Pontici ob additamentum illud Muris Pontici pendentis à Tessera, & à Torque, ad tradita per Comitem in *Koden Sapieha in suo Corollario Ordin. Equestrium impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Ordine Aquila Albę in Regno Polonię in verbo Spica Ordinem pag.* 328 *juxta impress. Colonię Typis Adami Cholini* 1730.

10. Et partim simpliciter appellant Muris Pontici, ut videre est in allegato *Collectore Gallo tom.* 4. *pag.* 363. ubi refert imaginem Equitis, qui ibidem describitur *Chevalier del Hermine*.

11. Cœterum de alio Ordine Muris Pontici, vel Sancti Michaelis Archangeli Neapolis, plene egimus in nostro *Disc.* 170. *à n.* 1. *cum seqq.* nostro præsenti *tom.* 2. *part.* 2. *à pag.* 271.

12. Imago Equitis Muris Pontici sua indu ti veste, ac Tessera, videri potest apud *Bonannum in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 84.

13. Sic prosequendo Discursum de Ordine Spicæ repetimus, circa annum 1450. fuisse institutum à Francisco I. Burgundiæ Duce, ad tradita per allegatum *Justinianum pag.* 755.

Vocatur autem Ordo Spicæ, quia in Tesseram

14. feram defert Spicas aureas quatuor tritici colligatas in forma Crucis, mediante Nodo, ut vocant *Amoris*: *d. Justinianus d. pag.* 755.

Vocatur etiam Ordo Armellini, seu
15. Muris Pontici, ut diximus, ob additamentum factum Tesseræ Spicarum.

Figura d. Tesseræ quatuor Spicarum au
16. rearum formantium Crucem, à qua pendet Mus Ponticus, habetur apud *d. Abbatem Justinianum pag.* 755. *d. Collector. Gallum tom.* 4., ubi supra *d. Bonannum pag.* 103.

Adest etiam hujus Ordinis Collare om
17. nes ejusdem Ordinis partes complectens, Torques scilicet duabus constans catenis, quæ affixæ erat duabus Coronis Ducalibus, & harum quælibet Murem Ponticum stringebat. Una autem ex Coronis supra pectus pendebat, alia super collum, Catenæ ex quatuor constabant fibulis, quæ struebantur ex Mure Pontico, mediante cordula corpus complectente, ibique legebantur hæc verba *Ama vie* Gallico idiomate, quæ latine sonant *Potius Mori*, hæcque erant alternative scripta super Album litteris nigris, & super nigrum litteris albis. Pendebatque ex quolibet ex dd. Muribus Ponticis catena quinque Anulis constans, quæ à Ducibus Burgundiæ di
18. stribuebatur, perpensa Personarum qualitate, ac dignitate; erat enim Catena aurea, vel ex argento deaurata, sive ex puro argento: sic loquitur *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *d. Hermant d. tom.* 2. *pag.* 211.

Ex dicto autem Collare pendebat appen
19. sus duabus Catenulis avreis Mus Ponticus extensus super Terram Viridem, & desuper legebatur Epitome Gallice *Ama Vie*, quod erat simbolum, quo utebatur Dux Joannes V. Burgundiæ Dux, & advertit *d. Hermant pag.* 216.

Dictum Collare ita erat fabrefactum ad
20. similitudinem Coronæ Cereris, ad innuendum curam adhibitam ab antiquis Comitibus, & Ducibus Britanniæ in Re Agraria, cui Provincia respondebat: *d. Justinianus pag.* 757. *d. Hermant*.

Figura d. Collaris in substantialibus a
21. dest penes allegatum *Hermant d. pag.* 210. *Patrem Honoratum à Sancta Maria Differt. Historiques &c. sur la Chevalerie in Additions, & Corrections pag.* 470. *sub n.* 73. *juxta impress. Parisien. Typis Petri Francisci Giffart* 1718.

Horum Equitum Vestis serica erat, &
22. ut dicitur di *Damasco* albi coloris in parte externa, rubei vero coloris in parte interna: *d. Pater Bonannus n.* 104. *d. Justinianus pag.* 757., ubi quod pars interior erat *di colore incarnato*, una cum Pallio ejusdem.

Imago Equitis d. veste induti cum an
23. tedicta Tessera, quæ est Crux aurea quatuor Spicis avrei Tritici constructa Amoris Nodo colligatis, exhibetur à *Patre Bonanno n.* 104., & in Collectione Tesserarum Ordinum sub *n.* 94. apposita in calce; *d. Bonanni pag.* 160.

Præmissis quæ hactenus diximus quoad
24. Fundatores hujus Ordinis, & quoad Tesserarum structuram, nunc subdimus, quod Scribentes rem diversimode ponderant: ajunt enim verba apposita in Collare fuisse propria Avi Paterni d. Francisci I. Fundatoris Epigraphe, & ipsum, citra tamen explicationem, quo figuræ termino uteretur d. Dux Franciscus, voluisse exprimere per illas Animalium pelles candorem animi, juxta ea, quæ tradit *d. Justinianus pag.* 717. *d. Collector Gallus tom.* 4. *d. Hermant* ubi supra.

Rursus, ut prædiximus, elaboratum erat Collare

Collare ad instar Coronæ Cereris, ut indicaret antiquorum Comitum, & Ducum Britanniæ solicitam curam in cultura Agrorum, eorundemque Agrorum ubertatem, ut prosequitur *d. Abb. Justinianus pag.* 757. *d. Collector Gallus tom* 4. aliique antecedenter allegati.

Mures autem Pontici in actu euntis fu-
25. per Monticulum herbæ floribus ornatæ, cum lemmate *A ma vie*, juxta Stemma Ducis Joannis Avi d. Francisci, fuerunt appositi in simbolum, quod potius quodcumque detrimentum subiisset, quam propriis verbis defecisset, & actionibus turpibus inquinaret: *d. Justinianus pag.* 757. *d. Collector Gallus d. tom.* 4.

Pater Lobineau in Historia Britanniæ
26. credit, Ducem voluisse præfatis duabus Coronis, & tali Tessera ostendere, quod bis ipse acquisiverat Britanniam, & pro sua Dignitate conservanda cum propriæ vitæ periculo; quodque cum Muribus Ponticis, atque Torque prædictis, & Catenulis alludere poterat venatico Cani, vulgo *Levriere bianco*, ut dicitur *De Carlo di Bleis*, qui Dominum suum deseruit ante prælium *di Auria*; sicuti allegato antedicto *Patre Lobineau*, narrat *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 365.

Narrat idem *Pater Lobineau*, quod Bur-
27. gundiæ Duces, præter Torquem cum Mure Pontico, aliam etiam addiderant, & distribuebant Torquem, Spicæ nuncupatam, quę quidem Torques constructa erat Spicis frumentariis, à qua Mus Ponticus duabus Catenulis pendebat, eaque Torques erat ex argento, & minoris valoris quam altera Muris Pontici, & quod hæc Torques ex Spicis distribuebatur Viris Nobilibus quidem, sed inferioris gradus.

Porro Historici de Militaribus Ordini-
28. bus agentes, sustinent Spicæ Ordinem fuisse institutum à Duce Francisco Primo, vel anno 1450., vel 1448. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. Ubi ex *d. Patre Lobineau* subdit, quod idem Dux Franciscus de anno 1448. contulerat Torquem cum Spica nonnullis Nobilibus Viris: unde colligitur, ante prædictum annum Ordinem fuisse institutum.

At prædicta Narratio, quod Torques
29. ex Spicis tradebatur nobilibus inferioris gradus, minime placet *Patri Heliot*, qui testatur constare, quod Principissa Isabella Uxor d. Principis gerebat Torquem ex Spicis, quamvis de anno 1447. Torquem Muris Pontici assumpserit: quodque Dux Franciscus Secundus ipse etiam quotidie gestabat Torquem Ordinis Spicæ loco Torquis Muris Pontici, ut videre est apud *d. Collectorem Gallum d. tom.* 4.

Magis autem communior, magisque
30. congrua religiosissimo animo Fundatoris hujus Ordinis, quicumque ille fuerit ex Burgundiæ Ducibus, Assertio illa est, Fundatorem ex motivo pietatis instituisse hunc Ordinem, scilicet ut religionem, & animi sui venerationem ostenderet erga Eucharistię Sacramentum, quod ex Pane triticeo conficitur, ut concludunt *Justinianus pag.* 757., & alii superius allegati; utque Catholicus cultus, & adoratio in cunctis servaretur, & augeretur.

Quod patet ex munere ipsorum Equitum, qui non solum, uti Equites Militares tenebantur tueri Fidem, & Catholicam Religionem, ut inquit *d. Justinianus pag.* 756. *d. Petrus Fran-*
31. *ciscus Bergamaschi pag.* 75. *d. Hermant Histor. des Religions tom.* 2. *cap.* 22. *pag.* 228. verum etiam Equitibus incumbebat assistere de die, & de nocte alternative assiduæ adorationi

rationi

rationi Sanctissimi Sacramenti: *d. Petrus Franciscus Bergamaschi pag.* 75. *d. Abb. Iustinianus d. par.* 2. *cap.* 71. *pag.* 756.

Illudque associare dum ad Infirmos de-
32. ferebatur, ut prosequitur *d. Abb. Iustinianus d. pag.* 756.

Tenebantur recolligere Triticum, quod
33. inservire debebat Altari, ad conficiendum Sacramentum: *d. Bergamascus d. pag.* 75. *d. Iustinianus pag.* 756.

Et incumbere culturæ ejusdem tritici ad-
34. dictus erat Ordo, & munus Equitum: *d. Iustinianus pag.* 756.

Ac sumopere actus reverentiæ præstare
35. Sacerdotibus, de quibus canit Ecclesia. *Sic Sacrificium istud instituit, cujus Officium committi voluit solis Presbyteris, quibus sic congruit ut sumant, & dent cæteris*, & notat *Iustinianus pag.* 756.

Equites Ordinis fuisse numero viginti-
36. quinque, comprehenso magno Magistro, qui semper esse debebat Dux Regens Burgundię, qui solum in casu mortis alicujus ex Equitibus alium Equitem subrogabat: *d. Iustinianus pag.* 757.

Pingues possidebant Commendas: *d.*
37. *Iustinianus d. pag.* 757.

Postremo peculiare erat, & notatu dignum, quod in hujusmodi Equestri
38. Ordine recipiebantur, & admittebantur etiam Mulieres, quæ appellabantur Equitissæ, juxta ea, quæ tradit *d. Pater Lobineau in d. Britannia Historia*, ubi refert Catalogum; inter quas anno 1441. ponitur Ducissa Britanniæ Petronilla di Maille; duæ Puellę di Ponoet, & de Plessis, Joanna de Laval 1455. Ruger anno 1413. ac referuntur etiam *à Collectore Gallo* in sæpe allegato *tom.* 4. *pag.* 364.

Hunc Ordinem nonnulli Auctores po-
39. nunt sub Regula Sancti Augustini, ut innuit *Historia Ordinum Monasticorum &c. & Militarium &c.* in nostrum italicum idioma translata *à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom.* 4. *cap* 59. *pag.* 503. *impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1738., ubi sul dice: *Quantunque fosse senza alcun fondamento*.

Quod autem essent sub Sancti Augustini Regula, scripsit *d. Iustinianus d. pag.* 756. *Hermant tom.* 2. *Histoire des Religions cap.* 21. *pag.* 218. *juxta impress. Rothomagen. Io. Baptistæ Besogne* 1736.

Hujus Ordinis Equites Castitatem Co-
40. niugalem, & Obedientiam magno Magistro profitebantur, teste *Petro Francisco Bergamasco* in præallegato suo Tractatu *pag.* 75. de quo loquitur in antecedente §. *Alii sustinent*: *d. Iustinianus d. pag.* 756.

Floruit Nobilissimus, & Religiosissimus
41. hic Ordo quousque viguit Progenies Masculina Ducum Burgundiæ, qua deficiente, Burgundię Ducatus reunitus fuit Regię Coronæ Galliarum, ut diximus supra *sub n.* 4. tuncque extinctus remansit Ordo Equitum tam Nobilis, sicut aduerrunt præallegati Scriptores: *d. Abb. Iustin. pag* 757. *d. Bergamascus pag.* 75 *d. Hermant tom.* 2. *cap* 22. *pag.* 218. *d. Corollarium omnium Ordin. d. pag.* 328.

Quapropter Catalogus magnorum Magistrorum, quem damus in calce præsentis Discursus, refert Duces Burgundiæ magnos Magistros, & refert etiam alios Reges Franciæ, qui fuissent tales, veluti Successores Ducum Burgundiæ.

Catalogus magnorum Magistrorum Ordinis Spicæ juxta Chronologiam *Abbatis Iustiniani d. parte secunda pag.* 758.

I. an. 1450. Franciscus I. Dux Britanniæ Fundator Ordinis post Institutionem regnavit uno solum anno 1. obiit anno 1451.

II. 1451. Petrus Dux Frater Francisci, rexit per spatium sex annor. 6.

III. 1457. Franciscus II. Dux Consobrinus frater Petri, quamvis Ricciolus cum auctoritate Rosieres ponat, quod Arcturus III. anno uno regnaverit, sed in Chronologia hujus Familiæ non constat.

IV. 1489. Carolus VIII. Rex Franciæ, & vigore Uxoris Mariæ Britanniæ Ducis, & magnus Magister, rexit annos 9.

V. 1498 Ludovicus XII. Rex Franciæ, & vigore Uxoris Mariæ Viduæ Caroli VIII Ducis Britanniæ, & magnus Magister rexit an. 17.

VI. 1515. Franciscus I. De Valois, Socer Ludovici Regis rexit an. 32.

VII. 1547. Henricus II. filius Francisci Regis, rexit annos 12.

VIII. 1559. Franciscus II, filius Henrici, rexit per annum 1.

IX. 1560. Carolus IX. Frater Francisci II. Regis, regnavit an. 13.

X. 1574. Henricus III. Frater Caroli IX. Regis, regnavit annos 15.

XI. 1589. Henricus IV. ex linea Borbona, cognomento magnus Rex, regnavit annos 20.

XII. 1610. Ludovicus XIII. filius Henrici IV. Regis, regnavit annos triginta tres.

XIII. 1643. Ludovicus XIV. filius Ludovici XIII. Rex Galliarum, magnus Magister regnans.

Hucusque scriptum reliquit *d. Abb. Iustinianus pag.* 758. Catalogum magnorum Magistrorum, quo autem ad alios magnos Magistros usque ad hodierna tempora, vide in calce nostri Discursus *Discursu* 19. *tom. pr. pag.* 343. *in Discursu Sacra Ampulla.*

DISCURSUS CCIV.

SANCTI SPIRITUS IN GALLIA

SECT. I.

ARGUMENTUM

Integre exponitur series Institutionis hujus Ordinis in Gallia.

SUMMARIUM

1. *Ordo fuit institutus ab Henrico III. primum Poloniæ, deinde Galliarum Rege.* & n. 1. qq., & n. 9.
2. *Aliqui tamen sustinent fuisse fundatum à Ludovico Andegavense Principe Taranti.*
3. *Explicatur Historia,* & n. 4.
5. *Varii Ordines sunt inter se diversi, licet eundem titulum gerant,* & n. 6. 7. & 8.
7. *Torques Ordinis Sancti Michaelis habebat Effigiem Sancti Michaelis, cum Lemmate*: Immensi terror Oceani, & n. 8.
9. *Ordo Sancti Spiritus in Gallia fuit institutus à Rege Henrico III., cum numero* 11., & seqq.
In signum Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Religionis incrementi.
10. *Ordo Sancti Michaelis, cum à sua originaria Nobilitate corruerit, voluit Rex, ne destrueretur.*
Sed insimul novum Ordinem constituit, & de quo anno & n. 11., & 12.

nos

ubi reiicitur opinio de institutione asserta de anno 1589.
13. *Quare Rex Henricus Ordinem hunc instituit Sacro Pentecostes die.*
14. *In Tesseram præscripsit Rex Crucem Octogonam ex caustо coloris cærulei auro circumdatam, & in medio illius argentea adest Columba alis expansis à Torque pendens cum faculis, & intersecabatur littera* H., *& pendebat etiam ab illa Stemma Regis.*
15. *Apud quos habeatur forma Torquis, & Stemmatis, quo utebatur Rex Henricus.*
16. *Sub Henrico Quarto fuisse immutatam Litteram* H. *in litteram L sustinent aliqui, aliis contradicentibus,* & n. 17.
17. *Ludovici XIII. tempore in Capitulo Ordinis statutum fuit, quod d. Littera* H *perpetuo remaneret in Veste, & Torque, in memoriam Henrici III. fundatoris Ordinis.*
18. *In quolibet Crucis acumine additus fuit globulus, & in quolibet angulo Lilium aureum.*
19. *Reiicitur Joannes Soranzus.*
20. *Ostenditur in multis discordare* Comitem in Koden Sapieha.
21. *Torques ergo vera est illa, quam adduximus* à n. 14. cum seqq.
22. *Describitur Tessera.*
23. *Ut exprimatur Eques Sancti Spiritus dicitur* Donatus est Tænia cærulea, *& Galli dicunt* Cordone de Blèu celeste.
24. *Ad Ordinem Sancti Spiritus admittuntur etiam Ecclesiastici, ac Officiales Togati. Isti Teniam deferunt pendentem ante pectus, sed Equites Seculares gerunt à brachio dextero usque ad sinistram.*
25. *Ut quis fiat Eques Sancti Spiritus, debet prius fieri Eques Sancti Michaelis,* & n. 26., & 27.
27. *Non omnis qui est Eques Sancti Michaelis, est Eques Sancti Spiritus, sed e contra.*
28. *Insigniti utroque Ordine Sancti Michaelis, & Sancti Spiritus dicuntur insigniri Ordinibus Regis Galliarum.*
29. *Cardinalis Mazarinus quomodo se gesserit cum Rege Ludovico XIV Infante, deferre Insignia Ordinum Regiorum recusante.*
30. *Ordinem Sancti Michaelis noluit Rex Henricus destruere quando ipse instituit Ordinem Spiritus Sancti, sed antequam conferatur Ordo Sancti Spiritus, confertur eidem Persona Ordo Sancti Michaelis.*
31. *Teniam Ordinis Sancti Spiritus quomodo deferant Cardinales aggregati Ordini.*
32. *Tesseræ valor quantus debeat esse, & an possit ornari gemmis.*
33. *Hæredes Equitis post mortem Equitis debent illam ad Regem mittere.*
34. *Defenditur fama Regis Henrici adversus calumniantes illum quoad qualitatem d. Tesseræ & arguentes illam ex litteris initialibus illis in ea expressis rem amatoriam continere,* & n. 35., & seqq.
36. *Explicatur literarum in Torque verus sensus,* & n. 37., & 38.

DISCURSUS CC IV.

SANCTI SPIRITUS IN GALLIA

SECT. I.

Quamvis, ut infra etiam demonstrabitur, liquido constet Nobilissimum Equestris Ordinis Sancti Spiritus
1. in Gallia Institutorem fuisse Henricum III. Poloniæ primum, & deinde Galliarum Regem, non defuere tamen

 men

men Auctores, qui d. Regi Henrico III. hujus fundationis gloriam præripere tentantes, scriptum reliquerunt, Ordinem hunc Sancti Spiritus
2. institutum fuisse à Ludovico Andegavense ex Regio Franciæ sanguine, Principe Taranti, Rege Hierusalem, & Siciliæ citra Farum, qui anno 1352. in Civitate Neapolis moram trahens in Castro nuncupato *Dell' Ovo*, perpendens ipsum Festo Pentecostes Coronas Regni Jerusalem, & Siciliæ recepisse, solemni Pentecostes die Equestris Ordinis sub Augusto Sancti Spiritus Titulo fundamenta jecit, conditis pro bono ejusdem Regimine Statutis 25. Capita continentibus, inter quæ illud aderat, quod novi Ordinis Equites numero centum essent; qualibet quinta feria jejunare tenerentur; quod nullum longum iter assumerent sine Principis licentia; quodque Eques quilibet, mortuo aliquo Ordinis Equite, teneretur pro Defuncti Anima celebrare facere septem Missas de Requie, ut inquit *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. diss. rt. 7. art. 2. pag. 131. in Annotat. sub litt. A. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart* 1718. aliique, quos infra allegabimus. *Collector* Gal*lus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers* §. 64. *Les Chevaliers du Noeud appellez aussi de Saint Esprit, au droit defir d. tom.* 3. *à pag.* 408. *& tom.* 4. §. 97. *Les Chevaliers du S. Esprit en France pag.* 158. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Philippus Casoni in Historia Regis Ludovici nuncupati* Il Grande, *parte sec. parte ter. lib.* 1. *sub anno* 1704. *Civigni* infra allegandus.

Sed secuto ejusdem Ludovici obitu absque Prole ex Regina Joanna I. illius
3. Uxore, subortisque in prædicto Regno revolutionibus, Ordo hic interiit, & hujus fundationis memoria omnino pariter interiisset, si Constitutiones ipsę, ac Ordinis stabilimenta manuscripta casu, & fortuna ad manus Nobilium Venetorum non devenissent, Has autem originarias Equestris Ordinis Constitutiones manuscriptas, Rege Henrico III. e Regno Po-
4. loniæ revertente, & Galliæ Regnum repetente, Veneta Respublica eidem Regi dono dedit, ut ita singulare à Regio Galliarum Sanguine Principe promanans Monumentum, in Regiis Franciæ Archivis asservaretur: late *d. Philippus Casoni d. par.* 3. *lib.* 1. *sub anno* 1704.

Subditur, quod Rex Henricus III. ex hujusmodi Constitutionibus normam pro novo construendo Ordine sumpsit, & antedictas veteres Regulas, ut earum memoria penitus deleretur, comburi jussit Cancellario Chiverny, qui tamen easdem Authenticas Constitutiones flammis non tradidit, sed penes se reservavit: unde postmodum ad Episcopum Carnotensem, vulgo de *Chartes* ejusdem filium pervenerunt, qui diligenter illas servavit; & ita postmodum ad manus devenerunt ultimi Præsidis Palatii, hicque (ut scribit *Laboureur in tom.* 2. *in Addition. ad Memorias Castelnau*) illas ostendit *Maimburgho Scriptori Historia Fœderis d. Henrici III.*, ibique refert verba pręcisa Institutionis ex antedicto Manuscripto deprompta tenoris sequentis - *Nous Luys par la grace de Dieu Roy de Jerusalem, & de Sicile, all'honneur du Saint Esprit, le quel jur, par la grace nous fusmes couronnez de nos Royaumes, en essancement de Chevalerie, & accroissement*

sement d' bonneur , havons ordonnè une Compagnie de Chevaliers, que seront appelles les Chevaliers du Saint Esprit du droit desir, & les dies Chevaliers seront au nombre de troiscens, des quels Nous comme Trouveur, & Fondeur de cette Compagnie, serons Princeps, & aussi doivent estre tous nos Successeur Roys de Jerusaleme, & de Sicile &c. ibidemque dictus Scriptor asserit Henricum III. dici non posse fundatorem, sed renovatorem Ordinis Sancti Spiritus, totamque seriem hanc facti refert *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari parte seconda cap. 81. pag. 808. juxta impress. Venetam Combi, e la Noù anno 1693. d. Pater Honoratus d. pag. 131. sub litt. A. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, des Chevaliers &c. d. tom. 3. à pag. 408., & tom. 4. d. pag. 158. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Petrus Franciscus Bergamaschi in Breve Notitia Ordinis Calcaris, & aliorum pag. 85. juxta impress. Taurini Typis Paulini 1691.*

Postremo inquit *Pater Daniellus in Historia Franciæ*, quod Henricus III. inventor Ordinis Spiritus Sancti non fuit, sed ideam desumpsit à d. Ludovico ob idem motivum sibi fausti diei Pentecostes, idemque Henricus ex Civitate Neapolis notitias extrahere fecit pro suo novo efformando Ordine *d. Patrem Daniellum* refert *d. Collector Gallus d. tom. 4. à pag. 258. cum seqq.*

Verum ex prædictis, non nisi identitas Tituli Ordinis Sancti Spiritus deducitur, qui sane identitatem illius Ordinis Neapolitani, cum alio Ordine Gallico, minime comprobat; plures quippe adsunt diversi totaliter Ordines Equestres sub uno eodemque Titulo militantes, ut adductis exemplis de Ordinibus pro Titulo habentibus Divum Georgium, ut est Titu-
5 lus Constantiniani Ordinis, Ordinis Montesiæ in Hispania, Januæ, in Germania, in Anglia Alexandri VI., & Pauli III. Summorum Pontificum in Statu Ecclesiastico, qui licet diversi, ac disparati Ordines sint, vivunt tamen sub eodem titulo Sancti Georgii, ut recte respondendo hujusmodi objecto, arguit *d. Abbas Justinianus* loco præallegato *pag. 808. d. Collector Gallus d. Tom. 3.*

Præterea fatentur Scriptores antedicti, Henricum III. statuisse Ordini Tesseram
6. in totum diversam ab ea, quam suo Ordini præscripserat Princeps Ludovicus: ergo dici nequit hunc Ordinem esse eundem, ac illum ab Henrico fundatum; cum in parte principali, hoc est in Tessera, aperte discordent. Sic pariter identitas non probatur, ex quo Henricus potuerit quidquid sibi placuerit ex Constitutionibus seligere: quatenus enim verum esset, quod aliqua desumpserit, ex hoc non infertur fuisse desumptam totam Ordinis structuram, imo hoc potius diversitatem Ordinis aperte comprobat; eo vel maxime quia dissona est Tessera unius, & Tessera alterius, stabilimenta, & numerus Equitum inter se differunt. Sed ulterius detegitur improbabilis assertio, quod Ludovicus anno 1352. instituerit assertum Ordinem: tum quia constat ipsum supervixisse spatio decem annorum, cum obierit anno 1362., & tamen non constat illum perfecisse, ut poterat: tum quia etiam, quod ex Scriptoribus Neapolitanis, qui de rebus Regni diligenter egerunt, ut *Caraffa, Collunucius, Mazzella, Summontes, Eugenius Caracciolus*, nullus loquitur

tur de isto Ordine, ut advertendo prosequitur *d. Abb. Justinianus pag.* 809., ubi ingenue fatetur causam ignorare, ob quam allegatus Auctor Gallus in hoc etiam novitatem magis, quam veritatem amans, Henricum Regem insimulat, quod Ludovici Principis Gloriæ subtraxerit, & ut loquitur laudatus *Abbas Justinianus*, *per levare la gloria dell' Institutione a d Henrico, & accusarlo di un fatto rapito alla fama di Lodovico*.

Ex quibus adamussim rationibus *Pater Heilot* inverisimilem prorsus agnovit contrariam assertionem *d. Laboreur*: eo vel maxime, quia revera utriusque Ordinis Statuta longe inter se differunt, & solum in utroque Principe verificatur motivum Intitulationis Sancti Spiritus, quod scilicet Ludovicus die Pentecostes fuerit factus Rex Jerusalem, & Siciliæ, & Henricus III. Poloniæ, & Franciæ Rex; unde nullum urgebat argumentum ad comburendum Statuta Ordinis à Ludovico erecti, nec ejus abolitio habebatur ex combustione Statutorum, cum ejusdem Ordinis Monumenta, quæ adhuc extant, & Auctorum scripta facile servata fuerint. De *Patre Heilot* meminit *Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 60.

Quæ hactenus cumulavimus ad ostendendum diversitatem Ordinis ab Henrico III. fundati ab altero erecti à Ludovico Tarenti Principe, ac Rege Jerusalem, & Siciliæ, in evidentiam transeunt ex facto: constat enim, quod ab isto Rege Ludovico fundatus Ordo, licet nuncupatus fuerit *Sancti Spiritus*, habebat additamentum

7. *Recti Desiderii*, & magis communiter dicebatur *Ordo Nodi*, qui Ordo totaliter differt in substantia ab Ordine Spiritus Sancti in Gallia, ut videre est in nostro *Disc. de Ordin. Nodi in hoc tom. Disc.* 173. *pag.* 280. *n.* 4. & 10.

Idem *Gallus* Auctor Historiis de more subversis, scribit Henricum fundasse Equestrem Ordinem anno 1577., ut se fœderi contra ipsum inito objiceret, quod est contra sensum ipsorum Scriptorum Gallicorum, qui concorditer asserunt, Regem Henricum III. Ordinem Sancti Spiritus instituisse anno 1579. in gratiarum actionem D. O. M. ob reportatas contra Inimicos suos Victorias.

Et ut quodcumque respectu fundationis d. Ordinis Sancti Spiritus abigatur æquivocum, recensere non omittimus quod legitur apud *Joseph Michel in Thesauro Militar. pag.* 95. relatum *à Patre Andrea Mendo de Ordin. Milit. disq.* 1. *quæst.* 2. §. 25. *n.* 52. *juxta secundam impress. Lugduni* 1668. Hujus Ordinis Sancti Spiritus Equites instituisse Ludovicum XI. Galliæ Regem ad Catholicæ Fidei defensionem anno 1459. in Oppido *Ambosiæ* & anno 1476. in Oppido *Pleria*, statuendo, quod Equites essent triginta tres, magnusque Magister esset pro tempore Galliarum Rex. Porro hoc non dicti Auctoris, sed solius Typographi error est; nam Scriptor præfigit quidem sibi describendum Capitulum super Ordine Sancti Spiritus, cujus Tesseram inquit Crucem esse habentem in centro Columbam; nihil autem postmodum in narratione exponit de eodem Ordine, sed de Ordine Sancti Michaelis loquitur, quem d. Ludovicus XI. Galliæ Rex dictis locis, dictoque tempore instituit, illiusque Torquem describens, ait hanc interseri Conchis Maritimis, à qua pendet non Crux, sed Sancti Michaelis effigies cum Epigraphe *Immen-*

8. *si Terror Oceani*. Unde patens est, quod Typographus erronee, & per saltum

saltum, in impressione paginas invertit, imprimendo sub Titulo Ordinis Sancti Spiritus narrationem Ordinis Sancti Michaelis nihil commune habentis cum Ordine præfato Sancti Spiritus; & sic aduertit, & Auctorem ab errore excusat *d. Pater Mendo* mox allegata *Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 25. *n.* 52. *d. Abb. Justin. par.* 2. *cap.* 81. *pag.* 808.

9. Stat igitur firmum, & inconcussum, Equestrem hunc Ordinem Sancti Spiritus in Gallia fuisse institutum ab Henrico III. Galliarum Rege, qui cum dicta Bella, Factiones, & tetras Hæreses Galliarum Regnum misere vastantes, favente Deo, compressisset, Pacemque Regno intulisset, reportatis de Hostibus Divina Ope, Victoriis, ut D. O. M. gratiarum actiones, gratique animi signum redderet, ad Catholicæ Religionis Apostolicę Romanæ incrementum, ad Nobilium, Procerumque animos magis devinciendum, hunc Ordinem instituit; ut in *Statuto Ordinis cap.* 13. da quo in calce Discursus: in qua Catholica Religione (tot inter Hæreticorum errores, misere Galliam tunc inficientes) constantissime Rex Christianissimus se servaverat, Orthodoxam Fidem Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ Romanæ inconcusse profitendo, ut cum *d. P. Daniello in Historia Francia* notat *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 161., *& seq.* ubi refert ipsa litterarum Patentium verba *Chevigni* juxta Italicam versionem: *Selvaggio Cantarani* in Volumine *La Scienza delle Persone di Corte, di Spada, e di Toga tom.* 3. *in Titulo Genealogia de' Re di Francia pag.* 176. *juxta impress. Venetam Balleonii* 1734. *Hermant in Histor. Ordin. tom.* 2. *cap.* 44. Cum

10. enim Conchiliatus Ordo Equester S. Michaelis à Ludovico XI. Galliarum Rege institutus pœne splendore obsoleverit, eo quia in eundem admissi fuerant homines ex omni genere, sicque destitutos Nobilitate; proinde illum Nobiles, ac Viri Principes flocci pendebant: hinc Rex ingeniose adhibita cautela, eundem Ordinem Sancti Michaelis, in sui robore servando, de qua infra loquemur, ut narrat *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 109. *Pater Graveson Historia Eccles. tom.* 9. *continente Tabulas Chronologicas Tabula* 14., *& ultima pag.* 507. §. *Denique, juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi anno* 1722. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 161., *& seq.* statuit novum Equestrem Ordinem erigere, prout ultima die anni 1578., & prima 1579. cum effectu fundavit in

11. Templo Sancti Augustini Parisiis sub Augustissimo Titulo Spiritus Sancti, ut probant Auctoritates infra allegandæ: quapropter ita conciliantur Scribentes, qui discrepare videntur in assignatione anni Institutionis, ponentibus aliquibus annum 1578. aliis 1579. de quibus meminit *Abb. Justinianus pag.* 877. cum vere utrumque tempus institutionis fuerit, ultima scilicet dies anni 1578, & prima Januarii 1579., Volumen, cui Titulus *Li Sovrani del Mondo tom.* 4 *sub* S. *L'Ordine dello Spirito Santo pag.* 294. *juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin* 1720.

12. Neutiquam vero eorum subsistit assertio, qui institutum fuisse scribunt hunc Ordinem à Rege Henrico III. anno 1569. cum Henricus tunc temporis nondum Galliæ Rex esset, sed quinquennio solum elapso in Regno Galliæ successit, ut notat *Justinianus d. pag.* 807.

Profecto Henricus Rex titulum selegit Sancti Spiritus ob venerationem erga Divi-

23. Divinum Spiritum, eo quia peculiare Sancti Spiritus Festum, solemnis videlicet Pentecostes dies ter illi faustus illuxerat; nam die Pentecostes, anno 1557. natus erat, Pentecostes die anno 1573. electus fuit in Regem Poloniæ, demum Pentecostes die 1574. consecutus fuit Galliarum Coronam, ut de prędictis omnibus testantur *Abbas Justinianus d. par. sec. d. cap. 81. pag. 807., & seq. d. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n. 109. d. Pater Honoratus à S. Maria d. pag. 131. d.* Volumen cui Titulus = *Li Sourani del Mondo tom. 4. pag. 293., & seq. juxta impress. Venetam anno 1720. Typis Coleti, & Jo. Malachin in* S. L' Ordine dello Spirito Santo: *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albæ in Polonia in Corollario Ordin. Equestr. in verbo Sancti Spiritus pag. 330., quod Corollarium impressum est in calce Voluminis ejusdem Auctoris, cui Titulus Adnotationes Historica de Origine &c Ordinis Aquila Alba in Regno Polonia impress. Colonia Typis Adami Cholini 1730.*

Pater vero *Andreas Mendo de Ord. Militar. Disq. 1. quæst. 2. § 25. n. 52. pag. 13. juxta d. impress. Lugduni, & d. Collector Gallus d. tom.* 4. non exprimunt circumstantiam, quod Rex Henricus natus fuerit in die Pentecostes, quę animadversio nativitatis d. Henrici Regis in d. Pentecostes die omnino negatur *à Patre Honorato à S. Maria* superius allegato *d. lib. 1. Dissert. 7. art. 2. pag. 131., & à Collectore Gallo tom. 4. pag. 187.* testantibus, certum esse die 18. Septembris anno 1551. ortum esse Henricum, & populare Dicterium, natum esse in die Pentecostes, fundari in quibusdam latinis versibus, qui leguntur in Choro Patrum Tertii Ordinis Sancti Francisci Parisiis nuncupat. *Des Cordeliers,* quos refert idem *P. Honoratus* ubi supra; *d. Collector Gallus tom. 4. pag.* 188. & sunt sequentes.

Hocce die, quo almus Cœlo descendit ab alto
Spiritus inflammans Pectora Apostolica,
Enricus Franco ter maximus ortus in Orbe est,
Electus Populi Rex quoque Sarmatici,
Et Rex Francorum, Carlo successit amori
Ipse amor, & Franci delitia populi.

quæ carmina refert etiam allegatus *Hermant in Historia Ordin. Militar. d. tom. 2. cap. 44. pag. 370. juxta impress. Rosbomagen. Typis Jo. Baptista Besogne 1726.*

Hujus celeberrimi Equestris Militaris Ordinis Rex Henricus III. Fundator, se caput magnumque Magistrum constituit, suisque in Galliarum Regno successoribus magnum reservavit Magisterium, ut videre est apud *d. Patrem Honoratum d. lib. 1. Dissert. 7. pag.* 132.

Fundator autem Ordinis Henricus III. Rex, in Ordinis Tesseram Crucem præscripsit octangularem, encausto cœ-
24. rulei coloris, atque auro circumdatam, & in hujus Crucis medio argenteam Columbam, expansis alis in simbolum Spiritus Sancti. Hæc autem Crux pendebat ex Torque cum faculis similiter relativis ad eundem Spiritum Sanctum, qui Linguis igneis in Cœnaculo super Capita Apostolorum apparuit, ac intersecabatur etiam lite. *H.* Regis Henrici nomen indicante. Rursus idem Torques Arma Regia amplectebatur, ut videre est respective apud *Justinianum pag. 806. & 809. Bonannum in Catalogo Equitum n. 109. Patrem Honoratum à Sancta*

cta Maria Carmelitam Excalceatum Dissertations Historiques &c. sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. Differt. 7. art. 2. pag. 132. juxta impress. Parisien. Petri Francisci Giffart anno 1718.

15. In Volumine Descriptionis Ordinum Militarium impresso Parisiis anno 1671. habetur delineatio ipsius Torquis circumdantis Stemmata Franciæ, hoc est in Campo cœruleo tria aurea lilia, una cum alio Scuto, quo idem Rex Henricus utebatur, scilicet in Campo rubeo coronata Aquila alba, Poloniȩ Regni Insignia, nec non Equus, & super his omnibus Regia eminet Corona liliis exornata, ut inquit *d. Justinianus pag.* 808.

Tractu temporis auctum fuisse d. Torquem Bellicis Tropheis ab Henrico Quarto, & mutatam alio tempore subinde fuisse Litteram H. in Litteram L. nomen Ludovici indicantem, notat *d. Justinianus pag.* 810., *& antecedenti pag.* 809. refert figuram d. Torquis cum d. Litt. H. *d. Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 109., ubi pariter affert figuram Equitis cum d. Torque Litt. L. habente, & in Generali Descriptione omnium Insignium apud ipsum *Bonannum pag.* 161. ubi in summitate litterarum L. adest Corona Regia clausa habens Crucem in vertice.

16. Sed dictam mutationem litteræ H. in litteram L. factam fuisse negat *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 186., unde reprobat *Schoonebeek* illam asserentem, quemque solum excusatione dignum fatetur, eo quia Scriptor forensis est, nullam vero excusationem mereri subdit *d. M. Hermant*, qui de tali litterarum mutatione testatur; non enim, ut subdit prædictus *Collector*, ignorare poterat idem *M. Hermant*, quod in Torque Ordinis nequaquam adsunt litterȩ L. quodque

17. litteræ H. ab eodem Torque sublatæ non fuerunt, imo in Capitulo habito 31. Decembris 1691. præsente Ludovico XIII. statutum fuit, quod litteræ H. perpetuo semper remanerent, ut dicitur *Sur les broderies des manteaux, & mantelets, & sur les Colliers d'or des Chevaliers*, in memoriam Henrici III. fundatoris Ordinis, ac Henrici IV. successoris in magno Magisterio.

18. Fuit tandem in summitate octo Acuminum Crucis additus globulus, & in ipsius Crucis quolibet angulo lilium aureum, ut videre est apud *d. Iustinianum pag.* 806. 810., *& seq.*, *& d. Bonannum d. n.* 109., *& in Descriptione omnium Insignium* apud eundem *pag.* 161.

19. Ex quibus putans est, quod mutila, & respective dissona ab antedicta Descriptione Crucis, descriptio illa est, quam Italico idiomate refert *Ioannes Soranzo in Libello*, cui Titulus *L'Idea del Cavaliero par. pr pag.* 172. *juxta Mediolanensem impress. Typis Petri Martiris Lucarni* 1609. ibi - *So bene, che il segno è una Croce di panno d'oro, nel cui mezzo vi è una Colomba, significato dello Spirito Santo, e dagli angoli formati dal capo del piede, e dalle braccia della Croce escono quattro gigli in tutto di oro.*

20. Sicuti pariter discordat in multis descriptio, quæ traditur *à d. Comite in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 330., *& seq.* ibi - *Admittuntur ad hunc Ordinem Viri Ecclesiastici, qui Commendatores vocantur, portantque Insignia in Tænia cœrulea à Collo pendentia. Reliqui vero Equites gestabant in simili fascia, à Brachio dextro sub sinistrum, stellam quoque ad lævum latus, per modum Crucis*

 tubea

rubee radiis fulgentem, addita in medio Columba ex argento. Ad Tæniam vero circumferunt Crucem auream, albo encausto tinctam, cujus extremitates globuli terminant, angulos vero lilia exornant &c.

Vera ergo hujus Ordinis Torques for-
21. mæ est superius descriptæ, vera-
que ejusdem Ordinis Crux octangularis est, ac in quolibet ex octo acuminibus globulus adest, sicut ad quatuor Crucis angulos lilium aureum appositum est; dictaque octangularis Crux aureo limbo circumdatur: encausto cœrulei coloris picta est Crux, & in medio Columbam argenteam expansis alis tenet, juxta figuram, quæ ut superius diximus, habetur apud allegatos *Justinianum d. pag.* 806. *Bonannum n.* 109., *& in Descriptione omnium Insignium* ibi, *& d. Comitem in Koden Sapieha pag.* 222. Ipsaque Crux appenditur Tæniæ quatuor digitis latæ cœrulei coloris, quæ collo imponitur in creatione Equitis, & sic ab Equitibus collo dictæ cerulei coloris Tænie appensa defertur, ut inquit *d. Abb. Justinianus d. par. sec. cap.* 81. *pag.* 810. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 186. *d. Pater Honoratus d. lib.* 1. *Differ.* 7. *art.* 2. *pag.* 133. *d. Hermant pag.* 367. *d. Volumen Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 294.

Hinc, ob hanc cœruleam Tæniam, vul-
22. gari idiomate, ad exprimendum,
aliquem fuisse admissum ad hunc Sancti Spiritus Equestrem Ordinem, dicitur Donatus est Tenia cœrulea, & *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 330. ponit Titulum Ordinis Sancti Spiritus seu Tæniæ cœruleæ, ipsique Galli, ut
23. hunc Ordinem significent, dicunt
Cordon Bleù celeste.

Cumque ad hunc Ordinem admittan-
24. tur etiam Viri Ecclesiastici, ut alii
Officiales togati, ut infra explicabitur, notandum, quod iidem Ecclesiastici d. Tæniam cœruleam à collo pendentem ante pectus gerunt, ad differentiam aliorum Secularium Equitum, qui d. Tæniam cœruleam à Brachio dextero usque ad sinistrum gerunt, ut prosequitur *d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. lib.* 1. *Differ.* 7. *art.* 2. *pag.* 133. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 187. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 330.

Diximus supra in §. *Stat igitur, sen*
25. *n.* 9. quod Rex Henricus III. in
fundatione Equestris Ordinis Sancti Spiritus noluit abolere alium Ordinem Equestrem Sancti Michaelis, & hanc mentem suam, voluntatemque servandi sartum tectumque Ordinem Sancti Michaelis, Rex Henricus III. in suis expressit litteris, quarum tenor habetur apud *Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 160. *cum seq.* unde ad illum integre conservandum, ingeniosam adhibuit cautelam. Porrò cautela hec fuit statuendo, quod ille, qui ad Ordinem Sancti Spiritus promoveri debet, prius promoveretur ad gradum Equitis Sancti Michaelis, & deinde admitteretur ad Gradum Sancti Spiritus: *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 171., & ita etiam ad præsens inconcusse servatur, ut videre est in Narratione publicæ luci data continente cœremonias servatas occasione, qua Romæ fuit admissus ad Habitum Ordinis Sancti Spiritus Excellentissimus Dominus Princeps Vaini.

Prius ergo armari debet Eques Sancti
26. Michaelis, hoc est die præcedente
promotioni ad Habitum Sancti Spiritus, & non die subsequente post promotionem ad Habitum Sancti Spiritus, ut bene advertit *Borson Parisiensis Senatus Advocatus, in suo Jure Romano Gallico Canonico impresso anno* 1685., quem refert etiam *Abb.*

Justi-

Justinianus pag. 810., & sic praxis est.

Sed hic notandum, quod non omnis,
27. qui creatur Eques Sancti Michaelis, postmodum creatur Eques Sancti Spiritus, cum stare separati possint; scilicet esse simplex Eques Sancti Michaelis, juxta ea, quæ tradimus in *Discursu Ordinis S. Michaelis*.

Quemadmodum etiam non omnes promovendi ad Habitum Ordinis Sancti Spiritus, promoti esse debent ad Ordinem Sancti Michaelis, ut advertit *d. Abb. Justinianus d. pag.* 810. Nam Ecclesiastici non creantur Equites Sancti Michaelis, sed directe fiunt Equites Commendatarii Sancti Spiritus, ideoque isti gerunt Crucem cum Columba, non autem à tergo ejusdem Crucis cum Numismate Sancti Michaelis, ut faciunt alii, qui insimul Equites sunt Sancti Michaelis, & S. Spiritus, ut infra dicemus.

Hinc ob dictam collationem utriusque
28. Ordinis Sancti Michaelis, & Sancti Spiritus, dicta forma insigniti vocantur Equites Ordinum Regis. Galliarum quippe Regum peculiares Ordines sunt prædicti, & ipsi Reges potissimum horum Insignia deferunt; proindeque hic ad eruditionem subdimus quod scriptum reliquit *Philippus Casoni dell' Istoria di Ludovico il Grande stampata in Milano* 1706. *par. pr. lib.* 3. *pag.* 64. ibi - *Pare che nell' educazione di un Re di Francia si debbano superare le finezze maggiori, e valersi de' più artificiosi stratagemmi. Tali erano appunto quelli, che affermano praticasse il Cardinale (parla del Card. Giulio Mazzarino) per maneggiare lo spirito del Re Fanciullo, ed io ne trascriverò,*
29. *tutto che non li trovi narrati da alcuno Scrittore, avendoli però sentiti raccontare da Uomini degni di fede. Dicevano questi, che essendo solito il Re nella sua fanciullezza, ogni mattina ad essere condotto alla presenza del Cardinale Ministro da cui veniva con cortese, ed affettuoso rispetto per poco tempo accarezzato, e di qualche avvertimento conferente all' età imbevuto; accadde una fiata, che il Re per certo fanciullesco capriccio ricusato avea di portare appeso al collo l' Ordine dello Spirito Santo, ne a ciò lo potevano indurre le persuasioni del suo Governatore: della qual cosa fatto avvertito il Cardinale, come vidde comparire alla sua presenza il Fanciullo senza l' Ordine, non solo non lo ricevette col consueto applauso, ma mostrando di non tenerne conto, si trattenne a ragionare con altri. Di tale ritrosia maravigliato il Re, più volte se li accostò per toccargli la mano; ma il Cardinale dopo averlo più fiate ricusato, finalmente lo interrogò chi fosse; e rispondendo essere il Re, li soggiunse il Cardinale, che non lo conosceva per tale, mentre non portava l' Insegna del suo Ordine: a tale rimprovero così si arrese il Fanciullo, che dimandato subito il suo Ordine, mai più non volle staccarselo dal collo.*

Utque integre Ordinis Insignia descri-
30. bamus, operæ pretium est exponere, d. Regem Henricum in institutione Ordinis Sancti Spiritus voluisse sartum tectumque servare alium Ordinem Sancti Michaelis, de quo in particulari *Discursu* locuti sumus, ut notavimus supra *n.* 25. Statuit proinde, ut provehendus ad Ordinem Spiritus Sancti deberet prius insigniri d. Ordine Sancti Michaelis, & deinde admitteretur ad Ordinem Sancti Spiritus, & ita in praxi observatur, ut videre licet in Cæremoniali, ut prædiximus relato in calce nostri *Discursus*.

Statuitque, quod ex altera parte Crucis cum Columba adesset Imago Sancti Michaelis, quemadmodum notat *d. Justinianus pag.* 812. *d. Collector Gallus tom.* 4 *pag.* 187. *d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario, & in verbo Sancti Michaelis Ordo pag.* 308. in verbo *Sancti Spiritus, seu Tania cærulea pag.* 331.

Sic deferunt Equites Ordinis: at Cardi-
31. nales, & Prælati deferunt Crucem ex utraque Crucis parte Columbam habentem, eo quia ipsi solummodo sunt Commendatores Spiritus Sancti: *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 187.

Descripta superius Torques Equitum de-
32. bet esse valoris scutorum bis centum circiter, nec ornata debet esse lapillis pretiosis: *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 186.

Secuta Equitis morte, Hæredes illius te-
33. nentur illam ad Regem mittere: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 187.

Verum, oh infelix Hominum, infelix Virorum etiam Principum conditio! Horum dicta, horumque gesta pietatem, & Religionem spirantia, atra quantum narratione quandoque deturpant Scribentes, qui calumniis Reges ipsos afficiunt, ut sibi flagelli Principum ignobile cognomentum parent.

Infortunia hujusmodi evadere minime valuit Henricus Rex, iidem quippe antedicti Scriptores Galli, qui Henri-
34. co Regi Institutionis hujus Ordinis gloriam præripere studuere, ut præmisimus §. *Præterea n. 6.* iterum in eum insurgentes, religiosam cœteroquin, piamque Regis mentem ab ipso litteris suis expressam posthabentes, Ordinis Spiritus Sancti Institutionem undequaque sanctam, ad Majorem Dei Gloriam directam, ad Catholicæ Religionis incrementum, Procerumque splendorem augendum, Torquem Ordinis Christiano Principe dignis Emblematibus contextum, in prophani Amoris simbolum aerea interpretatione profanant. Hinc cunctis in pravum sensum revolutis, singulas Torquis ipsius partes Henrici Regis erga Amasiam in Amorum Enigmata vertunt: inquit enim *Labourear* colores subviridem, flauum, aureum, album, cœruleum, colores fuisse Amasiæ Regis Henrici: duplicem litteram *M.* in Torque appositam, Amasiæ nomen indicare; duasque Græcas litteras, *Delta* nuncupatas, & insimul mistas, & sibi obviantes, & Græcum Θ. efformantes, erga eandem Amasiam fidelitatem significare: quemadmodum litteram H Regis nomen exponere; lilia cum flammis amoris sui flammas significare, de quo *Labourear* loquitur *d. Collector Gallus d. tom* 4. *pag.* 188.

Hinc videant omnes, quantum Regio
35. nomini detrahere, famamque Regis vellicare, & maledico calamo carpere, rectam, ac religiosam Henrici Regis mentem, & cor turpi labe inficere, Scriptorum fategit dicacitas. Nullum sane ad fulciendam, vel colorandam allatam interpretationem Documentum adducitur, & evidenter contraria detegitur expressioni, quam suis Regalibus litteris, occasione fundationis hujus Equestris Ordinis exaravit Rex ipse Henricus, qui professus est, erigere Ordinem Spiritus Sancti in Gallia, ut erga Divinum Spiritum animi sui Religionem cunctis testaretur, & ad Dei Amorem cunctos inflammaret; ut Hæresibus expulsis, Catholica Apostolica Romana Religio magis, magisque floreret, & in ea Gallicana Nobilitas Virtutibus, constante unione fulgeret; ut prædictum est in §. *Stat igitur firmum*.

Hunc animi sui sensum, sicut Rex patentibus

tentibus litteris suis patefecit; ita non
36. alium simbolis etiam in Ordinis Torque appositis expressisse credendum est: atque ita, quod duplex Græca littera *Delta* in Θ. Græcum invicem unita, Subditorum Fidelitatem erga Principem significet: duplex littera *L.* non solum, juxta *Favinum*, nomen Reginæ, quæ Ludovica nominabatur, indicet, sed etiam ligamen fidelitatis significat, quo obstringuntur Equites erga eorum Principem; & duplex *M.* Magnanimitatem explicat, quę virtus est peculiaris Equitum: & demum flammæ indicant linguas igneas, sub quarum figura sacro Pentecostes die; super capita Apostolorum Spiritus Sanctus in Cœnaculo apparuit. Hisque motivis, respondendo dicto *Labourenr*, ratiocinatur allegatus *Collector Gallus d. tom.* 4. §. 97. *pag.* 163.

Præterea, cum paucos post Menses à
37. prædictarum litterarum expositione Rex Henricus instituerit Sancti Spiritus Ordinem, teste etiam *dicto Collectore Gallo tom.* 4. *pag.* 189. confiterque, quod *Pietatis, quam in animo fovebat, nonulla identidem indicia dedit Henricus III., sive cum Ordinem Sancti Spiritus fundavit; sive etiam Pœnitentium sodalitia instituit, iisque inscribi voluit; in supplicationibus Pœnitentis habitu processit, contemptui, ac ludibrio Politicorum se exponens; sive denique, dum moriturus propediem, sumptis cum magna pietatis, contritionis, & humilitatis significatione Sacramentis, atque omnibus suis inimicis venia concessa, ex Regno, quod perpetuis calamitatibus fuerat expertus infestum, ad beatius Regnum, ut par est credere, transiit*, ut totidem verbis scribit *Pater Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson in Historia Ecclesiastica tom.* 7. *Colloq* 1. *pag.* 47. *& seq. juxta impress. Romæ ex Typographia Tinassi* 1721.

Ex his nemo sane nisi oblocutoris officio
38. fungatur, nemo ibit inficias, Regiæ Pietati, ac Religioni magis congruere assertum, quod Sancti Spiritus Gratia sensum, & cor Regis Henrici illuminaverit, unde inhonestis amoribus expulsis piissimo. & Christianissimo Rege indignis, ad Orthodoxam Fidem in Galliæ Regno servandam, augendamque, mediante fundatione illustris Ordinis Sancti Spiritus, perfecerit Opus, quod deturpasse amatoriis emblematibus credendum non est; & si prophanis amoribus alias inservierunt relatæ superius arbitrariæ Notæ, tunc antiquis, pravisque Amoribus abdicatis, in Sacrorum Amorum Documenta notas easdem vertisse fatendum est.

DISCURSUS CCIV.

SANCTI SPIRITUS IN GALLIA SECT. II.

ARGUMENTUM

In hac Sectione II. continuatur series fundationis hujus Ordinis, & illius Qualitas Habitus describitur, & Tessera; sicut & Ordinis Sancti Michaelis: Ætas, & Nobilitas requisita: Equites debent esse Fidei Catholicæ & Apostolicæ Romanę. Adducuntur Statuta Ordinis Sancti Spiritus, & Cæremoniale quod servatur in admissione ad hunc Habitum.

SUMMARIUM

1. H*Enricus Rex Habitum quoque hujus Ordinis statuit, & describitur qualitas Habitus* & n. 1. & 2.

2. Eques

3. *Eques Sancti Spiritus, cum sit etiam Sancti Michaelis, duplicem gerit Tesseram.*
4. *Figura Equitis, apud quem reperiatur.*
5. *Magnus Magister fuit Rex Henricus III. fundator, & Reges Successores Galliarum.*
6. *Quæ agere valeant, & quæ non, quando Reges nondum sunt consecrati.*
7. *Rex Magnus Magister prius quam consecretur, debet præstare Juramentum servandi Statuta Ordinis, & quomodo.*
8. *Henricus III. cum jam esset Rex ante Ordinis institutionem, ideo juramentum præstare sibi reservavit in prima Assemblea.*
9. *Adducuntur cæremoniæ, quæ in illo præstando servantur.*
10. *Formula d Juramenti transcribitur.*
11. *Juramentum antedictum subscribitur à Rege manu propria.*
12. *Rex plurima Bona, pluresque Reditus assignavit pro Dote Ordinis, & ibidem enumerantur, &* n. 13. 14. 15. 16 17 18 19. 20. 21. & 22.
23. *Dictos Reditus fuisse cumulatos ex fructibus Beneficiorum Ordini applicatorum auctoritate Summi Pontificis, obiiciunt Scribentes.*
24. *Huic obiectioni respondetur, non habuisse effectum dictas applicationes ob reclamationem Cleri Gallicani.*
25. *Equites ex lege Fundatoris sunt numero centum, non comprehenso supremo Capite*, & n. 28.
26. *Inter dictos Equites sunt Ecclesiastici, & Officiales, hoc est quatuor Cardinales, quinque Episcopi, vel Prælati, Elemosynarius Major, Cancellarius, Præpositus, Magister Cæremoniarum, Major Thesaurarius, Notarius*, & n. 27.
27. *Omnes prædicti sunt Commendatores.*
28. *Dictus numerus centum non potest alterari.*
29. *Ultra prædictos Officiales adsunt etiam alii quatuor:* Intendente, Genealogico, Araldo, e un Scudiere.
30. *In quo versetur eorum Officium.*
31. *Thesaurarii quoque, & Ratiocinatores adsunt.*
32. *Rex solus potest admittere ad hunc Ordinem; super quibus Rex exquirit Votum ab aliis jam admissis*, & n. 33.
34. *Qui eligi debent in Equites, debent esse Religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ, & palam Professionem emittere Religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ, & declarare se velle in ea vivere, & mori.*
35. *Debent esse ex Regno Franciæ, & Subditi. Forensibus exclusis. Limita ex Constitutione Pauli V juxta conditiones in eadem Bulla expressas.*
36. *Equites debent esse Gentiles Homines Nobiles Nominis, & Armorum, trium Graduum Paternorum ad minus.*
37. *Et debent esse absque delicti macula.*
38. *Debent esse annorum 25. si sit Princeps, & annorum 35. si non sit Princeps.*
39. *Non potest esse Eques hujus Ordinis, qui prius fuit admissus in alio.*
40. *Probationes quomodo conficiantur*, & n. 41.
42. *Quoad Mores, & Catholicæ Fidei professionem Probationes conficiuntur ab Episcopo* Loci, & n. 43.
44. *Probationes Nobilitatis, coram quo fiant, & quomodo*, & n. 45.
46. *Dantur Statuta Ordinis.*
47. *Affertur Cæremoniale, quod observatur in creatione Equitis.*
48. *Catalogus magnorum Magistrorum indicatur remissive.*

DISCURSUS CCIV.

SANCTI SPIRITUS IN GALLIA

SECT. II.

IDem Henricus III. Fundator, non solum Torquem prædictam, sed &
1. peculiarem statuit Habitum Equestrem, quem Galli vocant *Le grand Habit de Ceremonie*. Habitus hic, qui apud Nos dicitur *Manto*, est oblongum Pallium ex serico villoso, ut nuncupatur *Velluto*, nigri coloris, cum cauda ad Terram defluente, liliorum floribus, flammis, aliisque ex auro, & argento heroicis notis intertextum, una cum Manteleta juxta nostrum vocabulum, ex argentea tela viridi circumornata. Subsutum quoque tam Pallii, quam Manteletæ ex serico, vulgo *Raso* crocei coloris, biretum ex serico villoso nigro cum pluma alba. Interior quoque præscripta est Vestis, hocque indumentum est ex serico albo: Tibialia etiam, & calcei ejusdem coloris, excepta calceamentorum parte, quę definit in nigrum colorem de quibus *d. Justin. pag.* 810. *Pater Bonannus d. n.* 182. *Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 182.

Hinc cum *d. Borion* Parlamenti Parisien
2. sis Advocatus in suo *Jure Romano Gallico Canonico impressa an.* 1685. describat prefatum Pallium esse ex serico villoso coloris viridis, idest *Velluto verde*, ac subsutum ejusdem Pallii esse albi coloris, de quo *Boriane* loquitur *Justinianus pag.* 810. fatendum omnino est, ipsum in æquivocationem incidisse, miscendo interiorem Habitum cum exteriori, ac colorem Mozettę extendendo ad colorem Habitus, & confundendo Pallium nigrum, quo utuntur Novitii in susceptione Ordinis, cujus Novitii figura Habitus exponitur à *d. Collectore Gallo tom.* 4. *pag.* 172. Dum cæteroquin idem subdit Habitus Capitularis sericum assutum esse coloris crocei, cum limbo coloris cœlestis, aut dicendum prædicta temporum varietate fuisse immutata, quemadmodum perpendendo *Borionis, & Menennii in Delitiis Equestribus pag.* 187. narrationem, inquit allegatus *Justinianus pag.* 810. Urgetque semper, quod dicto moderno *Collectori Gallo* statum rerum de tempore præsenti dilucide exponenti, standum est.

Equites d. Toga induti collo circum ex-
3. pansam ad pectus duplicem Torquem deferunt; primo loco Torquem Ordinis Sancti Michaelis [cum, ut præmissum est, prius conferatur eisdem Ordo Sancti Michaelis, & deinde alter Sancti Spiritus) Qui Torques Ordinis Sancti Michaelis compositus est ex auro, & conchiliis inter se hęrentibus, & colligatis cum Imagine Sancti Michaelis Diabolum è Cœlo expellentis, juxta formam quæ habetur apud *Bonannum in Catalogo Equitum n.* 81., & in ejus Generali Descriptione omnium Insignium *n.* 73.

Secunda Torques est illa ipsius Ordinis Sancti Spiritus superius descripta.

Figuram porro Equitis hujusmodi Eque-
4. stri Toga induti exhibet *d. Justinianus pag.* 810. *d. Pater Bonannus d. n.* 109. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 169.

Ponitur autem primo loco Torques S. Michaelis, & secundo loco Torques Sancti Spiritus, quia hic Ordo modernior est, ille vero Sancti Michaelis antiquior; ideoque habemus, quod si quis sit Eques duorum Ordinum, velitque proprium stemma Equestribus circumornare Torquibus, Torques Ordinis, qui in sua Institutione,

ne,

ne, & antiquior debet propius, immediateque scutum Stemmatis circumdare, & deinde apponi per circulum in scuto Torques Ordinis junioris. Hinc in Regno Franciæ Collare Ordinis Sancti Michaelis, uti antiquioris, debet poni immediate ad Scutum, & deinde apponi Torques Ordinis Sancti Spiritus magis moderni, ut in puncto traditur à *Chevigni* in Volumine *La Scienza delle Persone di Corte, di Spada, e di Toga tom. 4 cap. 6. del Blasone pag. 345. Venetiis Typis Balleoni 1734. juxta versionem de Gallico in Italicum idioma Salvaggi Canturani*.

Hujus Ordinis magnum Magistrum se declaravit Henricus III. Rex, qui il-
5. lum fundaverat, magnumque Magisterium Coronæ Regni Franciæ unitum semper esse decrevit inseparabiliter, ut legitur in Statutis Ordinis prædicti, quæ Statuta novissime impressa sunt anno 1703. continentque Capita 95. d. Volumen - *Li Sovrani del Mondo tom. 4. pag. 294. d. Collector Gallus d. tom. 4. § 97. pag. 165*.

Reges autem Franciæ successores magni
6. Magistri, antequam fuerint juxta morem consecrati, & Corona redimiti, agere nihil valent quoad istum Ordinem, ejusque Bona, neque conferre possunt Commendas, quamvis vacantes: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 165*.

Debentque Reges magni Magistri in
7. manibus Archiepiscopi Rhemensis, vel alterius Episcopi, qui Consecrationis opus perfecit, Juramentum præstare de observandis Statutis Ordinis, juxta formam Statutorum Ordinis, absque eo quod super hoc possint ex quacumque causa dispensari. Dictum Juramentum præstandum est præsentibus duodecim, ut dicunt, *Pari Francia*, atque Officialibus Coronæ, debetque Juramenti formula inferi, & transcribi in libro Consecrationis, una cum aliis Juramentis à Rege præstandis antequam coronentur: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 165. , & seq.*

Consecratione peracta, Regalique Corona recepta, sequenti die Rex è manibus Episcopi, qui consecravit illum, Ordinis Habitum suscipit, & Torquem ejusdem Ordinis coram Cardinalibus, Prælatis, Commendatoribus, & Officialibus dicti Ordinis; *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 166.*

Quapropter cum d Henricus III. Fundator Ordinis fuisset jam consecratus, & coronatus Rex Franciæ, &
8. longe postmodum fundaverit Ordinem cum dicto Statuto, sibi reservavit libertatem præstandi præfatum Juramentum in prima Assemblea Ordinis in manibus Archiepiscopi Rhemensis, sive in manibus alterius Episcopi sibi bene visi: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 166.*

Habita postmodum fuit Assemblea pri-
9. ma vice die ultima Decembris anno 1573. in Ecclesia Patrum Sancti Augustini Parisiis. Ritu sequenti peracta res fuit: Rex siquidem sub hora vigesima ad Ecclesiam se contulit, Episcopi, & Abbates invitati aderant, Principes quoque, & alii Nobiles Viri, qui in Equites inaugurari debebant, præsentes erant induti calceis, & subveste ex tela argentea super solita eorum veste. In Ecclesiæ Choro e manu dextera Regius Thronus extollebatur, cum Baldachino aureis argenteisque telis cum liliis exornatus.

Ad ejusdem Regii Solii pedes Sedes dispertitæ aderant pro Officialibus illis, servatis Cœremoniis, quæ in Festis Ordinis Sancti Michaelis observabantur.

In Chori ingressu è sinistro latere Regis sede-

sedebant Principes, & Proceres juxta eorum gradum, qui creari debebant Equites, aderantque etiam pro Oratoribus Principum, aliisque Aulicis.

Completo Vespere à Regiis Musicis decantato, surgens Rex e Throno discessit, & societatus ab Officialibus Ordinis, processit ad Aram maximam, genibusque flexis magnus Elemosinarius, cum 5. Assistentibus Episcopis, & Abbatibus Pontificalibus vestibus indutis, eorum unus Crucem, alius Evangeliorum Librum exhibuerunt Henrico III. Regi, qui Votum, & Juramentum, uti magnus Magister Ordinis Spiritus Sancti præstitit, quorum tenor est ut sequitur.

Nos Henricus Dei Gratia Rex Franciæ,
10. *& Poloniæ juramus, & promittimus solemniter in manibus vestris Deo creatori, vivere, & mori in Sancta Fide, & Religione Catholica Apostolica Romana, ut spectat ad Regem Christianissimum, & potius mori, quam illam deserere, & semper manutenere Ordinem Spiritus Sancti à Nobis fundatum, & institutum, nec unquam deserere quod idem cadat, debilitetur, aut diminuatur, quousque Nos poterimus: sic observare Statuta, & Constitutiones d. Ordinis integraliter, juxta earundem formam, & tenorem, easque exacte observare facere ob omnibus illis, qui erunt recepti in d. Ordine: & ulterius expresse non contravenire unquam, neque dispensare, aut permutare, sive innovare Statuta irrevocabilia hujus Ordinis, hoc est Statutum, quod loquitur de unione magni Magisterii Coronæ Franciæ: illud quod continet numerum Cardinalium, Commendatorum, & Officialium: illud non transferendi Provisionem Commendarum in toto, vel in parte, in utilitatem aliorum sub titulo honorariæ provisionis, seu concessionis. Juramus similiter, & promittimus nunquam ex parte nostra dispensare Commendatores, & Officiales Ordinis à Communione recipienda in diebus præscriptis, videlicet in die Circumcisionis D. N. I. C., & in die Pentecostes: quemadmodum etiam nunquam dispensare ab eo, in quo præscribitur, quod tam Nos quam Commendatores omnes, & Officiales debeant esse Catholici, & nobiles trium generationum in linea Paterna. Illud pariter, quo Nobis ipsis facultatem omnem auferimus, in alios usus convertendi reditus dictorum Commendatorum, & Officialium, quacumque necessitate, & occasione non obstante: item non admittendi extraneos in Ordine, quin prius civitatem sint consecuti: illud denique, in quo continetur forma votorum, & obligatio semper Crucem deferendi super vestes ordinarias, nec non Crucem auream è collo pendentem à Tania serica coloris cærulei, & Habitum diebus præscriptis. Ita juramus, vovemus, & promittimus super Sanctam Crucem, & Sancta Dei Evangelia.*

Emissis ab Henrico III. Rege Voto,
11. ac Juramento prædictis, illa manu propria subscripsit. Consimileque Juramentum præstatur à Regibus Franciæ Successoribus Henrici III. magnisque Magistris. juxta ea, quæ refert *d. Collector Gallus d. tom.* 4, *pag.* 169.

Rex Henricus III. in fundum Ordinis
12. pingues assignavit Reditus, hoc est scuta centum viginti millia, quæ inter admissos ad Ordinem dividerentur: *Statutum Ordinis pag.* 38. quod datur in calce: *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 176.

Assignavit præterea jus exigendi Tributum *Du Marc d'Or*, quod fuit am-

 plis-

plificatum ab aliis Regibus, juxta seriem eorum, quæ subiungimus, ita ut quilibet annuatim perciperet scuta mille: *Pater Honoratus à S. Maria Dissert. Historiques, & Critiques sur la Chevalerie lib. 1. dissert. 7. art. 1. pag. 131. d. Collector tom. 4. pag. 176, & seq. & 185.*

Porrò *Marc' d' Or* homagii genus est,
13. quod à Regni Officialibus Regi præstatur, quoties de eorum Officiis providentur. Statuit itaque Henricus III. peculiari Decreto sub die 7. Decembris an. 1581. quod pecuniæ ex dicto Homagio applicarentur huic Ordini pro expensis ejusdem: *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 177. cum seqq.*

Quemadmodum antecedenter die septi-
14. ma Decembris anno 1581. alias præstationes, hoc est quintam partem bonorum devolutorum, cõfiscatorum, pœnarum, censuum, Redituum, exactionum, aliorum Regiorum jurium eidem Ordini univerat, ut ita augeretur in parte summa centum viginti mille scutorum, quæ Rex assignaverat Ordini.

Hinc Thesaurarii partitarum casualium,
15. & accidentalium, juriumque prædictorum tradebant Thesaurario Ordinis quintam partem antedictorum bonorum, Adiutorique ejusdem Thesaurarii Ordinis injunctum fuit onus recipiendi exactionem dicti *Marc' d' Or*.

Prodiere subinde circa has exactiones
16. varia Regum Franciæ Decreta: Ludovicus enim XIII. anno 1628. tres statuit Generales Receptores *Du Marc' d' Or*, qui iisdem fruerentur honoribus, Præeminentiis, Privilegiis, Franchigiis, & Immunitatibus, ut Araldus, & Custos Ordinis Spiritus Sancti.

Auxit idem Rex favore Ordinis Spiritus
17. Sancti, jus dicti *Marc' d' Or*; nam de Mense Octobris dicto anno 1628. injunxit omnibus, qui Bona à Rege obtinerent ut decimam partem pecuniæ solvere tenerentur in manibus Receptorum dicti tributi *Du Marc' d' Or*.

Die autem quarta Decembris anni
18. 1634 declaravit Rex, quod ex pecuniis, & Tributis solveretur Cardinalibus, Prælatis, Equitibus, & Officialibus Ordinis summa librarum trium mille quolibet anno, cum simplici eorundem quietantia in fine anni, derogando in hoc Statuto Ordinis demandanti, quod quolibet anno solverentur in pleno Capitulo, & cæteroquin Capitula non habebantur regulariter, nisi in fine Mensis Decembris; imo jam hæc Capitula, tam sub Rege Henrico Quarto, quam sub aliis non celebrabantur, nisi in casu novæ creationis Equitum.

Anno 1656. Ludovicus XIV. in duplum
19. auxit jus prædicti Tributi *Du Marc' d' Or*, illudque in perpetuum cessit huic Ordini Sancti Spiritus in fundum redituum usque de tempore suæ fundationis statutum; suppressisque Officialibus Receptorum Generalium dicti Tributi, indulsit Ordini, ut pro exactione ejusdem statueret sibi bene visos Receptores, Ratiocinatores, ac Officiales.

Præterea indulsit Ordini jus recipiendi
20. quolibet anno viginti mille libras ratione bis centum mille librarum, quas Ordo commodaverat Regi, & bis centum mille Ludovico XIII. commodatas.

Et mediante Decreto ejusdem Regis, in
21. sequelam resolutionis habitæ in Capitulo tento *à Louvre*, injunxit alienationem medietatis juris dicti Tributi, concessitque Ordini facultatem redimendi hanc alienationem, mediante restitutione pretii; & posita redem-

ptione

ptione d. medietatis, hęc ipsa medietas unita remaneret eidem Ordini in perpetuum, absque eo quod posset ab Ordine dismembrari, sed semper ad commodum, & manutentionem Ordinis duraret.

Et ad præmissorum effectum, Rex duos Thesaurarios Generales, ac Ratiocina-
22. tores constituit *Du Marq' d' Or*, quibus eosdem indulsit Honores, Privilegia, Immunitates, quibus fruebatur *Araldus*. Et ita usque ad præsens observatur, accedentibus etiam ad hoc aliis Decretis Consilii. Ipsi itaque Officiales Juramentum præstant in manibus Cancellarii Ordinis, & rationem reddunt magno Thesaurario.

Quæ omnia refert *d. Collector Gallus d. tom. 4. à pag. 177. cum seq.*

Hinc in proposito Dotis constitutæ
23. huic Ordini à Galliarum Regibus, referre non omittimus quæ Auctores rem non bene callentes scriptitarunt. Ait quippe *Joannes Sorauzo* in allegato Volumine *L' Idea del Cavaliere par. pr. d. pag. 171.*, quod d. Rex Henricus III. anno 1578. obtenta à Gregorio XIII. facultate erigendi novum Ordinem Equestrem, gratiam quoque ab eodem Summo Pontifice obtinuit, applicandi eidem Ordini, & in Commendas vertendi plura Beneficia Ecclesiastica d. Regni, in annuo reditu quatuor centum mille scutorum, quodque hoc multis displicuit, videntibus reditus Ecclesiasticos insumi ab Uxoratis: *Pater Bonanni de Ordin. Equestr. n. 109.* scribit, quod à Summis Pontificibus Rex obtinuit facultatem creandi Commendas ex Bonis Monasteriorum. *Schoonebeck* scribit petitionem fuisse factam ab Henrico IV.

Verum Narrationem hanc in facto cor-
24. ruere testantur alii Scriptores, qui referunt, expostulasse quidem Henricum Regem à Summo Pontifice dictam facultatem, applicandi Ecclesiasticos Reditus Ordini Equestri, eademque Bona in Commendas vertendi; sed obluctante Clero Gallicano, renuisse Summum Pontificem, remque infectam in substantia remansisse, remanente tamen apud Equites Commendatarii nomine, ad tradita per *Henricum Caterinum Davila Historia delle Guerre Civili di Francia, lib. 6. sub anno 1579. pag. 350. Franciscum Menennium in Deliciis Equestr. pag. 187. Mezerai Historia Franciæ tom. 3. pag. 475. Abb. Justinianum pag. 812. d. Patrem Honoratum à Sancta Maria lib. 1. Dissert. 7. art. 2. pag. 132. Collector. Gallum d. tom. 4. pag. 186.*

Præscripsit Rex Henricus III. quod E-
25. quites Ordinis essent numero centum, non comprehenso supremo Capite, ut in fundamentali *Statuto Ordinis cap. 39.* de quo passim agunt Scriptores: *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ord. Equestr. n. 109.*

Inter istos Equites statuit Rex etiam
26. numerum Ecclesiasticorum, & Officialum, quod scilicet quatuor adsint Cardinales, & quinque Episcopi, vel Prælati, Elemosinarius major, Cancellarius, Præpositus, Magister Cæremoniarum, magnus Thesaurarius, No-
27. tarius, qui omnes Commendatores sunt, ut in eodem fundamentali *Statuto cap. 10., & 39.* Volumen, cui Titulus *Li Sourani del Mondo tom. 4. sub §. L' Ordine dello Spirito Santo pag. 293. Typis Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin 1720.* Ubi tamen subdit, quod Rex statuit numerum centum Nobilium *di tre Stirpi*, absque eo quod comprehenderentur Ecclesiastici, qui sunt quatuor Cardinales, & totidem Episcopi, magnus Elemosinarius.

narius, ac Ministri, hoc est Cancellarius, Thesaurarius, Registrator, & ut dicitur *Il Re d'Arme*.

Statuitque, quod prædictus numerus
28. nunquam ex quacumque causa augeri possit, ita ut vacante aliquo ex dictis gradibus Cardinalium, Prælatorum, & Officialium, nullus alius subrogetur, nisi ex eadem graduatione: sic loquitur *Statutum Ordinis d. cap. 39. d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 176.*

Subdunt autem Scriptores, quod ultra
29. prenominatos quatuor Officiales, qui Equites sunt, sive Comendatores, qui Crucem gerunt assutam vesti, atque Crucem auream appensam Tæniæ cœruleæ, ut alii gerunt Equites, adsunt etiam alii quatuor, ut vocant *Un Intendant, Genealogiste, & un Heraut. & un Huissier*, hoc est Italice, *Intendente, Genealogista, Araldo, & un Custode*, ut in *d. Collectore Gallo tom. 4 pag. 176* ubi advertit, quod recensita Officia *d'Intendente, Araldo, e Custode* nominantur in fundamentalibus Statutis ipsius Ordinis. Officium vero Genealogistæ fuit introductum an. 1595., versaturque in parandis, disponendisque Probationibus recipiendorum in Equites, quo in munere egregie se gessit *Dominus Clairambant*, qui Eque-
30. stris hujus Ordinis Historica Monumenta, & omnium ejusdem Ordinis Equitum Genealogias laudatissimo labore centum quinquaginta Voluminibus in folio manuscriptis descripsit, ut testatur *d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 176.* Opus sane pro Gallica Nobilitate utilissimum.

Rursus nomina Equitum, & Officialium ab institutione Ordinis, usque ad annum 17 5. circiter habentur apud *d. Collectorem Gallum d. tom. 4. pag. 189. usque ad 217.*

Ulterius adsunt Thesaurarii, & Ratioci-
31. natores Generales, ut ajunt *Du Marc' d'or*, creati ad instar da *Heraut*, italice *Araldo*, qui Officiales Crucem Ordinis gerunt, & ejusdem gaudent Privilegiis, de quo Homagii genere supra egimus.

Nemini fas est sibi, ex se, vel per a-
32. lios, sibi quærere admissionem ad hunc Ordinem, nec illam procurare: Imo ex Statuto Ordinis declaratur perpetuo indignus hoc honoris gradu ille, qui talem Gradum postulat, vel postulare facit, & monopolia ad hunc finem molitur, sed admissio unice spectat ad Regem, qui eliget, & proponet illos, quos habiles judicat, ut cavetur in *Statuto Ordinis cap. 16.* in calce hujus Discursus relato.

Postquam vero Rex Viros illos selegit,
33. quos ad Ordinem Equestrem Sancti Spiritus promovere intendit, eos in Capitulo Prælatis, Commendatoribus, & Officialibus proponit, ut juxta eorum conscientiam Votum patefaciant, an sint acceptandi, & motiva allegent, quibus præpediantur Habitum assumere: *d. Collector Gallus pag. 171.*

Dotes porro, & qualitates, quibus di-
34. tati, ac exornati esse debent, juxta dispositionem fundamentalium Statutum Ordinis, Viri illi, qui admitti debent in hunc Ordinem, enumerantur sequentes. Quod sint Religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ, sicque nemo recipiendus est in Commendatorem, neque ad Habitum admitti, nisi palam Professionem emittat Religionis Catholicæ Apostolicæ Romanæ, seque declaraverit in eadem velle vivere, & mori: *Statutum Ordinis cap. 36. Collector Gallus d. tom 4 pag. 171.*

Debent esse ex Regno Franciæ, eique Subditi, exclusis Forensibus, aliisque, de

35. de quibus *d. Statutum fundamenta-le Ordinis cap.* 37.

A quo tamen *cap.* 37. fuit recessum ex Pontificia Dispensatione san. mem. Clementis VIII., & Pauli V. Qui Pontifex annuens supplicationibus sibi super hoc porrectis ab Henrico Francorum Rege Christianissimo, ei-
36. dem Regi concedit, dicto Statuto non obstante, in milites Militię Spiritus Sancti, etiam exteros admittere, dummodo tamen in admissione, aut alias quandocumque, nullum votum, aut juramentum emittant, vel pręstent, quod potestati, vel jurisdictioni, aut alii cuicumque juri Principum, seu Dominorum, quorum subditi, aut Vassalli erunt, quomodolibet adversetur.

Insuper eidem Henrico, ac aliis, infra octavam praecedentem diem Congregationis, vel admissionis ad habitum, Eucharistiam sumere jubet; ita tamen, ut tam Officiales, & milites, quam ad habitum Admittendi, se praedictum Sacramentum intra dictum tempus suscepisse legitime ostendant. Et ad hunc effectum commutat, relaxat votum ac Juramentum; atque ita statuit, & ordinat, quibuscumque non obstantibus.

Idem Paulus quintus eodem anno Domini 1608. sub die 17. Aprilis dat facultatem Christianissimo Regi Galliae Henrico, edendi, corrigendi, & immutandi Statuta Militaris Ordinis S. Spiritus juxta rerum exigentiam, licita tamen, & honesta, Concilioque Tridentino, & Apostolicis Constitutionibus non contraria.

Haec autem Constitutio est ordine 44. ejusdem Pontificis tom. 3. Bullarii.

Debent esse Gentiles Homines Nominis,
37. & Armorum trium Graduum paternorum ad minus, absque ulla delicti macula, nec unquam fuerint inquisiti: *d. Statutum cap.* 15. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 170.

Debet, si sit Princeps, aetatem habere an-
38. norum XXV. completorum, & si non sit Princeps, XXXV. annorum: *d. Statutum cap.* 15. *Collector Gallus d. tom* 4. *pag.* 170. ubi, quod sic fuit immutatum Statutum vetus, in quo requirebatur in omnibus Equitibus aetas XX. annorum.

Non potest esse ex isto Ordine qui jam
39. fuit admissus in alio Ordine, excepto Ordine Sancti Michaelis in eodem Franciae Regno: *Statutum Ordinis cap.* 37.

Itemque excipiuntur Cardinales Sanctae
40. Sedis, Archiepiscopi, Episcopi, & similiter Subditi Regis Franciae, qui ex Regis licentia fuerunt, vel erunt insigniti Ordine Velleris aurei, & Periscelidis in Anglia. *d. Statutum Ordinis cap.* 37.

Postquam igitur Rex selegerit Viros,
41. quos honorare voluerit hoc gradu, illosque, ut diximus, in Praelatorum, Commendatorum, & Officialium Capitulo proposuerit, fuerintque approbati, de eorum acceptatione admonentur, & expediuntur commissiones necessariae ad conficiendum, juxta Ordinis Statuta probationes super praedictis. Hoc est, tam super Religione Catholica Apostolica Romana, quam super eorum Vita, Moribus, Nobilitate generis: *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 171.

Statutum Ordinis praescribit modum
40. *Uti veri Religiosi exempti sunt à jurisdictione omnium Ordinariorum, & gaudent Privilegiis Monachorum Cassinensium*, & n. 41., & seq, & n. 51.
43. *Non in Provincias, sed in Domos dividitur hic Ordo. Omnium caput est Hospitale Romanum.*
44. *Moniales quoque adsunt ejusdem Ordinis, & quomodo nuncupentur.*
45. *De collocatione Puellarum in matrimonium ibi agitur.*
46. *Pro Mulieribus Infirmis adsunt alia Hospitalia. Moniales, immutata eorum Professione, emittunt tria Vota, sed alia etiam perpetuæ clausuræ, & docendi Puellas S. Spiritus.*

47.

47. *Priorissa Monialium eligitur a Monialibus in Urbe, præsenti Præceptore Generali.*
Priorissa defert Baculum parvum aptum ad apodium, non altum, ut deferunt Abbates.
48. *In Regno Poloniæ Moniales hujus Ordinis non habent Clausuram, deferunt velum album, in Urbe nigrum.*
49. *Commendator dicti Ordinis in Urbe est Romanæ Curiæ Prælatus, qui est amovibilis.*
Vocatur Præceptor Generalis; habitat in Palatio d. Hospitalis Sancti Spiritus.
50. *Vocatur Archiospitale, quod pluribus pollet Privilegiis.*
51. *Archiospitale prædictum est exemptum à jurisdictione Ordinariorum, & gaudet Privilegiis Congregationis Sanctæ Justinæ,* & n. *antecedenti,* & n. 40.
52. *Habet Judicem particularem pro causis tam in Curia, quam extra.*
53. *Quod tamen particularis Judicis Tribunal fuit sublatum à san. mem. Innocentio XII.*
54. *In Hospitali Montis Pessulani pluries renovatæ fuerunt quæstiones. An Ordo sit simpliciter Hospitalarius Regularis, an sit Equestris,* & n. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. & 62.
63. *Tessera hujus Ordinis est Crux Patriarchalis albi coloris constans duodecim acuminibus, duobus scilicet pro qualibet Crucis parte.*
Forma Crucis, apud quos referatur.
64. *Dicta Crux alba, ex tela ex lino, defertur super vestem nigram.*
65. *Ordo à Scribentibus ponitur inter Equestres, quia Commendator vocatur Præceptor: & licet hujusmodi institutiones non suffi ant ad constituendum Ordinem Militarem, probant tamen Ordinem Hospitalarium Equestrem.*
66. *Ordines sunt in multiplici specie: alii dicuntur simpliciter Equestres, alii Militares, alii Equestres, & Militares,* & n. 67., & 68.

DISCURSUS CCVI.

SANCTI SPIRITUS IN SAXIA IN URBE, AC MONTIS PESSULANI IN GALLIA

SEC. I.

Historicam Ordinis Hospitalariorum Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, ac Montis Pessulani in Gallia, juridi-
1. camque narrationem aggredimur, ut ejusdem Ordinis qualitas dignoscatur, & in qua specie includatur; an scilicet Ordo sit simpliciter Regularis, Hospitalarius, vel Equester, Honorarius, aut Militaris, sub hac enim multiplici classe considerari possunt Ordines, & has species enumerando, explicat *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in suo erudito Volumine Gallico Idiomate Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne & moderne &c. impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart anno* 17 8., & recognosci potest in nostris *Discursibus in præsenti Opere.*
Et signanter patet in præsenti *Discursu Sect.* 1. *n.* 68.
Et rursus hanc multiplicem Ordinum Classem, Equestrium simpliciter, Militarium simpliciter, Equestrium, & Militarium copulative, aut Hospitalariorum, singulariter exposuimus in nostro *Discursu ibi parte secunda Nostro*

stri Armamentarii Tomo 2. *pag.* 180. occasione, qua cum ex delegatione Sacræ Regiæ Majestatis Regis Sardiniæ compilato Processu super Generosa Nobilitate, aliisque Requisitis, in Equitem Militem fuerit per Nos Armatus, & Equestri Habitu in Ecclesia Monialium Sanctę Claræ indutus Vir Nobilis, & Satricius Dominus Comes Franciscus Sassi, ubi publice tunc Allocutionem habuimus de supradicta multiplici specie Ordinum.

2. Idcirco hujus Ordinis Originem ex integro recensere operę pretium ducimus. Profecto in Apostolico Solio sedens gloriosæ mem. Innocentius III. insigne, totoque Orbe celeberrimum anno 1198. Hospitale erexit, vel potius renovavit in Urbe sub Titulo Sanctæ Mariæ, postea nuncupatum Sancti Spiritus. Fundavit autem in ea

3. Urbis Regione non longe à Tyberis Flumine nuncupata in Saxia: *Paulus Morigia Historia dell' Origine di tutte le Religioni ec. cap.* 69. *pag.* 205. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quæst* 2. §. 25. *n.* 51. *Abb. Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari parte seconda cap.* 35. *pag.* 551. *d. Pater Honoratus à Sancta Maria Dissert. Historiques &c. lib.* 1. *Dissert.* 10. *art.* 2. *pag.* 213., *& in Tabulis Alphabeticis pag.* 512. *Eminen. Petra Comment. ad Constit. Apostolicas tom.* 1. *ad Constit.* 7. *Innocentii III. n.* 2.

4. Dicitur autem in Saxia ea Urbis pars, quia Saxones olim eam incoluerunt, Saxones quidem Occidentales: siquidem Brittaniæ insula, quæ nunc appellatur Anglia, post Saxonum in eam ingressum seculo Ecclesiæ quinto, divisa fuit in septem Regna, scilicet in Regnum Cantii; alterum Regnum Australium Saxonum, quod ideo dicebatur Sud Saxia; tertium Regnum Orientalium Anglorum, idcirco dictum Est Angliæ,

5. quartum, Regnum Saxonum Orientalium, appellatum subinde Est Saxię. Quintum Mediterraneorum Saxonum, sive Merciorum Regnum: sextum Nortumbrorum Regnum: septimum Occidentalium Saxonum, seu West Saxia Regnum, de quibus videre est *Patrem Graveson Histor. Eccles. tom* 9. *amplectens continuationem Tabularum &c. Tabula decima*, in qua exhibetur series Regum Angliæ pag. 195., & in *nostro Discursu de Equitibus Mensæ Rotundæ*.

6. Hinc Ina Occidentalium Saxonum in Anglia Rex anno 715. Romæ commorans, Ecclesiam Romę, ac Hospitale sub Titulo Sanctæ Mariæ in Saxia pro sua Natione fundavit, ut legitur in Dissertatione Collectoris Galli, de qua in calce *Discursus nostri*: *d. Morigia* ubi supra.

Diversimode vero scribunt alii, quod dictus locus in *Saxia* fuerit nuncupatus, vel quia supra Saxum naturalis locus ita constructus fuit; vel quia dictus locus à Saxonibus, dum à Carolo Magno Imperatore expugnati Christiana Fide imbuendi plerique Romam missi sunt, nomenque Saxium fecerunt Vico, in quo habitabant, ut post *Lindan. Baron. in Martyr. Rom.* 10. *Novemb.*, *& Cherub. ad Constit.* 4. *Nicol. IV. Schol.* 1. inquit *d. Em. Petra ad d. Constit.* 7. *Innocent. III. n.* 2. *tom.* 1., & antecedenter *Augustin. Barbos. in Summa Apostolic. Decis. Collect.* 369. *n.* 2.

7. Ad hujus Hospitalis constructionem Innocentium III. vox de Cœlo audita impulit, teste *Tamburino de Jure Abbatum tom.* 2. *Disput.* 24. *quæst.* 4. ubi inquit: *Orante Innocentio Summo Pontifice facta est vox de Cœlo dicens: Innocenti, vade piscatum ad Tyberim Flumen. Et cum S. R.*

Qqq E.

E. Cardinalibus communicata; ad Ty
berim se contulit, & laxatis retibus,
prima vice octoginta septem; secunda
vero trecentos, & quadraginta ex-
traxit Infantes abortivos, ab impiis
Matribus suffocatos, & in Tyberim
projectos: quę patris *Tamburini* ver
ba refert etiam *d. Pater Honoratus à*
Sancta Maria Differt. Historiques &c.
lib. 1. Differt. 2. art. 2. pag. 223.;
& notatur quoque in *d. Differt. Col*
8. *lectoris Galli*, de qua infra, ubi sub
§ *Offa Rex*, subdit, quod plures Hi-
storiam hanc fabulosam credunt, &
d. Eminentiss. Petra in Commentar.
ad Bullas Apostolic. tom 1. d. Com
mentar. ad Constit. 7. Innocentii III.
n. 2. relata d. Historiola, cum figura
prateritionis concludit dicendo: quid-
quid sit de hujus Originis causa.
Anno 1198. constructo magnifice Hos
9. pitali, amplis illud Reditibus dotavit
Innocentius III., sanxitque, ut in illo
alerentur, & educarentur Infantes
expositi, cura haberetur de Ægrotis,
& de Peregrinis ad idem confluenti-
bus, ita ut Hospitale hoc Brepho-
trophium sit, & Nosocomium; qua-
tenus enim Infantes excipit expositos,
Brephotrophium dicitur, nam *Bre*
phos interpretatur Infans, & *Trophe*
alimentum: quatenus vero infirmi,
& Ægroti in eo curantur, dicitur
Nosocomium, quia *Nosos* interpre-
tatur *Morbus*, & *Come Villa*, &
sic languentium Villam, juxta ea,
quæ tradit *Antonius Nebrissensis Le-*
xicon Juris Civilis in verbo *Bre-*
photrophium, de qua erectione testa-
tur *Barbosa in Collectan. Decis. Apo-*
stolic. Collect. 369. n. 2. Em. Petra
tom. 2. Commen. ad Bullas Apostol.
ad Constit. 7. Innocentii III. n. 2.
Ob unionem hujus Hospitalis cum Hos-
10 pitali Sancti Spiritus in Urbe jam
existente, ut infra dicemus, nuncu-
patum fuit præfatum Hospitale San-
cti Spiritus in Saxia, sicuti narrat *d.*
Em. Petra ubi supra *n. 1., & 2.*
Statuit vero Summus Pontifex Laicos
Ministros, & Officiales Nosocomos,
Ordinemque Presbyterorum pro as-
sistentia in Spiritualibus, quos Cleri-
cos Religionis Votis adstrinxit, Casti-
tatis, Paupertatis, & Obedientiæ, ac
insuper inserviendi Ægrotis, quos in
11. ipsa Votorum emissione Dominos
suos appellant, ipsamque Formulam
Professionis, ex latino idiomate in
Italicum versam, refert *d. Paulus*
Morigia d. cap. 69. d. Differt. Colle-
ctoris Galli, in calce hujus Discurs.
d. Pater Honoratus d. pag. 223.
In hoc proinde Hospitale, ab Innocen-
12. tio III. fundatum, introducti fue-
runt Religiosi Sancti Spiritus, ut ei-
dem inservirent. Jam enim diu an-
te tempora erectionis novi Hospitalis
Innocentiani vigebat Hospitale San-
cti Spiritus in Monte Pessulano, vul-
go *Mompellieri* in Provincia Lingua-
doche in Gallia à Guidone Comite,
filio Guillelmi Domini Montis Pessu-
lani erectum circa annum 1170., &
approbatum ab Innocentio III. 15.
Novembris anno 1198., ut exponit
13. *d. Em. Petra ad d. Constit. 7. Inno-*
centii III. n. 2., & seq. ubi allegat
Fratrem Petrum Saunier dicti Ordinis
Religiosum in Historia ejusdem Ordi-
nis Roma impress. anno 1662. cap. 1.
qui testatur errasse Auctores Gallos,
scribendo dictam approbationem fuis-
se factam à Joanne III. loco Inno-
centii III. sic tribuendo initia Ordi-
14. nis longe vetustiora: *Dominus Joan-*
nes Fridericus S. R. I Comes in Ko-
den Sapicha Eques Ordinis Aquilæ
Albę in Regno Polonię, in Corollario
celebriores in Christianitate Ordines
continente impress. post Volumen ejus-
dem Auctoris, cui Titulus — *Adnota-*
tiones

tiones Historica de Origine &c. Ordinis Aquila Alba, *impressum Colonia Typis Joannis Adami Cholini* 1730. *in Verbo Sancti Spiritus Montis Pessulani*, ubi, quod à d. Guidone fuit fundatus anno 1190.

Et sane adeo florebat præfatus Ordo Sancti Spiritus, ut jam tempore In-
15. nocentii III. præter reliquas, in Gallia duę in Urbe extarent Domus ejusdem Ordinis; una sub titulo Sanctæ Agathę; alia prope Sanctam Mariam Transtiberim, ut refert *d. Petrus Saunier cap.* 1. *pag.* 3. *d. Em. Petra d. n.* 4. Proinde Innocentius III. idem Montis Pessulani Institutum introduxit in suo Hospitali Sanctæ
16. Mariæ in Saxia, invicemque eadem Hospitalia univit: *d. Em. Petra d. n.* 3., *& seq.* allegata *Dissertatio Gallica* in calce hujus *Discursus*. Positaque hac unione Montispessulani Hospitalis, cum Hospitali Romano, sancitum fuit, ut ab uno gubernaretur
17. Magistro, & Romanum Hospitale caput esset omnium, eique ab aliis obedientia præstaretur: *Em. Petra* ubi supra *n.* 7. *d. Dissertatio Collectoris Galli in calce Discursus*. Statuitque, quod Magister, qui perpetuus esset, & magna polleret auctoritate, si Romæ obiisset, eligeretur cum suffragiis utriusque regularis Familiæ: Si vero obiisset in Monte Pessulano, electio fieret cum suffragio aliquorum Hospitalis Urbis: *d. Saunier cap.* 12. *Em. Petra d. n.* 7.

Pręfatam vero Hospitalium unionem
18. dissolvit Honorius III. assignando distinctim loca, in quibus hinc inde colligendæ essent Eleemosinę; ita ut Romanum Hospitale eleemosinas colligeret in Italia, utraque Sicilia, Hungaria, & Anglia, Hospitale vero Montis Pessulani, in aliis Christiani Orbis Regnis, sicuti prosequitur *d. Dissertatio Collectoris Galli*, quæ infra registrabitur. Ita ut hinc inde Religiosi sub eodem instituto, & sub suo viverent Magistro, suasque hinc inde haberent Pręceptorias, & Commendas, ut notatur in d. eadem *Dissertatione Collectoris Galli*. Sed vide quid dicimus infra *sub n.* 55. quoad Hospitale Montis Pessulani in Gallia, respectu pluries instauratæ quæstionis, an hic Ordo sit simpliciter Hospitalarius Regularis?

In Hospitali hoc plura sunt Pia Opera, quæ magno sane decore exercentur.
19. Siquidem in insigni numero recipiuntur Infirmi, maximaque curantur charitate; quod si infirmi sint Nobiles, *Statuto Hospitalis cavetur cap.* 45., quod speciali excipiantur obsequio, ibi – *Si vero aliqua magna Persona fuerit, specialiter sibi Hospitium pręparetur, & secundum possibilitatem Domus, ei reverenter serviatur*.

Quamobrem pro Nobilibus Ægrotis adsunt Cubicula sejuncta ab aliis, illisque distincto obsequio deservitur, & tradit *d. Em. Petra n.* 10.

Præterea servatur Pium Opus recipiendi Orphanos Infantulos projectos, circa
20. quos projectos *cap.* 41. *Regula*, sic loquitur: *Orphani Infantes projecti pro posse Domus nutriantur. & cap.* 59. Ad Opus Infantium &c. *Parva Cunabula fiant, ut seorsim jaceant, ne aliquid incommodi Infantibus possit evenire. & cap.* 76. *Omnibus Puellis projectis, quæ ad servitium Pauperum remanere desiderant, & vivere sub obedientia, & castitate, & sine proprio, ad curam Pauperum principaliter attendendo, promittunt, concedatur eis panis, & aqua; aliæ vero maritali conjugio copulentur*, quę omnia referuntur à *d. Em. Petra n.* 11., *&* 20.

Qqq 3 Ita

Infantes dantur Nutricibus exteris alendi, & Hospitale subministrat pecu-
21. nias menstruatim pro alimentis eorundem. Fœminæ autem postmodum redeunt ad Monasterium, ibique educantur, & artibus sexui congruis imbuuntur, donec nubant cum Dote scutorum centum per ipsum locum præstandorum, ut prosequitur sæpe laudatus *Em. Petra n.* 20.

Tandem ad effectum, ut prędicta omnia adimpleri possint, plurimi sunt Officia-
22. les, qui ad famulatum Hospitalis hujusmodi assumuntur: adsunt Medici, & Chirurgi, aliique Operarii ex peritioribus, qui sint in Urbe, illique vivunt sub gubernio Prioris Hospitalis, qui est unus ex Fratribus Religiosis; hicque dependet in omnibus à Prælato Præceptore. Utque regiminis norma, in cunctis, quoad singulos Officiales, & Ministros habeatur, legendæ sunt Regulæ, quas imprimi curavit *Frater Alexius Messani Prior ejusdem Hospitalis anno 1664. typis Michaelis Cortellini, qui libellus dicatus fuit Præceptori tunc d. Hospitalis Dandino, nec non Instructio Jacobi Pignatelli*, qui fuit Commissarius, & Procurator Fiscalis Sacræ Visitationis Apostolicæ, quæ Instructio habetur impressa inter *Opera d. Pignatelli Consult. Canon. tom. 9. Consult. 156. n. 209. d. Em. Petra n.* 10.

Cœterum prænominati Fratres Hospitalarii sunt vere Religiosi; Regula quip-
23. pe illis assignata à Comite Guidone continet Vota essentialia Castitatis, veræ Paupertatis, & Obedientiæ, fuitque à Sancta Sede Apostolica approbata, unde habet omnia substantialia veræ Religionis: *d. Em. Petra n. 11. Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. disq. 1. quæst. 2. §. 25. n. 51. Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. par seconda cap. 35. pag. 551. juxta impressionem Venetam Combi, e La Non 1691. Tamburin de Jure Abbat. tom. 2. Disput. 24. quæst. 4. n. 55. Barbos. in Sum. Apost. Decis. Collect. 369. n. 3. Monacel. in Formular. For. Eccles. tom. 1. pag. 291. n. 11.* Et possunt ad Religionem alios suscipere *Barbos. n.* 4.

Militant autem sub Regula Sancti Au-
24. gustini eis data ab Innocentio III. *in Constit. 7. ejusdem Bullar. Nov. tom. 1.* unde fit, quod sicuti Regula Divi Augustini non obligat ad culpam, nisi in Votis substantialibus, ita Regula Hospitalis Sancti Spiritus: *Martinus Navarra lib. 3. Cons. 13. de stat. Monach. d. Em. Petra n.* 11.

Huiusmodi Hospitalarii Crucem gerunt
25. patentem: *Pater Honoratus d. pag. 223. Em. Petra* ubi supra, dicemus que etiam infra: *d. Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst. 2. §. 25. n. 51.* Eamque Crucem esse Crucem Patriarchalem, testatur *d. Justinianus d. par. secunda cap. 35.* ubi *pag. 550.* ponit figuram ejusdem Crucis Patriarchalis.

Modus Novitium recipiendi in hac Re-
26. ligione est hic. Præceptor cum Fratribus Consilium habet, an talem voluerint. Deinde, & Recipiendus coram omnibus Fratribus in Capitulo se præsentat, & Præceptor inquirit ab eodem Recipiendo, si Fraternitatem Domus voluerit, si Religionem sustinere potuerit, si Castitatem servaverit, si Obedientiam tenuerit, si sine proprio vixerit; & si in corde suo prævideat, antequam Professionem faciat, nam ante eam in dominio sui est, quod vult faciat; sed cum in Religione erit, in potestatem alterius erit: si vero dixerit, Religionem cum Dei auxilio sustinebo, &

& præcepta Domus voluntarie adimplebo, & dum vixero, infirmis Servus ero; iterum Præceptor inquirit ab eo, si Uxorem habuerit, & si promissionem cuiquam Religioni fecerit, aut debitum habuerit. Si ipse Recipiendus omnia ista negaverit, poterit recipi: si vero affirmative responderit, non recipitur, nisi litteras ab Episcopo, seu Monasterio suo habuerit, & debitum solverit, ut in *cap. 7. Regulæ*, & notat *Em. Petra d. n. 12.*

27. Antequam ad professionem admittatur, debet unius anni spatio Novitiatum agere, debentque illi legi Regulæ, & Constitutiones per ordinem, & deinde ei dicitur: *Ecce lex sub qua militare vis*: & si omnia servare promiserit, & Habitum cum humilitate petierit, Præceptor Pallium cum Cruce alba duplici ei imponit, dicens: *Per hoc signum Crucis fugiat à te omne malignum, & Christus te perducat ad Regnum æternum*, ut totidem verbis inquit *Em. Petra d. n. 12.* Ubi ponit formulam emissionis Votorum, scilicet. *Ego N. offero, & trado me ipsum Deo, Beatæ Mariæ, & Sancto Spiritui, & Dominis nostris Infirmis, ut omnibus diebus vitæ meæ sim Servus illorum: promitto Castitatem cum Dei auxilio servare, & sine proprio vivere, & sibi N., & successoribus suis Obedientiam tenere, & bona ipsorum Pauperum fideliter custodire.*

Dicta Professio acceptatur per hæc verba - *Per promissionem, quam fecisti Deo, & Beatæ Mariæ, & Sancto Spiritui, & Dominis Nostris Infirmis, recipimus te, & Animam Patris, & Matris tuæ, in Missis, Matutinis, Jejuniis, & Orationibus, Eleemosinis, & in cunctis bene factis, quæ fiunt, & fient in Domo Sancti Spiritus, ut Deus talem partem tibi retribuat, qualem unusquisque nostrum habere sperat, & Domus Sancti Spiritus panem, & aquam tibi promittit, & vestem humilem dabit*, ut prosequitur *d. Pater Morigia d. cap. 69. pag. 205. d. Em. Petra n. 13.*

28. Sub nominibus autem Panis, & Aquæ subministrandæ per Hospitale Professis in eo, non solum simplex Panis, & Aqua intelligitur, sed pro Pane, & Aqua intelliguntur omnia necessaria ad Victum, quia nomine Panis intelligitur omnis Cibus, ut cum *d. Fratre Petro Saunier pag. 73.* comprobat *Em. Petra ad Constit. 7. Innocentii III. Sect. Unica n. 2., & 3.*

29. Si autem quæratur, cur in d. Formula Professionis, illiusque acceptatione præponatur nomen Beatæ Virginis nomini Sancti Spiritus, responsio est, quia hoc nomen Sancti Spiritus sumitur pro Domo, cui Professus se dedicat, & sic recipitur in illo loco materiali, sub nomine Sancti Spiritus: *Em. Petra n. 14.* ubi supra.

30. An vero Professi hujus Ordinis, præter tria Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ Vota, obstringantur etiam Voto Hospitalitatis, seu servitii Infirmorum: & quidem licet Hospitalitas, seu Infirmorum servitium in antedicta Voti formula non videatur, nihilominus certum est, quod per illa verba oblationis, & traditionis Infirmis, etiam Votum hujusmodi aperte resultat; & sic interpretationem usus, & consuetudo comprobavit servata ab omnibus, qui in Ordine Professionem emiserunt: *Barbos in Sum. Apost. Decis. Collect. 369. n. 3.*, & allegato *Lezana tom. 1. cap. 4. n. 10. Lessius lib. 2. de Just. cap. 41. Dub. 9. Saunier*, qui fuit Frater Religionis Ordinis *in Historia ejusdem Ordinis d. cap. 20. vers. la Formula.*

mola, & §. 1. *Resolut.* ita firmat = *Etiam cum aliquo periculo vitæ, quia est intra sphæram Professionis*: concludit propterea laudatus *Em. Petra d. n.* 15. quod in loco ubi non adest Hospitale, si quis à Superiore fuerit addictus servitio Domus d. Hospitalis, seu Religionis, satisfacit Voto, ut
31. dicit citatus *Saunier*, qui etiam docet, tempore Pestis debere illos Professos servire Infirmis existentibus in Hospitali dicti Ordinis, ad differentiam Patrum Ministrantium Infirmis, qui tenentur indistincte.

Hic Ordo est Clericalis, potissime ubi
32. servatur Chori servitium, ut habetur in Urbe, & in Civitate Cracoviæ: *d. Em. Petra n.* 17.

Imo solent appellari Canonici Regulares Sancti Spiritus, & Clerici Regu-
33. lares Sancti Spiritus, prout dicuntur à Pio IV. in motu proprio anno 1561., & in Breve Sancti Pii V. *d. Petra n.* 11. Dictusque Pius IV. Hospitali Sancti Spiritus concessit Abbatiam Sancti Sabæ, translatis ab ea
34. Cistercienfibus, quibus dedit Ecclesiam Sanctæ Crucis in Hierusalem, ubi morabantur Carthusiani, istisque dedit Thermas, ubi nunc adest Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum. Prætera dictis Cistercienfibus facultatem fecit recipiendi Habitum dd. Canonicorum Sancti Spiritus: *d. Em. Petra n.* 17.

Clericali Habitu nigro incedunt: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. disq.* 1. *quæst.* 2. §. 25. *n.* 51. *Barbosa in sum. Apost. Decis. Collect.* 369. *n.* 7. *d. Abbas Justinianus d. par.* 2. *cap.* 35. *pag.* 551.

Habitus horum Professorum debet esse
35. moderatus, & humilis, & Laici, ac Clerici Crucem deferunt in pectore, & aliam in parte sinistra Pallii: *d. Em. Petra n.* 16. *Barbosa d. n.* 7. ubi, quod gerunt Crucem in pectore ex holoserico albo, & forma Equitum S. Joannis: præterquam quod Hastile magnum duo habet ligna transuersa, atque duplicem efformant Crucem, quarum superior minor sit, inferior major: sed vide quæ diximus supra in §. *Hujusmodi Hospitalarii*.

In Choro deferunt Cottam, & Subtanam, nec vestiunt sericum, tam ex consuetudine, quam ex convenientia status Regularis, ut cum superius allegato *Saunier cap.* 24. firmat *d. Petra n.* 16.

Dicta Sancti Spiritus Ecclesia in Urbe
36. existens, speciem Collegiatæ Ecclesiæ præfefert; in ea siquidem Divinum Officium in Choro ad instar Collegiatæ persolvitur ab ipsis Fratribus, qui duplici ictu thurificantur: *d. Em. Petra n.* 18. ubi cum *d. Saunier cap.* 25. subdit, quod dicantur Fratres in Processione occasione Translationis Corporis Sancti Gregorii Nazianzeni, ab Ecclesia Campi Martii ad Ecclesiam Divi Petri, habita tempore Gregorii XIII. processerunt isti Fratres post omnes Regulares, & tandem *d. Petra n.* 19 concludit, quod hæc Religio Sancti Spiritus de utroque participat, prout sunt etiam Hospitalarii Sancti Antonii Viennensis, & connumerari possunt inter addictos Vitæ activæ in sphæra Religiosorum.

Notat postremo laudatus *Em. Petra d.*
37. *n.* 19. quod erronee, & vulgo dicitur hic Ordo Militaris Equitum ex Cruce, quam deferunt, cum vere sit Ordo Hospitalarius, & institutus pro servitio Infirmorum. Aderant etiam Oblati, sed nunc non adsunt amplius.

Quamvis, ut supra diximus, hujus Ordi-
38. nis Religiosi Sancti Spiritus in Saxia, veluti tria substantialia Vota emittentes, vere sint sicut cæteri Religiosi, sunt nihilominus capaces Beneficio-

ficiorum unitorum eidem Ordini, quæ aliis non valent conferri, juxta Constit. Sixti IV. in 13. §. 4. *Monacel. Formular. Eccles. tom. 1. pag. 291. n. 12.*

Hinc possunt licite eadem Beneficia administrare, & retinere fructus eorundem: *Rot. Dec. 772. par. pr. Divers. Monacel.* ubi supra. Dictosque fructus expendere in usus licitos, pios, & remuneratorios per actus inter vivos; nam ratam dictorum fructuum impendunt in usus certos, & juxta Ordinis Regulam præscriptos, reliquam sibi sumunt, & retinent tanquam suæ operæ, & laboris mercedem, & ob ministerium, & officium, quod præstant, ut firmat *Navar. vol. 1. lib. 3. Cons. 13. de stat. Monach. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 7. n. 1. & 2. Monacel. d. tom. 1. pag. 291. n. 12., & 13. in Append. Annot. ad Const. Urban. VIII., & tom. 2. tit. 15. Formul. 16. n. 13.*

Super qua libera administratione reddituum, & licita retentione, cum de anno 1693. Innocentius XII. Visi-
39. tatorem Apostolicum deputasset Cardinalem Petruccium, & successive fuerit à d. Summo Pontifice statuta Congregatio specialis quatuor Cardinalium, unanimi Voto cum eodem Card. Petruccio Visitatore sub die 5. Julii 1695. decretum fuit, Regulares prædictos licite posse administrare, & retinere reditus, & nihil esse innovandum, dummodo pecuniæ erogentur in usus pios, & religiosos, ut testatur *d. Monacel.* ubi supra *n. 14.* Prædicta vero procedunt, ut diximus, *per actus* inter vivos; Non tamen possunt per actum ultimæ voluntatis de illis, & aliis disponere, nec Testamentum condere, quamvis haberent licentiam Commendatoris domus, seu Præceptoris, prout expresse prohibuit
40. Sac. Congr. Visitat. Apostolicæ die 19. Junii 1696. Decret. 5., & approbavit Congr. particularis quinque Card. in d. Causa die 25. Julii ejusdem anni, ut refert idem *Monacel. tom. 2. Form. 16. n. 13. tit. 15.*

Fratres Sancti Spiritus in Saxia, uti veri Regulares, exempti sunt à Juris-
41. dictione omnium Ordinariorum; *August. Barbos. in Sum. Apostolic. Decis. Collect. 369. n. 5.*

Et gaudent omnibus Privilegiis Mona-
42. chorum Cassinensium, juxta Constit. Sixti IV. In 22. *d. Barbos. d. Collect. 369. n. 5.*

Hinc exemptos esse ab omni onere, ratione fructuum, & locorum, & gabellarum: *Barbos. d. Collect. 369. n. 5.*

Ordo hic non dividitur in Provincias,
43. sed Domos, quas Prioratus vocant, habent 648 referente *Aldano in Compen. Canonic. Resolut. lib. 1. tit. 19. de Relig. n. 66.* scriptum reliquit *d. Barbos. in d. Collect. n. 3.* ubi, quod habet plura Hospitalia per Italiam, & alibi, quorum caput est Romanum, tam amplum, ac dives, ut vix credantur ejus reditus annui. Cum plura Summi Pontifices huic Archiospitali, sive ejus Præceptori, & ab eo Archiospitali dependentibus Præceptoriis, Prioratibus, Ecclesiis, Oratoriis, Capellis, Capellanis, Membris, Grangiis, & Locis, nec non illorum respective Ministris, & Officialibus Privilegia concesserint, Facultates, Gratias, Exemptiones, Immunitates, Indulgentias, & Peccatorum remissiones, illas confirmasse, & innovasse Sixtum V. dixit *Barbosa* loco allegato, *n. 8.*

Adsunt quoque Moniales ejusdem Or-
44. dinis, & quidquid de Fratribus proportionabiliter dicitur, de Monialibus etiam dicitur; *Petra* dicto loco, *n. 20.*

An

Antiquitus dictæ Sorores tenebant Hos-
45. pitalia; sed Pontifex Sixtus IV. anno 1480. mandavit Puellas nubiles collocari in Matrimonium cum honesta dote, & alias Infirmorum servitio addici: *d. Petra n.* 20.

Excrescente vero numero projectorum,
46. antedictæ Sorores nunc in Urbe incumbunt ad tale Opus in Monasterio cum clausura prope Hospitale prædictum. Non tamen recipiuntur Infirmæ; neque etiam Infirmæ recipiuntur in Hospitali, pro Mulieribus enim Infirmis alia in Urbe adsunt Hospitalia. Quapropter respectu dictarum Monialium immutata est Professionis forma; non solum enim tria Vota Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ emittunt, sed etiam alia duo perpetuæ clausuræ, & loco serviendi Infirmis, habent illud docendi Puellas Sancti Spiritus: *d. Petra n.* 20.

Priorissa dictarum Monialium eligitur à
47. Monialibus in Urbe, præsente Generali Præceptore, seu Commendatario Prælato, dictaque Priorissa defert Baculum, non altum, ut deferunt Abbatissæ, sed parvum Baculum aptum ad appodium, qui ritus est singularis, ut inquit *d. Em. Petra n.* 20.

In Poloniæ Regno Moniales hujus Or-
48. dinis non habent clausuram, & deferunt Velum album: *d. Petra d. n.* 20., ubi, quod in Urbe deferunt Velum nigrum.

Quoad Hospitale Romanum, in Com-
49. mendatorem d. Ordinis Summus Romanus Pontifex statuit Romanæ Curiæ Prælatum, qui amovibilis est, & residet in Hospitali ad elegantissimam formam redacto, ac nuncupatur Præceptor Generalis, & est Collator omnium Beneficiorum, Itemque Hospitale hoc, retenta denominatione Sancti Spiritus, est caput omnium locorum Sancti Spiritus, juxta Constitutionem 12. Sixti IV. quæ incipit: *Et si, & Constitut.* 14 incipien. *Illius tom.* 1. *Bullar.* de quibus *d. Em. Petra d. n.* 7. *d. Barbosa in Sum. Apost. Decis. Collect.* 369 *n.* 6.

Dictum Hospitale Sancti Spiritus in Sa-
50. xia de Urbe, titulo Archiospitalis nominatur à Gregorio XIII. in sua Constitutione 44. *tom.* 3. *Bullarii*, pluribusque Privilegiis exornarunt Sixtus IV. anno 1483. *Constit.* 2. *tom. S. Bullar.* Pius IV. anno 1563. *Constit.* 84. *tom.* 2. *Bullar.* Gregor. XIII. *d. Constit.* 44. Summi Pontifices, qui illud sub protectione Sedis Apostolicæ receperunt: *d. Petra d. n.* 8.

Idem Sixtus IV. ab Ordinariorum Juris-
51. dictione exemit, omnesque immunitates, & Privilegia Congregationis Sanctæ Justinæ Cassinensium communicavit: *d. Petra n.* 8., ut superius quoque diximus,

Clemensque VIII. statuit Judicem par-
52. ticularem dicti Hospitalis pro Causis, tam in Curia, quam extra; ut in ejus *Constit.* 118. *tom.* 3. *Bullar.*, quem Paulus V. pariter confirmavit *in sua Const.* 22. de quibus meminit *d. Petra n.* 9.

At d. Judicis Tribunal suppressit, sustulit,
53. que san. mem. Innocentius XII., & ejusdem Hospitalis causas decidi mandavit coram Judice Ordinario, vel coram Cardinale Vicario Urbis, aut coram Auditore Camerali, juxta qualitatem earundem Causarum, ut videre est in Bulla d. Innocentii XII. de suppressione aliorum Judicum Urbis, edita 21. Augusti 1692., quæ incipit *Ad radicitus*.

Diximus superius *sub n.* 18. *in §. Præ-*
54. *fatam vero Hospitalium unionem*, quod hæc dissoluta fuit ab Honorio III. Religiosi tamen Montis Pessulani, & Hospitalis Romani, sub eodem

Instituto

Instituto perseveravere: sic pariter sub suo hinc inde Magistro, cum suis respective Commendis, & Præ-
54. ceptoriis. Cumque de Hospitali Romano hucusque egerimus, & quoad Hospitale Montis Pessulani successivis temporibus posita distributione Præceptoriarum, & Commendarum orta fuerit contentio, nunc hic subdimus, quod respectu hujus Hospitalis Montis Pessulani, excitata fuit, seu restaurata pluries prętensio, quod hic Ordo esset Equester Militaris; unde varie prodierunt Judicum Decreta, & in Gallia Regis Sententiæ decernentes, Ordinem hunc Hospitalariorum esse simpliciter Regularem: & quoniam materia hæc explanatur in sæpe allegata Dissertatione Collectoris Galli, quæ Gallico idiomate habe-
55. tur in Volumine quarto *d. Collectoris Galli* sub titulo - *Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers des Milices Seculieres, & Regulieres &c. impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. Differt. sur les Ordres Apocriphes, & Supposez l. l' Ordre du St. Esprit appellè de Montpellier en France, & in Sassia en Italie*, dictam Dissertationem Gallicam latine redditam, ad litteram integrè registramus in calce pręsentis Discursus, & ad illam Lectorem nostrum remittimus, cum revera circa hunc Ordinem narret seriem omnium rerum, quæ ab ejus exordio usque ad præsens gestæ sunt.

Superest, ut exponamus, quod licet
56. prędictus Ordo Hospitalarius haberi nunc non debeat pro Ordine Equestre Militari ex rationibus recensitis in Gallica Dissertatione inferius registranda, nemo tamen ire potest inficias, quod sit Ordo Hos-
57. pitalariorum Equester; tum si perpendantur ea, quæ in facto cumulat d. Dissertatio Collectoris Galli; tum si ipsa Ordinis institutio ponderetur. Constat nempe, quod Summus Pontifex fundator, Ordinem hunc Equestrem Hospitalariorum instituit anno 1198., ut ipsi Equites Infirmorum
58. curam haberent, Peregrinos hospitio exciperent, trium dierum spatio cibo, potuque reficerent, lectumque ad dormiendum prębererent, emissis per eos Votis ad prędicta, & erga Superiores Obedientia, statuit, quod ad hunc Hospitalarium Ordinem ad-
59. mitti cupientes, Nobilitatem probare tenerentur: *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Differt. 1. quæst. 2. §. 25. n. 51.*, ubi, quod in admissione horum Equitum Nobilitatis præcedit informatio: *d. Abb. Justinianus Historie Cronologiche d. par. 5 c. cap. 35. pag. 551. d. Jo. Fridericus S R I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilę Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario celebriores in Christianitate Ordines nunc, vel olim florentes succincte enumerante*, in verbo *Sancti Spiritus Montis Pessulani*
60. *pag. 329*, ubi inquit, quod in his duobus Locis, Romæ scilicet, & Montis Pessulani, prima Nobilitas inserviebat pietatis causa. Plurimum labefactatus est Ordo hisce temporibus, cujus re-
61. dintegrationi multæ Personæ qualificatæ incumbunt, & antecedenter scripserat allegatus *Justinianus d. pag. 551.*, qui in proposito Nobilitatis inquit, quod in hac probanda hodie rigor non observatur, cum Orphani
62. ejusdem Hospitalis admittantur.

In Tesseram autem Ordinis Summus
63. Pontifex Institutor assignavit Crucem, ut vocant Patriarchalem albi coloris, duodecim constantem acuminibus, duobus scilicet pro qualibet Crucis parte: *d. Pater Mendo d. Disq. 1. art. 2. Abb. Justinianus* ubi supra

que de tempore Sancti Lazari germani Fratris Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sanctæ Marthæ.
Discutitur hujusmodi Assertio.

SUMMARIUM

1. *An Ordo Sancti Spiritus Montis Pessulani sit fictitius* n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9., & 10.
11. *Ostenditur esse fictitium* n. 12. 13. 14. 15. 16., & 17.
18. *Hospitale Sancti Spiritus in Saxia, quando inceperit*, & n. 19. 20., & 21. 22. 23. 24. 25.
26. *Ejus Statuta*, n. 26., *& Palatium* n. 26. 27. 28.
27. *Ejus Reditus, qui sunt* n. 28. 29. 30. 31. 32. & 33.
33. *Vota, quæ sint ab ipso emissa*, & n. 34. 35. 36. 37. & 38.
39. *Commendæ illius, quæ fuerint* n. 40. 41. 42. 43. & 44. 45. 46. 47. 48.
48. *Ordo S. Mariæ de Betbleem, à quo fuerit institutus, & Bonis ditatus*, & n. 49., & 50.
51. *An fuerit Ordo Militaris Sancti Spiritus in Saxia* n. 52. 53. 54., & 55.
55. *Hospitale Franciæ, quando fuerit exemptum à Romano*, & n. 56. 57. 58. 59. 60.
61. *Commenda Montis Pessulani, cui fuerit data* n. 62. 63. 64. 65.
66. *De Equitibus Sancti Lazari, & Sancti Spiritus* n. 67.
68. *De Equitibus Montis Pessulani hujus Ordinis*, & n. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75.
76. *Ordo hic est merus Religiosus, & non Equester, ut n.* 77. 78.
78. *Presbyteri hujus Ordinis sunt qualificati Canonici Regulares.*
79. *Præceptor Hospitalis Sancti Spiritus Romæ, & sic Commendator, & sic Generalis totius Ordinis semper sunt Personæ distinctæ Nobilitatis, quibus Pontifex hanc confert Dignitatem pro compensatione meritorum.*
Professionem non emittunt.
80. *Enumerantur Viri qualificati ejusdem Ordinis.*
81. *Habitus horum Religiosorum, qualis sit*, & n. 82.
82. *Religiosæ hujus Ordinis, an morentur in Hospitalibus. Enumerantur loca, in quibus vigent dictæ Religiosæ, & antecedenter* n. 81.
Religiosi d. Ordinis, an sint exempti à jurisdictione Ordinarii, & n. 83.
84. *Tessera Ordinis quæ sit.*

DISCURSUS CCVI.

SANCTI SPIRITUS IN SAXIA IN URBE AC MONTIS PESSULANI IN GALLIA

SEC. II.

Sequens Dissertatio latine reddita, est Dissertatio illa, quæ Gallico idiomate habetur apud *Collectorem Gallum in* 1. *Volumine quarto sub Tit. Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers des Milices Seculieres, & Regulieres de l'un, & de l'autre sexe &c. à Amsterdam chez Pierre Brunel* 1721. *& seq.* in d. Volumine quarto *à pag.* 297., *& seqq.* Et sub Titul. *Dissertations sur les Ordres Apocriphes, & supposez I. l'Ordre du St. Esprit appellè de Mompellier en France, & in Sassia en Italie.* Translatio autem ex Idiomate Gallico in Latinum est, ut sequitur.

Dissertatio super Ordinibus Apocriphis & Suppositiis.

I.

1. ORdo Sancti Spiritus nuncupatus de Monte Pessulano in Gallia, & in Saxia in Italia.

Majoris partis, qui de Militaribus Ordinibus scripserunt, Historicorum mo-
2. rem, licet Nos quoque sectantes, plures tanquam veros Ordines descripserimus, qui apocriphi cæteroquin, & suppositii sunt; nihilo tamen minus obstrictos nunc nosmetipsos credimus, Lectores nostros hic monere, eosque instructos probe reddere, ut vera à falsis noscere, certa ab incertis in hac Historia distinguere valeant.

Preter ergo id quod diximus in Disser-
3. tatione super Duello, ac Ordine Constantiniano, primus Ordo, quem suppositium recognovimus, est Militia, seu Religio Spiritus Sancti Montis Pessulani, quam *Olivetius dela Trau*, Dominus *Dela Terrade*, qui se nominavit Archiospitalarium Generalem, & magnum hujus Ordinis Magistrum, institutam fuisse prætendit à Sancta Martha. Nec contentus Ordinis Originem duxisse à dicta Sancta Martha, cujus Vitam describit, ma-
4. gnifaciens omne id, quod fabulosi supererat, necessarium quoque censuit demonstrare, quod subsistentiam semper ab illo tempore servavit; ad quem effectum Bullam Leonis X. allegat datam die 10. Januarii 1519., in qua Bulla Pontifex recognoscit Ordinis durationem usque ad tempus Joannis III. ejusdem Prædecessoris. Supponit quoque, quod quidam Guillelmus de *Fontaine-Claire* Generalis, & magnus Magister hujus Ordinis, cum à Montepessulano ad Hispaniam se contulisset, ut suam peragerat Visitationem, sibi Ferdinandi II. Castellę Regis existimationem comparavit. Qui Rex, & ejusdem, & Religiosarum Sancti Spiritus Salamanticæ devotis precibus, cum considerabilem obtinuisset contra Mauros Victoriam, dono dedit dictis Religiosis Sancti Spiritus Commendam de *Atalaia*, & *Palomera* spectantes ad Ordinem Di-
5. vi Jacobi, juxta votum ab ipso Rege emissum, dictusque Guillelmus refert per extensum Castellano idiomate Donationem à dicto Principe factam sub data 15. Novembris 1030.

Postmodum Capitulum Generale celebravit in Monte Pessulano de Mense Aprilis 1032. publicatum ab isto Guillelmo de *Fontaine-claire*, ad insinuationem Antonii Perez ejus Vicarii Generalis, ac Officialis, & Joannis Rochefort Magni Prioris Provinciæ Aquitaniæ, ubi citatus fuit personaliter Don Ferdinandus de Corduba magnus Provinciæ Galliciæ Prior, ad
6. reddendam rationem eorum, quæ gesta fuerant in Capitulo Provinciali Ordinis habito Salamanticæ de Mense Augusti 1031. Allegat tandem Litteras Patentales concessas ab Henrico II. Rege Franciæ Hospitali Montis Pessulani, quibus apparere videtur, dictum Hospitale esse primum in Christianitate, fuisseque fundatum
7. ab uno ex Regibus T. C. qui Romam petiit, ubi à Pontifice tunc Regnante suasus, aliud Hospitale in Urbe fundavit sub eodem Titulo Spiritus Sancti.

En principaliores rationes, quas Franciscus *dela Terrada* refert, ad probandam antiquitatem, ac continuationem sui Ordinis. *Verum Mariana*, & *Turquet* in eorum Hispaniarum Historiis prætendunt, Privilegium à Rege Ferdinando dd: Religiosis Monasterii Sancti

Spiritus Sancti Salamanticæ concessum, non anno 1030., ut dicit dictus Terrade, sed anno 1034., esse falsum, atque proprio marte confectum, ut-
8. pore moderna Castellana lingua scriptum, & in quo anni computantur à Nativitate Domini Nostri, quod subsistere non potest: siquidem omnia Acta, omnes Tituli, omnesque Litterę latino conficiebantur Idiomate, ac computa annorum ab Æra Cæsaris desumebantur. Ulterius d. Dom Fernando tribuitur Titulus magni Cantabriæ Domini, & Legionis Regis, ex quo magis evidenter falsitas demonstratur; nam ipse nunquam Rex Legionis fuit, ac per consequens nequaquam poterat ullum Privilegium tribuere dicto Monasterio Salamantico, quod sub jurisdictione Regis Legionis fuit, ibique anno 1034. sub quo vera inscriptio dicti præsentis Privilegii, regnabat Dom Bermondus Tertius.

Cæterę Probationes allegatæ ab illis, qui istius Ordinis qualitatem Equestrem prætendebant, quodque in sui Origine Militaris erat, dum id negabatur, minus roboris habent. Prætendebant siquidem, Divum Lazarum Fratrem Sanctę Marthæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ fuisse hujus Ordinis Primum Generalem, ac magnum Magistrum; asseruerunt Sanctam Mariam Magdalenam plures hujus Ordinis
9. Domos fundasse, atque ita Divum Lazarum cum suis Sororibus Sanctis Hospitalitatis exercitiis gratuito recepisse Peregrinos petentes Hierusalem, sacra Loca, & vestigia Divini Salvatoris Mundi visitaturos; unde magno Virorum numero Societate hac aucta, tributisque per eos eorum Bonis Hospitali hujusmodi, hinc conflatus fuit Ordo Militaris, ut ita Peregrini Hierusalem adeuntes, tuti redderentur.

Sciscitatur autem *Pater Heliot*, qua præfata eorum prætensio, auctoritate
10. nitatur. Sub illa quidem antiqui Breviarii anno 1553., ubi in una ex Lectionibus Sanctæ Marthæ dicitur, quod Magdalena tota addicta erat Devotioni, ac Contemplationi; Lazarus, se ad Belli exercitium parabat; quodque Martha, quæ admodum prudens erat, curam Negotiorum Fratris gerebat, ac Militibus providebat, ejusque Domesticis de omnibus necessariis ibi: *Dum autem Magdalena Devotioni & Contemplationi se totam exponeret, Lazarus quoque plus Militia vacaret, Martha prudens, & Sororis, & Fratris partes strenue gubernabat, & Militibus, ac Famulis sedulo ministrabat*, atque ita in dictis verbis *Militia, & Militibus* originem eorum Militię reperire crediderunt.

At Historiæ, quæ in Breviariis præcipue
11. antiquis inveniuntur, retinentne totam certitudinem? Ipsæne mutationes, quæ toties in Lectionibus in Breviariis contentis peractæ sunt, nonne comprobant, quod antiquitus pro vero falsum recipiebatur? quodque hujusmodi lectiones plenæ Fabulis erant, quæ Historię sinceritatem absorbuerant?

Dominus *de Blegny*, qui nomen sumpsit Commendatoris, & Administratoris Generalis hujus Ordinis, in Historia Militarium Religionum publicata anno 1694., quę Historia proprie confecta fuit ad demonstrandam antiquitatem Ordinis Militaris Spiritus Sancti, ipse quoque ad probationem antiquitatis suę allegat unum ex
12. his antiquis Breviariis año 1514. ubi de Lazaro, veluti capite unius Militiæ verba fiunt, fixaque in hujus Breviarii auctoritate Epoca fundationis talis Ordinis, subdit ipse, quod Lazarus ad Galliam perventus, statuit Mili,

Militiam illam, cui in Civitate Hierusalem præfuerat, renovare; quamobrem Arma jussit resumi à Viris, qui illius erant Congregationis, qui in eorum Habitu Crucem albam tribus constantem partibus, cujus præcipua pars, hoc est Arbor, & truncus Lazarum significabat Caput eorum Societatis; duæ autem, quæ erant ex transverso, significabant duas Sorores, veluti subordinatas.

Peregrini, longis itineribus tuti reddebantur, mediante eorum diligentia, & in Hospitalibus subsidia recipiebant. Ordo hic tam celebris evasit, ut statim in extraneis Regionibus se

13. extenderit. Primo in Regno Neapolis, & in Civitate Puteoli se locaverunt, & postmodum ad Urbem transiverunt. Scriptor Ordinis probabiliter non servavit d. Domino Blegny omnia primorum post Lazarum nomina Generalium Successorum, quoniam statim transit ad annum 493. quo dicit, quod Lucas de Briquel erat Generalis; quodque Successorem habuit Cecilem de Mondragon anno 498. huicque successit Lucalis Peirat, & quod Hieronymo de Trecis, qui fuit Generalis anno 573. Papa Joannes III. Bullam direxit. Jam satis probatum est, totam antiquitatem ab Equitibus prætensam esse imaginariam. Sed hæc Bulla Joannis III. dicto asserto Magno Magistro anno 573. erat Probatio non vera; quoniam d. Papa jam de anno 572. obierat. Nos ulterius Equitum prætensiones super

14. dictam antiquitatem enarrare non prosequemur, nimis enim in longum prosequeremur: & revera eædem tam parum rationabiles erant, & Scripturæ, quibus utebantur, tam manifeste falsitate laborabant, ut mirum fuerit, quod eas produxerint, tunc quando anno 1693. Canonici Regulares hujus Ordinis qualitatem hanc Equestrem controverterunt.

In rei veritate prædicti Canonici Regu-

15. lares, antiquitates has eorum Ordinis semper veluti imaginarias recognoverunt, nec alium in eorum Fundatorem agnoverunt, quam Guidum de Montepessulano; erat hic filius Guillelmi Montispessulani Domini, ac Sibillæ, qui sub fine duodecimi seculi in hac Civitate pro pauperibus Ægrotis celebre ædificavit Hospitale. Insignis illius Charitas eundem spectatissimum reddidit; plura Bona ad idem Hospitale stabiliendum jungere curavit, sibique alios sociavit, ut eorum Bonis Pauperum curam haberent. Ordo hic brevi tempore ad multa se extendit loca, ut clarum sit

16. ex Bulla Innocentii III. die 27. Aprilis 1198, in qua, confirmando hunc Ordinem, enumerat Domos, quas hic Ordo tenebat, quarum duo Romæ aderant; altera trans Tyberim; alia in principio Civitatis sub nomine Sanctæ Agathæ; alia quoque in loco *Bergarac*, alia à *Troyes*, aliæque diversis locis. Omnes Laici erant, nullaque Persona Ecclesiastica inter illos: hinc idem Pontifex pridie Literas dederat ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos Ecclesiæ, rogando eosdem, quod si aliqua Persona pia in eorum Diœcesibus adesset, quæ dictis Hospitalibus donationem facere intenderet, iidem nequaquam impedirent. Hortabantur etiam eosdem Prælatos, ut permitterent dictis Hospitalariis Ecclesias, & Cœmeteria ædificare, ut sic ædificata dedicent, & Benedicant. Itemque permittere, quod Fundator, & alii Fratres hujus Ordinis seligant Sacerdotes Seculares pro Administratione Sacramentorum, tam ipsis, quam Pauperibus in eorum Ecclesiis.

Post

Post sex annos, anno scilicet 1204. idem Pontifex ad Urbem vocavit Fundatorem, ut illi curam traderet Hospitalis Sanctæ Mariæ in Saxia, sive Saxoniæ, quod Hospitale ad præsens vocatur Spiritus Sancti; & quoniam hoc Hospitale est caput hujus Ordinis, atque unum ex celebrioribus Italiæ, Nos ejus Originem, & Fundationem narrabimus.

Ecclesia fundata fuit ab Ina Rege Saxonum Orientalium anno 715, sub Ti
18. tulo Sanctæ Mariæ in Saxia, aut Saxoniæ, idemque Rex, cum esset Romæ anno 718. huic Ecclesiæ addidit Hospitale pro Peregrinis Nationis suę. Regimen autem dicti Hospitalis commisit aliquibus Secularibus Personis, ac eidem Hospitali, & pro illius manutentione, ac Pauperum substentatione, annuum reditum in suis Ditionibus assignavit.

Offa Rex Mercienſium ad imitationem
19. prædicti amplificavit idem Hospitale, & Reditus auxit. At anno 817. combustum mansit maximo incendio, quod cohiberi non potuit, nisi cum Imagine Sanctissimæ Virginis, quam Pontifex Paschalis I. processionaliter detulit. Consimile subortum incendium, desolationem Hospitalis complevit anno 847. Huic autem desolationi Leo IV. statim, eo modo quo potuit, remedium apposuit mediante subsidio, quod liberalitas suppeditavit Successorum Regum, qui illud fundaverant. Verum Bella Guelphorum, & Gibellinorum, quę durarunt undecimo, & duodecimo seculo, partem illam Urbis, in qua situm erat Hospitale, penitus devastaverunt, ac Hospitale de medio sustulerunt, usque ad delendum ejusdem Hospitalis memoriam. Tandem ad Pontificalem Cathedram evectus Innocentius III. à fundamentis anno 1198. construere fecit hoc Hospitale suis sumptibus, ut in eodem Hospitale reciperentur Ægroti, ac Pauperes Urbis, multumque auxit Ædificia, Prædia, Reditus, & Privilegia anno 1204. postquam aliqui Piscatores, e Tibere, cum eorum Retibus extraxerunt magnam quantitatem Puerorum de recenti natorum, quique in Tiberim projecti fuerant, ob quod Pontifex tam com-
20. motus extitit, ut hoc Hospitale principaliter destinaverit pro receptione Filiorum expositorum, & ab eorum Genitoribus derelictorum. Sed ut verum fateamur, nulla fit mentio in Bulla Pontificis prædicti, bene quidem in illis suorum Successorum, veluti in illa Niccolai, IV. Sixti IV., & aliorum. Cernitur etiam in hoc Hospitale Pictura, ut dicitur *à fresco*, repręsentans aliquos Piscatores, qui deferunt Innocentio III. Pueros illos,
21. quos repererant, adestque Inscriptio ad pedes, fidem faciens, hunc Pontificem fuisse ab Angelo monitum ad providendum. Hæcque est ratio, ob quam pręteditur, quod eodem tempore ædificare fecerit Ecclesiam illam, quam dicavit Spiritui Sancto: tum quia tam bonum opus inspiraverat; tum ex causa Religiosorum Spiritus Sancti de Monte Pessulano, quibus curam tradidit hujus Hospitalis. Adsunt tamen plures, qui Historiam hanc fabulosam credunt.

Verum quidem est, quod non multum effluxerat temporis, quod Comes Guido suum Ordinem fundaverat, cujus præcipua cura erat exercere erga Ægrotos Hospitalitatem, ut Nos superius diximus. Hic proinde San-
22. ctus Pontifex bene instructus de Charitate eorundem Hospitalariorum, ob quam admodum celebres erant, sex ex ipsis ad Urbem vocavit una cum

cum eorum Fundatore, ut illis dicti
Hospitalis regimen traderet, quod
Hospitale Successores Innocentii III.
Pontifices postmodum multis Dona-
tionibus ditaverunt, nec non plures
Piæ, ac charitativę Personæ subsecu-
tæ sunt.

Anno 1471. Sixtus IV. videns Hospitalis
hujus Ædificia esse labefactata, reędi-
ficare fecit ea magnificentia, quæ e-
23. tiam de præsenti cernitur. Conti-
nent hæc Ædificia plurimas Mansio-
nes cum Aula admodum longa, &
elata proportionabiliter, ac capace re-
tinendi mille Lectos, & in fine hujus
Aulæ aliud Ædificium capax retinen-
di bis centum lectos, qui æstivo tem-
24. pore replentur, & aliquando neces-
se est alios etiam lectos parare in hor-
reis ejusdem Hospitalis, quæ horrea
sub Sancto Onophrio existunt. Præter
antedicta, ex transuerso magna adest
Aula, ubi locantur vulneribus sau-
ciati. Sacerdotes, & Nobiles parti-
cularia habent Cubicula, & in quoli-
bet ex ipsis quatuor adsunt lecti, ubi
25. etiam cum argentis servitia illis
pręstantur. Adsunt etiam alia Cubi-
cula pro Præneticis, ac pro illis qui
Morbis contagiosis laborant.

Retro autem in Hospitale mansiones ad-
sunt pro Nutricibus, ad lactandum
puellos expositos, quæ Nutrices in
magno sunt numero, pręter illas, quæ
in Urbe, vicinisque locis servantur,
26. quæque bis mille numerum excedunt,
quibus Nutricibus Puelluli ad lactan-
dum traduntur. Prope has mansiones
adsunt mansiones pro Pueris ad æta-
tem trium, vel quatuor annorum
perventis. Locantur itaque antedicti
in dictis Mansionibus, ibique moran-
tur quousque ad ætatem pervenerint,
qua sibi victum aliqua arte, in qua
instruuntur comparare valeant. Sem-
per autem Pueri in d. loco sunt in
numero 500.

Puellæ quoque, quæ in consimili nume-
ro sunt, in aliis Mansionibus aluntur
27. usque ad ætatem, qua nubere possint,
vel fieri Religiosæ; tuncque pro Dote
ab Hospitali recipiunt scuta Romana
quinquaginta. Puellæ prædictæ sub Gu-
bernio vivunt Religiosarum hujus Or-
dinis, quarum Religiosarum Monaste-
rium intra Męnia Hospitalis inclu-
ditur, idemque Monasterium ædifica-
re fecit anno 1600. Pontifex Clemens
VIII. qui ejusdem Ecclesiam Sanctę
Teclæ dicavit.

Adest tandem pulchrum Palatium Præ-
28. ceptoris, aut Commendatoris,
atque hujus Ordinis Capitis, intra
quod Palatium, atque Hospitale,
Claustrum magnum adest, ubi Medici,
Chirurgi, & Servientes Hospitalis mo-
rantur, qui semper numerum cente-
narium excedunt. E Latere vero
Mansiones adsunt Religiosorum, quos
inter semper distinctus adest Sacerdos,
Munus Commendatoris gerens, qui
de præsenti à Pontifice nominatur.

Expensæ tam pro Pueris, quam pro Æ-
grotis, insimul junctæ annuatim ascen-
29. dunt pene ad summam quingenta-
rum mille librarum. Reditus autem
admodum considerabiles essent, nisi
Italorum segnities, majorem Terra-
rum partem, quas possidet Hospitale,
incultam relinqueret, pręcipue in A-
gro Romano, ubi Hospitale hoc Do-
minium tenet plurium Castrorum,
& Villarum, ut illud Tulfæ, San-
cti Severi, Polidori Casterguidi, ac
aliorum sub via Centum cellarum,
ex quibus aliqua Principatus Titulo
gaudent. Extra hoc Hospitale Rota
adest, ac è parte interiori extensa est
matta culcitra, italice *Materasso*, ad
excipiendum Puellulos expositos, qui
30. Puelluli libere, etiam die clara, ad
dictam Rotam deferri possunt; veti-
tum quippe est gravi sub pœna, etiam
cor-

corporali, informationes sumere eorum, qui eosdem Puellos deferunt, eosve inquirere.

Hæc est Hospitalis Sancti Spiritus in Urbe descriptio, quam exarat *Pater Heliot*. Hujus autem Hospitalis, ut di-
31. ximus, Pontifex Innocentius III., curam, & gubernium dedit Comiti Guidoni, ejusque Hospitalariis. Sacerdotes, qui Sacramenta in Hospitali-
32. bus ministrabant, non erant ex Cœtu hujus Ordinis, quoniam amovibiles erant, nec subiecti erant correctioni Magistri, sed solum subiiciebantur Episcopis, in quorum Diœcesibus sita erant Hospitalia.

At Innocentius III. Pontificia Bulla an-
33. no 1204. expedita statuit, quod in Hospitale Urbis quatuor saltem Clerici adessent, qui Professionem emitterent Regulæ Hospitalariorum; & ad effectum, ut Hospitalis evitarentur expensæ, injunxit, quod dicti Clerici contenti esse deberent simplici victu, & vestitu: prohibitum illis erat se in temporalibus negotiis ingerere, & Pontifici correctioni subessent. Incepere itaque hoc modo Ecclesiastici cum Laicis inter Hospitalarios Spiritus Sancti; adesse hoc tamen intercedente discrimine, quod Ecclesiastici solemnibus Votis se obstringebant Paupertati, & Servitio Ægrotorum, Laici vero solum simplicibus Votis:
34. licet enim Pontifex hos etiam obligaret ad Regularem Professionem post Probationem spatio unius anni, quodque Ordinem deserere non possent, nisi transirent ad alium magis arctum, ex hoc concludi non debet, quod essent Religiosi; quoniam illis temporibus Religio, & Ordo vere vocabatur Societas, in qua obstringebantur magis arcte Dei servitio, sub Obedientia Superioris. Tandem eadem Bulla Pontifex univit duo Hospitalia Sancti Spiritus Montis Pessulani, ac Romę, statuens, ut ab uno gubernarentur Magistro, quodque hæc Unio nemquaquam prajudicaret Juribus Episcopi di Maguelone, sub cujus Jurisdictione erat Hospitale Montispessulani. Jussit quoque inter cætera, quod illi, quibus demandata fuerit cura, Eleemosinas pro his Hospitalibus colligendi, intra limites
35. sibi assignatos se continerent; atque ideo Quęsitores Hospitalis de Urbe contenti essent Eleemosinis, quas reciperent in Italia, Sicilia, Anglia, atque Hungaria: Quæsitores autem Hospitalis Montis Pessulani, ad colligendum Eleemosinas ire possent in omnibus aliis Provinciis Christianitatis.

Plura postmodum Hospitalia se unive-
36. runt Hospitali Montis Pessulani, ad cujus favorem plures initæ fuerunt Donationes. Hospitale de Urbe in magnam excrevit existimationem, eique plura alia Hospitalia se univerunt pariter. Hinc ob hoc Honorius III. anno 1217. videns Unionem duorum Hospitalium Romæ, & Montis Pessulani posse præjudicium inferre Hos-
37. pitali Romano, eadem sejunxit; ita quod nullam inter se Unionem haberent, ac Eleemosinæ, quę in Italia, & in Regnis utriusque Sicilię, Hungariæ, ac Angliæ collectæ ad Hospitale Romanum spectarent: illæ vero, quæ in cœteris Christiani Orbis Provinciis recolligebantur, pertinerent ad Hospitale Montis Pessulani.

Ordo itaque Spiritus Sancti, qui conflabatur ex Personis Ecclesiasticis vitam Religiosam profitentibus, cum Votorum solemni obligatione, ac ex
38. Personis Laicalibus simplicia solum Vota emittentibus, olim habitus uti sic mistus, postmodum consideratus fuit ut Militaris. Nomen Magistri,

 quod

quod assumebant illi, qui gubernabant Hospitalia, quique Superiores erant, commutatum fuit in nomen Præceptoris, aut Commendatoris. Termino Responsionis utebantur, ad denotandum taxam, quæ ratione Commendarum præstari debebat magno Magistro, aut Generali. Terminus præ-
39. dictus Responsionis non erat in usu, nisi inter Ordines Militares; nulla tamen adduci potest Probatio, quod hujusmodi Hospitalarii usum habuerint Armorum, aut partem in Bellicis expeditionibus, hoc est Cruciatis, quemadmodum alii Hospitalarii: constat tamen, quod nomen Commendatoris illis tribuitur in Bulla Alexandri IV. anno 1256. ibi - *Cum igitur Magistri, Commendatores, & omnes alii Fratres nostri Hospitalis*.
40. Idem constat ex aliis Bullis variorum Pontificum. Idem Alexander IV. in supradicta Bulla, & Pontifex Nicolaus IV. in alia Bulla anni 1291. postquam expresserat, quod Commendator Montis Pessulani, & Domus ab eo dependentes se submiserunt Hospitali Spiritus Sancti de Urbe, addidit, id effectum fuisse, ut Hospitale
41. Montis Pessulani subiectum esset Hospitali de Urbe, eo modo, quo Domus dependentes ab Hospitali Hierusalem, quod est Militia temporalis, subiectæ sunt huic Hospitali Hierusalem: & hæc est ratio, ob quam probabiliter *Bzovius*, *Pater Mendo*, *Cresent*, *Abb. Justinianus*, & aliqui alii Auctores loquentes de Ordine Spiritu Sancti, eundem Ordinem inter Ordines Militares posuerunt.

Primum itaque præjudicium illatum auctoritati magni Magistri, aut Commendatoris Hospitalis Spiritus Sancti Montis Pessulani, qui sic erat Generalis totius Ordinis, tunc successit, quan-
42. do Pontifex Honorius III. separavit hoc Hospitale ab illo Urbis. Reliquit tamen illi omnem Jurisdictionem super cœteris Hospitalibus, quæ in omnibus Provinciis Christiani Orbis aderant, exceptis tamen Hospitalibus, quę in Italia in Siciliæ Regnis, Hungarię, ac Anglię sita erant. Gregorius vero X. abstulit etiam hanc Jurisdictionem, illamque dedit Magistro Hospitalis Romani, injungendo, quod huic Romano, veluti suo Superiori, obediret Hospitale Montis Pessula-
43. ni. Nicolaus autem IV. in Bulla anni 1291. subdit, quod hoc fuit de consensu Magistri Hospitalis Montis Pessulani, & ejus Hospitalariorum, qui sponte se submiserunt; injunxitque, quod Magister Montispessulani solveret annuatim Magistro Hospitalis de Urbe Florenos tres auri. Sunt etiam qui prætendunt, quod Pontifex Gregorius XI. remiserit res in eo statu, quo erant tempore d. Honorii III. iterum Hospitalia hæc separando. At *Saunier* Religiosus Ordinis Spiritus Sancti, & Subprior Hospitalis Romani, ostendit, quod Bulla hujus Pontificis de anno 1372. quęque reperitur in Bullario hujus Ordinis, falsa est, & supposititia, & directa Berenger Giron Generali, & magno Ma-
44. gistro Archiospitalis, & Militiæ Ordinis Spiritus Sancti, & Berenger iste obiit anno 1487., vel 1488. Præterquam quod Bulla hæc est sub data 3. Kalendas Septembris 1372., ac anno tertio Pontificatus Gregorii XI. quę esse nequit sub illo anno, quoniam electus fuit 30. Septembris 1370. Esse quidem potest, quod Sixtus IV. se conquerens de isto Berenger Giron, eo quia transmontani qualitatem Generalis assumebant, eos submiserit Romano, veluti soli Generali Ordinis. Nihilo tamen minus Generalatus restitutus fuit Commen-

datori

datori Montispessulani à Pontificibus
Paulo V., & Gregorio XV., sed sub
45. conditione, quod ab illo Romæ de-
pendèrent. Tandem Dignitas hæc
decreta fuit absque ulla dependentia
à Pontifice Urbano VIII. atque etiam
contestata, ut in prosecutione dice-
mus.

Verum hujus Ordinis Militia novum
anno 1459. infortunium subivit. Pon-
46. tifex siquidem Pius II. in totum
sustulit. Vestigium aliquod horum
Equitum detectum fuit post Bullam
Alexandri IV. anno 1256., de qua
mentionem fecimus. Usque de illo
tempore Ordo constabat Personis Ec-
clesiasticis vere Religiosis, ac Perso-
nis Laicis, quæ obstrictæ non erant
Professioni Religiosæ, & ignorabatur,
47. quid essent hi Laici post medium
decimi quinti seculi, usque ad prin-
cipium decimi septimi, quoniam in
isto Ordine non conspiciebantur,
nisi veri Religiosi, solumque versus
illud tempus visi sunt suborti Laici,
aut Seculares Uxorati. Sed Dominus
de *Leibnitz* nos docuit, quid de eis
48. fuerit. Siquidem in suo *Codice Ju-
ris Gentium*, Bullam exhibet Pii II.
anni 1459., cum qua erexit Ordinem
Militarem Dominæ nostræ de Beth
lem, suppressis aliquibus, in quorum
numero adest Militia Spiritus San-
cti in Saxia Romæ, cujus reditus
applicavit suo novo Ordini Dominæ
nostræ de Bethlem - *Pro fundamento
autem, ac substantia dictæ Religionis
novæ, alias Religiones, sive Mili-
tias, ac Hospitalia infrascripta, vi-
delicet Sancti Lazari ubilibet consi-
stentia S. M. de Castello Brisonum
de Bologna, ac Sancti Sepulcri, nec
non Sancti Spiritus in Saxia de Ur-
be, ac omnia ab eo dependentia, aut
illius Habitum, seu Crucem duplicem
deferentia, & B. M. Cruciferorum
&c.* Dici posset, quod hic Pontifex
suppresserit totum Ordinem Sancti Spi-
49. ritus in Saxia. Verum ipse solum
intellexit loqui de Militia *Religio-
nes, seu Militias*, & longe à suppres-
sione Hospitalis Spiritus Sancti Romæ,
eidem multa concessit Privilegia,
quemadmodum illius Successor Pau-
lus III., ut denotatur in Bulla Six-
ti IV. die 21. Martii 1478.

Post suppressionem hujus Militiæ nulla
amplius admissa fuit mistura Religio-
50. sorum, & Laicorum in Ordine
Spiritus Sancti. Ordo hic fuit sim-
pliciter Regularis; & si fuerunt Laici,
qui possederint etiam Commendas
sub Titulo Equitum hujus Ordinis,
Titulus hic non erat legitimus. Hoc
est id, quod ex alia Bulla Sixti IV.
discimus, qua Bulla anno 1476., ju-
bet, quod hujus Ordinis Hospitalia,
& Commendæ, quemadmodum etiam
earum dependentiæ, dari non possint
in Titulum, aut Commendam, nisi
Religiosis professis hujus Ordinis, qui
tenerentur redire ad eorum Claustra
51. toties quoties videbitur magno Ma-
gistro Hospitalis Romæ jubente, ut
revertantur; ibi - *Statuentes, ac e-
tiam decernentes, quod ipsius Ordi-
nis Hospitalia, Præceptoriæ, Membra,
& Loca, nulli cujuscumque Dignita-
tis, status, gradus, vel conditionis
fuerit, præterquam ipsius nostri Hos-
pitalis Fratribus, & Ordinem ipsum
expresse professis, eis tamen pro solo
nutu dicti Præceptoris existentis, &
pro tempore ad Claustrum, quoties
expedierit revocandis, in titulum, vel
Commendam conferri valeant, sive
possint*. En id, quod valide militat
contra Equites, qui in principio decimi
septimi seculi visi sunt, quique ad-
versantes communi vitæ in Claustro,
sub obedientia Superioris, aut saltem
sub potestate, quod possent revocari

52. ad Claustra, juxta voluntatem Superiorum tunc quando Commendas haberent: pro majori parte erant Uxorati. Esse potest, dicetur, quod Hospitalia Romæ, & Montispessulani, cum fuerint anno 1372. à Pontifice Gregorio XI. divisa, Pontifex loqueretur solum illis, qui subiecti erant Hospitali Romæ.

At præterquam quod Bulla Gregorii XI. falsa est, & supposititia, Sixtus IV. magis particulariter conquestus est de Gallis, qui Commendas usurpaverant, ac qualitatem Generalis Ordinis præ-
53. tendebant, ibi - *Cum itaque, sicut accepimus displicenter, nonnulli ipsius Hospitalis Fratres, etiam Preceptorias, Hospitalia, membra, & Loca Pia, ab ipso Hospitali in Saxia dependentia obtinentes, ambitione, & cupiditate cæca inducti, & sub terminis, non contenti, temeritate propria se Generales Praeceptores dicti Ordinis, praecipue in partibus ultramontanis nominare ec.* Declaravit postmodum, quod omnia Hospitalia, Commendæ, & Loca Pia Ordinis, quę titulum Spiritus Sancti gerebant, ab Hospitali Spiritus Sancti in Saxia dependerent ibi - *Etiamsi longæva consuetudo, aut submissio aliqua repugnarint*: Prohibet cuicum-
54. que Religioso, qui Ordinis Commendam possideret, posse prætendere qualitatem Generalis, citra, ultraque Montes, nec ullam auctoritatem prætendere super aliis Religiosis, qui omnes subiecti esse debebant Pręceptori Hospitalis Romani; ibi - *Quin imo omnes, & singuli dicti Ordinis Praeceptores, Hospitalarii, & Religiosi, quos eidem Praeceptori nostri Hospitalis in Saxia, pleno jure subesse volumus, & tanquam suo Superiori, obedientiam, & reverentiam congruam exhibere, ac salva hujus Sedis Auctoritate, in omnibus, sicuti unico eorum Praeceptori, obtemperare teneantur, & debeant.*

Revera post illud tempus amplius in Gallia Generales non fuerunt, usque ad annum 1619., quo Paulus V. restituit hanc qualitatem Commendatori Montispessulani pro Gallia, & omnibus aliis Provinciis Christiani Orbis, excepta Italia, Sicilia, Hungaria, atque Anglia, quod præstitit etiam Gregorius XV. anno 1621. Sed hoc tamen concessum fuit sub conditione, quod dependens esset ab Hospitale Romano: & Terrade, qui de hac Commenda provisus fuit, creatus fuerat à magno Magistro de Urbe 4. Septembris 1617. Vicarius, & Visitator Generalis in Franciæ, & Navarræ Regnis, cum pacto, quod fieret Religiosus professus Ordinis intra annum. Hic fuit primus Generalis in Francia
55. dependens ab illo Romę. Pontifex autem Urbanus VIII. ad instantiam Ludovici XIII. anno 1625. exemit Franciæ Generalem à dependentia illius Romæ. Atque ita in principio decimi septimi seculi cæpit in Gallia cogitari restauratio hujus Ordinis, qui ibi pene ad nihilum redactus erat: At vice eundem revocandi ad antiquum splendorem, orta fuit confusio, magnumque Chaos, ab anno 1602, usque ad 1700., quo Ludovicus XIV. dissoluit hoc Chaos, mediante declaratione, quod hic Ordo erat simpliciter Regularis. Antonius Pons, qui assumpserat qualitatem Commendatoris Hospitalis Sancti Germani, & Procuratoris Generalis Ordinis, restaurationem hanc incipere volebat anno 1602. hocque gerebat falsificando Bullas, atque Indulgentias ad favorem eorum, qui contribuere volebant pro restau-

ratione

ratione Commendarum: sed ejusdem fraude detecta, per Sententiam Senatus Tolosæ 11. Januarii anno 1603. damnatus fuit ad emittendam protestatione honorariam nudus cum indusio, & semper à Regno banno ejectus. Neque omisit decipere eodem modo Litteras patentales Henrici IV. Ludovici XIII. annis 1608. 1609. 1610., quibus promittebantur diligentiæ pro hujus Ordinis restauratione. Verum anno 1612. injuncta fuit eidem prohibitio faciendi Indulgentiarum Mercaturam, sub pena di amenda *arbitraria*. Siniscalcus de Moissac decrevit illius carcerationem, & Senatus Tolosæ injunxit, quod hoc Decretum executioni demandaretur.

Oliveirus Trau Dominus della Terrade postmodum se in gradu distinxit; ob-
56. tinuit enim a Pontifice Paulo V. & Gregorio XV. qualitatem Generalis cum supradictis conditionibus, & fuit independens ab illo Romę, mediante Bulla Urbani VIII. anno 1625. Tali igitur qualitate retenta, creavit Equites simpliciter Laicos, atque etiam Uxoratos.

Eodem tempore quidam Apostata ex Or-
57. dine Cappucinorum prodiit uti prætendens ad Commendam Generalem Montispessulani, qui ex se Equites creabat; hunc prædictus Terrade carceribus mancipare fecit per Officiales. Mortuo autem Terrada, Dominus Desecures, unus ex Comitibus Lugduni, qualitatem assumpsit Vicarii Generalis, ac Equites creavit, quemadmodum etiam alios plures, qui Officiales Ordinis vocabantur.

Rex cum Sententia Consilii status anno 1635. injunxit, quod facultates, privilegia, & translationes prætensorum Officialium Ordinis Spiritus Sancti
58. examinarentur ab Officialibus Parisiensibus, cum assistentia quatuor Doctorum in Sententia nominatorum: Cum alia pariter ejusdem anni, Majestas sua prohibuit cujcumque sumere qualitatem Generalis Ordinis Spiritus Sancti, & mense Januarii 1656. Desecures obtinuit Breve Cōmendæ, aut Præceptorię Montispessulani. Mense Maii Rex nominavit Commissarios ad examinandum Titulos, Bullas, & Provisiones illorum, qui prætendebant esse Generales, Commendatores, Officiales, & Religiosi hujus Ordinis. Officialis Parisiensis, cum Sententia ejusdem anni prohibuit d. Desecures, assumere qualitatem Generalis Coadiutoris, Commendatoris, aut Religiosi Ordinis Spiritus Sancti, nec deferre Insignia, aut aliquam functionem gerere, sub pęna excommunicationis
59. *ipso facto*, quibus non obstantibus permissum ei fuit cum magni Consilii Sententia 3. Septembris 1658. possessionem capere Commendæ Montispessulani, sub conditione obtinendi Bullas intra sex Menses. Illas ab Alexandro VII. obtinuit, & possessionem cepit Commendæ 1659., cum qualitate magni Magistri Ordinis. Cum Sententia die 16. Octobris, ejusdem
60. anni Officialis illum declaravit excomunicatum, eo quia sumpserat qualitatem Superioris hujus Ordinis, declaravitque nullas Professiones in ejus manibus emissas; in pœnam centum librarum damnavit, & Carcerum per sex menses, & ad recitandum detecto capite, flexisque genibus septem Psalmos. Cum alia sententia, ut dicunt, *di Chatelet* Parisiensis 29. Augusti 1667. damnatus fuit *à etrè mandè*, *&* *blame*, nudato capite, flexisque genibus, & fuit prohibitus sumere qualitatem generalis, & cum sententia Parlamenti die 29. Maii fuit Bannitus per annos novem.

Rex

Rex cum suo, ut nuncupant, Brevetto die 31. Septembris ejusdem anni con-
61. tulit Commendam Montis Pessulani Domino Rousseau de Bazoche Episcopo Cæsareç Consiliario in Senatu Parisiensi. Quidam nominatus Campan prætendebat possessionem hujus Commendæ: Desecures semper tenuit easdem Prætensiones: sed cum Sententia Consilii Status, die nona Septembris 1669. Episcopus Cæsareç conservatus fuit in Possessione hujus Commendç, contra Campan, & Desecures.

Cum Sententia magni Consilii die 27. Aprilis 1671. injunctum fuit, quod celebraretur Capitulum Generale hujus Ordinis. Rex cum alia Sententia Consilii Status mense Maii eodem an-
62. no confirmavit illam magni Consilii, ordinavitque, quod non obstante quod Romç recusatum fuerit expedire Bullas Episcopo Cæsareæ, hic Prçlatus recognosceretur in Generalem Ordinis ab omnibus Religiosis utriusque sexus, Equitibus, Commendatoribus, & aliis Personis Ordinis, quodque Capitulum Generale celebraretur.

Obiit eodem anno Episcopus Cæsareæ, Bullis non obtentis, & post illius mortem Dominus Morin de Colombier Eleemosinarius Regis obtinuit cum Litteris Apostolicis Clementis Papæ X. de Mense Februarii 1672. Montis Pessulani Commendam vacantem post annos quadraginta, quemadmodum ille exposuerat, cum onere sumendi Habitum, & Professionem emittendi Regularis Ordinis Spiritus Sancti.

Commenda hæc fuit eidem *consestèe*; hincque apparet, quod omnes illæ divisiones, quæ acciderunt inter illos, qui se prætendebant Superiores, Commendatores, & Officiales hujus Ordinis, quorum major pars nullum Titulum legitimum habebant, loco restituendi hunc Ordinem in Gallia in antiquum decus, potius eorum gestis ignominiosum reddebant, & cum abusibus, quos committebant in receptione horum Equitum, indiscriminatim omnes illos admittendo, qui
63. majorem pecuniarum summam præstarent, atque ideo hoc Regem cogeret ad locandum hunc Ordinem Spiritus Sancti Montispessulani in numero eorum, quos Majestas sua extinctos declaravit in totum, & suppressos, in jurç, in Edicto suo Regio mense Decembris anni 1672., & ad illum uniendum cum illo Sancti Lazari.

Hoc Edicto non obstante, Dominus de Colombier de mense Januarii 1673. obtinuit Litteras à Francisco Maria
64. Phæbus Archiepiscopo Tarsensi Commendatore Hospitalis Romani, & Generali Ordinis Spiritus Sancti, quibus litteris eundem statuebat Vicarium suum Generalem, & Visitatorem in Gallia, & in adiacentibus Provinciis; quod in causa fuit, ut moram spatio octo annorum duxerit *à la Bastille*.

Alii Equites Sancti Spiritus in registra-
65. tione hujus Edicti, se magno Consilio opposuerunt: Continvaverunt proinde ad conferendum, & recipiendum Equites. Dominus de la Coste se nuncupare faciebat magnum hujus Ordinis Magistrum, cum fuerit ab Equitibus canonicè electus. Verum Majestas sua duabus sententiis Consilii Status annis 1689., & 1690. prohibuit huic magno Magistro impo. sterum talem qualitatem assumere, ac Crucem deferre, & Ensem, tam illi, quam suis, declaravitque nullas, & nullius effectus omnes receptiones asserrasque Provisionis Litteras ab ipsis expeditas post Edictum anni 1672. jussit.

jussitque, ut non attentis eorum op-
positionibus executioni demandaretur
ejus Edictum.

Equites Sancti Lazari, quibus hucusque
66. in obtinendis iis omnibus, quæ de-
sideraverant, facilitas ariserat, in ma-
gnas postmodum difficultates incide-
runt, in executione præfati Edicti.
Religiosi siquidem Professi Ordinis
Spiritus Sancti se junxerunt Equiti-
bus ejusdem Ordinis ad effectum in-
tervertendi cursum earum rerum, quas
illi Sancti Lazari aggrediebantur. Equi-
tes Sancti Spiritus Regi offerebant
eorum sumptibus colligere, ac ma-
nutenere un *Reggimento*, ut dicitur,
ut contra Inimicos Status agerent.
Religiosi autem Professi, qui erant in
possessione plurium Domorum Con-
ventualium in Regno, ubi ipsi non
omiserant recipere Filios expositos,
prętendebant, quod eorum status
sufficiens erat ad destruendum totum
id, quod suppositum fuerat pro con-
secutione prę fati Edicti. Allegando
ulterius, quod ipsi nunquam depen-
dentes fuerunt ab Hospitale Montis
Pessulani, sed semper suppositi fue-
runt Jurisdictioni Præceptoris Hospi-
talis Romani, atque ita, quod Rex
non intellexerat ab illis tollere eo-
rum Jus, cum Majestas sua median-
te suo Edicto, expresserit supprime-
re Ordinem, quem credidit in to-
tum extinctum, qui erat sub Titulo
Montis Pessulani.

Fuerunt favorabiliter auditi; unde Rex
67. deputavit Commissarios 1691. pro
examine sui Edicti, & acceptavit 1691.
oblatas ab Equitibus Militum Copias,
& ut dicitur *il Reggimento*. Domi-
nus itaque de Boulay Vicarius Ge-
neralis hujus Ordinis in Spirituali-
bus, & Dominus Granduoynes Com-
mendator Domus Conventualis de
Stephandfeld in Alsatia, deputati
fuerunt ad solicitandum hujus Or-
dinis restaurationem. Primus quidem
pro Clericis Secularibus, & secundus
pro Religiosis Professis, & Dominus
de Belegny Commendator, & Admi-
nistrator Generalis pro Equitibus.
Eorum autem instantiæ felicem exitum
sortitæ fuerunt, quoniam Rex anno
1693. revocavit suum Edictum d. an-
ni 1672. Rursus constabilivit hunc
Ordinem, restituitque eidem bona
omnia, quæ unita fuerant Ordini San-
cti Lazari, & in magnum Magistrum
nominavit Abbatem de Luxeburgo
Petrum Hensi Thibaud de Montmo-
renci Abbatem Commendatarium Ab-
batiarum de Orcamp, & Sancti Mi-
chaelis.

Videbatur, quod post hæc Equites
nullum amplius circa eorum sta-
tum detrimentum timere possent;
68. eorum numerus de die in diem
augebatur. Homines nullum Jus le-
gitimum habentes, sub prætextu Ti-
tulorum, quos sibi tribuebant Vica-
rii Generalis, Cancellarii, Vice Cancel-
larii, atque etiam Vicarii Generalissi-
mi, novos Equites creabant, in plu-
res partes divisi erant. Aderant qui
Titulum Equitum Antianorum prę-
tendebant, qui considerabant alios, uti
intrusos in Ordinem. Inter hos E-
quites Antianos aderant illi, qui pri-
mi Officiales *di Spada* nominabantur.
Aderant Equites ex Gratia, Equites
Obedientiæ, Equites Servientes, ac
Officiales Minores.

Usque à die 15. Februarii 1692. cele-
braverant Capitulum apud magnos
Augustinianos Parisiis, in quo inter cæ-
69. tera statuerant, quod nullus in
Equitem reciperetur, nisi solveret Or-
dini saltem summam librarum sexcen-
tum; Equites ex gratia solverent 1200.
libras; & Equites Obedientiæ servien-
tes, & alii modici Officiales 400. libras.
Sed

Sed Religiosi interverterunt prædicto-
70. rum facta, quoniam vix Rex decreverat Ordinis restaurationem anno 1693., statim illi insurexerunt contra Domum Magistralem Montis Pessulani, quam antecedenter reprobaverant. Propugnarunt itaque, quod Ordo Spiritus Sancti erat simpliciter Regularis, quodque Militia novum erat seculi inventum ad effectum usurpandi administrationem bonorum Ordinis, hocque motivum fuit, propter quod Rex Commissarios deputavit pro executione ultimi sui Edicti. Ex parte Equitum allegata fuit eorum prętensa antiquitas deducta usque à tempore Sanctæ Marthę, neque Equites omiserunt producere prętensum Capitulum Generale tentum Montis Pessulani anno 1032.

Rex die decima Maii 1700. decidit in favorem Religiosorum, atque ita Ordo Spiritus Sancti declaratus fuit simpliciter Regularis, & Hospitalarius, mediante Sententia Concilii Status, & Majestas sua prohibuit omnibus illis, qui usurpaverant qualitatem Superiorum Ufficialium, & Equitum prętensi Ordinis Militaris Spiritus Sancti Montis Pessulani, ne imposterum hanc sumerent qualitatem, neve Insignia hujus prætensæ Militiæ deferrent, neque Litteras darent, aut Provisiones Commendatoris Cancellarii Ufficialis hujus Ordinis. Præterea Majestas sua injunxit, quod Decretum ab eo factum favore Abbatis de Luxemburgo, in quo magnus Magister creabatur, nullum, nulliusque effectus haberetur: ac distulisset judicare super Religiosorum petitionibus quoad repositionem in possessione Domorum hujus Ordinis, ac Bonorum, quæ unita fuerant Ordini Sancti Lazari, quousque per Majestatem suam provisum fuerit restaurationi d. Ordinis, magnoque Magisterio Regulari Spiritus Sancti Montis Pessulani.

Post obitum Abbatis de Luxemburgo, qui juxta Sententiam Consilii Status in manibus Regis remiserat Decretum
71. prædictum magni Magistri Spiritus Sancti Montis Pessulani, nova promota fuerunt motiva apud Regem pro repositione hujus Ordinis ad suum statum: Majestas sua cum Decreto Consilii Status die 16. Januarii 1701. deputavit Cardinalem de Noallies Archiepiscopum Parisiensem, Bousset Episcopum de Meaux, Patrem della Chaise Abbatem Bignon de Reyne de Marillac, & de Aguesseau, ad examinandum Bullas, Patentales Litteras, Declarationes, Sententias, aliosque Titulos ad hunc Ordinem spectantes, eorumque Votum proferre; conveniens esset, & posset constabilire Commendam Generalem Spiritus Sancti Montis Pessulani cum suis dependentiis, quęque præcautiones capi possent tali casu pro regimine tum Spirituali, quam temporali hujus Ordinis; & an magis congruum esset Bona, & Reditus, in usus Pietatis vertere: ac duobus Decretis die 24. Novembris 1704. & prima Junii 1707. Majestas sua nominavit in Relatorem Dominum Laugeois Imbercourt Magistrum Supplicationum.

Anno 1707. Dux de Chatillon Paulus Sigismundus Montmorenci cum ex-
72 postulasset à Rege Magnum Magisterium hujus Ordinis, Majestas sua promisit, quod recognoscere faceret hujus Ordinis, & Militiæ qualitatem. Consulvit plures Doctores Sorbonę novem celebres Advocatos, & non nullus alias Personas, quæ omnes in sensu fuerunt Ordinem in sui Origine fuisse Laicum, & secularem, & deinde progressu temporis, evasisse mistum compositum, ex Personis

sonis Laicis pro administratione temporalium, ac ex Clericis Regularibus pro Administratione Spiritualium, nec esse inconveniens, quod Laicus esset magnus Magister hujus Ordinis, quemadmodum datur exemplum plurium Ordinum Militarium, qui licet componantur ex Equitibus Laicis, ac ex Religiosis, nihilo tamen minus à magnis Magistris Laicis gubernantur.

Religiosi Ordinis Spiritus Sancti, qui videbantur soliciti, quod hæc Militia
73. non firmaretur, quoniam rem disputaverant anno 1693., & ex causa eorundem instantiarum Rex, mediante ejus Sententia die decima Maii 1700. declaraverat eorum Ordinem simpliciter Regularem, & nullo modo Militarem; nihilominus se univerat d. Duci Chatillon: unde in supplicatione Regi porrecta, licentiam petierunt à Majestate sua, exponendi, quod ipsi non intendebant insistere in Sententia, nec uti Sententia lata die decima Maii 1700. quoad paragraphum, ubi dicitur, reputari hunc Ordinem mere Regularem; sed solum uti paragrapho, in quo excluduntur ab isto Ordine prætensi Commendatores, Officiales, & Equites, qui tunc erant absque charactere, & sine Titulis legitimis, quorum major pars erat magis apta ad ferendum dedecus Ordinis, quam ad constabiliendum eundem, ac consentiebant, quod hic Ordo esset, sicuti fuerat in sua institutione, compositus ex Religiosis duarum specierum, Laicorum scilicet pro Administratione rerum temporalium solummodo, quique Ordini obstringerentur cum Votis Obedientiæ, ac Hospitalitatis erga magnum Magistrum Laicum Ordinis; ac pariter Clericorum pro Administratione rerum Spiritualium, istique obstricti essent cum Votis Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, inservientes denique Pauperibus. Supplicaverunt quoque Majestatem suam, ut conservarentur Commendatores Professi hujus Ordinis in exercitio Jurisdictionis Spiritualis, quoad Religiosos Hospitalarios, & Religiosas Hospitalarias Ordinis, & quod pro tali effectu injungeretur magno Magistro per Rescriptum Majestatis suæ, ad constituendum magnum Priorem Ecclesiæ, & Visitatorem Generalem, qui deberet esse Presbyter Religiosus Ordinis, qui postmodum confirmaretur à Pontifice.

Post hunc consensum Religiosorum,
74. qui restaurationem Militiæ expostulabant, magnumque Magistrum Laicum, videbatur Regem revocare debere Sententiam suam diei decimæ Maii 1700, quæ declarabat Ordinem simpliciter Regularem, & quod recognoscere deberet Militiam hujus Ordinis. At Majestas sua, mediante alia Sententia Consilii Status, die quarta Januarii 1708. confirmavit præcedentem diei decimæ Maii 1700., cujus formam, & tenorem injunxit executioni demandari, & per consequens, quod constabiliretur, & observaretur Hospitalitas in Commenda Generali magni Magisterii Regularis Ordinis Spiritus Sancti Montis Pessulani à Commendatore Generali, magno Magistro Regulari, qui ibi incessanter constabilitus esset.

Satis in hoc nunquam, inquit *Pater*
75. *Heliot*, laudari potest Judicium, Justitia, & Æquitas Regis Defuncti, qui judicavit, ac decidit Ordinem esse Regularem, quoniam hic est ultimus Status, in quo reperitur, & in utraque lege axioma est, quod in hisce rebus ultimus Status quæstionem resolvit, ultimus status attenditur.

Revera hic Ordo in sui Origine fuerat

rat Laicalis, & Secularis; postmodum evaserat mistus, hoc est compositus ex Clericis, & Presbyteris, Religiosis, ac ex Laicis. Termini Comendatoris,
76. Responsionis, & alii, quibus utebatur Ordo, qui sane termini solum in usu sunt in Militaribus Ordinibus, satis probant, quod Ordo, uti Militia recognoscebatur: sed hæc Militia suppressa fuit à Summo Pontifice Pio II. anno 1459. & Ordo evaserat simpliciter Regularis, ut clarum est ex Bulla Sixti IV. anno 1476. à Nobis jam allegata, & à Regula hujus Ordinis impressa anno 1564. de Ordine Generalis Bernardini Cirilli, quam direxit omnibus Fratribus Ordinis, fecit clare cognoscere cum his verbis
77. omnes ipsos esse vere Religiosos; ibi - *Sponte Nos ipsos obtulimus, & Sancto Dei Spiritui, Beatæ Virgini, & & Dominis Infirmis, ut perpetui essemus eorum Servi, Castitatem, Paupertatem, Obedientiam, & humilem patientiam; actu libero, nemine cogente, jurejurando, solemni Voto sumus polliciti*. Attamen hæc Regula de Religiosis Laicis verba facit, hoc est de Personis vere Religiosis, quę destinatę non sint Functionibus Ecclesiasticis. Verbum Laici est in usu pene in omnibus Ordinibus, ad denotandum hoc genus Personarum, & ad hoc etiam, ut isti possint esse Commendatores in illo Spiritus Sancti: dicitur enim, quod quando Commendator erit Laicus, corrigere non poterit Clericum, sed spectabit ad Cardinales, qui nominabuntur ad ta-
78. lem effectum à Pontifice; ibi - *Correctio vero Clericorum, & specialiter aliorum ad Receptorem Laicum non pertineat, sed ad Cardinales, quibus à Domino Papa ipsa Domus fuerit commendata*. Si autem in principio decimi septimi Seculi Supremi Pontifices Domui Montis Pessulani restituerunt Generalatum, quem ab eis abstulerant; non tamen intenderunt, quod isti Generales Militiam Ordinis renovarent, creando Equites simpliciter Laicos, atque etiam uxoratos. Ipsi siquidem è converso Ordinem hunc, uti simplicem Regularem, recognouerunt, quia obligaverunt Commendatores Montis Pessulani, quibus Bullas concesserunt, ad assumendum Habitum Religiosum hujus Ordinis, & ibi Professionem emittere. Omnes autem Commendatores Spiritus Sancti Montis Pessulani, qui successerunt post annum 1619., quo Terrade primus qualitatem Generalis hujus Ordinis in Francia sumpsit, nec ipse, neque alius executioni demandarunt intentionem Pontificum, qui etiam Bullas nonnullis negaverunt concedere. Atque ita omne id, quod isti Commendatores egerunt cum d. qualitate Generalium, nullum extitit, quia legitima auctoritate carebant, & contra Pontificum voluntatem operati sunt, Militiam stabiliendo, quæ à Pio II. suppressa fuerat. Hæc est ratio, ob quam licet anno 1700. adessent Equites Laici, & Presbyteri Religiosi, nequaquam erat suus verus status, ac ultimus, qui attendi debebat. Ordo semper fuerat simpliciter Religiosus, post suppressionem Militię hic suus ultimus status erat, ad quem Rex respectum habuit - *Ultimus Status attenditur*.
Presbyteri hujus Ordinis sunt qualificati Canonici Regulares, in pluri-
79. bus supremorum Pontificum Bullis: Saunier enim prætendit fuisse Papam Eugenium IV., qui submisit Regulæ Sancti Augustini, præter illam Guidi ejus Fundatoris. Cardinalis Petrus Barbo hujus Pontificis Nepos, primus fuit, qui licet non esset ex hoc Ordine

Ordine, factus fuit Commendator, ac Præceptor Hospitalis Spiritus Sancti Romæ, & sic Generalis totius Ordinis, hocque usque ad præsens duravit, scilicet, quod Commendatores hujus Hospitalis fuerunt Personæ distinctæ natalibus, quibus Pontifices hanc contulerunt Dignitatem pro eorundem meritorum compensatione. Ordo Sancti Benedicti unum fundavit, Sancti Augustini alium, Servorum pariter unum, Montis Oliveti duo, Cartusianorum unum. Usque ad
80. pręsens fuerunt circiter septuaginta post Comitem Guidum Montis Pessulani Fundatorem Ordinis, inter quos unus numeratur Pontifex, sex, aut octo Cardinales, duo Archiepiscopi, duodecim Episcopi. Alexander Neroni, qui erat Commendator Generalis anno 1515., fuit primus, cui Pontifex concessit Habitum violaceum cum Mozeta, & Mantelleta, ut deferunt Romæ Pręlati, quem Habitum semper detulerunt, nisi forte ex alio Ordine fuerint, quo casu retinent etiam Prælati Religiosi colorem Habitus eorum Ordinis. Comendatores isti regulariter loquendo, non emittunt Professionem Ordinis, nisi in fine anni, nisi ob aliquod motivum differant, aut nisi illos Pontifex dispenset. Deferunt tamen super eorum Habitu Crucem Ordinis. Prior Domus Hospitalis Spiritus Sancti Romæ secundum locum tenet in Ordine, atque Vicarius Generalis.

Ordinis hujus Religiosi Vestem defe-
81. runt, ut deferunt Ecclesiastici, solumque Crucem gerunt ex tela alba duodecim acuminibus, deferuntque in parte sinistra eorum Vestis, eorumque Palii. In Choro autem æstivo tempore deferunt superpelliceum cum Mozeta, ex panno nigro subsuta cærulei coloris, & desuper Crucem Ordinis: hiemali tempore deferunt magnum *Camail* cum Cappa nigra subsuta cum cæruleo colore: Globuli autem, vulgo Bottoni *d. Camail* sunt pariter cærulei. In Gallia deferunt semper Mozetam sub Brachio, ex panno nigro subsutum, ac circumornatam ex nigro colore. In Italia, aliquando super humeros deferunt. In Polonia Mozettam non adhibent., sed desuper eorum superpelliceum, speciem quandam Mozettæ gerunt coloris violacei, sine cappucio, nec est rotundæ formæ, ut cæteræ, sed à posteriori parte descendit in acumen. Comendatores deferunt in anteriori Subtanæ parte auream Crucem smaltata ut dicitur, albi coloris. In Choro autem gerunt Mozetam *de Moire* violaceam æstivo tempore; hiemali autem un *Camail* ejusdem coloris.

Religiosæ de Urbe, solum Clausurę le-
82. ges servant major siquidem earum pars in iisdem morantur Hospitalibus, ut faciunt Religiosi: sic est in Besantone, aliisque locis. Exdem aliquando in aliis Domibus solæ sunt, veluti *Barsur Aube Neuf Chateau*, aliisque locis. Officium magnum juxta usum Ecclesię Romanę recitant: major pars in Choro gerit Capitularem Vestem nigram, in qua Crux alba adest, sicuti etiam super eorum Vestes cum Velo nigro, aut speciem di Cappa, & in Domibus gerunt Velum album. Illæ quę sunt in dictis locis di Barsur Aube, in Cæremoniis, & in Choro velum gerunt nigrum, di *Stamigna*, super quo adest etiam Crux Ordinis. Domus hujus Ordinis adsunt Romę, Tiburis, Formelli, Tolentini, Viterbii, Anconæ, Eugubii, Florentiæ, Ferrarię, Alexandriæ, Nurciæ, aliisque Italiæ Civitatibus pluribus. In Gallia principaliores

sunt Montis Pessulani à Dyon Besanson Poligni Bar sur, Aube, & Stephanfeld in Alsatia; tres vero solum sunt in Regno Poloniæ, quarum præcipua est Cracoviæ, quæ primum fundata fuit in Pradnik Yues Episcopo Cracoviensi anno 1221.: sed cum hęc Domus, quæ erat etiam Hospitale, sæpe adiri non posset à piis Personis pro sublevamine Pauperum, ex quo nimis longe à Civitate Cracoviç aberat; idcirco ad illam Civitatem transtulit anno 1244.

Ex una parte hujus Hospitalis adest Monasterium Religiosarum: aliquæ etiam sunt in Germania, Hispania, ac etiam in Indiis. Quamvis in Civitate Memingen in Suabe recepta fuerit confessio Ausbourg, quodque major habitantium pars Luteri erroribus, pravisque sensibus adhęreant, adest nihilominus Hospitale Ordinis Spiritus
83. Sancti, ubi Religiosi Ecclesiam apertam retinent, & publice Sanctissimum Sacramentum Ægrotis deferunt, etiam in Domibus Protestantium, in quibus adsunt Catholici. Bonorum hujus Hospitalis administratio est apud Magistros Civitatis. Religiosi autem solum curam habent Ægrotorum. Hospitale hoc tenet manutentionem illius de Wimpffen ejusdem Ordinis, quod est etiam Suabe.

Crux cum duodecim acuminibus, quam
84. Canonici isti Hospitalarii in eorum vestibus deferunt, est quid novum. Antiquitus deferebant simplicem, pene ut Crux est Lotaringiæ, & ut deferunt Religiosi Ospitalarii Hospitalis Dieu Constantiensis, qui cum eorum Crux, quę pariter est ex Tela alba, & idem Hospitale Dieu dicatum sit Spiritui Sancto, tentarunt incorporari Ordini Spiritus Sancti Montis Pessulani, & ita mediante hac incorporatione se subtrahere à Jurisdictione Episcopi Constantiensis, cui ipsi subiecti sunt. Verum plures adsunt Sententiæ Consilii, & Senatus Normandię, quæ eisdem prohibent assumere qualitatem Canonicorum Regularium Ordinis Spiritus Sancti, & Mozzetam deferre. Hujusmodi Hospitalarii Constantiæ instituti fuerunt anno 1209, sub Titulo Clericorum Regularium Ordinis Sancti Augustini ab Ugone de Moruille Episcopo Constantiensi, ad effectum inserviendi Hospitali Dieu illius Civitatis; dictusque Pralatus assignavit anno 1224. Regulas, quæ semper servatæ fuerunt usque ad præsens. Religiosi prædicti sunt semper numero duodecim, quorum sex in Hospitale morantur; alii exercent curas ab illo dependentes.

Ordo Spiritus Sancti pro Stemmate tenet Crucem argenteam duodecim acuminibus, & in medio Spiritus Sanctus argenteus in campo aureo, in nube cœrulea; & ita ecce totum id, quod circa hunc Ordinem extractum, & recollectum fuit *à Patre Heliot*, cujus immensam Lecturam nunquam satis admiramur.

Nos, ut pręlaudati *Patris Heliot* Historicæ Narrationes, & Notitiæ omnibus innotescant, & supradicta Gallica Dissertatio patens reddatur, utque commode legi possit, illam latino idiomati tradidimus. Dictus *Pater Heliot* est Auctor egregiorum Voluminum lingua Gallica scriptorum, sub titulo - *Historia Ordinum Monasticorum*, *Religiosorum*, *& Militarium*, subticito tamen in cunctis ejus nomine: sed revera fuit *d. Pater Heliot*, quæque omnia Volumina in octo Tomos in nostrum Italicum idioma translata fuerunt *à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanensi Congreg. Matris Dei impressa*

pressa Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini sub anno 1737.

DISCURSUS CCVII.

SPIRITUS SANCTI RECTI DESIDERII IN REGNO NEAPOLIS

Non indiget Argumento,

Neque Summario.

HIc Ordo Spiritus Sancti Recti Desiderii magis communiter nuncupatur Ordo *Nodi*. Hic institutus fuit à Ludovico Andegavense Principe Taranti anno 1352. in memoriam, quod ipse Coronas Regni Hierusalem, & Siciliæ susceperat solemni die Pentecostes. Ne igitur eadem pluries repetamus, videatur noster Discursus super *Ordine Nodi* supra in hoc Tomo *Discurs. 137. pag.* 180., nec non ea, quæ tradit *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 3. sub §. 64. Les Chevaliers du Noeud appellez ainsi du Saint Esprit, au Droit Desir pag.* 408. *cum seqq., & tom.* 4. §. 97. *les Chevaliers du S. Esprit en France pag.* 158. *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721.

DISCURSUS CCVIII.

SANCTI SPIRITUS IN SICILIA

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget,

DE institutione hujus Ordinis Sancti Spiritus in Regno Siciliæ nullum Nobis Scriptorum Monumentum innotescit, præter illud, quod compendiarie legimus apud *Dominum Joannem Fridericum S. R. I. Comitem in Koden Sapieha Equitem Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia in Corollario celebriores in Christianitate Ordines continente, in verbo Sancti Spiritus pag.* 329. quod Corollarium impressum est in calce Voluminis ejusdem Auctoris, cui Titulus - *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impress. Coloniæ apud Adamum Cholinum* 1730. Sane Nobilis hic Auctor sic inquit - *Sancti Spiritus Ordo in Sicilia institutus anno millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo à Ludovico Siciliæ Rege, exolevit.* Videatur sequens Discursus.

Si hic Ordo adhuc perduraret, Magnum illius Magisterium esset penes Regiam Majestatem Regis Siciliæ.

DISCURSUS CCIX.

SQVAMÆ, SEU DELLA SCAMA

ARGUMENTUM

In Hispania viguit olim Ordo sub Titulo *Squamæ*. Quid vere significet hoc Vocabulum, non liquet: adducitur tamen multiplex hujus loci explicatio apud Scribentes; fuitque institutus Ordo, ut pugnarent contra Mauros.

SUMMARIUM

Habetur ex Argumento.

REtroactis Seculis erectum fuisse in Hispaniis Militarem Ordinem sub titulo *Della Scama*, *vel Squama*, referunt Scriptores *Pater Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 102. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 3. §. 55. *pag.* 313. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Dominus Jo. Fridericus Comes in Koden Sapicha Eques Aquila Alba in Regno Polonia in Corollario omnium Ordinum impress in calce Tractatus ejusdem Authoris sub Titulo Adnotationes Historica de Origine &c. Equestris Aquila Alba in Regno Polonia impress. Colonie Typis Adami Cholini* 1730. *in Verbo Squama, seu Scama pag.* 322. *Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. seu Jus Canonicum tom.* 2. *litt. S. Tit. de sum. Trinit.*, *& Fide Catholica* §. *Notitia n.* 99. *pag.* 744. *juxta impress. Salisburgi Typis Jo. Josephi Mayr* 1729.

Quid vero Vocabulum illud *Scama* significet, curiose, sed in cassum indagasse testantur *Hieronymus Romanus par. pr. Reipub. lib.* 7. *cap.* 12., sicut & *Menennius*, de quibus meminit *d. Pater Bonannus d. n.* 102. *d. Laurentius Vigilius de Nicollis pag.* 744.

Verum fas sit animadvertere, quod fortasse æquivocum ex errore Typographi, vel primi Amanuensis irrepsit, qui loco *Squama*, omissa, & immutata littera, scripsit *Scama*. Nisi dicere velimus, quod probabilitate non caret, adhibitam fuisse dictionem *Scama* in sensu, quo illam exponit *Vocabularium Latinum, & Lusitanum Patris Benedicti Pereyra e Societate Jesu*: in verbo enim *Scama, Scamatis, sive Scama, Scamę* explicari inquit *Os escre mensos, onus ventris, item O pezo da Balança l. Inç. 6. Antiq.*

Vel in sensu, quo *Jacobus Facciolatus* explicat in suo *Vocabulario* in verbo *Scama*, *Scamatis*, videlicet *Spatium in Stadiis, linea, vel fossa descriptum*, ultra quod certantibus progredi non licet: *Cel. Aurel. lib.* 1. *cap.* 1. In Arena spatio, quod appellatur *Scama*. Pro ipso certamine posuit *Tertullianus*, cum inquit *ad Martyr. cap.* 3. *Epistates vester, vos spiritu unxit, & ad hoc Scama* produxit. Sed clarius Dominicus Magri in *Hierolexico* verbo *Scama Venetiis* 1712. *apud Baleonium*. Hinc eruditissimus *Laurentius in Polymathia lib.* 3. *de Gymnastic. Synops.* 17. *pag.* 270. affert Proverbium. *Scamate egredi*: *Lugduni apud Laurentium Anisson* 1666.

Atque ita videtur Institutorem Ordinis tribuisse suo Ordini prędictum Vocabulum, ut allegorice significaret, quod Equites eorum strenuitate Mauros, Infidelesque, qui vere erant Quisquiliæ Populorum misere eosdem fœdantes: generose essent è Regno expulsaturi, & ad justitię pondus res reducturi, sicut & Regni fines ser-

vatur

vaturi, certando contra eosdem Mauros, & Infideles.

Cæterum Scriptores, qui speciatim, & unice appellant Ordinem *Squama*, sunt *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quæst* 4. *n.* 98. *Abb. Justinian. Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. sec. cap.* 50. *pag.* 615. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù anno* 1692.

Est autem Squama Corium Piscis, aut Serpentis, juxta illud magni Poetæ *Ænead.* 11. *Arrectisque horret Squamis, & sibilat ore*, & tradit *Ambrosius Calepinus in suo Dictionario, in verbo Squama Squamarum*.

De quo tempore fuerit institutus hic Ordo, & quis fuerit Institutor, certe non liquet. Sunt enim, qui ut de re ignota nihil afferunt: sunt qui confusim scribunt fundatum fuisse anno 1316., vel 1318., vel 1420., ut videre est apud *Mendo*, *Collectorem Gallum*, *Bonannum*, & *Justinianum* superius allegatum, qui subdit, magis comunem opinionem tenere, secutam fuisse institutionem dicto tempore 1318.

Sunt, qui secutam fuisse sub Rege Joan. ne II. qui vivebat circa dictum annum 1420., de quo tempore floruisse ajunt Ordinem: *d. Justinianus, d. Bonannus & Comes in Koden Sapieha d. n.* 102. *De Nicollis*, *Collector Gallus* superius recensiti.

At, quod ignoretur positivus fundator, inquit *d. Justinianus d. pag.* 125.

Imo de hujus Ordinis fundatione dubitative loquitur Historia omnium Ordinum Monasticorum, & Militarium Gallice scripta, & per *Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei in italicum idioma translata tom.* 8. *cap.* 43. *pag.* 306. *juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini* 1739., ubi sic loquitur - *Vi sono degli Autori, i quali pretendono, che vi sia stato in Castiglia un' Ordine Militare sotto il nome di Squama*.

Præscripsit Fundator, quicumque fuit, in Ordinis Tesseram, ab Equitibus gestandam Crucem planam Squamatim confectam: *Mendo d. n.* 98. cum aliis supra allegatis *à Collectore Gallo d. pag.* 313. *Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani in Libello - Notitia Istorica del Pontificio, & Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati pag.* 61. *§. Così a Cavalieri dell' Ordine della Squama juxta impress. Taurini Typis Dominici Paulini* 1695. ubi ait, quod fuit *Cosa molto misteriosa, e che il Menennio, ed altri confessano non averne potuto penetrare il vero fondamento*.

Fuisse autem d. Crucem ex Squamis cœrulei coloris, scribit *d. Bonannus d. n.* 102. in columna latino idiomate.

Diversimode autem, scribit idem *Bonannus ibidem* in columna italica lingua exarata, scilicet fuisse Crucem Squamatam rubei coloris, prout etiam testatur *d. Abb. Justinianus d. pag.* 625.

Deferebatur ab Equitibus d. Crux super Togam candidam, ut referunt dicti *Bonannus, Comes in Sapieha, Collector Gallus, Pater Fontana, Justinianus, Mendo præallegati, & dic. Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani d. pag.* 61.

Figura ejusdem Crucis habetur penes *Justinianum d. pag.* 615. *Bonannum d. n.* 102. *Collectorem Gallum d. pag.* 313.

Sicut & Figura Equitis cum d. Veste, & Cruce videri potest apud *d. Bonannum*, & *Collectorem Gallum d. pag.* 313.

Fuit

Fuit fundatus hic Ordo, ut Equites pugnarent contra Mauros, & Infideles, Fidemque Catholicam, & Regnum tuerentur: *d. Mendo n. 98. d. Bonannus, Comes in Koden Sapieha, de Nicollis, & Justinianus* ubi supra.

Vovebant Obedientiam erga magnum Magistrum: *d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 313. d. Justinianus pag. 626. d. Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani d. pag. 61.* ubi quod *Votavano questi Militi la difesa della Fede Cattolica, e di morire bisognando, per ampliarla; obedienza al loro Maestro, che sarebbe il gran Monarca delle Spagne, se l'Ordine fosse ancora in piedi, e di più erano tenuti a discacciar i Mori dal Regno.*

Recipiebantur autem Equites in Ordine sub Ritibus, & Moribus, quibus recipiuntur Calatravenses, quorum Constitutionibus se conformaverunt: *Justinianus d. pag. 626. d. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 313. d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 313.*

Non constat fuisse confirmatum hunc Ordinem à Sede Apostolica: *d. Collector Gallus, & Justinianus* locis allegatis.

Floruit idem Ordo Rege Fundatore vivente, quo defuncto defecit pariter Ordo, ut inquit *d. Bonannus d. n. 102. d. Comes in Koden Sapieha d. pag. 313. de Nicollis d. pag. 145. Collector Gallus d. tom. 3. pag. 313.*

Si duraret Ordo, magnum Magisterium spectaret ad Reges Hispaniarum; cumque haberet Constitutiones ad formam Calatravensium, idcirco quoad Catalogum magnorum Magistrorum recurri potest ad Catalogum magnorum Magistrorum Ordinis Calatravæ, qui est relatus in calce nostri Discursus 52. Tom. 1. incipiendo Catalogum, vel ab anno 1316., vel 1318., aut 1420. juxta diversitatem temporum, quæ Fundationi hujus Ordinis *Della Squama* tribuuntur à Scriptoribus, quos allegamus in præsenti *Discursu* §. *De quo tempore.*

DISCURSUS CCX.

STELLÆ,

SEU AB EA PENDENTIS ANCORÆ AUREÆ

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

IN Anglia, ut ejus in Mari vires magis magisque floreant, Classium Officiales Nobili etiam Tessera decorarentur, erigere excogitatum fuit novum Equestris dignitatis ornamentum, mediante novi Equestris Ordinis fundatione. Quam fundationem futuram refert Rerum novarum commentarius ille ephemeris hebdomatica, quam Nos *Gazetta, Foglio di Novelle* nuncupamus, quæ Folia variis Civitatibus Typis mandantur, & sic etiam in hac Civitate Forolivii Typis Achillis Marozzi Impressoris Forolivii in folio sub datum 30. Junii 1756. his præcisis verbis sub datum Londini 8. Junii currentis anni 1756. *Per maggiormente incoraggire gli Officiali di Marina, verrà stabilito un nuovo Ordine di Cavalleria sotto il titolo dell' Ancora d' Oro, da conferirsi a coloro, che si faranno distinguere nelle fazioni del mare. L' insegna dell' Ordine, che penderà da un cordone di colore ponsò, sarà un' Ancora d' Oro posta nel centro di una stella col motto* Bene fecisti.

DIS.

DISCURSUS CCXI.

STELLÆ IN GALLIA

ARGUMENTUM

Exponitur fundatio Equestris Ordinis Stellæ in Regno Galliarum, ostenditurque illum fuisse institutum à Roberto Rege Franciæ, & postmodum restauratum à Rege Joanne. Refertur obligatio Equitum, Eorum Insignia, tam de tempore Roberti, quam Joannis Regum, & demum narratur, quomodo hic Ordo fuerit extinctus.

SUMMARIUM

1. *Stella Equester Ordo in Gallia fuit à Roberto Rege fundatus anno 1022. sub Tutela Sanctissimæ Virginis Mariæ.*
2. *Robertus Rex fuit Princeps virtutibus exornatus, & Religiosissimus, & dicitur, quod obierit Sanctitate, & Miraculis clarus.*
3. *Equites Ordinis, comprehenso Rege, erant triginta.*
4. *Rex ipse fuit magnus Magister Ordinis.*
In Capella nuncupata Notre Dame Del Estoile *creavit Equites tres ejus filios, & alios tum Gallos, tum Exteros.*
5. *Vestem Equitibus statuit sericam albi coloris.*
6. *Stellam auream quinque radiorum in Tesseram statuit à Torque pendentem.*
7. *Scutum Ordinis statuit Galliarum Scutum cæruleum aureis liliis plenum, & coronatum corona regia, & clausa.*
8. *Torques itidem aurea, ter ducta, & quinque rosis intermixta.*
Forma d. Torquis ibidem refertur.
9. *Equites erant, comprehenso Rege, numero triginta, & Gallica Nobilitate, & extera etiam,* & n. 10., *ubi adducuntur exempla.*
11. *Equites tenebantur quotidie Coronam, aut aliam Rosarii partem cum aliis precibus pro Rege, & pro Statu recitare.*
Item quandam Orationem à Rege Roberto compositam pro ipso Rege, quæ ibi refertur.
12. *Referuntur exempla Principum adscriptorum ad hunc Ordinem,* & n. 13.
13. *Sanctus Ludovicus Rex fuit hujus Ordinis creatus Rex anno 1226.*
14. *Ordinem hunc fuisse institutum à d. Rege Roberto, negant; & sustinent fuisse institutum à Rege Joanne II., discordant autem in assignando annum Institutionis, & causam,* & n. 15. 16., & 17.
18. *Duos Ordines Stellæ fuisse, unum à Rege Roberto, alium à Rege Joanne fundatos, sustinent alii.*
19. *Reiicitur dicta opinio, & ostenditur Regem Joannem non instituisse de novo Ordinem, sed restituisse,* & n. 20. 21, & 23.
22. *Respondetur obiectioni afferta diversitatis Tesseræ, & ostenditur concordare.*
24. *Ordo hic, qua de causa fuerit institutus.*
25. *Joannes Rex ob devotionem erga tres Sanctos Reges Magos Ordinem Stellæ resarcivit sub eorum Patrocinio, & Stellam reduxit ad Stellam Sanctorum Magorum cum illis quatuor Litteris M. R. A. V. significantibus* Monstrant Regibus Astra Viam.
26. *Hic Ordo fuit etiam dictus Ordo Beatæ Virginis.*
27. *Ordinis Sedes fuit in loco Sant Oven.*
28. *Castitatis Coniugalis, & Obedientiæ magno Magistro Ordinis, Vota emittebant dicti Equites.*
29. *Magnus Magister Ordinis erat Galliarum*

liarum Rex pro tempore.

30. *Catholicam Fidem, Viduas protege. re tenebantur, Miseris succurrere, Ægrotos invisere, & Carceratos, & Mortuos sepelire.*

31. *In dictis piis operibus resplenduit hic Ordo, & illius residentia translata fuit ad Co, itatum di Alanson.*

32. *Hic Ordo temporum, & Bellorum injuriis detrimentum passus est, & tandem periit.*

33. *Et unitus fuit Ordini Sancti Michaelis.*

34. *Torquis forma tempore Roberti Regis, ac Clamydis Equitum affertur,* & n. 35.

36. *Tessera forma tempore Regis Joannis exponitur,* & n. 37.

38. *Figura Equitis Veste induti cum dicta Stella ornamento, similiter exponitur.*

39. *Ordo quando extinctus remanserit, diversimode tenent Scribentes,* & n. 40.

41. *Sic quoad modum extinctionis.*

42. *Sunt qui scribunt fuisse extinctum, ex quo Rex Carolus illius Tesseram imposuerit collo Ducis Custodum Palatii, qui dicitur* Capo della Sbirraglia, *ob quod Viri Nobiles Insignia Ordinis deposuerunt,* & n. 43.

44. *Inverisimile tamen dictum assertum ostenditur, & comprobatur non esse verum, Officium custodia esse vile; imo ostenditur fuisse officium Nobile, & dari solitum Viris sanguine Nobilibus, & Equitis Titulo jam insignitis,* & n. 45.

46. *Et Ludovicum XI. Regem etiam ex post contulisse Insignia Ordinis prædicti Stella suo Genero.*

47. *Quando extinctus remanserit hic Ordo.*

48. *Hic Ordo non erat proprie Equester Ordo.*

Magnum Magisterium esset penes Galliarum Reges.

DISCURSUS CCXI.

STELLÆ IN GALLIA

Equestris Ordinis Stellæ in Gallia olim præclari, Historicam narrationem exaraturi, Chronologicam methodum servabimus. Scriptores idcirco tradunt, quod Robertus Galliæ Rex de mense Augusti, seu Septembris anno 1022. hunc Equestrem Ordinem instituit, Stellę nuncupatum, sub tutela Sanctissimæ Virginis Mariæ An-
1. gelorum Reginæ, & Stellæ Maris, quam Regni sui directricem venerabatur. Fuit quippe dictus Robertus
2. Rex, ut verbis *Patris Ignatii Hyacinthi Amat de Graveson Ordinis Patrum Prædicatorum* utamur, in sua *Continuatione Tabularum Chronologicarum impress. tom. 9. Historia Ecclesiastica Tabula 8. super stirpe Regum Capetianorum pag. 137. juxta impressionem Romæ Typis Ludovici Tinassi, & Hieronymi Mainardi* anno 1722. ubi sic inquit - *Fuit Princeps singulari Pietate, & Mansuetudine, morum prudentia, & scientia haud vulgari præditus; plures Sacras Ædes, Xenodochia, & Monasteria fundavit; Pauperes ita coluit, ut eis propria manu, ac flexis genibus inserviret, atque eorum pedes summa modestia ablueret: obiit Sanctitate, & Miraculis clarus Robertus Galliarum Rex die 21. Mensis Julii anni 1031.*, Et proinde nuncupatus fuit etiam Ordo *Beatæ Virginis Nobilis Domus Regia*, eo quia fundatus fuit in antiqua, & Nobili Regia Domo, in loco nuncupato *Sant Oven* in Gallia, ut videre est apud *d. Justinianum pag. 667.*, *& in Historia Ordinum Monasticorum &c.*

&c., *& Militariam tom.* 8. Gallice scripta, & in nostrum Italicum idioma translata per *Patrem Joseph Franciscum Fontana Mediolanensem Congr. Matris Dei cap.* 45. *pag.* 320. *cum seqq. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani*, *& Vincentii Giuntini* 1739.

Equites statuit numero triginta, ipso
3. Rege comprehenso, qui in Sacra Parisiense Capella nuncupata *Nostre*
4. *Dame del Estoile*, uti magnus Ordinis Magister, tres ejus Filios Equites creavit, Hugonem, Henricum, & Robertum Burgundię Ducem, aliosque tum Galliæ, tum externorum Regno-
5. rum Nobiliores Principes Equites constituit; Vestem internam, externamque Equitibus decrevit sericam, & ut dicitur di *Damasco* coloris albi, aut incarnati coloris. Ad latus sinistrum pectoris Stella aderat avrea,
6. ut vocant *ricamata*, quinque habens radios, sive acumina, & in pectore pendebat à Torque avreo, triplici Ordine ducto, rosisque intermixtis albis, & de *Rouge*.

Aderat pro Scuto Ordinis, Galliarum
7. Scutum cœruleum avreis liliis refertum, suprapoſita Regia Corona; non ut antiquitus aperta, sed clausa.
8. Circumdat d. Scutum antedicta Torques avrea, ut habetur apud *Andream Favinum in Theatr. Honoris tom.* 1. *lib.* 3. *pag.* 568., de quo meminit *Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari parte sec. pag.* 668., *& seq.*, ubi Torquem, & Scutum delineatum exhibet: *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques*, *& Critiques sur la Chevalerie lib.* 1. *Dissert.* 7. *Art.* 1. *pag.* 123. *juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart anno* 1718. *Alexand. Ross. per Thomam la Grue in Gallicam linguam translat. in Volumine Les Religions du Monde onzieſme division pag.* 155. *juxta impress. Amstelodami Typis Joannis Schipper* 1661. *Joannes Hybner in sui Lexicon columna* 1623. *juxta impress. Lypsia* 1735. *Pater Bonannus in Catalogo Equitum n.* 110.

Equites ex puriori Galliarum Regni
9. sanguine, numero erant triginta, comprehenso ipso Rege: *d. Justinianus d. cap.* 55. *pag.* 669

Imo etiam ex Regnis exteris Nobiles
10. admittebantur ad hunc Ordinem, ut subdit *d. Justinianus d. cap* 55. *pag.* 669. ubi refert exemplum Nobilium Virorum Jacobi Bozuti Neapolitani, & refert Inscriptionem Sepulcralem ejusdem existentem in Metropolitana Neapolis, & Francisci Adimari Florentini, aggregati tamen Sedili Portæ Novæ; subditque etiam, quod cum in Nobilium Familiarum Neapolis, Zurla, nempe, & Aprana Stematibus, adsit Stella, argui potest in eorum Familiis adfuisse Equites Ordinis Stellæ; nisi forte fuerint Ordinis Stellæ in Sicilia.

Eodem *Favino* teste, Equites teneban-
11. tur quotidie in honorem Sanctissimę Virginis recitare Coronam, aut Tertiam Rosarii partem, cum aliis precibus pro Rege, pro Statu: nec non recitare Orationem ab ipso Rege compositam, videlicet - *Regum Princeps*, *atque Virtus cujus nutu Cœlum girat*, *Terra perstat*, *disponuntur secula*. *Rege Roberto nato Stirpe nobilissima sic domare det superbos*, *& subjectis parcere*, *ut hic regnans*, *gloriosus quondam vivat in æthere amene*: quam refert *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 3. *pag.* 396. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Ex-*

Excalceatus Dissertations Historiques, & critiques sur la Chevalerie lib. 1. *Dissert.* 7. *Art.* 1. *pag.* 123.

Legitur Reges Galliæ adscriptos fuisse huic Ordini, ipsosque Viros Princi-
12. pes admisisse; nam anno 1180. à Ludovico VII. ejus Patre, hujus Ordinis Torquem in Abbatia Sancti Dionisii Philippus Augustus recepit, & hic contulit Arcturo Brittaniæ Andegavensi, & Poitou Comiti. Sic Ludovicus VIII. anno 1224. in Ecclesia Rhemensi die suæ Consecratio-
13. nis eundem Torquem recepit. Similiter Sanctus Ludovicus anno 1226. ejusdem Ordinis Tesseram sumpsit, & successive anno 1227., & 1246. Torque ista Principes Viros exornavit, ut legitur penes *Collectorem Gallum*, *Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 3. *impress. Amstelodami pag.* 397. *Typis Petri Brunel anno* 1721. *d. Pater Honoratus à S. Maria Carmelita Excalceatus* loco supra allegato.

Verum plures sunt Scribentes, qui vel nulla de Ordine Stellæ à prædicto Roberto Rege fundato, mentione fa-
14. cta, vel aperte negantes d. Regem Robertum fuisse Institutorem, asserunt Stellæ Institutorem fuisse Galliarum Regem Joannem II. Philippi Sexti Filium, qui Scribentes in assignando Causam, & motivum, ac institutionis tempus, inter se discordant; nam alii asserunt institutum fuisse anno, quo coronatus fuit Rex Joannes, & coronationem peractam anno 1350. *d. Justinianus d. cap.* 55. alii dicunt erectum fuisse annis 1351. 1352. 1353. ut *Laurentius Vigilius de Nicollis in suo Volumine Praxis Canonica, sive Jus Canonicum tom.* 2. *sub litt. S. de summa Trinit., & Fide Catholica S. Notitia & series Ordin. Equest. & Militarium n.* 107. *pag.* 746. *juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Josephi Mayr anno* 1719.

Sed *Joseph Michels in Thesauro Militari pag.* 71. scriptum reliquit, fuisse institutum anno 1362. ob certamen illud, Anglos inter, & Gallos, cum magna Gallorum strage: *Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquila Alba in Regno Polonia in suo Corollario omnes Ordines complectente in verbo - Stella Ordinem condidit Joannes Rex Franciæ pag.* 333. *quod Corollarium est in calce Voluminis ejusdem Auctoris*, cui Titulus - *Adnotationes Historica de Origine &c. Ordinis Aquila Alba in Regno Polonia impress. Colonia Typis Adami Cholini anno* 1730., & revera d. Joannem fuisse Institutorem hujus Ordinis, Documentis comprobat laudatus *Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom.* 8. *pag.* 322., ubi ad litteram refert d. Regis Enciclicam Epistolam Viris illis Nobilibus directam, quos huic Ordini adscribere intendebat, quæ Epistola ait, quod asservatur Parisiis in Camera, ut dicitur *de Consi Memoriale Litt. C.*

Narrant vero alii antedictum Prælium
15. initum fuisse anno 1336., & in eo captum fuisse ab Anglicanis Joannem Franciæ Regem, & Philippum ejus filium: sic reprobato *d. Joseph Micheli*, veluti Hispano, de veritate Gallicarum Historiarum non curante, inquit *Abb. Justinianus* in suo Volumine *Historie Cronologiche degli Ordini Militari par. sec. cap.* 55.

Alii sustinent d. Ordinem erectum fuisse in signum lætitiæ anno 1365., eo
16. quia Rex, & Princeps in libertatem redacti fuerint. At dictus *Abb. Justinianus* loco allegato subdit, dicti Regis Joannis, ejusque Filii liberationem peractam fuisse in sequelam Pacis antecedenter inter Reges belli-

belligerantes anno 1360. initę. Unde hoc stante reiicit antedictam opinionem, sub ea ratione, quod per triennium Rex Joannes rem hanc exequi non distulisset. Et generaliter, quod Institutor d. Ordinis della Stella, fuerit Rex Joannes, scribit *Sansovinus dell' Origine de Cavalieri lib. 3. pag. 55. à tergo: Hermant Histoire des Ordres de Chiavoul: d. Comes in Koden Sapiebs in d. Corollario in Verbo Stella Ordinem.*

Quod autem prenominatis annis 1360. vel 1365. confecta non fuerit illius fundatio, redditur manifestum ex lapidea illa Inscriptione Sepulcrali in Eccle-
17. sia Metropolitana Neapolis, de qua supra egimus: cum enim in ea legatur, quod miles Jacobus Bozzutius de Anno 1358. erat Eques Ordinis Stellę a Joanne Rege fundati, impossibile redditur, quod hic Ordo fuerit fundatus annis 1360. vel sequentibus; sicuti impossibile est, d. Bozzutium fuisse Equitem Ordinis nondum erecti, ut ratiocinatur *d. Justinianus d. pag. 670.*

Non desunt demum, qui in re hac quamcumque disputandi ansam de medio tollere cupientes, ajunt, dupli-
18. cem sub eodem Stellæ Titulo institutum fuisse Ordinem, unum à Roberto Rege, alterum à Rege Joanne diversis temporibus.

Hujusmodi tamen dissonæ Scriptorum Narrationes, tempora distinguendo, ad concordiam facili negotio redu-
19. cuntur. Et sane, cum ex serie probationum, quas supra enumeravimus, liquido constet, hunc Ordinem Stellæ à Rege Roberto institutum anno 1022. per Secula viguisse, de plano sequitur, minime dici posse, fuisse institutum à Rege Joanne, qui post cursum tot Seculorum regnavit, fatendumque est, Joannem, Ordinem ex temporum injuria collapsum non instituisse, sed restituisse, & sic Restauratorem, & Renovatorem, non Fundatorem appellandum; & improprie Scriptores Restaurationum tempora pro fundationis tempore accepisse, ut bene advertit *d. Abb. Justinianus d. cap. 55. S. Variano, & seqq.*

Postremo dicimus, insubsistentem esse assertionem, quod in Galliæ Regno duo
20. adessent sub eodem Stellę titulo Ordines; improbabile, quod Gallici Auctores de uno tantum loquantur; sed etiam, quia de cætero narrationes, quæ videntur loqui de duobus Ordinibus, facile in unum recidunt. Quamobrem, ut inconvenientia evitentur, dicendum, unum solum, non duos, fuisse in Gallia Stellæ Ordinem, diversis quidem temporibus instauratum, reformatum, & auctum. Nam posito Ordine Stellę per Robertum fundato sub Sanctissimæ Virginis Patrocinio, cujus ipse Rex devotione flagrabat, bene stat, quod successivis temporibus Rex Joannes eundem reformaverit, Equitum nume-
21. rum auxerit, & ob Religionem erga tres Sanctos Reges Magos, sub eorum etiam tutela reposuerit, dictique fuerint Stellæ Equites, & Beatissimæ Virginis de Nobili Domo Divi Audoeni, à Castro illo sic nuncupati parum ab Urbe Parisiensi distante ubi primaria sedes fuit constituta: *d. Bonannus n. 110. d. Iustinianus pag. 669.*: neque enim novum est, quod Ordo unus sub plurium Sanctorum Titulo floreat, ut constat ex nomenclatura Ordinum in hoc præsenti Volumine, ubi habetur Ordo Sanctorum Joannis Baptistæ, & Sancti Thomæ, Sanctorum Cosmæ, & Damiani, Sanctorum Mauritii, & Lazari, & ulterius Sancti Lazari, & Sanctissimę Virginis

ginis de Monte Carmelo.

Præterea quoad Torquis delationem, li-
22. cet Scribentes aliqui illius usum admittant solum in Ordinis institutione à Roberto facta, ut notat *Collector Gallus in Volumine Histoire des Ordres Militaires impress. Amstelodami per Petrum Brunel an. 1721. tom. 3. pag. 395.*, & quoad Stellæ formam similiter diversimode loquantur, cum illam sub Roberto Rege, è Torque pendentem, quinque radios habentem describant; illam verò sub Rege Joanne, Cometam caudatam, septem radios tenentem asserant; & aliqui argenteam cum suprapositа corona argentea, aliqui auream fateantur; omnes tamen in principali, & substantiali parte, Stella scilicet, concordant, & prædicta in accidentalibus diversitas potuit forsan ortum habere ex diversis reparationibus, & restaurationibus ejusdem Ordinis temporum decursu peractis. Et habemus observatum in Ordine Equitum Annunciationis Angelicę apud Sabaudos instituto ab Amadæo VI. Sabaudiæ Comite anno 1409., quem deinde Carolus III. dedicavit Beatæ Virgini die Festo Annunciationis, unde in hujus memoriam addidit Numisma cum Imagine Sanctissimę Virginis Mariæ ab Angelo Annunciatæ decoratum, retenta antiqua Torque, ut dictum est in nostro *Discursu de eod. Ordine* 22. & notat allegatus *Laurentius Vigilius de Nicollis n.8. pag. 734.*

Et demum patens est, Historicos ad Ordinem à Joanne Rege reformatum ea referre, quæ alii Scriptores tri-
23. buunt veteri Ordini per Robertum fundato; quod non obscure demonstrat, unum solum fuisse Ordinem, & non plures Ordines, præfatumque Joannem eundem Ordinem restaurasse, non de novo instituisse, ut notat *d. Collector Gallus in d. Volumine Histoire des Ordres Militaires Amstelodami impress. 1721. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus* similiter *Auctor Gallus* in suo Volumine *Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Parisiis impress. 1718. in Additionibus, & Correctionibus pag. 496.*

Juxta opinionem aliquorum ad com-
24. petentiam Regis Odoardi, qui in Anglia Ordinem della Gartiera instituerat, Rex Joannes hunc instituisse inquit *d. Iustinianus pag. 667.* Verum *Approntanus de Bordeux* scriptum reliquit, Odoardum III. Angliæ Regem fundasse in Anglia Ordinem *Della Gartiera* ad æmulationem hujus Ordinis Stellæ: sed hoc dictum esse per d. Gallum Auctorem suæ Gallicæ Nationis amore, inquit *Iustinianus d. cap. 55. §. Appontano pag. 668.*

Rex itaque Joannes Ordinem Stellæ vel fundavit, vel restauravit anno 1350.; cumque idem Rex Joannes summopere erga tres Sanctos Reges Magos, qui Stella Duce, ad adorandum Christum Dominum recens natum ab Oriente se contulerunt, Devotione arderet, sub Patrocinio, & Tutela eorundem Sanctorum Regum dictum Ordinem resarcivit, & à Stella, quę dictis Sanctis Magis apparuit, Ordinem Stellæ decoravit, & veterem Tesseram Ordinis Stellam exornavit corona *M. & R.* in superiori parte, & in inferiori *A., & R.* appositis litteris lemma initialiter indicantibus, videlicet: *Monstrant Regibus Astra viam*: ut legere est apud *Sansovin. della Origine de' Cavalieri Lib. 3. pag. 55. à tergo*, ubi subdit, quod in proposito supradicti lemmatis *Monstrant Regibus Astra viam*, addi possent *Virgilii ad Pollionem* carmina:

Ecce

Ecce Dionei processit Cæsaris Astrum ;
Astrum quo segetes gauderent frugibus ,
& quo
Ducent apricis in collibus uva colorem.
Io. Soranzo in volumine *L' Idea del Cavaliere Par. Prima pag.* 14. *P. Mendo de Ord Militar. Disquisit.* 1. *quæst.* 2. §. 31. *n.* 80. qui tamen fundationem Ordinis ponit anno 1352. *Abbas Iustin. d. cap.* 55. §. *Variano*, & §. *Arpontaco pag.* 667. & 668. *P. Honoratus a S. Maria Carmelita Excalceat. Dissert.* 62. *P. Philippus Bonannus in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 110. *d. Comes in Koden Sapieba in d. Corollario in d. Verbo Stella Ordinem condidit d. pag.* 333. *De Nicollis d. n.* 107.

Quodque hic Ordo Stellę fuerit etiam dictus Ordo Beatę Virginis, subdit *d.*
26. *Bonannus d. n.* 110. idemque *Comes in Koden Sapieba* ubi supra , & *Iustinianus* ubi supra *pag.* 669. *d. De Nicollis d. n.* 107.

Eidem Ordini Sedem constituit in antiqua, & Nobili Regia Domo in loco
27. nuncupato *Sant Oven* prope Sanctum Dionisium in Gallia , & illi adscripsit Nobiliores , & Primates Regni : *d. Iustinianus d. cap.* 55. §. *Getto dunque pag.* 667. *d. Comes in Koden Sapieba* loco allegato superius.

Equites Castitatis Coniugalis , & Obe-
28. dientiæ Magistro Ordinis Vota emittebant : *Mendo de Ordin. Milit. disq.* 1. *quæst.* 2. §. 31. *n.* 80.

Magnus autem Magister erat Galliarum
29. Rex pro tempore : *d. Iustinianus d. cap.* 55. § *La Sourana pag.* 670.

Tenebantur ex obligatione Catholicam
30. Fidem tueri , Viduas protegere , Miseris succurrere , Ægrotos invisere, & Carceribus mancipatos , ac mortuos sepelire : *Mendo* ubi supra n. 80. *Iustinianus d. cap.* 55. §. *Arpontaco pag.* 668.

Prædictis Pietatis Operibus in Gallia e-
31. micuit hic Ordo , cujus deinde residentia translata fuit ad Comitatum
32. *di Alanson* : sed deinde temporum cursu , & Bellorum , quæ Galliarum Regnum vexavere, decrementum paulatim sensit Ordo , qui tandem extin-
33. ctus fuit , seu verius à Successoribus Galliæ Regibus unitus fuit Ordini Sancti Michaelis , ut notat *d. Iustinianus d. cap.* 55. §. *Dopo pag.* 608.

Torques igitur , & Tessera tempore Ro-
34. berti Regis erat catena avrea triplex, quinque rosis distincta , albo , & rubeo encausto , & ab hac catena pendebat avrea Stella quinque habens radios , & illius formam exhibet *d. Abb. Iustinianus pag.* 669. in cujus medio adest scutum coronatum , regia , ut diximus Corona clausa , in quo Scuto Lilia 17. conspiciuntur.

Figura vero Equitis , Clamyde serica di
35. *Damasco bianco , o incarnato* , cum Veste consimili , ac Stella ad latus sinistrum induti , habetur apud *Collectorem Gallum Histoire des Ordres Militaires , ou des Chevaliers tom.* 3. §. 62. *Les Chevaliers del Etoile , ou dela Noble Maison pag.* 395.

Tessera demum tempore Regis Joannis,
36. reformata , est avrea Stella (vel secundum alios Cometa , ut notat *Iustinianus pag.* 667. , & *seq.*) septem habens acumina , & octavum desinens in caudam , cum littera M. , & R. in superiori parte , & A. , & V. in inferiori parte , quæ quatuor Litteræ hoc indicant: *Monstrant Regibus Astra Viam.* , & super hanc Stellam adest Corona Regia avrea .

Figura prædictæ Tesseræ videri potest
37. apud *d. Iustinianum d. pag.* 666. , & 667. ubi tradit quoque figuram Caputii , aut Collaris superpositi Pallio: apud *Patrem Bonannum in Catalogo Ordinum Equestrium n.* 110. , &

en

in Generali Descriptione Tesserarum omnium Ordinum pag. 161. *sub n.* 10.

Utriusque temporis, Roberti, & Joannis Regum figuram Tesseræ exhibet *d. Collector Gallus tom.* 4. *in Explicat. omnium Insignium pag.* 431. qui sic loquitur §. *Les Chevaliers del Estoile en France tom.* 3. *pag.* 395. *Le Collier etoit composè d' un tortis de trois chaines entrelassées alternetivement de blanc, & de rouge. Au bas pendoit une Estoile suspendue par deux petites chaines, & la Marque de Chevaliers etoit une Estoile d' azur a queue flambogante surmontèe d' une Couronne, & cantonnèe de ces quatres lettres M. R. A. V. qui signifiens* - Monstrant Regibus Astra Viam; *d' ou il paroit, que cet Ordre a etè instituè en memorie des trois Rois Mages.*

Sic figura Equitis Veste induti, una
38. cum d. Stella coronata in medio dictarum quatuor Litterarum, traditur à *d. Patre Bonanno d. n.* 110.

Periit tandem temporum vicissitudine,
39. & Bellorum motibus Equester hic Ordo, sed quo præciso tempore, quove modo id evenerit, Auctores de illo agentes non conveniunt: alii extinctum fuisse tempore Caroli VII. scribunt: *d. Justinianus* loco superius allegato §. *Sopra la declinatione pag.* 670. *Pater Bonannus d. n.* 110.

Scripserunt alii extinctum, abolitumque
40. fuisse sub Carolo VIII. *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom.* 4

Sic in referendo modum in illo abolendo tentum, discordant Auctores. Sunt qui dicunt, quod cum Carolus VII.
41. Militibus suis, grati animi significationem aliquam ostendere cuperet, Gregariis etiam Militibus distribuere cœpisset hujus Ordinis Insignia, quæ prius Galliarum Regni Viris Principibus tantummodo conferri solitum erat. Primarii Regiæ Aulæ Proceres, hoc ægre ferentes, ad Carolum VII. Regem recursum habuerunt: hinc Regis jussu in Palatio nuncupato de' Chicly, convocato Capitulo anno 1354., ibi Rex detracta sibi è
42. Collo Tessera, Torque, seu Collare Ordinis, illud collo imposuit Duci Custodum Palatii, sive Equiti Custodiæ, sive vigiliarum, & ut verbis *Abb. Justiniani* utamur loco superius allegato, antedicto §. *Sopra la declinatione - Egli lo conferisce al Capitano di Giustizia di Notte di Parigi, che è il Capo della Sbirraglia*, ut ita, idem Tesseram Ordinis Stellæ gereret, quodque eundem Ordinem ipsis contulerit Palatii Custodibus: *Pater Bonannus d. n.* 110. *d. De Nicollis d. n.* 107. *d. Joannes Hybner in suo Lexicon Columna* 1623. *juxta impress. Lypsiæ anno* 1735. *laudatus Pater Joseph Franciscus Fontana pag.* 324.

Quamobrem eidem Ordini alias aggre-
43. gati Viri Principes, Ordinem sic dehonoratum videntes, Tesseram ejusdem omnino deposuere, ut prosequitur *d. Justinianus d.* §. *Sopra vers*; *onde i Principi, e Signori*, & refert etiam *d. Pater Joseph Franciscus Fontana pag.* 325.

Narrationem hujusmodi alii reiiciunt
44. Scriptores, qui primo advertunt, nullum tunc temporis in Ordine prędicto Collaris usum adfuisse; sicque Rex Carolus nequivit sibi è collo Collare deponere, illudque, ut asseritur, tradere dicto Equiti Custodiæ. Secundo, quia licet verum esset, illud per Regem impositum fuisse collo d. Officialis, non inde tamen infertur, Ordinem nigra nota inurisse: siquidem nec nomen, nec Officium, & ut in Gallia dicitur, sonat in nomen vile, nec in turpe ministerium, perinde ac esset idem, ut apud Nos Birruarii. Siqui-

Siquidem dictus Officialis usque de tem-
45. pore Sancti Ludovici Regis titulo Equitis custodiæ decorabatur, semperque Viro Natalibus Nobili conferebatur, ut patet ex Litteris Regis Ludovici XI. die 3. Augusti 1461. quibus, ablato Officio Equitis, quod tenebat Eques Philippus della Tour, illud concessit Joanni Harlai simili ter Equiti, quę Regis Litterę habentur impressę penes *Collector. Gallum loco citato d. Pater Joseph Franciscus Fontana pag.* 316. Ideoque, etsi Rex Carolus eidem Equestris Stellæ Ordinis Insignia contulisset, nullum ignominiæ stigma fœdasset Ordinem, ad quem admittebantur non solum Viri Principes, sed etiam ex Ordine Nobilium. Rex enim Joannes II. statuit, ut quinque centum Equites adessent, & anno 1358. Insignia contulit Joanni Bozzuto Collaterali, & Consiliario Ludovici Ducis de Durat, ut constat ex Inscriptione existente in Metropolitana Neapolis.

Demum quęcumque contemptus Ordi-
46. nis suspicio ex afferto facto Caroli VII. omnino removetur; nam si vera fuisset dicta ignominiosa Ordinis extinctio, utique Ludovicus XI. ad eundem Ordinem non admisisset, nec admittere potuisset suum Generum Gastonem de Poix anno 1458. prout admisit, sicut testatur *d. Collector Gallus loco citato; d. Pater Fontana pag.* 316. ubi subdit, quod idem Gasto anno 1470. scripsit Præposito Mercatorum Parisiensium, quod intendebat Parisiensem Civitatem adire cum Viris Principibus, ad celebrandum Festum ejusdem Ordinis Stellæ, ut prædicta omnia refert *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag.* 315., *& seqq.* ubi concludit, & inquit, quod usque de tempore Sancti Ludovici, Officialis prenominatus gaudebat titulo *Di Cavaliere de' Sbirri: e se fosse vero, che Carlo VII. lo avesse ascritto all' Ordine della Stella, ei non aurebbe perciò avvilito quest' Ordine, perchè il Bargello era sempre Gentiluomo, ed aveva ancora il titolo di Cavaliere.*

Pro certo hoc est, fuisse extinctum pau-
47. lo post fundationem in Gallia factam Ordinis Sancti Michaelis, eidemque fuisse incorporatum, ut testantur *d. Bonannus d. n.* 110. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *d. De Nicollis d. n.* 107. ubi, quod in ejus locum suffectus fuit Ordo Sancti Michaelis: *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag.* 327.

Et ut cuncta recenseamus circa hunc Or-
48. dinem, illum proprie Ordinem Militarem non fuisse, sed Societatem, ut legitur in antedicta Inscriptione Sepulcrali Jacobi Bozzuti, & notat *d. Justinianus d. pag* 670., ubi quoque advertit non fuisse confirmatum ab ullo Pontifice.

Cœterum hujus Societatis, vel Militiæ magnum Magisterium, sicuti incæpit à Rege Galliarum, ita Successionis jure ad Reges Galliarum transiit, ut prosequendo notat *d. Justinianus d. pag.* 670. Horum autem series videri potest in Discursu nostro *De Ordine Sancti Remigii*, *seu Sacra Ampulla tom. pr. Disc.* 19. *pag.* 366.

DISCURSUS CCXII.

STELLÆ POLARIS

Ob sui brevitatem non apponitur

NEC ARGUMENTUM,

NEC SUMMARIUM.

IN Hebdomadariis paginis, quę impressæ variis locis circumferuntur, quas dicimus *Gazette*, vel Menstrua, libus Libellis nuncupatis *Mercurii*, similiter prælo donatis, nuper legimus, quod in quodam Septentrionali Regno Rex statuit novum Equestrem Ordinem fundare sub Titulo *Stellæ Polaris*, ut super Maritimis Classibus invigilaret.

Verum hactenus nullum ad Nos Documentum devenit, an revera fuerit hic Ordo institutus, vel quibus legibus, neque ulteriorem notitiam de eo habemus: unde pro nunc credimus esse unum ex Ordinibus simpliciter, ut dicitur, *Proggettato*. Ut autem aliquid eruditionis gratia brevissimo huic Discursui superaddatur, notandum, quod ab hisce Stellis bini cœlestes Poli nomen desumunt, quorum unus Septentrionalis est, diciturque Arcticus, Ursa minor, seu Cynosura, Europęis visibilis; alter Meridionalis, & vocatur Antarcticus, Ursa major, seu Helice. Hinc fit, quod Acus in pixide nautica ad Arcticum continue versa, tutum Navibus monstrat iter. *Franciscus Petrarca cantilena* 20. hæc habet

Come a forza di Venti
Stanco Nocchier di notte alza la testa
A due lumi, c' ha sempre il nostro Polo.

ibique exponit *Alexander Vellutellus pag.* 29. ex editione Veneta apud *Gabrielem Gioliti* 1547., & Nos innuimus in primo Tomo hujus nostri *Armamentarii Disc.* 81. *Sect. pr. n.* 13. *pag.* 815. De dictis Stellis Polaribus vidend. *Calepin. in Dictionar. verb. Ursa*, & tradit dilucide *Antonius Chiusole* in ejus Opere: *il Mondo antico, e moderno cap.* 20. §. 3. *pag.* 956. *tom.* 3. *Venetiis* 1739. apud *Comit. Emmanuel. Thesaur.* in ejus opere - *Il Canocchiale Aristotelico tit. degli Emblemmi pag.* 668. *Venet. apud Paulum Balleonium* 1673. De Ursa minori inter imagines Boreales relata sic cecinit.

Hirsutos effata sinus, scabramque papillam
Gnosia lactenti præbuit Ursa Jove.
Hinc tenuit primam prima inter sydera sedem
Navibus irato suspicienda Mari.
Sit vilis, sit inops, sit agresti agrestior Ursa,
Quem Regum extollit gratia Sydus erit.

Plura ad eruditionem spectantia, pręcise circa Stellam Polarem, cumulat *Abbas Philippus Pianelli* in ejus Opere, cui titulus - *Mondo Simbolico impress. Mediolani Typis Francisci Vigoni* 1680. *tom. pr. lib. pr. cap.* 16. *n.* 360. *pag.* 50.

DIS-

DISCURSUS CCXIII.

STELLÆ IN REGNO SICILIÆ

ARGUMENTO,

Et Summario non indiget.

DIximus in Discursu Lunæ crescentis, quod Renatus Siciliæ Rex, Ordinem *Lunæ crescentis*, aut instituit, aut restituit, illum restaurando de anno 1448., sive 1464., quodque idem Ordo languens remanserit: nunc subdimus, quod non tamen totus interiit, sed opera, & studio Messanensium Civium reformatus fuit, & commutatus cum Titulo *Academiæ Nobilis Equitum Stellæ*, statutumque fuit, quod Equites essent sexagintaduo, ut inquit *Abb. Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. sec. cap. 44. pag. 602. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. Dominus Joannes S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in Corollario omnium Ordinum* in verbo *Lunæ, & Stellæ Ordo sumpsit exordium in Sicilia pag.* 300., & in verbo *Stellæ Ordo habetur in Sicilia pag.* 333., *quod Corollarium* est impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris, sub Titulo *Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ Typis Coloniæ Adami Cohni 1730. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom. 3. §. 63. pag. 406. juxta impress. Amstelodami Petri Brunel 1721.*

Jo. Hybner in suo Lexicon in verbo *In Sicilien.*, & in verbo *Ordo Lunæ dimidiatæ colum.* 1604. *juxta impress. Lypsiæ 1735. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 111. qui Historiam renovationis hujus Ordinis sic enarrat. Siracusas, Apuliam, Siciliæque Oram misere latrociniis, incendiisque vastaverat Turcarum Rays Amurates. Huic Arcipiratæ audaciæ ansam præbuerant socordia, & incuria lituralium Præfectorum, Indigenarumque Nobilium, qui arti Institoriæ gnavius dabant operam, quam rei militari ad Patriæ defensam, longe dissimiles ab antiquis Principibus, & Exercituum Ducibus Apulis, Siculisque. Quapropter Marchio de Tyrace gloriosæ memoriæ Heros, spectatæque fortitudinis, ut se, illasque Ditiones ab hujusmodi Piratarum insultibus, damnisque vindicaret, statuit renovare Militarem Equestrem preclarum Ordinem, alias à Renato, aliisque Ducibus Andegavensibus institutum, ut horum Equitum virtute bellica, ac strenuitate, Turcarum impetus retunderet. Sic renovatum Equestrem Ordinem, sub nomine *Stellæ aureæ* regi, & nominari voluit, & in Tesseram Stellam auream assignavit in centro Crucis figuræ octangularis, ad instar Equestris Crucis Sancti Joannis Hierosolymitani constructa.

Huic Ordini non pauci Nobilitatis Primates nomen dedere; utque omnes adscripti, & præcipue Juvenes erudirentur ad certamina, & quodammodo belli Tyrocinium ponerent, ludicras pugnas, & ut dicitur *Giostre, e Tornei*, fieri jussit, ut ita è fictis certaminibus modum addiscerent vere certandi pro Christo, & Patria.

Nomen ergo Ordinis, & Equitum Stellæ desumptum fuit à Stellæ Tessera, in quam commutata fuit antiqua Tes-

fera præcedentis Ordinis Lunæ Crescentis. Porro Stella, juxta dictum aliquorum Scriptorum, unica erat apposita in centro Crucis octangularis in extremitate, juxta formam Crucis Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, illiusque figuram exhibet *d. Abb. Justinianus d. par. sec. cap. 44. pag. 602. d. Bonannus d. n. 111.*

Secundum opinionem aliorum, erat Stella cum Cauda deorsum, ad instar Cometæ, & sic tractu temporis ad arbitrium Equitum fuit commutata. Forma hujus Stellæ caudatæ habetur apud *d. Justinianum d. pag. 596.*

Figuram vero Equitis peculiari cum veste, & d. Tessera, refert laudatus *Pater Bonanni d. n. 111. d. Collector Gallus d. tom. 3. d. pag. 406.*

Huic Nobili Accademiæ Equitum Stellæ, nemo poterat cooptari, nisi posita vacatione loci unius ex aggregatis, ac sufficienter probasset Natalium Nobilitatem, & litteraturæ, ac Doctrinæ Documenta dedisset: *Justinianus d. pag. 602.*

De isto Ordine Stellæ, videri potest *Rodulphus Boterius* in sua Historia ad annum 1595. ad quem se remittit *d. Bonannus d. n. 115., & Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. sub litt. S. pag. 746. juxta impressionem Salisburgi Typis Joannis Joseph Mayr anno 1729. pag. 746.*

Cœterum quoad integram hujus Ordinis Notitiam, opere pretium est, ut hic ad litteram referamus quod scriptum reliquit Scriptor Historiæ Ordinum Monasticorum, & Militarium, &c. quam ex Gallico idiomate in nostrum Italicum transtulit *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei tom. 8. cap. 70 pag. 463. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.* ubi, ostendit d. Ordinem esse chimericum, sicque loquitur — *L' Abate Giustiniani nella sua Storia degli Ordini Militari à preteso di darci ad intendere, che quando gli Aragonesi s' impadronirono de' Regni di Napoli, e di Sicilia, nel 1351. l' Ordine della Luna crescente, ch' era stato instituito in Napoli da Carlo Primo d' Angiò Re di Napoli, e di Sicilia, con cui molti Signori di questo secondo Regno erano stati onorati, non poco perdette del suo splendore, ma che non fu abolito, e solamente venne riformato da Gentilhuomini Messinesi, che insieme formarono un' Accademia, o Società di sessanta Persone, che presero il titolo di Cavalieri della Stella. Pretende egli, che diverse siano le opinioni circa la divisa, che serve di distintivo a questi Cavalieri; alcuni loro assegnando una Croce di dodici punte, con una Stella in mezzo; ed altri solamente una Stella con una coda, a foggia di Cometa; ed aggiunge, che per essere accettato in questa Società, conveniva essere Nobile di estrazione, ed essere Letterato: ma quest' Accademia, o Società è chimerica; imperciocchè l' Abate Piazza, che à stampato il Catalogo di tutte le Accademie d' Italia con i loro nomi bizzarri, dopo avere fatta una diligente ricerca, non fa alcuna menzione di quest' Accademia di Messina sotto il nome della Stella, o delle Stelle: ne annovera bensì una fondata in questa Città, che nomavasi de'* Fucinanti; *un' altra fondata in Palermo detta de'* Riaccesi, *due in Catania, una sotto il nome de'* Clari, *e l' altra sotto quello degl'* Incogniti: *quella degli* Ebri *in Siracusa; e quella* Della Lima *in Trapani: Veggasi* Giustiniani nella Storia di tutti gli Ordini Militari.

Cata.

Catalogus demum magnorum Magistrorum Ordinis Lunę Crescentis in Regno Sicilię commutati in Ordinem Stellæ, desumi potest pene totus ex Catalogo, quem refert *d. Justinianus pag.* 603. *Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 41. quibus Nos addimus illos, qui postmodum successerunt.

I. An. 1268. Carolus I. Andegavensis Rex Neapolis, & Siciliæ, Magisterium rexit per annos 16.
II. 1284. Petrus de Aragonia Rex Siciliæ, post Vesperas, rexit an. 1.
III. 1285. Jacobus de Aragonia, filius Petri, rexit annos 42.
IV. 1327. Ferdinandus II. Frater Jacobi, rexit annum 1.
V. 1328. Petrus III. filius Federici, rexit annos 14.
VI. 1342. Ludovicus filius Petri, rexit annos 13.
VII. 1355. Fridericus III. Frater Ludovici, rexit annos 13.
VIII. 1368. Martinus Infans Aragoniæ pro Uxore Maria filia Federici, rexit annos 46.
IX. 1409. Martinus Rex Aragoniæ, filio successit, rexit an. 1.
X. 1411. Ferdinandus electus Rex Aragoniæ, & Siciliæ, rexit an. 5.
XI. 1416. Alphonsus filius Ferdinandi Regis Siciliæ, rexit annos 37.
XII. 1467. Joannes Secundus Aragoniæ frater d. Alphonsi, rexit annos 22.
XIII. 1479. Ferdinandus V. Aragoniæ, Rex Catholicus, rexit annos 37.
XIV. 1516. Carolus Archidux Austriæ, Hispaniarum Princeps, hinc Rex, & Imperator hujus nominis quintus, rexit an. 40.
XV. 1556. Philippus II. Rex Siciliæ, hinc Hispaniarum, vigore renunciationis d. Caroli V. ejus Patris, rexit annos 43.
XVI. 1598. Philippus III. Hispaniarum, & Siciliæ Rex, rexit annos 23.
XVII. 1621. Philippus IV. filius d. Philippi III. rexit annos 46.
XVIII. 1667. Carolus II. Rex Hispaniarum, & Siciliæ Rex, rexit annos 47.
XIX. 1700. Philippus V. qui die 19. Decembris 1683. Hispaniarum Regna accepit die sexta Novembris 1700., & postmodum renunciavit Ludovico I. ejus filio Primogenito, post cujus mortem resumpsit Coronam Regnorum Hispaniarum die 6. Septembris, regnavit per annos 46.
XX. 1746. Ferdinandus Sextus, natus 23. Septembris 1713. coronatus fuit Rex Hispaniarum decima Augusti 1746. & de præsenti etiam undique felicissime regnat in Hispaniis.

Vide Chronologiam, quam dedimus in calce nostri Discursus 51. Sect. 2. pag. 630. tom. 1. nostri Armamentarii.

Modo in utriusque Siciliæ Regno gloriosissime regnat Rex Carolus Sebastianus Hispaniarum Infans, d. Regis Ferdinandi Catholici Frater, natus 20. Januarii 1716., & Fundator Excellentissimi Equestris Ordinis Sancti Januarii, cujus seriem per extensum retulimus in nostro Discursu CXXI.

DIS-

DISCURSUS CCXIV.

SANCTI STEPHANI PAPÆ, ET MARTYRIS SEC. I.

ARGUMENTUM

Exponitur series Historica Institutionis, & quas ob causas, Equestris Militaris Ordinis Sancti Stephani Papæ, & Martyris à Cosmo I. Medices, Florentiæ tunc, & Senarum Duce, deinde magno Etruriæ Duce labente anno 1561. peracte currente anno 1562. cum præcedente Auctoritate Summi Pontificis Pii IV., & ab eodem etiam subinde confirmatæ, in tres Classes divisæ. Quæ sint Insignia. Quis Equitum Habitus. De Sede hujus Ordinis locata in Civitate Pisarum, ubi de Conventu, & Ecclesia ibidem ædificata agitur.

SUMMARIUM

1. *Cosmus I. Dux Florentiæ, & Senarum, ad comprimendam Turcarum Piraticam audaciam, instituit Ordinem Militarem Sancti Stephani Papæ, & Martyris, ad Dei honorem, & Gloriam, ad Fidei Catholicæ Defensionem, & Maris Mediterranei adversus Infideles custodiam.*
2. *Sancti Stephani fundatus est Ordo ad instar Ordinis Hierosolymitani, & cum legibus ab eodem desumptis. Et laudatur Dominus Eques Georgius Vivianus Marchesius.*
3. *Cosmus I. Fundator Romam petiit, & Pontifici narravit mentem suam de fundando novo Ordine.*
4. *Pius IV. amplam tribuit Cosmo I. facultatem fundandi Religionem Militarem.*
5. *Cosmus Ecclesiam ædificavit, & Conventum.*
6. *Anno 1561. labente, aut currente anno 1562. institutus fuit hic Militaris Ordo.*
7. *Sub Titulo Sancti Stephani Papæ, & Martyris; non autem Sancti Stephani Prothomartyris, nec Sancti Stephani Episcopi Florentiæ, instituit Cosmus, & quare*, & n. 8.
8. *In memoriam Victoriæ anno 1554. in loco Mortiani reportatæ die Festo Sancti Stephani Papæ, & Martyris, instituit Religionem*, & n. 9. & 10.
11. *Ordo dividitur in tres Classes; in prima Equitum Militum Sacerdotum, & Beneficiatorum Nobilium cum additamento Commendatariorum. In secunda Capellanorum Conventualium. In Tertia Servientium Officii*, & n. 14. in fine.
    Insignia, & Habitum desumpsisse creditur a Templariis.
    Insignia Ordinis statuit Crucem rubeam octogonam, juxta Ordinem Melitensem, & n. 12. 13. 14., & 15. *ubi reiiciuntur contrarium asserentes*, & n. 17.
15. *Crucem parvam auream cum encausto rubri coloris collo appensam deferre possunt Equites Milites Beneficiati, & Sacerdotes Nobiles, ac Equites Commendatarii.*
16. *Priores, & Bajulivi, & magnæ Crucis Equites, loco Crucis aureæ cum encausto, deferunt ante pectus magnam Crucem.*
17. *Crucem Ordinis assutam vesti ad latus sinistrum, non circumornatam auro, nec Crucem auream appensam collo, deferunt Sacerdotes Obedientiæ, & Capellani*, & n. 18., & 33.
19. *Servientes Armorum deferunt Crucem, ut Capellani.*
20. *Servientes Officii, ut Conversi Donati*, Tau *deferunt, mediam Crucem, dempto quarto, & superiori Ramo.*
21. *Figura Crucis auro circumornatæ, apud quem habeatur.*

22. Cru-

22. *Crucis sine auro figuram referunt ibi allegati.*
23. *Figura Crucis obtruncata adest apud ibi allegatos.*
24. *Servientes Armorum quando possint praetendere Gradum Equitis Militis.*
25. *Servientes Armorum, quomodo admittantur ad Habitum, & Servientes alii sunt Armorum, alii Officii.*
26. Tau *proprie non est Eques; quomodo admittatur ad Habitum.*
27. *Habitus Equitum, in quo consistat, & an eundem deferre debeant*, & n. 28. 29. 30. 31. 32. 33. & 34.
35. *Habitus Caremoniae Capellanorum, aut Sacerdotum obedientiae quis sit.*
36. *Habitus Servientium, qualis sit. Habitum magnus Magister confert, & Professionem recipit Equitum; magnus Ecclesiae Prior confert Capellanis.*
37. *In Bello contra Infideles, Equites utuntur Veste serica alba brevi, Crucem rubeam in pectore habente, ut est quoad colorem Vestis Equitum Sancti Joannis.*
38. *Vexillum Militare Religionis habet ex una parte Crucem Ordinis, ex altera Stemma magnorum Ducum.*
39. *In Civitate Cosmopoli, nunc* Portuferrajo *Ilica Insulae, cogitavit Fundator Sedem Religionis locare.*
40. *Describitur d. Insula.*
41. *In Civitate Pisarum illam fixit*, & n. seqq.
42. *Pisarum Urbs laudatur*, & n. 43., & 44.
45. *Recensentur Ædificia ibi extructa pro Ordine.*
46. *Ædificare fecit Ecclesiam Conventualem.*
47. *Sacrum Purificatorium Sanguine D. N. I. C. aspersum asservatur.*
48. *Ossa Sancti Stephani Papae, & Martyris, è Civitate Tranensi anno* 1683. *ad d. Ecclesiam fuerunt translata. Sic anno* 1700. *Cathedra ejusdem Sancti Pontificis ab Urbe translata fuit magna pompa*, & n. 49.
50. *Ecclesia quoque pro Canonica constructa fuit, in qua habitant Capellani*, & n. 51.
52. *Adest Prior d. Ecclesiae, qui est Eques ex Classe Militum Nobilium Ecclesiasticorum.*
53. *Prior antedictus habet usum Pontificalium amplissime*, & n. 54.
55. *Militaris haec Religio instituta fuit cum praecedente Auctoritate Summi Pontificis Pii IV., & post institutionem rursus ab eodem confirmata.*
56. *Adducuntur novissima Decreta Augustissimi Imperatoris magni Magistri circa delationem Vestimentorum una cum Instructione.*

DISCURSUS CCXIV.

SANCTI STEPHANI PAPÆ, ET MARTYRIS SEC. I.

MUnificentissimus, & vere Regii animi Princeps Cosmus I. Medices, tunc temporis Florentiae, & Senarum Dux, ac quem postmodum Sanctus Pius Quintus Pontifex Maximus anno 1569, magnae Etruriae Ducis, cum suis Successoribus Titulo insignivit, & Regali exornavit Corona, & Sceptrum illi in manus tradidit, ut infra exponemus in Catalogo magnorum Ducum, Christianae Reipublicae discrimina sedulo perpendens, & potissime Turcarum Piraticam exercentium audaciam, qui post captam ab ipsis Rhodi Insulam, per Maria etiam haec nostra, adeo temerarie debaccabantur, ut per ipsius Italiae fines Piraticae Naves pervagarentur

rentur, cupiensque prudentissimus Dux, tot malis aliquo remedio mederi, statuit se obicem ponere, ac presto esse, subsidiumque Christianis præbere, ac propugnaculum parare novæ Equestris, strenuæque Militiæ institutione mediante, ac fundatione. Hanc autem optimis architectatus fuit legibus ad intentum suum collimantibus, hoc est ad Dei honorem, & gloriam, ac Fidei Catholicæ defensionem, marisque Mediterranei adversus Infideles custodiam, & tuitionem, necnon Posterorum suorum decus, & ornamentum, pene methodum desumendo à sacra Militari Equestre Religione Sancti Joannis Hierosolymitani, quam sibi in Prototypum imitandam proposuit, stabilimentis, & Regulis passim ex eadem Hierosolymitana Religione excerptis, ac partim de novo confectis, ut ponderat *Franciscus Sansovinus dell' origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 45.*, ubi subiungit hæc verba de Legibus hujus Ordinis S. Stephani - *Le Constituzioni per essere ultime di tutte le altre, e per conseguenza piene di molto sugo, ed indirizzate solamente al valore, ed alla virtù, sono introdotte parte di nuovo, e parte imitate da quelle di Malta: Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 112. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonic. tom. 2. Litt. S. de Summa Trinitat., & Fide Catholica, in S. Notitia, & series Ordin. Equest. Militarium sub n. 109. in verbo Ordo Equitum Sancti Stephani in Etruria pag. 746. juxta impress. Salisburgensem Typis Joannis Josephi Mayr 1729.* Et novissime tot titulis de Litteraria Republica optime meritus *Dominus Eques Georgius Vivianus Marchesius Bonacursius Patricius Foroliviensis, & Faventinus*, hujus Ordinis Sancti Stephani Eques, & Bajulivus Foroliviensis in Ditione Veneta, & nuper à Ss. Domino Nostro Divina Providentia Benedicto Papa XIV. illustri Prælatura Curiæ Romanæ decoratus, Prothonotarii scilicet Apostolici Supranumerarii de Numero Partecipantium, in suo egregio Volumine *La Galleria dell' Onore;* referto non minus Eruditionum Historicarum, quam Nobilium Familiarum, præcipue Italiæ Nostræ Pinacotheca *par. pr. pag. 6. juxta impress. Foroliviensem Typis Fratrum Marozzi 1735. Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei, Historia omnium Ordinum Monasticorum &c., & Militarium Gallice scripta, & per d. Patrem Fontana in Italicum Idioma translata tom. 6. cap. 32. pag. 261. juxta impress. Lucensem Josephi Salani, & Vincentii Guntini 1738.*

2\. (margin)

Proinde insignis pietate Dux personaliter se contulit Romam, totamque mentem hanc suam Summo Pontifici Pio IV. aperuit, ut Summi Pontificis
3\. roborata presidio, tam præclare, quam solide compleretur. Hilari corde Magnanimi Ducis Narrationem Summus Pontifex Pius IV. excepit, laudavitque summopere, & ad Opus hoc perficiendum, ea quam exposuerat Methodo, calcar adiecit, ut notat prælaudatus *Dominus Eques Marchesius pag. 2.*

Dictoque Duci Cosmo idem Summus Pontifex Pius IV. amplam indulsit fa-
4\. cultatem erigendi hanc Militiam in ejus Dominio, ac Loco, & Ecclesia Sacra eidem benevisis, sub Regula pariter approbati Ordinis per illum eligenda, & sub invocatione, ac sub Insigniis, cum convenienti Dote ejusdem Ducis arbitrio assignanda pro uno Magistro, dictusque Cosmus primam

primum, & deinde pro tempore existens Florentiæ Dux, esse debeat cum certo Militum numero Nobilium, & alias juxta dispositionem ejusdem Ducis qualificatorum, cum emissione professionis Ordinis hujusmodi, ac Habitus susceptione, cum Capitulis, & Pactis, Conditionibus, & stabilimentis per illum statuendis, & cum facultate, quæcumque Statuta, & Ordinationes licitas, & honestas, & contra libertatem Ecclesiasticam non tendentes, condendi, & edendi, ut legitur in Brevi Apostolico *sub Datum Romæ prima Octobris* 1561 quod est impressum in fronte Statutorum d. *Ordinis Sancti Stephani pag.* 3. *juxta impressionem Florentiæ Typis Francisci Onofri anno* 1665. *d. Pater Fontana pag.* 258.

Magnificentissime quoque Cosmus Dux cuncta paravit, disposuitque, Conventuali in Civitate Pisarum constructa Ecclesia Divo Stephano Papæ, & Mar-
5. tyri dicata, atque Ædificiis excitatis pro Conventu Equitum, & Ministrorum, quæque Ædificia graphice describuntur *à Patre Fulvio Fontana è Societate Jesu in suo Volumine - I Pregi della Toscana pag.* 13. 14., & 15. *juxta impress. Florentiæ Typis Petri Mariæ Miccioni, & Michaelis Nestenus* 1701. *d. Eques Marchesius pag.* 4. & 5. *repetita* per Comitem *Aldigherium Fontanam d. P. Fulvii Fontanæ Nepotem*, in Volumine - *Le Glorie Immortali della Sacra, ed Illustrissima Religione di Santo Stefano pag.* 1. 7. 10., & 11. *impress. Mediolani Typis Fratrum Sittoni* 1706.

„ SUA Maestà Imperiale vuole, che „ i Grandi Ufficiali del suo Sacro Militar Ordine di Santo Stefano, com'anco tutti i Cavalieri „ Carovanisti, tanto quelli che navigano sopra le Galere, quanto quelli che fanno il loro servigio in Pisa, e generalmente tutti i Cavalieri, eccettuati quelli, che sono in abito Ecclesiastico, allorche interveranno nelle Adunanze, o altre Funzioni dell' Ordine, niuna eccettuata, nelle quali non sia solito usar l' Abito di Cerimonia; sano obligati vestir un' Abito uniforme, che dovrà essere Giustacore da Campagna di color bianco semplice con paramani chiusi di color rosso parimenti semplici, con occhiellatura bianca, e bottone puro di filo d' oro, o metallo dorato, senz' altro lavoro; sovravette, di color rosso, come i paramenti con occhielli rossi, e bottoni piccoli d' oro simili a quelli del Giustacore. Al lato sinistro del Giustacore suddetto sia apposta una Croce rossa di seta circondata da un piccolo cordone d' oro. Debba questa essere per i Cavalieri semplici alquanto minore di quella da tenersi dai Cavalieri della Gran Croce, Priori, e Balì secondo le mostre, che vengono date, rimanendo onninamente proibito a tutti il fare aggiungere alle Croci suddette verun ricamo con Stelle d' oro, Gigli, o altro

„ ò altro ornamento di qualunque „ sorta.

„ Senza quest' Uniforme non potranno „ i Cavalieri di qualsivoglia Grado, „ e distinzione siano, e con verun ti- „ tolo, o scusa esser ammessi alle „ Funzioni suddette, nè godere di „ veruna delle prerogative concesse „ in congiuntura di dette respettive „ adunanze, ma dovranno riguardar- „ si, come se non fossero di detto „ Corpo.

„ Vuole altresì sua Maestà Imperiale, „ che tutti i Cavalieri di Gran Cro- „ ce, Priori, e Balì portino la „ Croce pendente dal collo; quale „ dagl'altri Cavalieri, e Commenda- „ tori semplici si terrà attaccata all' „ Ucchiello; ed il Consiglio dell' Or- „ dine farà nota nelle solite forme „ questa Determinazione di sua Mae- „ stà Imperiale, quale comanda, che „ sei mesi dopo la pubblicazione sia „ assolutamente eseguita; e i Cancel- „ lieri, Cerimonieri, e altri additti „ al servizio delle respettive Assem- „ blee dovranno render conto del „ puntuale adempimento.

„ Dat. in Reggenza questo dì 15. Gen- „ najo 1750. S. F.

Il Conte di Richecourt.

Pandolfini.

Ranier Bernardino Fabbri Primo Ministro.

Littera B. Instructio Peculiaris quoad Delationem Habitus, & Tessera quoad omnes Equites Ordinis.

Istruzione per l'Uniforme degl' Illustrissimi Signori Graduati, Priori, Balì, e Cavalieri dell' Insigne Ordine di Santo Stefano Papa, e Martire.

„ Il Giustacore da Campagna deve „ essere di color bianco, con Uc- „ chiellatura bianca, e Bottone di fi- „ lo d'oro, o metallo dorato, senz' „ altro lavoro. Gli Ucchielli, e „ Bottoni nel d'avanti del Giustaco- „ re arrivino fino alla cintola. I „ Paramani del detto Giustacore sia- „ no chiusi, di color rosso scarlatto.

„ La Sottoveste sarà rossa, compagna „ de' Paramani, con Ucchielli rossi, „ e Bottoni piccoli di filo d'oro, o „ di metallo dorato, come sopra.

„ Al lato sinistro del Giustacore sia ap- „ posta la Croce rossa di seta, cir- „ condata e guarnita con fregio d'o- „ ro, come porta lo Statuto al Ti- „ tolo secondo cap. VII. la quale „ dovrà essere delle grandezze deli- „ neate di sopra, proporzionate al „ loro grado; cioè quella di maggior „ grandezza per i Signori Graduati, „ Priori, e Balì; e la minore per „ gli altri Signori Cavalieri.

„ Viene proibito a tutti i Signori Ca- „ valieri tanto Graduati, che non „ Graduati, il far aggiungere alle „ Croci suddette verun ricamo con „ stelle d'oro, Gigli, o altro orna- „ mento di qualunque sorta.

„ Col detto Uniforme, e non altri- „ menti, saranno ammessi alle Fun- „ zioni, ed Adunanze del predetto „ Insigne Ordine, cioè alle Assem- „ blee, ai Vestimenti d'Abito, alle „ Associazioni, Processioni, e Feste, „ nelle quali sogliono intervenire in „ corpo i Signori Cavalieri, i quali „ altresì potranno valersi di detto U-

„ niforme nelle Gale, che corrono
„ fra l'Anno.
„ I Signori Graduati, Priori, e Balì
„ devono portar la Croce pendente
„ dal collo col nastro rosso, la qua-
„ le dagli altri Signori Cavalieri si
„ porterà attaccata all'Ucchiello del
„ Giustacore, o della Sottoveste, con
„ nastro parimente rosso.
„ Si dovrà usare onninamente l' Uni-
„ forme predetto nel termine di me-
„ si sei dal dì 25. Febbrajo 1750.
„ Stile Comune; giorno, nel quale
„ in quest' Assemblea di Firenze fu
„ pubblicato.

D' ordine, Commissione, e Mandato degl' Illustrissimi Signori XII. Cavalieri del Consiglio del Sac., e Militar Ordine di S. Stefano P., e M. pubblicamente s' intima

„ A tutti li Signori Cavalieri dell'
„ Ordine suddetto l'osservanza
„ inviolabile dell' appresso Delibera-
„ zioni fatte nel Capitolo Generale
„ dell'anno scorso 1748. approvate
„ dall' A. R. del Serenissimo Gran
„ Duca, e Gran Maestro, co' suoi
„ benigni Rescritti, e successivamen-
„ te publicate nel predetto Illustrissi-
„ mo Consiglio, colli respettivi Par-
„ titi del dì 8. Marzo prossimo pas-
„ sato, alli quali ec.
„ Che in avvenire alcun Cavaliere dell'
„ Ordine non sia ardito servire in
„ Carica Principi, che non siano su-
„ premi, o del loro sangue, nè a
„ Prelati, che non siano Cardinali,
„ e così trasgredire la disposizione
„ delli Statuti del medesimo limitata
„ nell' Addizioni seconde al num. 43.
„ alla pena del rigoroso arbitrio del
„ Tribunale dell' Illustrissimo Consi-
„ glio, ed anco dell' indignazione
„ dell' A. S. R.
„ Che s' intenda, ed abbia per rimesso
„ cumulativamente all' arbitrio del
„ Tribunale dell' Illustrissimo Consi-
„ glio, e dell' Illustrissimo Sig. Presi-
„ dente dell' Ordine, il ricevere con-
„ tro quei Cavalieri che non porta-
„ no visibilmente la Croce, qualun-
„ que estragiudiciale notizia, e de-
„ nuncia di qualsivoglia Esecutore,
„ o altro notificatore palese, o se-
„ greto, e senza intimazione, am-
„ missione di scuse, e difese, devenir-
„ si ipso facto, manu regia all'esecu-
„ zione delle pene imposte da altre
„ Deliberazioni Capitolari, e quanto
„ alle pecuniarie, già comminate da
„ applicarsi irremissibilmente al Teso-
„ ro dell' Ordine.
„ Che s' intenda, e si abbia per ordi-
„ dinato, che i Cavalieri con Titolo
„ di Priori, e Balì, intervenendo
„ coll' Abito alle Cappelle, senza la
„ Gran Croce in petto non siano am-
„ messi dal Ceremoniere nel luogo
„ proprio di loro Graduazione, ma
„ devino stare nell'Ordine degli altri
„ Cavalieri, come se Priori, o Balì
„ non fossero, e quanto all'altre A-
„ dunanze che si fanno in occasione
„ di vestir l' Abito, o di associar qual-
„ che defunto Cavaliere, intervenen-
„ dovi detti Graduati vestiti da
„ Campagna, com'è in uso, e vo-
„ lendo godere il luogo di loro
„ precedenza, devino portar la
„ Gran Croce in petto visibilmente
„ nella Sottoveste: e quanto ai Ca-
„ valieri d'altr' Ordine, che interve-
„ nissero a dette Funzioni, non sia
„ dato loro luogo, se non dopo i
„ Cavalieri del nostr' Ordine, che co-
„ sì uniti formano il loro corpo, e
„ si ammettino dopo i medesimi, non
„ ostante qualsivoglia Esempio, che
„ in contrario possa allegarsi.
„ Che in avvenire i Pretendenti d' abi-
to

„ to per Giustizia, come ancora i
„ Successori nelle Commende di loro
„ Patronato, rispetto alle Provanze
„ de' Quarti materni solamente, sia,
„ no tenuti indispensabilmente, e
„ non ostante qualsisia consuetudine
„ e pratica in contrario, ancorche
„ tollerata, o approvata da suoi Se.
„ renissimi Predecessori Gran Maestri,
„ a provare i godimenti de' primi O.
„ nori delle Patrie loro, o respettiva
„ capacità di essi per cinque genera.
„ zioni almeno, sopra quella degli
„ stessi Pretendenti, quale non s'in.
„ tenda compresa nelle suddette cin
„ que Generazioni, e tutto ec. man.
„ dans ec.

Ranier Bernardino Fabbri
Primo Ministro.

„ Estratta la presente Copia da altra si.
„ mile, che si conserva nella Can.
„ celleria dell'Illustrissimo, e Sacro
„ Militar Ordine di Santo Stefano Pa.
„ pa, e Martire in Firenze, e con.
„ corda ec. salvo ec. in quorum ec.

Filippo Gaetano Bandini
Coadiutore ec.

DISCURSUS CCXVI.

SANCTI STEPHANI PAPÆ, ET MARTYRIS SEC. II.

ARGUMENTUM

Fundator Ordinis habuit etiam à Summo Pontifice amplam facultatem condendi Statuta, & illa commutandi. Statuta Ordinis sunt ad instar Statutorum Ordinis S. Joannis Hierosolymitani. Vota emittant, & quæ Equites Milites, & Beneficiati Nobiles; & quæ Capellani Obedientiæ. Duplex emittitur Professio. Agitur de Capitulo Generali, & Ordinario: quæ Dignitates creantur in illis. Agitur de Auditore, & Præside Religionis, eorumque Catalogus adducitur; & quot sint Prioratus, Bajulivatus, & Commendæ.

SUMMARIUM

1. *Statuta condendi pro bono Regimine Ordinis Dux Cosmus potestatem habuit à Summo Pontifice Pio IV.*, & n. 2., & 3.
4. *Statuta Ordinis hujus pro majori parte desumpta fuere à Statutis Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, quem in Typum sibi assumpsit Fundator.*
5. *Vota Castitatis Coniugalis, & Obedientiæ emittunt Equites Sancti Stephani*, & n. 6. 7. 8. 9., & 10.
11. *Reiicitur* Hermant *in Historia Ordinum, scribens, hos Equites solum obligationem emittere fidelitatis erga suum Principem.*
12. *Possunt isti Equites Matrimonium contrahere non solum cum Virgine, sed etiam cum Vidua.*
13. *Dicta Vota non esse solemnia, inquit* De Luca, *sed hoc explicatione indiget.*
14. *Professio in hoc Ordine est duplex: prima, & secunda, & quomodo emittatur*, & n. 15., & 16.
17. *Ordinem Sancti Stephani confirmavit Summus Pontifex Pius IV.*, & n. 18.
19. *Reiicitur* Pater Mendo *quoad tempus fundationis Ordinis Sancti Stephani.*
20. *Sic etiam* Comes Alphonsus Loschi.
21. *Consilium Ordinarium, sive Tribunal duodecim Equitum, quo odo sit institutum, in quibus verfetur; ubi resideat ejus officium*, & n. 22. 23. 24., & 25.

26. Equi-

26. *Equites Capitulares magna Crucis, qui sint, ubi resideant & eorum officium. Novitii, in quo morentur Palatio, quibus artibus instituantur.*

27 *Capitulum Generale quolibet celebratur triennio, & quando, & quo modo*, & n. 28., & 29.

30. *Ad Capitulum Generale, qui venire debeant*, & n. 31. & 32.

33 *Qua pæna puniantur non venientes ad Capitulum; qui ad illud accedere teneantur.*

34. *In Capitulo Generali quæ dignitates eligantur*, & n. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44., & 45.

44. *In Generali Capitulo quolibet Triennio eligitur Prior Ecclesiasticus ex numero Sacerdotum Militum; & si non adsunt habiles, ex numero Capellanorum eligitur, & quale sit ejus officium.*

Hodie electus à magno Magistro remanet electus ad Vitam.

45 *Dictus Prior gaudet usu Pontificalium.*

46. *Dignitates prædictæ eliguntur de Triennio in Triennium.*

47. *In Ordine Sancti Stephani adsunt Dignitates, & Priores; & Bajulivi cum magnis Crucibus, qui sunt vel ad Vitam, vel durante eorum officio.*

48. *Auditor & Præses Religionis adest, & ejus officium in quo consistat*, & n. 50. 55. & 60.

49. *Capitulum Generale per quantum tempus possit durare*, & n. 55.

51. *Ad munus Auditoris, & Præsidis semper eligitur à magno Duce Vir præclarissimus, & doctissimus.*

52. *Idem assistentiam præstat Tribunali XII Equitum de Consilio privato, & Capitulo Generali, & omnibus Conventibus pro negotiis dictæ Religionis. Sedet apud magnum Magistrum à dextris, à sinistris Eques magis Antianus.*

53. *Præses tuetur Jura, & Privilegia Religionis intra, & extra Statum magni Ducis.*

54. *Cum illo aguntur negotia fundationum Commendarum, Permutationum, Subrogationum, Bonorum &c. aliarumque rerum ad Commendas spectantium*, & n. 55.

Impugnatur Saminiat *Constit.* 197.

55. *Capitulo Generali interesse debent, ut dictum est supra*, & n. 48. & 56.

56 *D. Præses debet de omnibus instructum reddere magnum Magistrum, & omnia peragi debent ipso sciente, & approbante.*

57. *In concedendis licentiis pro absentia duorum mensium Equitibus Consilii, quomodo se gerat.*

58. *Dicto Præsidi Magnus Dux remittit omnes supplices libellos, & ipse Præses proponit suæ Celsitudini, & quomodo.*

59 *Est organum omnium rerum, pro quibus habetur recursus ad M. Magistrum, & quomodo.*

60. *Præses Auditor in Prætendentibus Habitum auditur quando, & quomodo.*

61. *Præses, & Prior Religionis, quando se ingerant in respicientibus studium Pisarum.*

62. *Auditorum Præsidum refertur Catalogus per extensum.*

63. *Quot Prioratus, quot Bajulivatus, & Commendæ sint, agunt Scriptores ibidem adducti.*

Illos dividere, dismembrare, vel de novo erigere potest magnus Dux.

64. *Bajulivatum in Civitate Forolivii instituit Joannes Gasto magnus Etruriæ Dux.*

65. *Dictum Bajulivatum instituit pro nostro Nepote Equite creato in Infantili ætate cum Dispensationibus super Ætate &c.*

66 *Su.*

66. *Super hoc magnus Dux praemisit suum Motum proprium undique Familiae nostrae honorificum, cujus Motus proprius tenor adducitur*, & n. 67.
68. *Adducitur Bulla d. Joannis Gastoni magni Etruriae Ducis, collationis dicti Bajulivatus honorarii, favore nostri Nepotis, cum Relatione semper ad dictum Motum Proprium.*
69. *Tituli praeclari, etiam antiquis temporibus tributi fuerunt huic Ordini.*
70. *Enumerantur exemptiones Ordini concessae*, & n. 71. 72., & 73.
74. *Indulgentiam Summus Pontifex concedit Visitantibus Ecclesiam.*
75. *Item Jubilaum indulsit cum facultate eligendi Confessarium, & quae Vota commutandi.*
76. *Contribuenti Pecunias, vel Bona favore Ordinis, & Ecclesiae Pontifex Indulgentias concedit, & quales.*
77. *Hospitalia in Etruria quod in Commendas Ordinis erigi possint.*
78 *Ordinis Equitum Causa Criminales in Etruria, quomodo decidantur.*
79. *Arma Equites, & Officiales deferendi licentiam habent, & quae.*
80. *Pisis commorantes, & Scholares qua exemptione gaudeant.*
81. *Equites hujus Ordinis gaudent Privilegio deferendi Ensem coram Summo Pontifice, ex Rescripto san. mem. Benedicti XIII. Rursus ex Breve Apostolico Sanctiss. D. N. Benedicti XIV.*
82. *Prohibetur Equitibus inservire Principibus saecularibus, nisi gaudeant Serenissimi Titulo, & sint supremi. Neque Principi Ecclesiastico, nisi sit Cardinalis.*
83 *Recensentur egregia facinora Equitum.*
84. *Laudantur Equites, & in specie Comes, & Marchio Vincentius, & Franciscus Piazza.*
84. *Recensentur Tormenta Bellica à Barbaris erepta per Equites, ex quibus constructae fuerunt duae Aeneae Statuae Cosmi, & Ferdinandi, in quarum calce leguntur Verba* - Di Metallo rapito al fiero Trace.
85. *Catalogi plures adducuntur eorum, qui Gradus Praeminentiae in Ordine tenuerunt.*

DISCURSUS CCXVI.

SANCTI STEPHANI PAPAE, ET MARTYRIS.

SEC. II.

MAgnus Ordinis hujus Magister, qui semper, ut diximus, est magnus Etruriae Dux, latam tenet pote-
1. statem quoad hanc Religionem, & Ordinem à Cosmo Primo fundatum, & ex propriis bonis dotatum: nam idem Dux Cosmus à Summo Pontifice Pio IV. facultatem obtinuit illam erigendi, ac instituendi cum legibus fundamentalibus, & pro salubri directione, ac felici regimine quaecumque Statuta, & ordinationes condendi, edendi, aliaque; & circa ea necessaria, & opportuna faciendi cum concessione plenae, & liberae licentiae, & facultatis, juxta tenorem literarum Apostolicarum dicti Pii Papae IV. primo Octobris 1561. *Fulvius Fontana Jesuita - I Pregi della Toscana pag. 19. d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom 6. cap. 23. pag. 259.*

Et rursus in approbatione, & confir-
2. matione Fundationis à d. Cosmo factae, ac Statutorum, & Ordinationum ab eodem factarum, idem Summus Pontifex Pius IV. dicto Cosmo Primo, & pro tempore existenti magno

gno Etruriæ Duci, magnoque Magistro tribuit facultates, quas alii magni Magistri aliorum Militarium Ordinum tenent, & ulterius facultatem impertiit prædicta immutandi, & reformandi, ac alia quæcumque &c. ordinationes, & Statuta ad ejusdem Militiæ directionem facientia, quoties sibi videbitur, condendi facultatem concessit, ut latius in alio Apostolico Breve anno Incarnationis Domini Kalend. Februarii 1561. Pontificatus sui anno III.

3. Ampla hæc magni Magistri auctoritas exprimitur etiam, & describitur à *Statuto Ordinis tit. 9. cap. 1. 2., & 3., & in d. cap. 2.* subditur, quod non solum facere potest quæ ibi describuntur, sed ÷ *E fare altre cose somiglianti, ed anco maggiori*: *d. Abbas Justinianus pag. 797. d. Pater Fulvius Fontana pag. 19.*

4. Statuta autem hujus Militaris Ordinis, quæ in substantialibus pro majori, & meliori parte desumpta sunt ex Statutis Sacræ Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani, nunc Melitensis, quam sibi in Typum statuit, fundamentumque, collaudat *Sansovinus in libello dell' origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 45. juxta impressionem Venetam 1570. d. Eques Marchesius in d. Volumine Galleria dell' Onore par. pr. à pag. 5. cum seqq* & impressa fuere Florentiæ anno 1562. *Typis Laurentii Florentini*.

Rursus cum Additionibus impressa fuerunt *Florentiæ Typis Philippi Giunti anno* 1590. Tandem novis Additionibus adaucta, jussu subsequentium magnorum Magistrorum Ducum impressa Florentiæ anno 1565. *Typis Fransci Onofri Archiep Impressoris*.

5. Præscripsit Fundator, quod omnes profiteri volentes in hac Religione teneantur emittere tria vota, scilicet Charitatis, Castitatis Coniugalis, & Obedientiæ, juxta memoratam Bullam Pii IV. *Statutum Religionis tit. 1. della Regola cap. 2. tit. 2. del modo di ricevere i Cavalieri cap. 6.*, de quibus *Pater Azorius Instit. Moral. par. pr. cap. 5. d. Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag. 224. Barbos. Collect. 311. n. 5. d. Abbas Justinianus d. pag. 801.*

6. Laici itaque Coniugalem, Sacerdotes vero absolutam vovent Castitatem, sicuti jam ratione Sacri Ordinis idem votum emiserunt, ut colligitur ex *Statuto Ordinis tit. 2. cap. 6.*, & tradit *Abbas Justinianus d. pag. 801.*

7. Quo verò ad Beneficiatos Nobiles Ordinem Sacrum non habentes, licet ipsi in votorum emissione nominent simpliciter votum Castitatis, ut faciunt etiam ipsi Sacerdotes, quemadmodum constat in *d. Statuto tit. 2. cap. 6.* hoc tamen intelligi debet subsistere, quousque durant in tali statu voventes, & eadem Classe beneficiati; secus autem quando mutant statum, & transeunt ad Classem Militum laicorum, sicuti hunc transitum facere possunt, ut ostendemus infra *Sect. 3. in §. Cæterum in hac nostra Patria*. Non enim censentur voluisse se privare jure, & facultate, quam habent transeundi ad dictam Classem Militum laicorum, & sic voluisse se obligare ad persistendum semper in Classe Beneficiatorum Nobilium: & in hoc perpenditur ulterius, nullum in emissione hujusmodi Voti adesse verbum perpetuitatem indicans: unde sic quadrat Scriptorum Theorica, quod votum certo tempori affixum ad aliud tempus non se extendit, sed cessat dicto tempore elapso, de quare *Pater Anacletus Reinffestuel Theolog. Moral. Tract. 6. Distinct. 3. quæst. 3. de Cessat. Voti n. 30.*

In

In proposito horum Votorum in Equiti-
9. bus S. Stephani notare non omittimus, quod apud *Patrem Josephum Francifcum Fontana d. tom. 6. pag. 262.* nulla fit mentio de Voto Castitatis quoad Equites seculares, sed solum quoad Capellanos, ibi - *Quando i Cavalieri fanno Professione, si obbligano con Voto alla Povertà, Carità, ed Ubbidienza, ed i Cappellani, come Religiosi, alla Povertà, Castità, ed Ubbidienza.*

Ipse Summus Pontifex Pius IV. in sua Bulla hujus Religionis institutionem confirmante, quæque impressa est in principio Statutorum ejusdem Ordinis, dilucide recensita Vota explicat,
10. ibi - *Charitatem nempe, cui tamquam solidæ Militia ipsa inniteretur, honorem Dei rebus universis praeponendo, Sacræ Scripturæ Praeceptis parendo, Sedis prædictæ mandata servando, pro Fide Catholica pugnando, justitiam colendo, Pauperibus subveniendo, Captivos ab Infidelibus vinculis recuperando; & finaliter sese ultroneos cuicumque periculo pro Christianæ Religionis defensione, & pro ejus augmento non solum facultates, sed & propriam vitam exponendo; Castitatem vero, sive Pudicitiam, nullam aliam Feminam præter propriam Uxorem, carnaliter cognoscendo: Obedientiam in omnibus sibi per Magistrum, vel ejus Locumtenentem, aliosve Militia Superiores, juxta illius ordinationes, & Statuta injunctis, bono, hilari animo diligenter exequendis, ac pro salubri Militia, Militumque prædictorum regimine, & perpetuitate, quam plura Canones, & Statuta, ac Ordinationes super ipsorum Militum regula.*

Hujusmodi Votorum series evidenter de medio tollit, quod citra veritatem
11. asserit *Hermant Histoir. des Ordres de Chevalerie cap. 61.* hujus Ordinis Equites nullam aliam obligationem emittere, quam fidelitatis erga eorum Principem, & defensionis Christianæ Religionis adversus Mahometanos. Quapropter expresse *d. Hermanum* reprobat allegatus *Pater Honoratus a Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertat. Historiques sur la Chevalerie d. Lib. 1. Dissert. 10. art. 2. pag. 224.*

Sequitur ex præmissis, quod ipsi Equites contrahere possunt Matrimonium, non solum cum Virgine, sed etiam
12. cum Vidua; imo ad ulteriores nuptias convolare, ut loquitur *Statutum Tit. 1. cap. 2.* & Nos latius agemus *in Discur. de Votis.*

Nec referre amittimus quod scriptum reliquit *Cardinalis de Luca de*
13. *Jurisdictione Disc. 92. sub n. 15.*, quod nempe Vota, quæ emittunt Equites Sancti Stephani, non sunt formalia, & solemnia, sed solum quædam Promissiones non obligantes ad peccatum. Sed hoc dictum suis indiget explicationibus, quas tangemus *in d. Discurs. de Votis.*

Duplex autem in isto Militari Ordine Sancti Stephani emittitur Professio. Pri-
14. ma in ipso actu susceptionis Habitus, ut disponitur *in cap. 6. tit. 2. Statuti novi*, quod in Statuto vetere erat sub cap. 1., & in d. cap. 6. exponuntur omnes, & singulæ cæremoniæ, & ritus, qui in hac prima Professione servari debent. Secunda Professio illa est, quæ in Ecclesia Conventuali Religionis in Civitate Pi-
15. sarum regulariter peragitur, nisi agatur de Equitibus Commendatariis Commendarum Jurispatronatus, vel nisi adsit gratiosa magni Magistri dispensatio; de qua secunda Professione disponit *Statutum tit. 13. cap. 2.*

Per primam vero Professionem efficitur Eques

16. Eques Miles Religionis: per secundam acquiritur habilitas ad Comendas vigore antianitatis competentes, quoniam nemo Antianitatem consequi potest, nisi Professione completa, ut in *Statuto in secundis Addit. ad d. tit. 13. cap. 2.*, ibi - *Si dichiara, che i detti Cavalieri non possono conseguire la dichiarazione della finita Anzianità, se non nell'ultimo giorno del mese, nel quale finiscono la Professione.*

Hanc fundationem Ordinis à Duce Cosmo peractam, cum suis Statutis inte-
17. gre confirmavit Summus Pontifex Pius IV. in Bulla inter suas *La 60. Tomo 2.* ubi ample, ac in forma specifica confirmatur d. Institutio à Duce Cosmo facta cum omnibus, & singulis Statutis per ipsum editis, ut ipsemet Pontifex Pius IV *potiori pro cautela Militiam prædictam* (sunt verba Bullę) *eisdem modo, & forma quibus per ipsum Cosmum Ducem erecta, & instituta est de novo, ex simili scientia, eadem auctoritate, perpetuo erigimus, & instituimus, illique sic erectę, omnia, & singula fructus, & alia mobilia, & immobilia, res, & Bona illi per eundem Cosmum Ducem hactenus concessa, & deinceps, tam per eum, quam alios quoscumque licite concedenda etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Nec non Canones, Statuta, Ordinationes, & Capitula prædicta, de novo statuimus, & ordinamus, ac eundem Cosmum, & pro tempore existentem Florentiæ Ducem in magnum Magistrum ejusdem Militiæ, cum honoribus Prærogativis, & facultatibus, quibus alii aliarum Militiarum dicta Auctoritate confirmatarum Magistri inter suos Milites quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, similiter perpetuo constituimus, & deputamus, illique prædicta immutandi, & reformandi, ac alia quæcumque Ordinationes, & Statuta ad illius Militiæ directionem facientia, licita, & honesta, ac Sacris Canonibus minime contraria, quoties sibi videbitur, condendi facultatem concedimus, ac præmissa omnia, & singula valida, & efficacia fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & per Milites Fratres, & alias ejusdem Militiæ Personas, aliosque quomodolibet inviolabiliter observari debere, ac eosdem Milites, & Religiosos ab illis nullatenus resilire posse, sed ad illorum observantiam teneri, & efficaciter obligatos fore, censurisque, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis ad id compelli posse.* -

Præmissa autem Bulla per extensum habetur etiam in *d. Statuto Ordinis à*
18. *pag. 6. cum seqq.*, & de ea à confirmatione Religionis indulta amplissime à Summo Pontifice Pio IV., testantur *Pater Azorius Hispanus, è Societate Jesu par. pr. Instit. Moral. lib. 13. cap. 5. d. Abbas Justinianus pag. 797. d. Pater Bonannus d. n. 112. d. Dominus Eques Marchesius Bonacursius d. par. pr. pag. 13. d. Pater Fulvius Fontana è Societate Jesu - I Eregi della Toscana pag. 10. Dominus Comes Aldigharius Fontana Parmensis Nepos d. Patris Fulvii* in Volumine - *Le Glorie Immortali della Sagra, ed Illustrissima Religione di S. Stefano*, quod continet novam d. sui Patrui Voluminis impressionem *pag. 8. juxta impress. Mediolani Typis Fratrum Sirtori 1706.*, alter. *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanen. Congregationis Matris Dei - Storia degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari Gallice scripta, & per eundem in Italicum idioma translata tom. 6. cap. 32. pag. 258. juxta impress. Lu-*

ex Typis Josephi, & Vincentii Giuntini 1738.

Hinc ex præmissis Apostolicis Litteris
19. præcise indicantibus annos, quibus Pontificiæ concessiones super fundationem Ordinis prodierunt, erroneæ remanent assertiones, quæ traduntur à *Patre Andrea Mendo de Ordinibus Militaribus D. sq. 1. quæst. 2. §. 19.* Ordinem scilicet hunc fuisse institutum, secundum aliquos, anno 1555, vel anno 1560., & cum hoc facti errore fuisse institutum anno 1560., scribunt *Patres Philippus Bonannus, d. numero* 112., *Pater Graveson* in libro, cui titulus - *Continuatio Tabularum Chronologicarum tom. 9. in Tabula Chronologica* 14., *& ultima sub titulo Ordines Equestres, ac Militares Seculi Decimi sexti* §. *Denique pag.* 507. *juxta impress. Romæ Typis Ludovici Tinassi anno* 1722. *d. Vigilius de Nicollis præallegata pag.* 746.

Patetque, quid sit dicendum de his, quæ scribit *Comes Alphonsus Loschi in compendio Historia de Gran Duchi di To-*
20. *scana pag. nobis* 413. scilicet, hos Equites Sancti Stephani institutos à Cosmo I. magno Duce fuisse confirmatos à Pio V. anno 1572.

Ex hujusmodi Statutorum dispositionibus in claris ponitur, quod Fundator
21. sui Equestris Militaris Ordinis Molem egregia structura disposuit, ut illius splendor optima Gubernatione inconcusse servaretur, atque etiam augeretur. Hinc pro bono totius Ordinis Regimine, Supremum instituit Concilium Ordinarium, sive Tribunal, quod Duodecim Equitibus constatur, & ob id duodecim Equitum appellatur, præestque in eo magnus Magister, sive ejus Locum tenens, cavetur autem in *Statuto Ordinis tit. 8. del Consiglio, e de' Giudici*, quod quoties magnus Magister expresse non deputat aliquem in suum Locumtenentem, tunc intelligatur, & absque ulla alia declaratione sit ejusdem magni Magistri Locumtenens major Commendatarius, si in Conventu adsit, quo absente
22. sit magnus Comestabilis: si autem uterque sit absens, sit Architalassus; & si hic quoque deficiat, succedat Prior, & successive magnus Cancellarius, Thesaurarius, Conservator Generalis, & ut dicitur il *Buon Uomo*, juxta ea quæ sanciuntur in Statuto del *Concilio, e de' Giudici tit. 8. cap. 2.* In eodem Concilio ordinario adsunt dicti Comendatarius major, Comestabilis, Architalassus, Prior Conventus, magnus Cancellarius, Thesaurarius, Conservator Generalis, *Il Buon Uomo*,
23. Hospitalis Priores, & Bajulivi, & Prior Ecclesiæ, & illi ex Graduatis, qui tunc reperientur in Conventu; & post dictos graduatos interesse debent Equites illi, qui in Capitulis generalibus, aut a magno Magistro in numero Concilii adscribentur, juxta gradum Antianitatis, ita ut fixus sit numerus duodecim: *Statutum d. tit.* 8. *cap.* 1. ubi exponitur, quomodo suppleatur in casu, quo completus non esset d. numerus duodenarius: *d. Abbas Justinianus pag.* 800. *Pater Joseph Franciscus Fontana Congregationis Matris Dei, in d. tom. 6. cap. 23. pag.* 262. alter *Pater Fulvius Fontana in dicto Volumine I Pregi della Toscana pag.* 16., *& seqq.*, *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom.* 4. §. 91. *pag.* 145. *& seq juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Dominus Eques, & Bajulivus Marchesius Buonaccorsi - Galleria d'Onore par. pr. pag.* 11., *& seqq.*

In hoc autem Consilio omnia Ordinis negotia tractantur, teneturque merum,

24. & mixtum imperium super omnes
Equites, Ministros, ac Officiales, &
super omnes delicta comittentes in Pa
latiis, Ecclesia, & Platea Religionis: *d.
Pater Fulvius Fontana pag.* 17. *Eques
Marchesinus pag.* 10. ubi, quod idem
Concilium recognoscit Processus Pro.
bationum Equitum ex Justitia, & Juris-
25. patronatus, illasque, si juxta stabili-
menta Ordinis legitimæ fuerint, ap
probat, aut reiicit; super Antianitate
quoad Commendas decidit, & ea.
rundem excambium, expensis servitio
rum temporibus.

In prænominatis autem Palatiis resi.
26. dentiam habere tenentur Equites
Capitulares magnæ Crucis, ac Equi-
tes, qui ex obligatione, aut electio.
ne serviunt Ordini ad militandum,
& conficiendum eorum Caravanas in
Triremibus, & loco victus recipiunt
à Thesauro conveniens stipendium,
una cum commoditate Culinæ, &
cum administratione lignorum ad com-
burendum, Medicorum, & Medicina.
lium, & Chirurgi, ac Assistentium
in ægritudine: *d. Abbas Justinianus
pag.* 800. Novitii vero, qui se Ordini
addicunt, dum in dd: morantur Pala.
tiis, in Equestri arte per doctos Vi-
ros instruuntur: *d. Abbas Justinianus
d. pag.* 800. *d. Pater Joseph Franci-
scus Fontana d. pag.* 262.

Ulterius quolidet Triennio in Dominica
in Albis celebratur Capitulum Gene-
27. rale, quod accedente necessitate
Religionis, habetur etiam toties quo
ties Magister indicat celebrandum;
Cœremoniæ vero, quæ in celebratio.
ne ejusdem adhibentur, describuntur in
Statuto Ordinis tit. 8. *del Capitolo
Generale cap.* 1. *d. Abb. Justin. d. pag.*
800. *P. Fontana Jesuita d. pag.* 17.
d. Collector Gallus d. tom. 4. *pag.* 145.
*d. Pater Joseph Franciscus Fontana
Congregationis Matris Dei tom.* 6.
cap. 32. *pag.* 262.

Convocatio autem, & intimatio Capi-
28. tuli fit Equitibus Hebdomada pri.
ma Quadragesimæ præcedenti: *Stat.
d. tit.* 6. *cap.* 1.

Capitulum quoque Provinciale celebra-
tur quolibet anno, quo non habetur
29. Capitulum Generale: *Statut. tit.* 7.
cap. 1.

Ad Capitulum Generale prædictum
30. accedere tenentur omnes Equites in
Etruria morantes, & cum Familia habi-
tantes. Illi quoque qui dignitatem,
Officium, & Administrationem pu.
blicam in Religione retinent, exceptis
tamen Receptoribus extra statum ma.
gni Magistri, si tamen eorum com.
puta transmiserint debitis temporibus:
d. Collector Gallus d. tom. 4. *pag.* 145.

Sic excipiuntur etiam Priores, & Baju-
31. livi, & Administratores Commendæ
fundatę, tam ex Bonis profanis,
quam mistis, cujus Juspatronatus sit
reservatum, tum privatis Personis,
tum Universitatibus.

Item Ephæbi magni Ducis, & illi qui
32. Romę habitant, qui excepti, licet
immunes sint à pœna, tamen bene
gerent, si accesserint.

Omnes autem qui tenentur ad Capitu-
33. lum accedere, si non compareant,
multantur pœna ad arbitrium Conci-
lii, usque ad privationem Habitus
exclusive, nisi aliqua justa causa, vel
impedimento fuerint detenti; ut si
essent ægroti, vel tutæ viæ non fue-
rint, vel reperirentur in carceribus,
vel captivi apud Infideles, super qui.
bus declaratio spectat ad Concilium:
Statutum Ordinis tit. 6. *de Capitulo
Generali cap.* 2., *& seq.*

Porro in Capitulo Generali supremæ to-
34. tius Ordinis Dignitates eliguntur,
de quibus *Statutum tit.* 6. *cap* 6., &
sunt, ut diximus. Primo Commen-
dator major, de cujus munere supe-
rius egimus, & cui, dum est in Con-

ventu

ventu, solvuntur solum expensæ pro se, & quatuor Famulis, sine stipendio: *Statutum tit.* 10. *cap.* 8.

Secundo magnus Comestabilis, qui Belli
35. terrestribus expeditionibus præest: *Statutum tit.* 10. *cap.* 2. *d. Marchesius pag.* 11. Et huic, ex Pecuniis Thesauri, quoties in expeditione erit, & in actuali Bello, solvuntur scuta tercentum annuatim: extra autem expeditionem scuta centum, & expensę fiant, & in Conventu, et tribus Famulis: *d. Statutum tit.* 10. *cap.* 8.

Tertio Architalassus, qui maritimis
36. præest expeditionibus: *d. Statutum d. tit.* 10. *cap.* 3. *d. Marchesius pag.* 11., huic solvuntur scuta biscentum omni tempore, & expensæ in Conventu, aut in Triremi, una cum tribus Famulis: *Statutum d. tit.* 10. *cap.* 8.

Quarto magnus Prior Conventus, qui
37. etiam dicitur Prior Ordinis, & ad triennium eligitur in Capitulo Generali: *Statut. tit.* 11. *de' Priori cap.* 1. *d. Marchesius* ubi supra *pag.* 11., qui in casu absentiæ Commendatoris majoris substinet onus Gubernii, quippe invigilat, ut inter Equites Pax, & Concordia servetur, Timor Dei custodiatur, Habitum Novitiis imponit,
38. Criminales Processus conficit, delinquentes punit, & consimilia gerit. Dicto Magno Priori Conventus solvuntur omni tempore scuta centum, & expensæ in Conventu cum tribus Famulis: *d. Statutum tit.* 10. *cap.* 8.

Quinto magnus Cancellarius, & Vice-
39. cancellarius tenentur respective per Ministros subalternos custodire Scripturas Criminales, & Civiles ad Cancellarium spectantes, & Archivium, & Registra duplicata Commendarum, stabilium, & contractuum: *d. Marchesius pag.* 11., eidem autem omni tempore solvuntur scuta centum, & expensę in Conventu cum duobus Famulis: *d. Statutum tit.* 10. *cap* 8.

Sexto magnus, seu Generalis Tesaura-
40. rius, & huic omni tempore solvuntur scuta centum, & expensę pro duobus Famulis in Conventu, extra Conventum autem nil aliud habet, quam stipendium: *d. Statut. tit.* 10. *cap.* 8.

Tenetur vero d. magnus Thesaurarius
41. describere facere in Libris ab Officialibus notas introitus, & exitus Ordinis, & sub clave custodire pecunias receptas pro Thesauro: *d. Statutum tit.* 10. *cap.* 6. *Marchesius pag.* 11.

Septimus magnus, sive Generalis Con-
42. servator, cui incumbit onus manutenendi in cultura Religionis prædia, & restaurandi rurales Domos, & Urbanas, conservandi Bladas, & Annonam, nec non Arma da Taglio, ut dicitur, e da Fuoco, in Armamentario Religionis: *d. Statutum tit.* 10. *cap.* 7. *d. Marchesius d. pag.* 11., & huic solvuntur scuta centum omni tempore, & expensæ pro duobus Famulis in Conventu, sed extra non solvitur eidem, nisi stipendium, ut inquit *Statutum d. tit.* 10. *cap* 8.

Octauus magnus Hospitalarius, & ut di-
43. cunt, *Buon Vomo dell'Ospedale*, qui habet infirmorum curam, ut Pharmacis bonis iisdem sucurratur, assistant Medici, ac Chirurgi, & demum Sanctissima Sacramenta ministrentur, ac proinde condicta est Hospitalario Infirmorum, & Ægrotantium salus Animæ, & Corporis, juxta *d. Statutum dell' Ospitalità tit.* 4. *cap.* 2. & *cap* 6. *d Marchesius pag.* 11. & 12. Atque huic subministratur illud idem, quod de Thesaurario Conservatore Generali dictum est.

Nonus Prior Ecclesiæ eligitur similiter
44. in Capitulo Generali quolibet tri-

 ennio,

ennio, & eligitur ex numero Sacerdotum Militum, & si non adsint habiles, eligitur ex numero Equitum Capellanorum, qui Prior sit bonæ qualitatis, & laudatorum morum, & super cultu Ecclesię vigilet, & pro salute Equitum, rectaque Sacramentorum Administratione, cæterisque dispositis *in Statuto tit. 8. cap. 1.; & tit. 3. d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 145. Pater Ioseph Franciscus Fontana d tom. 6. cap. 23. pag. 251. P. Fulvius Fontana pag. 15. Marchesius pag. 12.* Hodie tamen, cum hic Prior eligatur à Magno Magistro, remanet electus ad vitam, ut diximus in *Discursu de Prioribus*. Huic Priori ex
45. Indulto Pontificio san. mem. Pii V. in Bulla *Alcisudo* concessus est usus Pontificalium; quod confirmatum fuit, & ampliatum ab Innocentio XII. 18. Octobris 1698. cum declaratione, posse etiam solemniter in Habitu more Episcoporum assistere
46. cum Mitrà. Quę dignitates supremæ de triennio in triennium eliguntur in Capitulo Generali: *Statutum Ordinis tit. 6. del Capitolo Generale cap. 6. d. Pater Fontana Jesuita pag. 17., & 19. d, Pater Fontana Congregationis Matris Dei tom. 6. cap. 32. pag. 261. d. Marchesius pag. 12. & 16* Vide *Discurs. de Prioribus Bajulivis &c.*

Adsunt demum pro bono regimine,
47. ac splendore Religionis dignitates, & Graduationes, hoc est Priores, & Bajulivi magnę Crucis honore insigniti, vel ad tempus, durante scilicet eorum Officio, vel ad Vitam, de quibus *Statutum Ordinis tit. 11. de' Priori cap 1., & cap. 2. &* Nos egimus *in d. Nostro Discursu de Prioribus, & Baiulivis*.

Cum in pluribus hujus Militaris Ordinis
48. expediendis Negotiis ad Dominum S. Religionis Auditorem Præsidem necesse sit recurrere, & primo quoad conficiendum Probationes Nobilitatis, aliarumque rerum necessariarum, juxta distinctionem casuum, ut tradit *Statutum Ordinis del modo di ricevere i Cavalieri tit. 2. delle Probazioni, che*
49. *si debbono fare innanzi che alcuno si accetti*; & nos agemus infra: secundo quoad durationem Capituli Generalis, pro qua dies determinati non adsunt, sed juxta necessitatem, & occurrentiam rerum, Commendator major, & eo absente Prior Conventùs, insimul cum consilio, dierum numerum statuat, dummodo mensem non excedat à die aperitionis ejusdem Capituli, & celebrationis Missæ de Spiritu Sancto, ut subiungitur in *Statuto - Possa ancora l' Auditore del Gran Maestro sopra i negozi della Religione abbreviare il tempo del Capitolo, secondo li parerà conveniente, il quale devè intervenire a detto Capitolo Generale per informare S. A. di quello sarà stato deliberato, ed avere la sua ferma, secondo che gli parerà di giustizia, non dovendosi senza la saputa, & assenso del d. Auditore determinare in d. Capitolo cosa alcuna*, ut legitur *in Statuto Ordinis tit. 6. del Capitolo Generale cap. 10., &* dicemus infra *n. 55.*

Tertio demandatur subscriptio eiusdem Domini Auditoris in Privilegiis Equi-
50. tum, in Bullis Collationum Beneficiorum, & Commendarum cujuscumque qualitatis sub nomine magni Magistri, cujus manu sint signatæ, ac ejus Secretarii, & manu Auditoris, magni Cancellarii, & Vicecancellarii, Bullę quoque, ut dicitur, di Cambiamenti Commendarum, sub nomine magni Magistri confirmatę, & subscriptæ ab

Audi.

Auditore, magno Cancellario, & Vicecancellario Ordinis, & Secretario, qui magnus Magister tenetur apud se semper retinere pro rebus Religionis, juxta ea quę disponit *Statutum Ordinis, del Consiglio, e de Giudici tit.* 8. *cap.* 24. Ad quod Sacrę Religionis Præsidis Auditoris præclarum
51. munus obeundum, præclarissimus semper, doctissimusque Vir eligitur à magno Duce, magnoque Magistro, ut videre est in nomenclatura eorundem, quæ habetur apud sæpe allegatum *Patrem Fulvium Fontana de' Pregi della Toscana in Catalogo Auditorum Præsidum* usque ad bo. me. Equitem, & Senatorem Antinori Florentinum *pag.* 10. Qui Catalogus usque ad præsens exponitur à recolendę memoriæ *d. Jacobo de Comitibus*, ut infra dicemus una cum nonnullis Notitiis de illorum Munere.

Adest ergo Auditor, & Præses hujus
52. Sacræ Religionis, & sane præclarissimum est illius munus, quippe hic præsidet, & assistentiam præbet Tribunali Dominorum XII. Equitum de Consilio privato superius recensito, sic etiam Capitulo Generali, omnibusque publicis Conventibus, qui fiunt pro Negotiis ejusdem Religionis, in quibus intervenit magnus Magister, apud quem sedet à parte dextera, cum à parte sinistra sedeat Eques magis antianus dicti Ordinis: sic notat bon. me. *Dominus Jacobus de Comitibus in Additionibus ad tit.* 12. *de Auditore Religionis Divi Stephani, quæ habentur in principio Decisionum Florentinarum tom.* 2. *R. Pa. impress. Florentiæ* 1725. *Typis Regiæ Celsitudinis apud Jo. Cajetanum Tartinium, & Sanctem Franchium pag.* 132. *n.* 31., *&* 32.

Muneris sui partes sunt tueri Jura,
53. prærogativas, & Privilegia Religionis, & Equitum tam intra, quam extra Statum, & Dominium Serenissimi magni Magistri: *d. Jacobus de Comitibus in dictis Additionibus tit.* 12. *pag.* 133. *n.* 34. Quæ Additiones impressæ habentur in *tom.* 2. *par. pr. Dec. Florentiæ à pag.* 138. *juxta impress. Florentię apud Joannem Tartinum, & Sanctem Franchium* 1725.

Hinc cum illo Negotia peraguntur su-
54. per fundationibus Commendarum, super permutationibus, & subrogationibus Bonorum earundem, super investimentis pretii, Renunciationibus, & dispositionibus Commendarum, Obligationibus Fructuum, aliisque Contractibus de rebus ad dictas Commendas attinentibus: *d. Jacobus de Comitibus in dd. Additionibus tit.* 12. *n.* 35. *pag.* 135. ubi, quod male dixit *Saminiat controv.* 197. *Dum probare conatur, posse devenire ad executionem super fructibus Commendæ possessa per Equitem debitorem, non existentibus ipsius Bonis liberis, dum contra scripta per eum adest praxis Universalis, & fuit judicatum die* 29. *Januarii* 1714. *ut retuli in Dec.* 233. *inter hactenus impressas coram me, ut ex Decis., quæ Deo dante, in tertio Volumine imprimetur.* Et ad eundem spectant omnia alia, quæ expleri non possunt sine as-
55. sensu, & Beneplacito magni Magistri: *D Jacobus de Comitibus d. tit.* 12. *n.* 35. *pag.* 35.

Interesse debet Capitulo Generali, &
56. ipse potest abbreviare tempus Capituli, quod ceteroquin non potest excedere tempus unius Mensis ab ejus apertione, celebrata Missa, ut supra diximus n. 487. de omnibus instructum reddere magnum Magistrum, & omnia peragi debent ipso sciente, & assentiente, ut in *Statuto tit.* 6. *del Capitolo Generale cap.* 10. In concedendis licentiis pro absentia duo-

rum

rum mensium Equitibus Consilii, quomodo se gerere debeat, vide *Statutum in secund. Addit. n.* 44.

58. Serenissimus magnus Magister eidem Præsidi Religionis remittit omnes supplices Libellos, & Negotia gratiam, & Justitiam concernentia, quę omnia ipse Pręses proponit suæ Celsitudini, pręvia, quando opus est, informatione Concilii Dominorum Equitum XII. *Dominus Iacobus de Comitibus d. tit.* 12. *n.* 36., & 37. *pag.* 136.

59. Demum idem Pręses est Organum omnium eorum, pro quibus recurritur ad auctoritatem magni Magistri, vel ad gratiam: unde quoad res concernentes Bona, reditus, & Jura reditus, & Jura Religionis, & Equitum, facit in substantia figuram, quam facit Canonica Consulta pro omnibus aliis rebus ad Dominium attinentibus: *d. Dominus Jacobus de Comitibus d. tit.* 12. *tom.* 2. *pag.* 138., & *d. Dominus de Comitibus d. tit.* 12. *n.* 38. *pag.* 136. *n.* 38, & *seq.*

60. In construendis Processibus admitti prætendentium ad Habitum, quando, & quomodo audiatur Auditor Religionis, & quæ ipse gerere debeat, exponuntur in *Statuto tit.* 2, *del modo di ricevere i Cavalieri cap.* 3.

61. In respicientibus autem Studium in Civitate Pisarum, idem Auditor Præses Religionis Sancti Stephani quolibet anno certiorem reddit magnum Ducem de statu Universitatis, & una simul cum Provisore Studii, qui regulariter solet esse Prior pro tempore Conventualis Ecclesię Equitum Divi Stephani, proponit Celsitudini suę supplices Preces Lectorum, & Doctorum, qui cupiunt admitti ad legendum, vel ad majores Cathedras promoveri, vel ejus augeri stipendium, vel quid simile in Universitate, & Studio Pisano, vel Florentino, quod consideratur tanquam annexum Studii Pisani, ut inquit *D. Iacobus de Comitibus d. tit.* 12. *n.* 40., & 41. *pag.* 136. Catalogum horum Auditorum, & Præsidum, refert laudatus *Pater Fontana. Pregi della Toscana in fine in Catalogo Auditorum pag.* 10., & inquit, quod omnium Primus fuit Dominicus Bonsi Florentinus: hujus prærogativas enumerat *d. Iacobus de Comitibus in d. tit.* 12. *a n.* 4. *cum seq.* comprobatque fuisse celebrem Advocatum, & à Juris Consultis laudatum, & die 29. Augusti 1567. Senatoria dignitate decoratum, & Oratorem magni Ducis apud Sanctum Pium Quintum, ut etiam in Libro *ejusdem Fontanæ de' Senatori Fiorentini*, quodque obierit 28. Maii 1583., inquit *d. Dominus Iacobus de Comitibus ubi supra n.* 12. *pag.* 133. & *seq.*

Blasius Curinus in nomenclatura Auditorum non ponitur à Scriptoribus: nam licet in sepulcrali illius inscriptione Illustrissimæ Religionis S. Stephani Præses dicatur, attamen ipse fuit solum prointerim Auditor Religionis in absentia prædicti Auditoris Dominici Bonsi, & continuavit solum per aliquot menses, usque ad reditum dicti Dominici Bonsi. Cæterum præfata d. Blasii Curini deputatio facta fuit de mense Julii 1569., ut apparet ex ejus Epistola, scripta 23. Julii d. anni Concilio XII. Equitum, ut bene notat *d. Iacobus de Comitibus d. tit.* 12. *a n.* 30. *cum seq.*

Secundus fuit Julius del Caccia pariter Florentinus: *d. Fontana ubi supra - i Pregi della Toscana pag.* 50., & *in d. Catalogo pag.* 10. Hunc *d. Iacobus de Comitibus ubi supra in d. tit.* 12. *pag.* 133., dicit fuisse Senatorem Florentinum, & Advocatum, & permansisse in exercitio usque ad annum 1585.

1585., quo promotus fuit ad Gubernium Senarum, & pro interim subrogatus fuit Lactantius Benucci Senensis, usque ad mensem Junii 1586. quo electus fuit in Auditorem Petrus Caballus.

Tertius fuit Petrus Caballus Pontremulensis electus anno 1586. *d. Fontana i Pregi della Toscana in d. Catalogo pag.* 10., ubi narrat, quod iste Petrus Caballus fuit eximius J. C., & variis muneribus decoratus, donec anno 1605. de mense Decembris, cum fuerit assumptus ad Dignitatem Piscalatus, in ejus locum fuit substitutus Nicolaus de Antella: sic scribit *Dominus Iacobus de Comitibus d. tit.* 12. *n.* 15. *& seq. pag.* 133.

Quartus Nicolaus de Antella Florentinus: *dictus Fontana - I Pregi della Toscana pag.* 78., *& in d. Catalogo pag.* 10., qui fuit electus de mense Decembris 1605, & qui erat Advocatus, atque de mense Maii anni 1608. fuit Senatoria dignitate decoratus, & aliis muneribus, ut scribit *Dominus Jacobus de Comitibus d. tit.* 12. *à n.* 16. *cum seq.* ubi *sub n.* 20. ostendit, errasse *Patrem Fontana d. pag.* 78., qui scribit magnum Ducem Ferdinandum I. die 28. Decembris 1589. suscepisse habitum, & in primis declarasse Nicolaum de Antella Auditorem Religionis, qui vere fuit electus 20. Decembris 1605. fuitque confirmatus à Cosmo II., & tandem obiit 1630., ut notat *Dominus Jacobus de Comitibus* ubi supra.

Quintus fuit deputatus Raphael Staccoli Urbinatensis: *d. Fontana Pregi della Toscana pag.* 190., & in *d. Catalogo degli Auditori pag.* 10., & refert *Dominus Jacobus de Comitibus d. tit.* 12 *pag.* 22., *& seq.*, ubi inquit, fuisse electum anno 1630., & munus Consultæ, & Cameræ Auditoris exercuisse.

Sextus successit Auditor, & Præses Senator Alexander Vettori Florentinus: *d. Fontana - Pregi della Toscana pag.* 190., *& in d. Catalogo pag.* 10. de quo meminit *Dominus Jacobus de Comitibus d. tit.* 12. *n* 24., *& seq.* ubi quod obiit de mense Augusti 1661.

Septimus in ejus locum subrogatus fuit Zenobius Girolami Senator Florentinus: *Fontana Pregi della Toscana pag.* 190., & in fine Operis *in dic. Catalogo pag.* 10. de quo loquitur *Dominus Jacobus de' Comitibus dic. tit.* 12. *n.* 25., ubi, quod obiit die 22. Augusti 1669.

Octavus deputatus fuit Eques Ferrantes Capponi Florentinus, Auditor Jurisdictionis Beneficiorum, & primus Consiliarius Status magni Ducis, Senatoria Dignitate decoratus: *d. Fontana pag.* 190., *& in Catalogo in fine d. Libri pag.* 10., *&* 14., & videre est apud *Dominum Jacobum de' Comitibus d. tit. duodecimo n.* 26., *&* 27. eique ab aliquibus negotiis liberato die 27. Augusti 1688

Nonus Auditor Sacræ Religionis successit Franciscus Maria Sergrifi Florentinus: *Fontana - Pregi della Toscana pag.* 190., *& in Catalogo in fine Libri pag.* 10., *&* 14. *Dominus Iacobus de' Comitibus d. tit.* 12. *n.* 27.

Dominus Franciscus Maria Sergrifi fuit etiam Prior Ecclesiæ Conventualis: *d. Fontana in d. Catalogo pag.* 10., *& pag.* 21.

Eidemque Sergrifo commissa fuit cura Negotiorum, & Incombentiarum Statuti Pisani, & Florentini, eodem modo, eademque forma, quæ servata fuit cum Ferrante Capponi Zenobio Vitolami, & Alexandro Vettori suis Antecessoribus, & cum Nicolao Antinori, qui eidem Sergrifo successit: sic inquit *Dominus Iacobus de' Comitibus d. tit.* 12. *n.* 28., *&* 29.

Deci-

Decimus primus Domino Antinoro defuncto die 11. Junii 1721. subrogatus fuit in Auditorem, & Præsidem Sacræ Religionis Illustrissimus, & Clarissimus Vir Dominus Petrus Franciscus de Riccis Nobilissimus Florentinus, amplissimusque Senator, cum retentione Secretariæ Practicæ Secretæ: *Dominus Jacobus de' Comitibus d. tit. 11. sub n. 29.* ubi illum ex omni capite commendat, & sane meritò; in eo quippe Generis Animique Dotes omnes illæ, quæ divisim, ac separatim dignissimum Senatorem efficerent, collectæ præfulgent, reconditæ videlicet eruditionis, exacti Judicii Scientiarum omnium thesauri, morum plusquam niveo candore in omnes conditorum, quarum virtutum fulgore permota Sacra Cæsarea Majestas Invictissimi Imperatoris Francisci Primi semper Augusti, eundem optimum Senatorem, & Auditorem Præsidem suum etiam Cæsareum Conciliarium intimum actualem creavit. Postremo non omittimus repetere cum *d. Jacobo de Comitibus*, loco superius allegato, quod non reperitur decisum punctum Præcedentiæ Præsidis, quando hic non est Senator.

Tandem Vir iste dignissimus Eques, & Senator, & emeritus Equestris Ordinis, & Militaris Præses, & major omni laude, obiit in Domino, cui ab Augustissimo Romanorum Imperatore Magno Ordinis Magistro subtitutus fuit in conspicuo Auditoris munere ejusdem Ordinis, Vir Nobilis, Litteris, & Scientiis apprime doctus, Dominus Stephanus Bertollini Patricius Pontremulensis, cujus Familia undecim Fratribus floret, quos inter unus est Equestri Sancti Stephani Cruce insignitus.

Ex hactenus recensitis evidenter patet, quod Militaris, & Equestris hic Ordo optimis constitutus legibus, nemini secundus, fulget Prerogativis.

Hinc Ordinem Sancti Stephani Papæ, & 63. Martyris possidere viginti octo Prioratus, triginta quinque Bajulivatus, magnumque Comendarum numerum, inquit *Historia Ordinum Monasticor. &c., & Militarium ex Gallico sermone in nostrum Italicum translata a d. Pat. Joseph Francisco Fontana tom. 6. cap. 32. pag. 262.* Imo in majori numero esse, prius scripserat *Abb. Bernardus Justinianus Istorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. par. sec. cap.* 80. *pag.* 801. Commende ex justitia, vigore Antianitatis, quolibet anno conferuntur in mense Februarii illis Equitibus, qui declarati fuerunt Antiani completis Caravanis, & completis complendis: *d. Justin. d. pag.* 801. Sæpe vero laudatus *Eques, & Bajulivus*, & modo Romanæ Aulæ Prælatus *Dominus Georgius Vivianus Marchesius Bonacursius*, in pluries allegato Volumine *Galleria dell' Onore par. pr. pag.* 21. ita scribit *A nostri giorni, arrivando i Priorati al numero di quaranta; i Baliaggi di quarantauno; e le Commende semplici sorpassando quello di quattrocento, senza dubbio ascendono i Capitali de' Fondi à varj Millioni di Fondi di moneta Romana.*

Ampla magnus Dux, magnusque Magister Ordinis Auctoritate pollet dividendi, ac dismembrandi, vel de novo erigendi Jurisdictiones, Dignitates, Prioratus, & Commendas in commodum, decoremque sui Ordinis, qua Auctoritate usus est magnus Magister, ut comprobat Documentum, quod hic annectimus.

„ Altezza Reale. Per la vacanza della
„ Commenda Cirzia, i dicui beni
„ sono posti nel Territorio di S. El-

pidio

,, pidio, Provincia della Marca, nacque controversia tra il Marchese Federigo Nobili della Città di Fermo, Priore anticamente costituito di tutta la Marca, eccettuata Ancona, ed il Cav. Giacomo Zucconi di Camerino Priore di Macerata, suo Territorio, o sia giurisdizione temporale, a chi cioè di essi aspettasse conferirla. Disputata questa causa nel Consiglio della Sacra, ed Illustrissima Religione, sic. come furono di diverso parere i due Cavalieri Comissarj, Vincenzio Aulla, e Marzio Venturini, così in due diversi sentimenti andò il Consiglio, una parte concorrendo nel parere del Cavaliere Aulla, un altra in quello del Cavaliere Venturini. Fu di opinione il primo, che detta Commenda devesse conferirsi dal Prior Nobili. In questa discordia di pareri si è degnata la R. A. V. di comandare a Noi, che le riferiamo qual delle due Relazioni debba approvarsi.

,, Noi dunque in obbedienza de' Sourani comandamenti della R. A. V., veduti quegli Atti, che sono stati fatti a Pisa, e quelli che sono stati fatti avanti di Noi, e sentite le ragioni dell' una, e dell' altra parte

,, Riferiamo all' A. V. R., che debba approvarsi la Relazione del Cavalier Vincenzo Aulla, che in virtù di essa, la Commenda Cirzia, debba conferirsi dal Prior Giacomo Zucconi, escluso dalla collazione di detta Commenda il Marchese Prior Federigo de' Nobili; imperocchè la Terra di S. Elpidio si trova sottoposta al Governo Secolare di Macerata delle Città, e Terre del qual Governo si è intesa l' A. V. R. di costituir Priore il Cav. Zucconi, non solamente di detta Città, e suo Territorio, come ben chiaramente si raccoglie dall' Instrumento di fondazione di detto Priorato celebrato in esecuzione del Rescritto fatto da V. A. R., nè per essere il Sig. Prior Nobili stato anteriormente costituito Priore di tutta la Marca, di ragione della qual Provincia sono tutte le Città, e Terre state assegnate al Sig. Priore Zucconi, abbiamo creduto sussistere la pretensione di dover conferire egli la detta Commenda Cirzia ad esclusione d'ogn' altro Priore posteriormente fatto, come se una tale smembrazione, e fondazione nuova di Priorato, non si fosse potuta fare dall' A. V. R., come Gran Maestro, in virtù delle Bolle Pontificie, e de' Statuti della Religione, sia tutta la Potestà, ed Autorità di dividere, e smembrare le Giurisdizioni, e così di creare nuove Dignità di Priori in utile, e comodo della stessa Religione, massime attesi gli esempi di molte altre Erezioni di Priorati fatte dall' A. V. R. per tutto lo Stato Fiorentino, e con smembrazione della giurisdizione dell' antico Priore della Città di Firenze, con esser poi anco stato in caso di simili vacanze deciso, doversi conferire la Commenda, non dal Priore di Firenze, ma dal Priore nuovamente costituito. Ed all' A. V. R. baciamo umilmente le Vesti.

Dal Palazzo Rotale li 12. Aprile 1718.

Approvasi.

Gio. Panciatichi 21. *Maggio* 1718.

Umilissimi Servi.

Gio. Bonaventura Neri Badia Auditore di Rota.

Ottavio Vasoli Piccini Auditore di Rota.
Francesco Antonio Bonsini Auditore.

,, Estratta la presente Copia dalla filza ,, 32. del fu Illustriss., e Clarissimo ,, Sig. Senatore Prior Niccolò Antinori Auditore Presidente del Sacro ,, Militar Ordine di S. Stefano Papa, ,, e Martire al num. 6512., qual filza si conserva nella Cancellaria del ,, medesimo in Firenze, e concorda ,, ec. salvo ec. in quorum ec.

Filippo Bandicci sotto Canc.

Quibus addimus honorificum Bajulivatus Titulum, quem novissime in hac Forolivii Urbe Patria Nostra, immortalis semper apud omnes memoriæ Joannes Gasto I. magnus Etruriæ Dux
64. septimus, magnusque Magister contulit nostro ex Germano Fratre Nepoti, jam in infantili ætate, pravia dispensatione ab ætate, Sancti Stephani Equiti Militi ex Justitia creato, juxta Bullam impressam in calce *Annotationis ad Dissertationem 110. bon. mem. Marci Antonii Pauluzzi tom. 3. pag. 301., & seqq. juxta impress. Lucensem Typis Leonardi Ven.*
65. *turini* 1737. Cumque Bulla hæc versetur in casu de raro veniente, fueritque à magno Duce magno Magistro peculiari methodo extensa, ducimus Bullam eandem hic per extensum referre, scilicet.

JOANNES GASTO I.

DEI Gratia magnus Dux Etruriæ &c., & Sacræ Religionis, & Militiæ Militum Sancti Stephani Papæ, & Martyris magnus Magister, & Custos &c. Dilecto Nobis Sebastiano Nicolao Titi Silvii de Torellis Falcini Comitis, Nobili Patricio Foroliviensi, & Sancti Stephani Militi Gratiam nostram, & omne Bonum. Cum nil sit, in quo Nos, & accuratius, & libentius Operam impendamus nostram, quam ut in hanc Sacram Religionem, & Militiam à Cosmo Medices Etruriæ Magno Duce, & Atavo nostro glor. mem. ingenti sumptu institutam, & præclare fundatam, & Pii IV. Summi Pontificis auctoritate comprobatam, eos Milites cooptemus, & recipiamus, quorum Parentes, & Majores, non modo vetere, & contestata Nobilitate clari, sed ipsomet etiam morum candore, vitæque integritate, & innocentia singulari spectatissimi sint, & habeantur, ut eorum Virtute, Fide, & Felicitate, Afrorum, & Turcarum, & cæterorum Barbarorum, qui Christiani Nominis Hostes sunt immanissimi, Vim atque insolentiam, quantu m conari Nos, & efficere possumus, coerceamus, cunctorumque injurias, ab iis, qui se Christo Domino Fideles esse profitentur, quam longissime propulsantes. Propterea Nos, qui & sponte nostra, & Religioni Voti, arctissimisque Pietatis vinculis obstricti præsumus, huic Equitum Ordini cum ea, quæ à Nobis suppliciter petiisti, audiverimus, & ab hujusce Ordinis Concilio fuerimus certiores facti de claritate, & Nobilitate Generis Patris, & Matris tuæ, Avi, Aviæque Paternæ, ac Maternæ, ut legibus ejusdem Ordinis cavetur, constitisse, & ortum, vitamque omnem tuam Christiano, & Nobili Homine dignam cognitam esse, ac plane perspectam, Te in hanc Fratrum nostrorum Familiam, & Societatem cooptandum censuimus, & in eum sub die vigesima tertia mensis Februarii MDCCXXVI. postea quam Rei Divinæ interfuisti, & omissa prop-

propter ætatem infantilem Confessione, & Communione, Obedientiam, Charitatem, & Pudicitiam, jurejurando promissam, suoque locis, & tempore ratificandam, Te perpetuo illibate servaturum spopondisti, per dilectum Equitem Petrum Paulum de Orceolis Nobilem Patricium Foroliviensem Vicariam Personam nostram in eo actu substinentem adscribi, Tibique Sacra Vestimenta, & Crucem rubeam, & alia hujus Equestris Dignitatis insignia, & ornamenta tribui curavimus. Quo circa his Codicilis, quorum eam esse vim volumus, ut fidem nostram obligent, pronunciamus, declaramus, & notum, & testatum apud omnes facimus, Te Sebastianum Nicolaum de Torellis in hunc ipsum Equestrem, & Militarem Divi Stephani Ordinem lectum, adscriptum, & receptum à Nobis fuisse, participemque factum omnium Immunitatum, Beneficiorum, ac Privilegiorum, quæcumque sunt, tam à Serenissimis Prædecessoribus nostris magnis Magistris, quam à Nobis, & ab ipsa Sacrosancta Sede Apostolica huic Equitum Ordini hactenus data, & liberaliter concessa; Verum etiam quæcumque imposterum D.O.M. bene juvante dabuntur, & concedentur, & ad illius Dignitatem retinendam, & confirmandam, commodumque amplificandum rata esse habebuntur. Itaque magnopere Te hortamur, ut pie, sancteque vivas, quemadmodum par est eum vivere, qui strenuus Jesu Christi Miles, & Divi Stephani hujus nostræ Militiæ Patroni Clarissimus Eques esse, & haberi desiderat, præstoque ita sis, ut ubi res exigat, vel detur occasio, tum Consilio, tum Armis, Terra, Marique, adversus Christianæ Fidei Perduelles, strenue, fortiterque pugnando, Verum Te esse ostendas, magno animo, summa sapientia, & præstantissima virtute præditum. Id autem, præterquamquod Reipublicæ Christianæ erit in primis utile, ac salutare, Nobis incredibilem afferet lætitiam, & voluptatem, tibique veram laudem, animæque tuæ requiem, & gloriam pariet sempiternam. Atque, ut hæc omnia rata, contestataque apud omnes sint, juxta tenorem Statutorum Ordinis nostri, Plumbeum signum, quo Nos magnus Magister uti consuevimus, apponi jussimus. Datum in Urbe nostra Florentię die 30. mensis Octobris Anno Dom. MDCCXXVII. Nostri vero magni Ducatus Etruriæ Anno sexto.

Petrus Franciscus de Riccis Præses.
Octavius Maria de Tornaquincis magnus Cancellarius.
Joannes Panciatius à Secretis.
Julius Parasacchius Vicecancellarius.

Placuit nempe dictæ Regali Celsitudini pro sua in Familiam nostram Torelli
66. munificentia, eundem Nepotem nostrum Bajulivi hujus Civitatis Forolivii Titulo decorare. Hinc utendo sui magni Magisterii plenitudine auctoritatis (de qua sermo habetur in Discurs. de *Prioribus, & Bajulivis*) dictus magnus Dux, & magnus Magister, mediante motu suo proprio satis Nobis honorifico, Bajulivum Forolivii constituit, cum Præeminentiis, Privilegiis, & Prærogativis ad formam stabilimentorum gaudendis, cum ad ętatem statutam ab iisdem stabilimentis pervenerit: tunc autem temporis, etiam minorili ætate durante, cum potestate gerendi magnam Crucem in pectore, & ad formam dicti Motus proprii expedita fuit Florentiæ die 21. mensis Aprilis anno

Domini 1735. magni Magistri Bulla plumbeo Sigillo munita, & tam Motus proprii, quam Bullæ tenores hic registramus.

Gio. Gastone I. per la Grazia di Dio Gran Duca di Toscana, e Gran Maestro.

„ AVendoci il Cavalier Conte Sebastiano Nicola Silvio Torelli supplicato umilmente a volerlo grazia-
67. „ re del Titolo di Balì di Forlì sua Patria; ed inclinando Noi a compiacerlo, a riguardo della particolare stima, in cui tenghiamo la Nobiltà della dilui Prosapia, ed in considerazione ancora dei meriti personali, e delle singolari benemerenze di Monsig. Vescovo di detta Città suo Zio Paterno, col nostro Sacr. Ordine Militare di Santo Stefano; perciò anco per animare con tale specialissima grazia il predetto Cavaliere Conte Sebastiano del Conte Tito Torelli, e ad impiegarsi alle occorrenze in servizio dell' Ordine sopraddetto, in vigore di questo Nostro benigno Motu proprio, confermiamo al Medesimo il riferito Titolo di Balì di Forlì, con tutte le Preeminenze, Privilegi, e Prerogative, solamente che a forma delli stabilimenti dell' Ordine stesso appartengono a simili Dignità, da doversi però godere da esso, allorchè averà l' età richiesta dalle accennate Costituzioni, e non prima, a riserva dell' uso della Gran Croce in petto, quale ci contentiamo, che possa portare anco di presente, non ostante il difetto dell' età suddetta, dalla quale lo dispensiamo, derogando colla pienezza della nostra Magistrale Autorità a tuttociò, che venisse disposto in contrario: e per l' esecuzione di quanto sopra, il Senator Priore Presidente de' Ricci dia gli Ordini opportuni, e tutto mandan. ec.

Dat. in Firenze questo dì 28. Marzo 1735.

IL G. DUCA DI TOSCANA

Gio. Panciatichi Segr.

„ Estratta la presente Copia dal suo Originale, che si conserva presentemente nella Cancellaria del Sacro Militar Ordine in Firenze, e concorda ec. salvo ec.

In quorum &c.

Loco ✠ Sigilli
S. Religionis

Jacopo Francesco Raimondo Magnai Cancell.

Sequitur legalitas &c.

Nos Philippus Martinus Patricius Florentinus, & Prothonotarius Apostolicus, Ecclesiæ Metropolitanæ Florentiæ Canonicus, nec non penes Serenissimum Magnum Etruriæ Ducem Internuncius Apostolicus &c.

Universis &c. Fidem facimus, atque attestamur suprascriptum Dominum Jacobum Franciscum Raymundum de Magnais esse revera in officio Sacri Militaris Ordinis Divi Stephani Papæ, & Martyris hujus Civitatis Cancellarium legalem, talemque omnino, qualem se facit, ejusque Scripturis, & subscriptionibus similit. semper adhibitæ fuisse, & in præsens adhiberi plenam, indubiamque Fidem, tam in Judicio, quam extra ab omnibus indifferenter.

In quorum &c. Dat. Florentiæ ex Nunciatura Apostolica hac die secunda mensis Aprilis anni 1735.

Angelus An. Saxalt. ex Min. de M. Joan.

JOANNES GASTO I., Dei Gratia magnus Dux Etruriæ, & Sacræ Religionis, & Militiæ Militum Sancti Stephani Papæ, & Martyris, magnus Magister, & Custos. Dilecto Nobis Comiti Sebastiano Nicolao Silvio Comitis Titi de' Torellis Nobili Foroliviensi, &
68. Sancti Stephani Militi gratiam nostram, & omne bonum, Nobilitas generis, vitæ, & morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, ac virtutum tuarum merita, facile Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque Commenda, sive Præceptoria sub Titulo Bajulivatus Forolivii à Nobis nuper erecta cum declarationibus, modisque, & forma late contentis, & expressa in nostro benigno Motu proprio diei vigesimæ octavæ mensis Martii 1735. ad quem &c. vacaverit, & vacet ad præsens à sua primæva erectione, & volentes Nos gratioso Te prosequi beneficio, Tibi Comiti Sebastiano Nicolao Silvio de Torellis eand. &c. Commendam sub dicto titulo erectam, cum omnibus Juribus, & pertinentiis suis ad formam Statutorum ordinis nostri, & prout exprimitur, ac declaratur in relato Nostro Motu proprio, conferimus, & assignamus; Teque quoad vixeris in Bajulivum prædictum, suprema, qua fungimur auctoritate, tenore præsentium, ac vigore dicti Nostri Motus proprii gratiose, plenoque Jure instituimus. Quo circa committimus, & mandamus Nostro Concilio XII. Equitum ordinis Nostri, cæterisque omnibus, ad quos spectat, & pertinet, ut Te tamquam Bajulivum prædictum recognoscant, atque tractent, sub indignationis Nostræ pœna, aliisque, si secus fiat, arbitrio nostro declarandis. Non obstantibus &c. Nulli ergo &c. Atque ut hæc omnia rata, contestataque apud omnes sint, juxta tenorem Statutorum Ordinis Nostri plumbeum sigillum, quo Nos magnus Magister uti consuevimus, appendi jussimus. Dat. in Urbe nostra Florentiæ die 21. mensis Aprilis anno Domini 1735. Nostri vero magni Ducatus Etruriæ anno 12.

Petrus Fran. de Riccis Præses.
Uguccio de Riccis Magnus.
Joannes Panciaticus à Secretis.
Julius Parusacchius V. Cancellarius.

De præclaro Motu proprio superius transcripto verba facit honorifice sæpe laudatus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Eques, & Bajulivus Foro Julii *Vivianus Marchesius* Romanæ Aulæ Prælatus undequaque doctissimus in Supplemento ejus Voluminis - *Galleria dell' Onore in Verbo Forlì tom. 2. pag. 617.*

Cæterum, cum dictus noster Nepos Sebastianus Nicolaus Silvius fuerit à Regali Celsitudine magni Ducis Joannis Gastonis I. super infantili ætate dispensatus ad Habitum Equestrem suscipiendum, & subinde etiam decoratus Bajulivatus Dignitate, completa ætate à Statutis requisita, tenebatur Vota emissa ratificare, prout fecit cum debitis Licentiis: hinc Nos subdimus per extensum Acta, quæ per acta fuerunt.

Copia

„ L' Illustrissimo Sig. Cavaliere Conte Sebastiano Niccola Silvio Torelli Nobile Patrizio Forlivese, Balì di questa Città di Forlì del Santo Militar Ordine di Santo Stefano Papa, e Martire, che fino dal mese di Febbrajo dell' anno 1726. essendo in età infantile, fece la Professione del detto Sacro Militar Ordine, essendo ora in età di anni diciassette compiti fino dal

prossi-

,, prossimo passato mese di Novembre, ,, e dovendo fare la seconda Profes- ,, sione, e ratificare i Voti, a tenore ,, della disposizione de' Statuti di det- ,, ta Sacra Militar Religione, e del- ,, la Bolla della gloriosa memoria ,, della Reale Altezza del Gran Duca ,, Giovan Gastone Primo, spedita ,, sotto li 30. Ottobre 1727. dopo ,, di avere colle facoltà opportune ,, nella Chiesa de' Molto RR: Padri ,, di S. Agostino di questa Città fat- ,, ta l' Officiatura della medesima ,, Chiesa, con andare in Abito in- ,, dosso tutti i giorni Festivi di pre ,, cetto, ed assistere a tutti i Divini ,, Uffici per il tempo presentatoli per ,, compiere la detta Professione, e ,, ratifica de' Voti nelle forme solite, ,, essendo stato dall' Illustrissimo, e ,, Clarissimo Sig. Senatore Pier Fran- ,, cesco de' Ricci Presidente, com- ,, messa, e delegata la facoltà di ,, ricevere tali atti all' Illustrissimo ,, Sig. Marchese Prior Cosimo Pav- ,, lucci Nobile Patrizio Forlivese con ,, sua Lettera sotto li 23. Aprile ,, 1739. del seguente tenore.

Fuori

All' Illmo Sig. mio Pron. Colmo
Il Sig. Cav. Prior Marchese Cosimo Pavlucci Forlì

Dentro

Illmo Sig. mio Pron. Colmo.

,, AVendo cotesto Sig. Cavaliere ,, Balì Conte Sebastiano Niccola ,, Torelli terminati gli anni diciassette ,, dell' età sua, e desiderando perciò ,, di procedere all' emissione de' suoi ,, Voti a forma delli Statuti dell' ,, Ordine Nostro, è stata perciò de- ,, putata da S. A. R. la Persona di ,, V. S. Illustrissima a ricevere simile ,, Emissione nel modo appunto pre- ,, scritto negli stessi Statuti, e ch' ,, ella vedrà nell' ingiunto foglio. ,, Fatta poi che sarà tal funzione, ,, si compiacerà V. S. Illustrissima di ,, farne far l' attestato dal Cerimoniere ,, di cotesta Assemblea, ed inviarlo ,, a me recognito da pubblico Nota- ,, ro, affinchè si possa di qui inoltrare ,, alla Cancellaria dell' Ordine soprad- ,, detto in Pisa, dove conservare si ,, deve: e devotamente mi confermo

Di V. S. Illustrissima

Firenze 23. Aprile 1739.

Devotiss., ed Obbligatiss. Ser.
Pier Fran. de Ricci.

Sig. Cav. Prior March. Cosimo Pavlucci Forlì.

,, IN occasione di questo la mattina ,, de' 18. Maggio 1739. seconda ,, Giornata della Pentecoste, nell' O- ,, ratorio de' Molto Reverendi Padri ,, di S. Filippo Neri di questa Città, ,, ov' era convenuto il suddetto Illu- ,, strissimo Sig. Priore March. Cosimo ,, Pavlucci, essendo ivi pure pre- ,, senti gl' Illustrissimi Signori Cava- ,, lier Giorgio Viviano Marchesi Ba- ,, lì del Frioli, Cavalier Francesco ,, Antonio Ferramonti, Cavalier Cri- ,, stoforo Rosetti, Cavalier Antonio ,, Orceoli, Cavalier Angiolo Ugo ,, Maseri, e Cavalier Baldassar Mase- ,, ri tutti Nobili Patrizj Forlivesi; ,, sentita ivi la santa Messa, confessa- ,, tosi, e ricevuta la Santissima Co- ,, munione, il detto Illustrissimo Sig. ,, Cavaliere Conte Sebastiano Nicco- ,, la Silvio Torelli Balì di Forlì, ve- ,, stito con l' Abito della Religione ,, si presentò al predetto Illustrissimo ,, Sig. Marchese Prior Cosimo Pav- lucci

„ lucci, quale vestito coll' Abito della
„ Sacra Religione, rettogli lo strascico
„ dal Taù, si era portato alla Sedia pre-
„ paratali da me infrascritto Ceremo-
„ niere à *Cornu Evangelii*, ed inginoc-
„ chiatosi avanti di esso il predetto Il-
„ lustrissimo Sig. Cavaliere Balì Conte
„ Sebastiano Niccola Silvio Torelli, te-
„ nendo le mani sul santo Evangelio,
„ che dice - *In illo tempore loquente*
„ *Jesu ad Turbas, extollens vocem qua-*
„ *dam Mulier de Turba &c.* emise la
„ professione del Sacr' Ordine, e rati-
„ ficò i Voti, servando in tutto, e per
„ tutto la formola trasmessa, siccome
„ l'Illustrissimo Sig. Marchese Ricevente
„ proferì le parole similmente trasmesse,
„ e si osservarono in tutto, e per tut-
„ to le Cerimonie descritte in detta
„ Formola, che è la seguente.

„ La mattina arrivati alla Chiesa, o Cap-
„ pella, e sentita la Santa Messa, do-
„ po la quale il Ricevente vestito con
„ l'Abito della Religione, e rettogli
„ lo strascico dal Taù, vada alla Sedia
„ preparatali dal Ceremoniere in *Cornu*
„ *Evangelii*: allora il Cavaliere ancor
„ lui vestito dell'Abito, inginocchiato-
„ segli d'avanti, tenendo le mani sul Van-
„ gelo, che dice - *In illo tempore loquente*
„ *Jesu ad Turbas, extollens vocem qua*
„ *dam Mulier de Turba*, dica, Io N.
„ di N. fo Voto sinceramente, e pro-
„ metto con tutto il cuore all'Onni-
„ potente Dio, alla Beatissima sempre
„ Vergine Maria, e Santo Stefano di
„ dovere (ajutandomi la Divina Gra-
„ zia) prestar sempre umile Ubbidien-
„ za a qualunque Superiore, che da
„ Dio, e dalla Religione datomi sarà;
„ e di servare sempre Carità, Pudici-
„ cizia, ed Obbedienza, e viver secon-
„ do le Regole, e Statuti di quest'Or-
„ dine: il Ricevente dica

„ Noi riconosciamo Voi essere Soldato di
„ Gesù Cristo, ed atto a difendere vi-
„ rilmente la Fede, e la Religio-
„ ne sua, e mandare ad effetto
„ tutte le altre cose, che nella
„ Regola, e Statuti Nostri si con-
„ tengono: Il Pretendente risponda:
„ da: Così conosco di essere

„ Baciata la Croce, alzatosi in piedi,
„ e fatta profonda riverenza al Ri-
„ cevitore, resta ultimata la Fun-
„ zione. E perchè a tutte, e sin-
„ gole le cose sopraddette, e pre-
„ messe io infrascritto assistii come
„ Ceremoniere nominato, e spe-
„ cialmente deputato dal prelau-
„ dato Illustrissimo Sig. Marchese
„ Prior Cosimo Pavlucci, perciò
„ ne faccio colla presente plenaria,
„ ed indubitata Testimonianza. In
„ fede di che ho distesa la presen-
„ te, e sottoscritta di mio pro-
„ prio pugno.

D. *Gio Maria Bettini Sacerdote di Forlì, e Ceremoniere come sopra specialmente deputato mano propria affermo.*

In Dei Nomine Amen, Anno Domini 1739. die 23. Mensis Maii.

Fidem facio Ego infrascriptus publicus Forolivii Notarius, qualiter suprascriptus Admodum Reverendus Dominus Don Joannes Maria Bettini Sacerdos dictæ Civitatis, tamquam Cæremoniarum Magister specialiter ut supra deputatus sponte &c., & medio ejus Juramento tacto pectore more &c. ad mei Not. &c. recognoscendo supradictam Attestationem, dixit, fuisse per eum manu propria factam, scriptam, ac subscriptam, omniaque, & singula in præsenti contenta, & expressa fore, ac esse vera fassus est. in quorum &c.

Ita

Ita est *Ego Ignatius de Tamis I. U. D. publicus Forol. Not. scripsi, subscripsi, & in fidem signavi: In quorum &c. Thomas Torellus Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Gratia Episcopus Foroliviens., & Solio Pontificio Assisten.*

Suprascriptum Dominum I. U. D. Ignatium Tammi fuisse, & esse publicum, & Legalem Notarium hujus Civitatis, ac talem qualem supra se fecit; & facit, cunctis ad quos spectat per præsentes testamur. In quorum &c. Datum Forolivii ex Palatio Episcopali die 24. Maii 1739.

Thadeus Tassinarius Canc.

Antiquis etiam temporibus, quibus Titulorum ambitio non intumuerat, splendidissimos hic Ordo promeruit Titulos, tunc solummodo Viris Principibus congruos, Illustrissimæ videlicet, Sacræ, & Militaris Religionis, ut bene de more ratiocinatur *d. Dominus Eques Georgius Vivianus Marchesius Bonacursius in d. Volumine la Galleria dell' Onore*.

Splendidissimis quoque Privilegiis decoratus, & cumulatus existit.

In ipso quoque sui exordio contempo-
69. raneæ Summus Pontifex exemptionis Privilegio decoravit: hinc celeberrima est fa. me. Pii IV. Constitutio, quæ incipit *Altitudo* sub datum Romæ apud Sanctum Marcum 1562. quæque impressa est in principio Statuti Ordinis la 3. Hujus Bullæ vigore eximuntur à jurisdictione Episcoporum, & Ordinariorum, non solum personæ Equitum Secularium, & Ecclesiasticorum, & subiiciuntur magno Magistro pro tempore, qui Pontificia Auctoritate, Jurisdictione Spirituali, & Temporali pollet super eosdem Equites, sive Laicos, sive Ecclesiasticos, & etiam super ipsas Moniales Ordinis, de quibus Monialibus infra agemus, sed etiam Bona ad eorum Commendas spectantia, & ad eorum Beneficia: *d. Abbas Justinianus pag. 797., & 801., d. Pater Fulvius i Pregi della Toscana pag. 10., & 20. d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom. 6 cap. 32. pag. 258. & 259. d. Dominus Eques, & Bajulivus Marchesius in Galleria dell' Onore pag., 14. & seqq. n. 16.*, de qua exemptione late agit *Franciscus Ansaldius cons. 31. 32. 330.* & aliis.

Exemit illos ab omni solutione decima-
70. rum, Subsidiorum, aliisque ordinariis, vel extraordinariis oneribus, ex quacunque causa à Summo Pontifice impositis: dicta Bulla Altitudo: *d. Abb. Justinianus*, ut supra: *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. pag. 259.*

Quo autem modo dicti Equites, & consimiles Ordines dicantur Religiones, gaudeant Exemptionibus, & Privilegio Fori, vide *Dicursum Nostrum peculiarem* registratum in secundo Volumine.

Indulsit, ut etiam coniugati in posses-
71. sione remanerent pensionum usque ad summam bis centum scutorum, etiamsi ad secundas Nuptias convolarent, & Bigami essent, ut ex Bulla prædicta Pii IV. Sixti V., & Pauli V. *d. Pater Fulvius Fontana, i Pregi della Toscana pag. 10. d. Fontana d. pag. 259. d. Dominus Eques, & Bajulivus Marchesius* in allegata *Galleria dell' Onore pag. 15.*

Et Pontifices Sixtus V., & Paulus V.
72. in Constitutionibus, quæ adsunt in principio Statutorum Ordinis, dictam facultatem extenderunt ad Pensiones añuas super quibusvis Beneficiis usque ad sumam Ducatorum quatuor centum auri de Camera, ita ut eas gauderent Equites Milites etiam Uxorati, & Bigami, & in Habitu Equestri, non Clericali incedentes, ampliando Indultum Sixti V. *d. P. Fulvius Font. pag. 10.*

alter

alter *Pater Fontana d. pag.* 259. *d. Dominus Eques Marchesius pag.* 15.

Idem Pius IV, indulget his Equitibus Jus transferendi dictas Petitiones coram Persona in Dignitate Ecclesiastica constituta, aut insignita Habitu hujus Militiæ: *d. Constitutio Piana;* de qua loquitur *d. Eques Bajulivus Marchesius pag.* 15.

Amplam quoque concedit facultatem, favore Spuriorum, aliorumque incapa-

73. cium ex defectu Natalium, testandi de stabilibus, Mobilibus, gemis acquisitis, & proventibus Beneficiorum, & Commendarum, dummodo quintam partem relinquant Conventui: *d. Constitutio Pii IV. Altitudo*, de qua loquitur *d. Eques Bajulivus Marchesius pag.* 16.

Prohibet absolute impositionem Pensionum, ac restaurationem etiam impositam occasione cessionis tituli in manibus Pontificiis super Beneficiis, & Commendis: *d. Constitutio Pii IV. d. Eques Marchesius pag.* 16.

Equitibus, & aliis ejusdem Militiæ Personis, qui in expeditionibus Terra, Marique contra Infideles, & Hæreticos nedum Hostibus Armis, sed etiam quovis mortis genere de peccatis suis corde contritis, & ore confessis, vel saltem statutis à jure temporibus confitendi propositum habentibus, obire contingerit, Indulgentiam Plenariam concedit: *dicta Constitutio Piana*, quę incipit *Altitudo*; *dictus Eques Marchesius pag.* 16.

Itemque, tam Militibus, & Personis prędictis, quam quibusvis aliis utriusque sexus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, sive confitendi propositum habentibus, qui Ecclesiam Conventus prædictæ Civitatis Pisarum, quæ

74. est sub Invocatione Sancti Stephani Papæ, & Martyris, in singulo Die Festivitatis ejusdem Sancti Stephani Papę, & Martyris, secunda Augusti, à primis Vesperis, usque ad occasum Solis hujusmodi annuatim devote visitaverint, ac pro Pace inter Principes Christianos confovenda, ter orationem Angelicam recitaverint, plenariam omnium, & singulorum Peccatorum suorum Indulgentiam concedit: *d. Constitutio Pii IV. Altitudo* in principio Statuti Ordinis: *d. Eques Marchesius pag.* 16.

Undique conspicuum, & Indultum illud, quod idem sa. me. Pius Papa IV. intuitu horum Equitum, & Conventualis eorum Ecclesiæ Pisis, omnibus

75. insimul utriusque sexus Christifidelibus concessit, Jubilæum scilicet perpetuum, per quod conceditur Regali Celsitudini magni Magistri Ordinis Sancti Stephani, Equitibus Militibus, & aliis dictæ Militiæ Personis, ac etiam omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus plenum Jubilæum, una cum facultate eligendi quos volent, tam Seculares, quam Regulares idoneos Sacerdotes, in suos Confessarios, qui eorum Confessionibus auditis, ipsos, eorumque singulos ab omnibus criminibus, etiam Apostolicæ Sedi reservatis (iis tamen in Bulla Cœnę Domini contentis exceptis) nec non Jejuniorum, Pœnitentiarum, Horarum Canonicarum, Divinorum Officiorum, etiam ratione Ecclesiasticorum Beneficiorum dicendorum omissionibus, mandatorum Ecclesiæ transgressionibus, perjuriorum, sine tamen alicujus præjudicio, aliisque reatibus quantumcumque enormibus possint absolvere, una cum Vota omnia commutandi facultate ultramarinæ Visitationis, Liminum Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli de Urbe, Sancti Jacobi in Compostella, nec non Castitatis, & Religionis Votis, dumtaxat exceptis, quoties confessi,

seu statutis à jure temporibus confitendi propositum habentes, in secunda Dominica post Pascha Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, & in Festo Sancti Matthæi Apostoli, ac per totam illorum Octavam, à primis Vesperis, usque ad occasum Solis devote visitaverint Ecclesiam Conventus Sancti Stephani, ibique pro Ecclesiæ Catholicæ Exaltatione, & Christianorum Principum unione semel Dominicam Orationem, & Salutationem Angelicam recitaverint, senibus vero, valetudinariis, & prægnantibus, aliisque quibusvis impedimento detentis, preces ut supra in Domo propria recitantibus, quale Jubileum tam Vivorum Fidelium, quam Mortuorum Animabus, pro quibus illatę preces fuerint, potest applicari &c.

Quæ supra recensuimus continent Compendium Bullæ d. Pii Papæ IV., quæ expedita fuit sub Datum Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1561. quinto Kalendas Julii, Pontificatus sui anno quarto. Integra autem hujus perpetui Jubilæi Bulla impressa habetur in principio Statutorum Ordinis Sancti Stephani, ubi in calce notatur, quod hujus Bullæ Originale conservatur in Archivio Religionis Sancti Stephani, & de ea loquitur superius allegatus *Dominus Eques Marchesius Bonaccursius in Galleria dell' Onore parte pr. pag. 16., & 17.*, ubi sic rem exprimit - *E diffondendo le rugiade della Divina Misericordia sopra l' Anime de Purganti, diede facoltà a' vivi di applicare per sollievo di quelle i meriti del preziosò Sangue del Redentore tante volte, quante avessero replicate le Visite, e le Preghiere nel detto tempo* - Quod prius adnotavit *Abbas Bernardus Justinianus in dicto Volumine Historie Cronologiche dell'Origine degl' Ordini Militari par. seconda cap. 80. pag. 800.*

Qui de Bonis sibi à Deo collatis unam ejusdem Militiæ Commendam fundaverint, vel dotaverint, aut Conventui, & Militiæ prædictis ad ejus subventionem, et onerum illi incumbentium supportandorum faciliori supportatione, aliquid juxta facultatum suarum modum, piamque intentionem donaverint, vel legaverint, eas om-
76. nes Indulgentias, quas Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Benefactores consequuntur, sine illorum prejudicio, misericorditer in Domino similiter perpetuo concedimus, & elargimur, & Indulgentias, & Privilegia, exemptiones, Statuta, & alia præmissa nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis Vitio vel intentionis Nostrę defectu notari, vel impugnari possit &c. ut totidem verbis loquitur *dicta Bulla Pij IV.* Altitudo, de qua meminit *d. Eques Marchesius d. pag. 16., & 17.*

Hospitalia per Laicos regi solita, ad Hospitalitatem servandam instituta, in Etruria existentia, in Commendas Or-
77. dinis Sancti Stephani, etiam per unionem erigi possunt à magno Magistro, vigore facultatis Brevis Apostolici à Sanctæ Memoriæ Sixto Quinto concessi magno Etruriæ Duci Francisco, quod Breve est expeditum die 22. Septembris 1587. et est impress. in principio Statutorum Ordinis.

Dicta autem Brevis facultas non expiravit in obitu in dicto Francisco magno Duce, sed extenditur ad omnes ejus Successores; cum idem Breve non personæ Francisci magni Ducis, sed muneri et Dignitati magni Magistri sit concessum, ut late probatur in Voto Cardinalis Seraphini in una

Pisa.

Pisana Hospitales, quod similiter est impressum in principio Statuti Ordinis Sancti Stephani.

In Statuto Etruriæ sub magno Duce ex concessione Cosmi I. variis gaudet Privilegiis Religio Sancti Stephani,
78. ejusque Equites; hinc Causæ civiles criminales, & mixtę, quæ ad ipsam Religionem, atque Ordinem quoquo modo pertinent, in Civitate Florentię, & ejus Dominio decidi debent à supremo Magistratu Conciliorum Ducalium; Senis vero à Generali Gubernatore, aut Locumtenente, cum potestate delegandi. Qui Magistratus, & Gubernator, & qui ab eis delegati fuerint, procedent summariè, & de plano sine strepitu, & figura Judicii, sola facti veritate inspecta, omni prorsus Appellatione remota, juxta Diploma d. Cosmi I. impressum in principio Statuti Ordinis: *d. Eques Marchesius pag.* 10. Dicta Religio pro dictarum Causarum Decisionibus utitur, & potitur Privilegiis Municipalibus, & Statutis, quibus Cives originarii Florentini, ac etiam Senenses Cives respective utuntur, & potiuntur: d. Diploma Cosmi I. *d. Eques Marchesius pag.* 18.

Ipsa Religio via executiva, tam realiter quam personaliter, coram quibuscumque Rectoribus, aliisque ordinarie jusdicentibus eisdem Civium Florentinorum, & Senensium agere potest contra Procuratores, Quæstores, Actores, Colonos, atque id genus Ministros, ut administrationis ratio, & reliquorum restitutio pro suo Jure facilius obtineatur. Sed nullus contra præfatam Religionem, ejusque Ærarium agere, aut de Juribus suis quibuscumque experiri valet, præterquam eorum præfatis Conciliariis, & Gubernatore: d. Diploma Cosmi I. *d. Eques Marchesius d. pag.* 18. Equites Milites Religionis, eorumque, ac ipsius Sacræ Religionis Officiales Arma defensibilia, ac offensibilia cujuscumque generis, exceptis Instrumentis nuncupatis *Archibus*, *&* *si Ancora*, aliisque per Edicta Ducis prohibitis, deferre possunt Florentiæ, Senis, & ubique locorum Ditionis dicti magni Ducis, & sub eisdem conditionibus, & obligationibus, & prout AulæDucali, & Principi Filio stipendio inservientes habent, ac potiuntur: d. Diploma Cosmi I. *d. Eques Marchesius d. pag.* 18.

Militum quoque eorundem, & Religio-
79. nis Officialium, & Ministrorum Arma, Vestes, & Suppellectillia dumtaxat ad eorum usum, vel ipsorum Familiæ destinata, Florentię, Senis, cęterisque magni Ducis status locis, omnibus Datiis, Pedagiis, ac Vectigalibus, tam immissionis, quam extractionis gratia, libera, & exempta penitus sunt, dummodo per revisores, aut alios Doanæ Ministros, prædictæ res, aut utensilia, sive immittenda, sive extrahenda, inspiciantur, atque obsignentur: d. Diploma Cosmi I. *d. Eques Marchesius d. pag.* 18.

Iidem Milites, ac Religionis Officiales, & Ministri, quoad prædia Urbana,
80. Domos, & Habitationes, quas Pisis mercede, aut pensione conducent, eadem immunitate, ac privilegio gaudent, & in omnibus, & per omnia fruuntur, quo Pisani Gymnasii Doctores, & Scholares Pisis commorantes potiuntur, absque tamen ipsorum Scholarium, & Doctorum pręjudicio: d. Diploma Cosmi I. *d. Eques Marchesius pag.* 18.

Ad sartam tectamque servandam prerogativam, quod hujus Ordinis Equites Ense præcincti, coram Sum-
81. mo Romano Pontifice compareant, gloriosę in ævum memoriæ Jo. Gasto Magnus Etruriæ Dux VII. magnus

gnusque ejusdem Ordinis Magister recursum habuit ad Sanctæ Memoriæ Benedictum XIII., à quo obtinuit Rescriptum, quod Equites in usu hujusmodi honorificentiæ manu tenerentur, de quo Pontificio Rescripto loquitur pluries allegatus *Dominus Bajulivus Georgius Vivianus Marchesius Bonaccursius in d. Volumine Galeria d' Onore Parte Prima in Verbo Firenze pag.* 541. Et hic damus per extensum instantiam Magni Ducis cum Rescripto Summi Pontificis.

Nuper autem Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XIV. Summus Pontifex felicissime Regnans hoc ipsum indulsit, mediantibus Litteris Apostolicis in forma Brevis tenoris de quo infra.

Beatissimo Padre.

„ IL Gran Duca di Toscana Gran „ Maestro della Religione di S. Stefano Papa, e Martire, ed Oratore „ Divotissimo di V. S. riverentemente „ le rappresenta, che se bene per lo „ passato li Cavalieri di detta Religione „ anno sempre goduto l' onore d' „ essere ammessi alla presenza Pontificia colla Spada al fianco, tuttavolta il detto Oratore con suo dispiacere ha udito, che da certo tempo in quà li Maestri di Camera pro „ tempore de passati Sommi Pontefici „ anno in alcuni casi contrastato a „ detti Cavalieri la detta Prerogativa; „ e desiderando esso Oratore di veder „ tolta qualunque disputa, che sopra „ di ciò in avvenire potesse nascere, „ ricorre alla somma rettitudine della Santità Vostra, supplicandola a compiacersi dichiarare con suo Breve speciale, che detti Cavalieri siano sempre „ ammessi alla presenza Pontificia con „ Spada; tantoppiù che la supplica dell' „ Oratore, oltre il fondamento della „ consuetudine, ha altresì quello della „ ragione, giacchè essendo stata detta „ Religione instituita precisamente per „ militare a difesa della Fede Cattolica contro degl' Infedeli, ne viene „ in sequela, che la Spada sia parte necessaria dell' Abito de' Cavalieri Militi, i quali perciò debbono averla „ sempre al fianco, come in fatti per „ questa ragione la tengono anche „ alla Confessione, e Comunione Eucaristica, che è quella stessa ragione per la quale godono una medesima prerogativa li Cavalieri Gerosolimitani. Che &c.

Alla Santità di Nostro Sig. Papa Benedetto XIII. Ex Audien. Sanctissimi 16. Februarii 1726. Attentis narratis, Sanctissimus annuit, & pro executione ad R. P. D. Præfectum Cubiculi Sanctitatis Suæ. P. Cardinalis Pau. latius per il Gran Duca di Toscana Gran Maestro della Religione di S. Stefano PP. e Martire.

Rursus hoc idem indulsit Sanctissimus D. N. Benedictus XIV. per Breve Apostolicum tenoris ut infra.

Dilectis Filiis Militibus Sancti Stephani Benedictus PP. XIV.

Dilecti Filii Salutem &c. Præclara Militiæ Vestræ sub Invocatione Sancti Stephani Papæ, & Martyris, Apostolica facultate per bon. memor. Cosmum Medices Florentię, & Senarum Ducem sub Regula Sancti Benedicti institutę, Apostolica Auctoritate confirmatæ, & Apostolicæ Liberalitatis Privilegiis, Facultatibus, & Indultis per fel. rec. Romanos Pontifices Prędecessores Nostros aucta Decora, ac merita, & eximias virtutes, atque illustria Exempla Majorum vestrorum Misi.

Militum, quæ sub felicibus charissimi in Christo Filii Nostri Francisci Lotharingiæ, & Barri Ducis, nec non Etruriæ sibi subiectæ magni Ducis in Imperatorem electi, atque ejusdem Militiæ magni Magistri auspiciis, assidua studiosaque æmulatione pro vetere contenditis, Jure exigere videntur ut Nos etiam, qui vos de Nobis ipsis, & de Apostolica hac Sancta Sede amplius benemerentes, Paterna complectimur benevolentia, luculentis Pontificiæ Nostræ Charitatis, & honorificentiæ Testimoniis adaugeamus; persuasum enim Nobis est, atque in Domino confidimus, collata Vobis, posterisque vestris Militibus Apostolicæ Benignitatis Documenta, ad firmissimum Sacrosanctæ Ecclesiæ Præsidium, & ad perenne Virtutis incitamentum fore cessura. Itaque Vos, Dilecti Filii, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, Vosque singulos à quibusvis Excomunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; singulis Militiæ Vestræ Militibus præsentibus, ac futuris, ad Nos, & Romanum Pontificem pro tempore Successorem Nostrum accedentibus, ut præter cœtera Privilegia, Indulta, & Honorum Insignia ab eadem Apostolica Sede ipsis Militibus impertita, hac quoque prærogativa, Ense nimirum ad latus instructi, coram apparendi, venerandi, atque alloquendi in futurum tempus, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, uti, frui, & gaudere possint, & valeant, Apostolica auctoritate earundem præsentium literarum tenore benigne indulgemus, & elargimur. Interim Apostolicæ huic Nostræ Indulgentiæ, & benignitati adiicimus Apostolicam Benedictionem, quam tamquam studiosæ Nostræ ad Vobis opportune gratificandum voluntatis Pignus, Vobis Dilecti Filii peramanter impertimur.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis die prima Junii 1748.

Cajetanus Amati.

Notandum, quod cum alias in Capitulo Generali sub magno Magistro Franci-
82. sco I. magno Duce fuerit statutum, neminem ex Equitibus inservire posse ulli Principi Seculari, qui non sit supremus, & titulum Serenissimi haberet, neque ulli Principi Ecclesiastico, qui non sit Cardinalis, ut notat *d. Pater Fulvius Fontana pag.* 50. Quod Decretum habetur in Additionibus, & Declarationibus secundis *ad Statutum Ordinis ad tit.* 17. *cap.* 1. *n.* 43. sicque loquitur - *Non possano i Cavalieri servire in Carica alcuni Principi, che non siano supremi o del loro Sangue, ne a Prelati che non siino Cardinali.* Iterum in Capitulo Generali anno 1728. sub Regia Celsitudine magni Ducis magnique Magistri Joannis Gastonis renovatum fuit idem Decretum, impositis
83. pœnis in contrarium facientibus, ut ex Decreto, quod dedimus supra in hoc Discursu Sect. 1.

Bellicis Maritimis, que expeditionibus mirifice se gesserunt illius Equites, quorum egregia facinora describunt Historici, ut videre est per totum apud *P. Fulvium Font. Societatis Iesu* in ejus superius allegato Volumine, sub titulo - *I Pregi della Toscana impress. Florentiæ* 1701. *Typis Petri Matthiæ Miccioni, & Michaelis Herstenus, sub pagina autem* 260. inquit, quod ab iisdem

iisdem Equitibus liberati fuerunt è Barbarorum manibus, plusquam septem mille Christiani, & capti vigintiquinque mille Barbari, cum ingenti captura omnis speciei Navium, quarum Catalogum refert *d. Pater Fulvius Fontana in d. Volumine sub pag.* 4. ubi ponit Catalogum Civitatum, Terrarum, Castrorum, Villarum, & Pagorum per manus strenuorum Equitum Sancti Stephani acquisitorum è manibus Turcarum, tamque celebris fuit expugnatio *Civitatis Bona*, quam anno 1607. e Barbarorum manibus eripuere strenue Equites Divi Stephani, ut amplum Argumentum ad texendum Heroicum Poema tribuerint eruditissimo æque, ac splendidissimo Equiti Sancti Stephani Nobili Domino Vincentio Piazza Recinetti Comiti, Marchioni Casii, Accademico Filargitæ. Quod Poema præsefert Titulum *Bona d' Affrica espugnata da' Cavalieri di Santo Stefano Papa, e Martire*, primum impressum Parmæ 1694. postmodum ingeniose auctum à Domino Marchione Francisco Octavio Piazza illius Filio, & impress. Forolivii Typis Alexandri Fabbri 1738. Dictas Victorias contra Barbaros reportatas ab Equitibus Sancti Stephani, distinctim refert *Abbas Justinianus Historia di tutti gl' Ordini Militari &c. parte seconda cap.* 80. *à pag.* 802. *cum seqq.*, ubi *pag.* 804. notat, quod æneæ Tormenta Bellica, quæ Christiani è Turcarum
84. manibus eripuerunt, adeo ingenti numero, & pondere fuerunt, ut metallum fusum inserviret ad multiplex publicum construendum opus, atque ex eodem Metallo efformatæ fuerunt duæ æneæ Statuæ in Ducali Florentię Platea, & in alia Sanctissimæ Annunciationis, quarum una Cosmi I., & altera Ferdinandi I. magnorum Etrurię Ducum Effigiem repræsentat, ad quorum pedes ænea pariter Inscriptio Italica legitur: *Di Metallo rapito al fiero Trace*, quod refert etiam *Collector Gallus tom.* 4. § 12. *pag.* 144. *Eques Marchesius Galeria dell' Onore pag.* 8. *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia Ordinum per eum è Gallica lingua in Italam translata tom. 6. cap.* 32. *pag.* 259. *& seqq.*

Non solum Historici de horum Equitum strenuitate, egregiisque factis verba faciunt, sed & cujuscumque generis Scriptores commendant, *dictus Pater Fulvius Fontana - Pregi della Toscana*, & *Ciabrera*, de quibus *Jo. Baptista Casotti* in sua Epistola ad Abbatem Seraphinum Regnier de Smarais impress. ut dictum est in Tomis. *Opere di Monsig. della Casa*: d. Poema Italicum Domini Marchionis Piazza.

Rursus apud *d. Patrem Fulvium Fontana* in calce Voluminis - *Pregi della Toscana*, habentur Catalogi omnium Triremium, & Navium cujuscumque generis captarum ab Equitibus Sancti Stephani à *pag.* 1., *ad* 5. Catalogus cum impressione nominum, & cognominum, ac Patriæ Equitum, qui
85. fuerunt Duces navium *pag. 6. cum seqq.* Catalogus Auditorum Præsidentium Religionis, de quibus supra egimus; Catalogus Equitum, qui de tempore quo *Pater Fontana* scripsit, erant ex Concilio *duodecim sub pag.* 10. Catalogus Equitum qui magnæ Crucis titulo sunt insigniti, ob titulum Prioratus, quem possident, juxta ordinem fundationis, eorundem Prioratuum *pag.* 11. Catalogus Equitum, qui magnæ Crucis titulo sunt insigniti, ob titulus Bajulivatus quem possident, juxta Ordinem eorum fundationis

fundationis *pag.* 12. Catalogus Equitum, qui ad Dignitatem evecti erant de tempore, quo *d. Pater Fontana* scripsit *pag.* 13. Catalogus Equitum, qui in Capitulis Generalibus Locumtenentes magni Magistri fuere *pag.* 13. Catalogus Equitum, qui Locumtenentes magni Magistri fuerunt in Congregatione sexdecim Capitulantium *pag.* 14. Catalogus magnorum Commendatorum *pag.* 14. Catalogus magnorum Comestabilium *pag.* 15., Catalogus Equitum, qui fuerunt magni Architalassi *pag.* 16. Catalogus magnorum Priorum *pag.* 16. Catalogus magnorum Cancellariorum *pag.* 17., *&* 18. Catalogus magnorum Thesaurariorum *pag.* 19. Catalogus magnorum Conservatorum *pag.* 20., *& seqq.* Catalogus magnorum Hospitalariorum *pag.* 21. Catalogus Priorum Ecclesiæ *pag.* 21.

Præterea ad ornatum hujus Religionis Militaris dicimus, quod hujus Ordinis Equestris fuit Alexander Medices Florentinus, qui Equestrem Habitum sumpsit 28. Decembris 1567., fuit Archiepiscopus Florentiæ, deinde Sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalis, & tandem electus Summus Pontifex sub Nomine Leonis XI.

Joannes Bonsi assumpsit Habitum die 16. Maii 1592. creatus fuit Cardinalis anno 1611.

Serenissimus Cardinalis Carolus Medices Sacri Collegii Decanus sumpsit Habitum, uti Commendator major, anno 1615.

Petrus Maria Burghesius Senensis assumpsit Habitum 11. Decembris 1631., & postmodum fuit creatus Cardinalis anno 1644.

Franciscus Nerli uti Prior Ferrariæ assumpsit Habitum die 15. Augusti 1671., & Archiepiscopus Florentię, creatus fuit Cardinalis anno 1673.

Petrus Bonsi Florentinus Commendator Commendę Sancti Stephani de Jure Patronatus suę Domus.

Taddęus Aloysius Comes del Verme Placentinus assumpsit Habitum die 5. Novembris 1671., & fuit Episcopus Fanen., & deinde assumptus ad Sacram Purpuram anno 1695.

Camillus Rospiglionus Pistojensis Frater Summi Pontificis Clementis IX. assumpsit Habitum, uti Bajulivus die 22. Januarii 1622., & fuit Generalis S. R. E. Prædictos tres Equites insignes S. Stephani refert *d. Pater Fulvius Fontana* ubi supra *pag.* 9.

Addimus nos Eminentissimum Neri Mariam Corsinum Florentinum S. R. E. Cardinalem, creatum à san. me. Clemente Papa XII. ejus Patruo die 14. Aprilis 1730., de quo mentio habetur in sæpe laudato Volumine *Galleria dell' Onore in verbo Firenze*.

Catalogum vero Alphabetico Ordine Equitum, qui publice opus Litterarum tradiderunt, refert Comes Aldigherius Fontana in calce dicti sui Libelli, *le Glorie Immortali della Sagra, ed Illustrissima Religione di Santo Stefano pag.* 10. juxta impress. Mediolani Fratrum Sirtorium 1706.

Quin imo in laudato Volumine *Galleria dell' Onore impressa Forolivii an.* 1735. Nobilem Nomenclaturam refert Author omnium, & singulorum Equitum S. Stephani, à prima ejusdem Ordinis erectione, usque ad tempus quo Scriptor suum Opus Typis mandavit, una cum pluribus notitiis, quoad Nobilitatem generosam Familiarum eorundem Equitum Sancti Stephani.

In eodem Volumine, & Equitum Catalogo enumerantur suo loco magni Duces, magnique Magistri, quorum seriem Nos quoque in hoc Discursu referre non omittimus.

DIS.

Maternam, & n. 31.

29. *Equites Sancti Stephani non possunt servire nisi supremis Principibus.*

Nec Prælatis, nisi sint Cardinales.

30. *Crucem non deferentes, quomodo puniantur.*

31. *Sex Generationes constituunt bis centum annos*, & n. 33.

34. *Cum hac methodo semper Forolivii confecti fuerunt Processus.*

Nobilitatis Probationes pro illis de Dominio Florentino fieri debent Florentiæ cor. Auditore Religionis.

35. *Pro illis extra Dominium Florentinum oriundis fieri debent coram Ordinariis Ecclesiasticis locorum Originis quatuor Familiarum.*

36. *Et si quatuor Familiæ sint ex diversis Civitatibus, coram Ordinario cujuslibet fieri debet Processus Probationum.*

37. *Adducuntur exempla*, & n. 38.

39. *Quomodo efformentur Stemmata, & in Actis producantur*, & n. 40.

41. *Arbores debent Documentis justificari.*

42. *Et Stemmata cum suis coloribus.*

43. *Nobilitas sine Insigniis stare non potest.*

44. *In Ordinibus Militaribus, & Equestribus probanda est Nobilitas Nominis, & Armorum.*

Filiatio, Descendentia, & Generosa Nobilitas probatur per Testes pro quolibet latere.

Probatur per Instrumenta, saltem duo pro quolibet gradu, & Instrumenta dantur in particulis, & Tempora eorundem debent inter se habere aliquam distantiam, exempli gratia quindecim, vel viginti annorum circiter.

45. *Probatur Generosa Nobilitas per Attestationes Consulum Communitatis talis Urbis.*

46. *Ultra Probationem Nobilitatis, Petens admitti ad Ordinem tenetur probare se natum ex legitimo Matrimonio.*

47. *Et se habere originem à veris Christianis, non ab Hebrais, & Infidelibus.*

48. *Esse in Ætate Annorum decem, & octo completorum, corpore sanum, & ex Patria, quæ ante ejus nativitatem sit Civitas.*

Probis, & Christianis moribus se ornatum, sine macula, & sine infamia, & n. 49

50. *Quid de Ephabis disponitur.*

51. *Dispensati super defectu ætatis debent solvere pro Passagio scuta* 500., & n. 52.

53. *Dispensatus super defectu ætatis, Vota emissa ratificare debet completa ætate.*

Missæ Sacrificio completo, Rex coronatus creat Equites sub gloriosissimo Sancti Regis Stephani titulo, sicuti testatur Volumen, cui titulus - *Li Sourani del Mondo*, *impress. Venetiis anno* 1720. *Typis Sebastiani Coleti*, & *Joannis Malachin tom.* 4. *sub S. Il Re di Ungheria pag.* 69. *Joannes Fridericus Comes in Koden Sapicha Eques Aquila Alba in Regno Poloniæ in suo Corollario celebriorum in Christianitate Ordinum impress. in fine sui Voluminis Adnotat. Historicarum de Origine &c. Ordinis Equitum Aquila Alba impress. Coloniæ apud Christianum anno* 1730.

Inde idem Rex pergit ad Ecclesiam Misericordiæ, Juramentum præstans de servandis Privilegiis Regni; & tertio tandem Equum ascensus, se ad quemdam Collem prope Danubium transfert, & in illius vertice, Ense evaginato, quatuor Crucis signa in aere format, quatuor Mundi partes prospiciens: sic Populos tutos reddit, ipsum promptum ad vitam quoque expendendam contra inimicos Hungariæ Regni, illius Pacem, quietemque turbare tentantes, ut videre est in d. Volumine - *Li Sourani del Mondo d. pag.* 69. *d. Comes in Koden Sapicha* ubi supra.

Militant ergo præfati Nobiles Equites sub Vexillo Sanctissimi Regis Stephani, qui in Hungariam Christi Fidem, & Regium nomen invexit, quique Regiam Coronam à Summo Romano Pontifice Silvestro Secundo impetravit, & ejusdem jussu in Regem inunctus fuit, Regnumque Sedi Apostolicæ obtulit. Hic admirabili Religione, & Regia munificentia Pietatis Domicilia Romæ, Hierosolymis, Constantinopoli, & inter cætera Ecclesiam S. Petri in Vinculis, & insigne Monasterium in Agro Ravennatensi; teste *Rub. Histor. Raven. lib.* 5. *ad an.* 966. & *Hieron. Fabro in Sacr. Mem. Raven. par. pr. pag.* 309. In Hungaria Archiepiscopatum Strigoniensem, Episcopatus decem fundavit, tantoque Pauperes amore, & liberalitate prosequebatur, ut eosdem veluti Christum ipsum complecteretur, & neminem à se mœrentem, ac vacuum unquam dimiserit, & omnia Charitatis Officia illis exhibere consueverit, quarum Virtutum merito illius dextera, resoluto cætero corpore, incorrupta permansit. Perduellium conspirationes, ac validorum hostium impetus, miro prorsus modo, non semel Orationis præsidio evitavit. Humillimis precibus in cinere, & cilicio Deum deprecabatur, ut universum Hungariæ Regnum, antequam è vita migraret, Catholicum videre mereretur. Vere propter ingens dilatandæ Fidei studium, illius Gentis Apostolus nuncupatus, & ob hæc à d. Summo Romano Pontifice Silvestro II. Crucem ante se gestandi singulari Privilegio ipse cohonestatus fuit, & illius Reges Successores pari potestate præferendæ Crucis gaudent. In honorem Sanctiss. Dei Genitricis Mariæ amplissimum construxit Templum, eamque Hungariæ Patronam instituit, & tandem in Cœlum migravit gloriosissimo ejusdem Virginis Mariæ in Cœlum Assumptionis die, quem Hungari è Sancti Regis Instituto, magnæ Dominæ diem appellant. Corpus ejusdem Sancti Regis suavissimo fragrans odore, liquore cœlesti scatens, inter multa, & varia miracula, Romani Pontificis jussu, nobiliorem in locum translatum est, atque honorificentius conditum. Ejus autem Festum Venerabilis memoriæ Innocentius XI. Pon-

tifex Maximus quarto nonas Septembris, ob insignem Victoriam ab Exercitu Leopoldi Primi Romanorum electi Imperatoris, & Hungariæ Regis eadem die in Budæ expugnatione ope Divina, e Turcis reportatam, celebrandum instituit, ut habetur in Lectione ejusdem Sancti Stephani Regis in Breviario Romano, sub die secunda Septembris: *Cabassut. in Notis. Ecclesiast. Historiar. Conciliorum, & Canonum super Eccles. Seculo XI. Historiæ. Synops. n. 1. Graveson Histor. Ecclesiast. tom. 4. par. pr. Colloq. 2. pag. 79. juxta impress. Romæ Typis Francisci Gonzaga 1718. Pater Antonius Foresti in Mappamundo Historico, tom. 4 par. 2. lib XI., juxta impress. Venetam Albritii 1679. pag. 352., & seqq.*

Profecto dicti Sancti Regis Stephani Pietas, & supremum Sanctæ Apostolicæ Sedis in Hungariæ Regno Dominium luculenter demonstrat eximius, ac doctissimus, claræque memoriæ *Pater Christianus Lupus Iprensis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Sacræ Theologiæ Doctor, & Lovanii Regius Professor* in Volumine, cui Titulus: *Summum Romanæ Apostolicæ Sedis Privilegium quoad Evocationes, & Appellationes Germanicas, Anglicas, Belgicas &c.* Quod Volumen egregium è tenebris erutum prodiit studio, ac labore Patris Magistri, in omni Scientiarum genere revera Magistri, Thomæ Philippini ejusdem Eremitarum Ordinis Sancti Augustini, qui Volumen prædictum castigationibus, & Adnotationibus in Libros, seu Amanuenses ejusdem Christiani Lupi diligenter locupletavit, atque ideo eruditi omnes de tam præclaro munere litteratorum omnium nomine eidem Patri Magistro Thomæ Philippini gratulantur, & Gratiarum Actiones jure merito reddunt. Nos vero, ex quo volumen ipsum currente anno 1742. publicæ luci datum Bononiæ Typis Longhi, idem *Pater Magister Philippinus* Nobis dono dedit humanissime, ibique in suis doctissimis Castigationibus, & Adnotationibus in Librarios, seu Amanuenses sub S. *Adiecit & Rex vers. ad finem Pastor* invisitur Ecclesia Sancti Laurentii in Vado Rondino, seu rectius ad Vada Rondini Foroliviensis Diœcesis, de Nobis mentionem facit humanissime. Laudati ergo *Patris Christiani Lupi*, quæ habet in *d. Volumine cap. 14.* verba hic non inutiliter transcribimus. *Erat* inquit, loquens de Sancto Stephano Hungariæ Rege, *Erat Stephanus non solum Hungarorum Princeps, sed & Apostolus, utpote quos sua ipse prædicatione converterat ad Christum, in Sedem Apostolicam adeo Devotus, ut ipsi Regnum suum vectigale faceret, imo ejus proprietatem in ipsam transferret, retento solum utili Dominio, tanquam beneficio. Testatur hoc Gregorius Septimus in Epistola ad Regem Salomonem: Nam (li 2. Ep. 13.) sicut à Majoribus Patriæ suæ cognoscere potes, Regnum Hungariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est, à Rege Stephano olim Beato Petro cum omni Jure, & Potestate sua oblatum, & devote traditum. Propterea Henricus piæ memoriæ Imperator, ad honorem Sancti Petri, Regnum illud expugnans, Victo Rege, & facta Victoria, ad corpus Beati Petri Lanceam, Coronamque transmisit, & pro gloria triumphi sui, illuc Regni direxit Insignia, quo Principatum Dignitatis ejus attinere cognovit.*

Hinc graviter *Salomonem* increpat, quod de manu Imperatoris, tanquam Imperii Beneficium, in Apostolicæ Sedis injuriam, Regnum susceperit, districte

districte mandans, ut quanto citius Romam Legatos mittat, suo nomine facturos Hominium, recognituro sque temporalem Romanæ Ecclesiæ super Hungaros potentatem. Huic fundamento innititur factum Bonifacii Octavi, de quo in suis *Annalibus Eberardus Archidiaconus Ecclesiæ Ratisponensis. Mortuus est Andreas Rex Hungariæ sine Hæredibus Anno 1300. & Bonifacius Papa deputavit pro Rege ibidem Nepotem Caroli quondam Regis Siciliæ natum ex filia Rudolphi, quondam Romanorum Regis, qui etiam Anno sequenti est in Strigonia coronatus, licet Rex Bohemiæ pro Filio Venceslao, & alii multi adspirarent*.

Recte vero Gregorius Septimus dicit, Regnum istud Sancto Petro fuisse oblatum, & traditum. Etenim Silvester Secundus ipsum à Stephano oblatum acceptavit hisce verbis - *Regnum quoque à munificentia tua Sancto Petro oblatum, Teque una, & gentem, & nationem Hungaricam, præsentem, & futuram sub protectione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ acceptantes, prudentiæ tuæ Hæredibus ac legitimis successoribus tuis habendum, tenendum, regendum, gubernandum, ac possidendum reddimus, & confirmamus*. Tandem aliis Documentis ibi *Lupus* ostendit, Hungariæ Regnum esse Feudum Apostolicæ Sedis. De quo Hungariæ Regno Sedis Apostolicæ Feudo, plurima tradunt passim Scribentes tum Historici tum Canonistæ, ac demum Legales: Adductis siquidem Gregorii Septimi Diplomatibus, quod revera Hungariæ Regnum fiduciarium sit, ac de Juribus Sancti Petri, Sanctæque Apostolicæ Sedis, comprobat *Bonfinius Rerum Hungaricarum Dec. 2. Libr. 1.* Sic relata Epistola Silvestri Papæ ad ipsum Regem; ostendit *Melchior Inchofer: in Annal. Hungar. Tom. 1. Anno Christi 1000.* Alia quoque allegat Diplomata *Gregorii Stene: Histor. libr. 2. cap. 94. Card. Baronius Annal. Eccles. tom. 2. Anno Domini* 1074. *pag.* 464. juxta Romanam Impressionem: *Marc. Anton. Marcellus Venetus in ejus Tract. de Jure Seculari Rom. Pontif. cap. 15. Raynald. Annal. Tom. 14. Anno* 1291. *n.* 47. & *Anno* 1306. ubi allegat Epistolas Nicolai IV. ad Rodulphum Romanorum Regem, & Albertum Austriæ Duces, & ad Legatum Apostolicum in d. Regno, refertque Instrumentum factum in Comitiis Generalibus, in quibus præsente Apostolico Legato, Proceres Regni decreverunt, quod ad Summum Pontificem Regis confirmatio pertineret.

Ex Canonistis, & Moralibus idem ostendunt *Azor. Instit. Moral. Tom. 2. lib. 11. cap. 5. quæst. 4. Mar. de Jurisd. Parte Prima cap. 26. n. 49, & seq.* pluribusque aliis enumeratis *Episcopus Rocca* (scribens pro veritate & de ordine Clementis X.) *in Disput. select. cap. 1. n. 27., & seqq.*, & juxta prædicta adest *Votum Castaldi*, quod Votum est insertum *in Decision. Rotalibus Parte 14. Recen. Dec. 536. a n. 35., & seq.*

Recensita hucusque Documenta, quemadmodum solide veram demonstrant quidditatem Feudalem Hungariæ Regni, favore Sanctæ Sedis Apostolicæ, eique veram subjectionem non solum Pontificiæ Dignitatis ratione, sed insimul ratione Principatus Temporalis Status Ecclesiastici, ita de medio tollunt quæ pro Cliente Scribens, hoc est pro Familia *Frangipana* generaliter cumulat *Card. de Luca de Regalibus Discursu 161.* nihil respondendo claris expressionibus Do-

Documentorum, quæ declarant in Sedem Apostolicam fuisse translatam proprietatem, retento solum apud Divum Regem Stephanum utili Dominio, tanquam Beneficio.

Inconcussa est autem praxis Regum Hungariæ creandi Equites Sancti Stephani Regis in die eorum inaugurationis. Hinc constat, quod gloriosæ in ævum memoriæ Joseph Archidux Austriæ, qui post obitum Leopoldi Imperatoris ejus Genitoris, in Imperio successit, fuitque Romanorum Imperator semper Augustus, cum de anno 1687. Regni Hungariæ Coronam cepisset, post auditum Sanctissimum Missæ Sacrificium, se ad Ecclesiam Patrum Minorum Observantium Sancti Francisci contulit, ibi Equites creavit sexaginta Viros Nobiles Hungaros, & Teutonicos, ut refert *Morerius in suo magno Dictionario Gallico idiomate in Litt.* H. verbo *Hongrie*.

Porrò prædictus sexaginta Nobilium Virorum numerus à Joseph Hungariæ Rege servatus in creatione Equitum, selectus in memoriam fuit sexaginta Nobilium Virorum, qui tempore ejusdem Sancti Stephani primi Hungariæ Regis, anno humanæ reparatæ salutis millesimo circiter, ad eundem Sanctum Regem Stephanum visitandum è Bulgaria venerunt, pretiosa eidem munera obtulerunt, ut legere est apud *d. Patrem Foresti in suo Mappamundo Historico lib.* 11. *pag.* 356. *in principio*, ubi de prælaudati Sancti Stephani Regis Vita agit.

Hactenus vero invenire non potuimus, an peculiarem Tesseram hi Equites detulerint, & gestent; sicut, an habuerint peculiarem Habitum, nec tandem scire, in quo versatur horum Equitum Officium.

Post hæc scripta, Abbas Jacobus Gagnus Forolivienfis Sacerdos, quem meritò laudamus *in Tomo* 1. *Nostri Armamentarii Disc.* 5. *n.* 31 *pag.* 133. transcripsit Relationem eidem Abbati Gagno scriptam à Patre Jo. Baptista Szegedi Societatis Jesu è Civitate Tyrnaviæ in Regno Hungariæ tenoris, ut sequitur.

Ad quæsita de Equitibus S. Stephani Regis Hungariæ.

RESponsio: Non satis constare, an, quando, aut quâ occasione S. Stephanus Rex noster Ordinem aliquem Equestrem erexerit, aut quispiam Successorum ejus, sub titulo, & nomine S. Stephani; nisi quod in Annalibus Ecclesiasticis Regni Hungariæ apud Patrem Melchiorem Inchofer S. I. pag. 440. editionis Romanæ, de Andreæ primi Regis nostri obitu legatur sequens - *S. Porro quod in sylva Bakoniensi, ad Crucem suam, quod Thuroczio* Bitem *Bonfinio* Hersia, *diem obiisse dicitur, Crucem suam, locum tituli verisimilius opinabimur, quem ipse prærogativa Crucigerorum Ordinis Equestris a S. Stephano fundati, commendatum habebat, aut etiam Regio Jure; sed ordinis, cui præerat titulo, possidebat. Hoc igitur loco, Cruci suæ debito, quem* Sterziam *dixerunt, diem clausisse extremum Regem Andream, hactenus testatum est*: ita ille. Hodie non *Stersia*, aut *Stirem*, sed *Sirex* locus ille dicitur, veteri Cisterciensi Monasterio clarus, quod post duorum circiter seculorum ruinam, sumptibus Monasterii Henrichoviensis in Silesia, ante 15. circiter annos restitutum est: unde utriusque Abbatiæ titulo, idem hodiedum Henrichoviensis utitur. Nec plura de Equitibus S. Stephani, nobis suppetunt

tunt: nisi quod vulgo putetur; *Equites Auratos*, quos tempore Coronationis suæ Reges Hungariç creare solent; Equitibus illis successisse.

Creantur isti, solum tempore inaugurationis, ab Rege post susceptam sacram Coronam, pro Throno sedente, in Templo Patrum Franciscanorum Reformatorum, vulgo Cordigerorum, triplici leni attactu gladii S. Stephani, nulla verborum forma adiecta. Numerus horum est arbitrarius. Seliguntur autem Candidati ex multis supplicantibus, partim ex ordine Magnatum, partim nobilium. Nomina eorum, antequam ad Thronum Regis accedant, proclamantur ab Regni Palatino. Modernus Rex, & Imperator Augustissimus non creavit, nisi sex. Ex Ordine Magnatum; Liberum Baronem Paulum Mednyanczkj de Medgyes: ex Ordine nobilium; Joannem Franciscum Petersfi, Georgium Paluzka, Joannem Antalchich, Joannem Sigrai, & Paulum Acsádi; omnes variis Officiis gestis, & meritis conspicuos. Mathias Secundus creavit, ex Ordine Magnatum; 11. ex nobilium; 16., quorum nomina recitat Comes Petrus de Reva, in centuriis suis, de Monarchia, & Sacra Corona Regni Hungariæ pag. 136. circa medium.

Equites isti nulla deferunt Ordinis insignia, nec habent certas Leges, aut Constitutiones, vel ullas obligationes; sed dignitas eorum censetur hodie esse honor merè politicus in solo titulo consistens. Quid olim muneris, insignium, privilegiorum, & obligationum habuerint, non constat: cum bellis civilibus, & sæva Turcarum tyrannide, pleraque vetera manuscripta interciderint.

Porrò Gladius S. Stephani, quo Equites isti creantur, asservatur inter cætera Regni clenodia, penes sacram Coronam, eoque Rex neo-creatus accingi solet. De eo citatus Petrus de Reva, pag. 150. sic habet - *Gladius Divi Stephani est veteri forma, in mucronem rectum desinens, quem ille victis tot fidei Christianæ Hostibus, utendum futuris Regibus in simili causa consecravit. Quem more Hungarico peculiari, Rex coronatus sub dio, in illustri tumuli conspectu, Eques prono cursu versus quatuor mundi plagas, vibrare solet, in potentia, auctoritatis, & defensionis symbolum, significans verò se, pro lege, & pro grege strenuè pugnaturum a quacunque parte Hostibus infestantibus, bellum intermineтur.* Hactenus ille. *Hæc autem cæremonia peragi solet extra Portam Urbis Posoniensis post peractam in Templo Equitum Auratorum coronationem.*

Atque hæc, in tanta veterum Instrumentorum penuria, & Scriptorum Domesticorum oscitantia, sufficiant.

Datum Tyrnariæ 5. Iulii 1740.

P. Joannes Baptista Szegedy S. J.

Ea quæ supra exposita sunt de Equitibus Sancti Stephani Primi Regis Hungariç mirifice comprobantur ex alia Narratione transmissa à prælaudato Abbate Gagno, qui personaliter interfuit in Civitate, quam Italice dicimus *Presburgo*, solemni Coronationi in Reginam Hungariæ Sacræ Regiæ Majestatis Mariæ Teresiæ Walburghæ Arciducissæ Austriæ &c. Magnæ Ducissç Etruriæ &c., ac de præsenti Augustissimç Imperatricis, de qua loquimur in fine Discursus: in dicta enim Narratione per extensum habetur tota series facti, & est ut sequitur.

Pref

Presburgo primo Luglio 1741.

,, DOmenica 25. dello scaduto mese
,, di Giugno, giorno destinato
,, all'Incoronazione di questa Sovra-
,, na in Regina d'Ungheria, videsi
,, la Medesima preceduta da nume-
,, roso stuolo della Primaria Nobiltà
,, Ungarese tutta a Cavallo, e da
,, tutto il suo Ministero comparire
,, entro un maestoso Cocchio alla
,, Chiesa Collegiata di S. Martino,
,, alla porta della quale fu incon-
,, trata, non solo da Monsig. Prima-
,, te, e da tutti i Vescovi del Regno
,, d'Ungheria vestiti degli Abiti Pon-
,, tificali, ma eziandio dal Sig. Co.
,, Palfi Gran Palatino del Regno, e
,, similmente dal Sig. Card. Arcive-
,, scovo di Vienna, da Monsignor
,, Nuncio, e Sig. Ambasciatore di
,, Venezia, quali in buon ordine ac-
,, compagnandola, la condussero en-
,, tro il Presbitero della detta Chiesa,
,, in mezzo del quale essendosi ge-
,, nuflessa la Maestà sua sopra di
,, un Inginocchiatojo ivi a tale ef-
,, fetto preparato, si diede principio
,, alla sagra Funzione. Cantò la
,, gran Messa Monsig. Vescovo d'
,, Agria in luogo di Monsig. Primate,
,, a cui restò impedito per la sua
,, avanzata età, ma però sforzossi di
,, fare tutte le altre Cerimonie, che
,, convengono ad una simil Funzio-
,, ne, ungendola in Regina, e po-
,, nendole unitamente il Gran Palati-
,, no la Corona in capo, e di poi
,, le cinse al fianco la Spada, e le
,, presentò lo Scettro: dopo di chè
,, intuonò ad alta voce *il Te Deum*,
,, che fu poi cantato da Musici. In
,, tutto il tempo della sagra Funzio-
,, ne, e della Messa cantata fu sem-
,, pre assistita, mentre sedette sul
,, Trono la Maestà sua, da due Ve-
,, scovi, e da principali Magnati di
,, questo Regno di Ungheria, ter-
,, minata la quale partì dall' accen-
,, nata Chiesa, e se ne andò con l'
,, ordine che siegue, alla Chiesa de'
,, Padri Minori Osservanti, ove creò
,, i Cavalieri. Era alla testa della
,, gran Cavalcata un Drapello di No-
,, bili Ungaresi, tutti vagamente
,, vestiti. Ne venivano dopo questi
,, i Deputati, stati spediti da tutte
,, le Communità del Regno alla Die-
,, ta, che qui attualmente si celebrò.
,, Seguiva i medesimi un gran nume-
,, ro di Magnati, quali, e per la
,, ricchezza degli Abiti, per la pre-
,, ziosità delle Gemme, e per la
,, bellezza de' Cavalli magnifica-
,, mente bardati, facevano una ben
,, vaga, e rara comparsa. Quindi
,, ne veniva a piedi il Ministero della
,, Regina, ed un numero ben gran-
,, de di Ciambellani, ai quali si u-
,, nivano molti Cavalieri del Toson
,, d'Oro, e tutti caminavano secon-
,, do il lor ordine, e precedenza.
,, Indi si vedeva il Maggiordomo
,, Maggiore della Maestà sua, che
,, impugnava il Bastone di Comando,
,, ed appresso a lui camminavano il
,, Cameriere maggiore, il gran Ma-
,, resciallo della Corte, il supremo
,, Giudice dei Diritti del Regno: Il
,, gran Tesoriere, che gettava al
,, Popolo monete d'oro, ed argento,
,, il gran Cacelliere, che portava la
,, Spada, che fu di S. Stefano primo
,, Re d'Ungheria, ed altri Graduati
,, di Corte. Precedevano finalmen-
,, te la Maestà della Regina dieci
,, Cavalieri Ungaresi, che portavano
,, altrettante Bandiere, quanti sono
,, i Regni ch'erano ne' tempi passati
,, uniti a questo d'Ungheria, ed im-
,, mediatamente avanti la Maestà sua
,, andava un Vescovo Pontificalmen-

te

„ te vestito, che portava inalberata
„ la santa Croce. Se ne venivano
„ quì adunque a piedi la Maestà del-
„ la Regina vestita del Manto rea-
„ le con la Corona in capo, e Scet-
„ tro in mano, e con passo grave,
„ ed aspetto maestoso se ne andava
„ in mezzo dell' Arcivescovo di Co.
„ locza, e del Vescovo d' Agria, am-
„ bidue vestiti degli Abiti Pontificali,
„ e dopo essi la seguitavano da
„ trenta, e più Vescovi tutti pari-
„ menti vestiti degli Abiti Pontificali.
„ Con tale accompagnamento arrivò
„ alla Chiesa dei Padri Minori Osser-
„ vanti la Maestà sua, in cui intro-
„ dotta, dopo di avere orato per
„ poco tempo avanti il Santissimo
„ Sacramento, fu dai due accennati
„ Vescovi Assistenti condotta al
„ Trono ivi preparato, sui cui assi-
„ sa, tosto si udì dal supremo Giu-
„ dice de' Diritti del Regno leggersi
„ ad alta voce i nomi dei Cavalieri
„ stati preventivamente eletti nel Pa-
„ lazzo, ove ha la sua residenza la
„ Maestà sua, quali uno dopo l'altro,
„ dopo essersi per tre volte profon.
„ damente inchinati, si presentavano
„ al suo Trono, ed inginocchiati
„ ai dilei Piedi, percotè la Maestà
„ sua per tre volte le loro spalle con
„ la Spada, che fu di S. Stefano,
„ e che le fu presentata dal Gran
„ Cancelliere del Regno, senza re-
„ citare alcuna formola. I Cava.
„ lieri creati in simil occasione furo-
„ no cinquantaotto, cioè sedici dell'
„ Ordine de' Magnati, ed il restante
„ dell' Ordine de' Nobili. Finita una
„ tal cerimonia s' incaminò la Regi-
„ na con lo stess' ordine come so-
„ pra (a sola differenza però, che
„ tutto il Ministero, i Ciambellani,
„ i Cavalieri del Toson d' oro, i Ve-
„ scovi tutti, e gli altri Graduati
„ montarono a Cavallo, e la Maestà
„ sua salì sopra del solito suo Coc-
„ chio) verso la Piazza chiamata
„ de buoni Fratelli, in mezzo alla
„ quale eretto un grandissimo Palco,
„ su di cui alla vista di numeroso
„ Popolo depose il Giuramento, di
„ mantenere, e difendere i Diritti,
„ e Privilegi della Gente Ungharese;
„ e nell' atto, che fece il medesimo,
„ fu salutata dallo sbaro di tutti i
„ cannoni del Castello, com' anche
„ dalla salva di due Reggimenti, l'
„ uno di Cavalleria, l'altro di Fan.
„ teria, ambidue schierati in detta
„ Piazza, e fu consecutivamente ac-
„ clamata dagli Evviva di tutto il Po.
„ polo ivi in gran numero adunatosi.
„ Se ne partì di poi la Regina da
„ questo stesso luogo scortata dall'
„ avvisato accompagnamento, e s' in.
„ caminò fuori di Città verso il picciol
„ Monte nominato del Re, a piedi
„ del quale arrivata, scesa di Caroz-
„ za, montò con gran presenza di
„ spirito su di un Cavallo ivi a
„ tal' effetto preparato, e quindi
„ sguainata la Spada, che portava al
„ fianco, e spronato il Cavallo, salì
„ velocemente il Monte, alla cima del
„ quale appena giunta, vibrò tre col.
„ pi all' aria verso le quattro parti
„ del Mondo, dando con ciò a di-
„ vedere, che avrebbe difeso il suo
„ Regno, ed il Mondo tutto Cat-
„ tolico da tutti i Nemici, che se
„ gli fossero opposti, ed in appresso
„ con pari velocità scendendo il
„ Monte, e riponendo la spada nel
„ suo foderale, smontò da cavallo, e
„ si pose di nuovo nella sua Carozza,
„ su della quale si condusse alla sua
„ Residenza, accompagnata come
„ prima; ove arrivata, si pose a
„ Tavola, ed ammise alla medesima
„ le due Arciduchesse Zia, e Sorel-

Insigni, Equites decoravit.

Similique modo Sigismundus Imperator in Italia multos insignivit: *d. Comes in Koden Sapieha pag. 335.*

Hic Ordo dicitur institutus eo tempore, quo institutus fuit Ordo Draconis, & Bindę, sicut scribit *d. Comes in Koden pag.* 335. de quibus egimus Discursibus peculiaribus suis locis.

Agunt quoque Auctores sub Titulo *Societatis Amphrisia: d. Comes in Koden Sapieha antedicta pag.* 335.

Jam Ordo ille deletus est, solo nomine remanente, sicut notat *d. Comes in Koden pag.* 335.

Apud Venetos viguisse hujusmodi morem antiquum, ostendit laudatus *Abbas Justinianus pag.* 121. ubi allegat *Vecelium in Descriptione Vestium omnium Nationum*, dicentem - *Ducentis ab hinc Annis* (scripsit vero *d. Vecel.* anno 1589.) *Veneti Senatores quadam Palla Manicas Ducales antiquiores habentes amiciebantur capite pileolum, cui Stola usque ad humeros demissa harebat, gestare consueverunt, & meo quidem Judicio errant ii, qui Doctoribus tantum tale capitis ornamentum gestari solitum fuisse affirmant, quod deinde, ob quemdam oculorum morbum, quem à nimio illius pondere oriri Medici affectebant, à capitio omnes amputarunt, illudque humero gestare caperunt. Qui mos à Veneris Stolam quamdam humero ferentibus, hucusque observatur.*

Hinc, sive ex præallegato motivo, sive ex ipsa temporum vicissitudine, certum est, quod modo Equites Stolæ Aureæ, non amplius supra caput, sed supra humeros illam deferunt hoc est supra dorsum sinistrum, & cum Paludamento ad talos magnifice extructo, quod describit *d. Abb. Justin. pag.* 121. *P. Bonannus in Catalogo Ord. Equest. n.* 113. *P. Fontana in Translatione Histoire Ordinum Militarium &c.*

De Ordine Caligæ, vulgo *Calza* apud Venetos, egimus in præsenti nostro Armamentario *tom.* 1. *Discur.* 54., & ostendimus antiquam fuisse Societatem ex Nobilibus Viris constantem, & sequitur *Abbas Justinianus d. cap.* 11. ubi plenas Notitias circa usum Vestium earumdem Societatum adducit, & quibus diebus debebant uti.

Sicut & alias nonnullas Societates nuncupatas de *Flondi*, & *Sempiterni*, de quibus laudatus *Justinianus* ubi supra.

Cum autem antedictę Societates cessaverint, & ut dicitur ab Aula recesserint, Equites à Serenissima Veneta Republica creantur; creandi enim Equites Rempublicam Venetam, amplum supremumque imperium tot Provinciarum tenentem, & Superiorem non cognoscentem, facultate pollere evidens est, & nemo ibit inficias, juxta theoricas, quas in genere adduximus in dicto nostro *Armamentario tom.* 1 *Discurs.* 6. *à n.* 45., & 53., & *Discurs.* 35. *à n.* 53. *cum seqq.*

Qua suprema creandi Equites facultate semper usa est, atque utitur Veneta Respublica, merum, & mistum Imperium tenens, nullumque Superiorem agnoscens in tot amplis Ditionibus. Semper enim Gradum Equitis contulit in traditione Stolæ aureæ, in creandis Equitibus sub Tessera Sancti Marci, ut ostendit *Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis in sua Translatione ex idiomate Gallico in nostrum Italicum - Storia degli Ordini Monastici &c. e Militari tom.* 8 *par. sexta cap.* 57 *pag.* 380. *juxta impress. Lucensem Typis Josephi Salani*, &

Vincentii Giuntini 1739. superius allegatus in nostro *Discursu* 145. ubi egimus de Equitibus S. Marci, tam creatis à Senatu, quam à particularibus Ducibus Venetiarum, vulgo *Dogi*.

Porro magis conspicuus Equestris Gradus est ille Stolę aureę; quippe hæc solis Patriciis Familiis confertur, aut illis qui se dignos ostenderunt servitiis Reipublicæ præstitis in exercitibus, Legationibus, sive alio conspicuo exercitio pro Republica: *d. Pater Fontana d. cap.* 57. *tom.* 8. *pag.* 378.

A qua Stola aurea Equites Stolæ aureæ nomen accipiunt, quam Stolam, ut diximus, deferunt super humerum sinistrum usque ad genua, à parte anteriori, & posteriori defluentem, estque lata, ut dicitur, *un Piede*: *d. Fontana d. pag.* 378.

Hujusmodi honoris ornamentum Senatus indulget, & postquam tali honore fuerunt insigniti, & Ordini illustri aggregati, publice incedunt per octo dies continuos cum Veste Ducali, ex panno rubro, aut serico, ut dicitur *Damasco*, juxta temporis qualitatem. Quę quidem Vestis hyemali tempore subsuta est pelle Muris Pontici, ut est illa Senatorum.

Cœterum talem Habitum non deferunt nisi quando sunt ex Senatu, ac quoties Magistratus defertur in solemnitatibus. In aliis autem diebus ipsi solum utuntur Veste nigra, ut alii Nobiles, & non distinguuntur ab aliis Nobilibus, nisi per delationem Stolæ, quam deferunt super humerum, quæ pariter nigra est, ut dicitur, *bordata con gallone d'oro*.

Hyemali tempore dictam Vestem stringunt cum cingulo *di Velluto negro* exornato cum laciniis aureis, ut prædicta omnia refert *d. Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 378. *& seq*

Postremo non omittimus subdere cum *d. Abbate Justiniano pag.* 123., *& d. Patre Fontana pag.* 379. quod Venetiis aliquæ Nobiles, Patriciæque Familiæ florent, quę dicta Dignitate Equitis, Graduque honorifico Stolæ Aureæ gaudent, quæ eorum majoribus concessa fuit, ob præstita Reipublicę servitia, videlicet Justinianis Comitibus di *Carpasso*, Contarinis Comitibus di *Zafo*, Quirinis Comitibus di *Temene* in Regno Candiæ.

Magnus Cancellarius Venetæ Reipublicę gaudet similiter Dignitate Equitis, & Stola Aurea, quamvis non sit de numero Nobilium Familiarum, sed solum de numero Civium secundi Ordinis, defert, ut diximus, Stolam auream. Promovetur autem ad dictam Dignitatem à majori Consilio Vir ille, licet secundi Ordinis, qui sit magis dignus, efficiturque caput eorundem Civium, quique superintendit omnibus Secretariis multorum Magistratuum, earum distributio, proba directio Cancellariorum Ducalium omnium que Notariorum, cęterarumque materiarum ab iisdem dependentium, quapropter in omnibus Consiliis interest, sed sine suffragio: *d. Justinianus pag.* 122.

Reliquum est, ut aliqua dicamus de Venetis, qui ab exteris Principibus Equestri aliquo Ordine donati sunt. Sæpe siquidem, dum aliquis Nobilis Venetus in Regum Aulis, Oratoris pro Veneta Republica munus exercet, & ob singulares ejusdem Oratoris Virtutes, Rex ille Equestri aliquo gradu decoravit, juxta exempla Summorum Pontificum, qui Venetum Oratorem apud Sanctam Sedem Equestri gradu exornarunt, quæ adduximus in Nostro *Armamentario tom.* 1. *Discurs.* 35. *pag.* 525.

Subdit autem idem *Pater Fontana pag.* 379., *& Justinianus pag.* 122. quod iidem

iidem Oratores ad Reges, & Principes, ut diximus, qui ab extero Principe Equestrem obtinuerunt Gradum, in eorum reditu tenentur solemnem ingressum in Senatu peragere, ibique, juxta antiquum morem, deponere in Senatu Insignia Ordinis, quæ receperunt, & ordinarie loquendo, Senatus sua positiva deliberatione approbat honorificum gradum eis à tali Principe extero factum, & ut inquit *d. Justinianus*, *resta loro l' uno, e l' altro confirmato, e quasi riconcesso*. Et quamvis eidem restituat Insignia Ordinis, nihilo tamen minus Insignia suscepti Ordinis non gerunt, sed considerantur ut Equites Stolæ aureæ.

Imago autem Equitis Stolæ Aureæ apud Venetos habetur penes eundem *Justin. n. 113.*, & apud *Collectorem Gallum*.

Et Vestis horum Equitum est Talaris holoserica, latis manicis nigri coloris, sed in actionibus solemnibus rubra, latis manicis; Stola vero est ex tela auri in humero sinistro, Tibialia, caligæ, & calcei sunt rubri coloris, ut notat *d. Bonannus d. n. 113.*

DISCURSUS CCXXI.

STULTORUM

ARGUMENTUM

Ordines Equestres sæpe exprimuntur sub vocabulo Sodalitii, ut illud appellatum *Stultorum*. Exponitur tempus, & a quo fuerit institutus, illius Tessera, & Vestis.

Statuta integra ejusdem non inveniuntur: & recensentur Nomina extravagantia Accademicis, & Collegis passim apposita, ut illud præsentis Ordinis.

SUMMARIUM.

1. *Ordines Equestres à Scribentibus vocantur etiam Sodalitia, Societates, Collegium.*
2. *Exponitur Auctor, & tempus Institutionis.*
3. *Statuta recensentur, & illorum tenor*, & n. 4.
5. *Tessera Ordinis quæ fuerit, describitur.*
6. *Indumentum describitur*, & n. 7.
8. *Dicta Tessera Forma, à quibus describatur.*
9. *Figura Equitis dicta Veste induti habetur apud quos Auctores.*
10. *In Festo Sancti Michaelis tenebantur dicti Ordinis Vestem deferre, alias tenebantur Equites certam Nummorum quantitatem solvere.*
11. *Ignoratur causa, ob quam hic Ordo fuerit institutus, & ejus Titulus*, & n. 12.
12. *In Accademiis assumuntur aliquando nomina Heteroclita.*
13. *Adducuntur alia extravagantium Hominum exempla.*

DISCURSUS CCXXI.

STULTORUM

Cum plures de Equestribus Ordinibus Scriptores, passim Societatis,
1. vel Sodalitii nomen tribuant, ut liquet in nostro hoc Volumine, inter Ordines non immerito proinde numerari potest Sodalitas illa in Clivensi Ducatu erecta, sub Titulo Societatis *Stultorum*, quemadmodum notatur in *Historia Ordinum Monasticorum, &c., & Militarium ex Gallico Idiomate in Italicum nostrum translata à Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregationis Matris Dei tom. 8. par. sexta pag. 340., juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani* 1739

Narrant Auctores, quod Adulphus Comes Clivensis

Clivensis die Festo Sancti Uberti anno 1380. Collegium, seu Sodalitium instituit, illudque Stultorum appellavit conflatum ex vigintiquinque Nobilibus Viris.

Hisque observanda præscripsit Statuta, legesque pœnales, juxta contextum Litterarum Institutionis. Litteræ autem impressæ habentur, sed non integræ, apud *Scoonebe k* infra allegandum, &
3. referuntur quoque à *Collectore Gallo Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom.* 4. *pag.* 2. *cum seqq. juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721., & in eodem *tom.* 4. *pag.* 431., & tradit *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordinum Equestrium n.* 114. ubi ponit fundationem 1381., & prius *Volumen Ordinum Equestrium Parisiis impressum anno* 1671. *d. Pater Fontana d. pag.* 340., ubi scribit fuisse hanc Societatem institutam anno 1380. in die Festo Sancti Dumberti. Porro ne nostris Lectoribus quidquam deficiat ad plenam de hac Societate Notitiam, citra necessitatem recurrendi ad allegata Volumina, hic subdimus.

Quod dictæ Institutionis hujus Equestris Ordinis Litteræ authenticæ in earum
4. Originali servantur in Archivo Cleves, sequendo auctoritatem *Schoonebeck in Historia degli Ordini Militari tom.* 2. *pag.* 123. scribit *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 2. *d. Pater Fontana d. pag.* 341. *tom.* 8., ubi seriem earundem Litterarum refert tenoris sequentis: sed has non esse integras, sed mutilas, & non continere omnia capita, testatur *Schoonebeck* ,, Noi tutti che abbiamo impronrate col nostro Sigillo queste presenti Lettere, facciamo sapere a tutti cui apparterrà, e riconosciamo, che dopo una matura deliberazione, e per l'affetto particolare, che ciascheduno di Noi ha per gli altri, e proseguirà ad avere da qui innanzi, abbiamo tra di Noi stabilita una Società, la quale ci siamo convenuti d'intitolare, la Società de Pazzi nella seguente forma, e maniera; cioè, che ciascheduno della nostra Società porterà un Pazzo ricamato sopra del suo Abito, secondo che a lui piacerà; che se vi sarà qualcheduno, il quale non porti ogni giorno il Pazzo, gli altri Confrati gli faranno pagare la pena di tre grandi lire Tornesi, le quali saranno date a' Poveri per l'amore di Dio. I Confrati faranno un' Assemblea Generale, e terranno la loro Corte una volta l'anno, obbligati tutti ad intervenirvi, lo che si farà in Cleves ogn' anno la Domenica dopo la Festa di S. Michele. Non potranno uscire dalla Città, ne separarsi, e lasciare il luogo, ove saranno radunati, prima che ciascheduno abbia soddisfatto per le spese, e pagata la porzione toccatagli. Non vi sarà alcuno di Noi, che possa dispensarsi dall'intervenirvi, qualora non mandi per lo meno un veridico attestato degli affari importanti, che l' impediscono, o di una malattia, senza eccettuarne quelli, che si ritroveranno in viaggio nel tempo, che si manderà ad avvisarli, e citarli nel luogo del loro ordinario Domicilio: che se succederà, che alcuni de' Confratelli siano tra di loro in discordia, la Società farà tutti i suoi sforzi per riconciliarli dalla mattina del Venerdì al levare del sole, prima che si tenga la Corte, fino al tramontare del Sole del Venerdì, in

cui

,, cui la Corte sarà stata tenuta.
,, Oltre a ciò ogn'anno i Confratelli stando alla Corte eleggeranno uno tra di essi per Re, e quelli che douranno formare il di lui Consiglio, il quale Re, e suo Consiglio disporranno, e daranno Ordine a tutti gli affari della Società, e principalmente a ciò che riguarda l'Assemblea del seguente anno, e gli affari che saranno posti sul Tapeto, e che concerneranno le spese, ed il ripartimento di esse, della qual cosa renderanno conto esatto, e fedele le quali spese saranno per egual porzione pagate da ciaschedun Cavaliere, per se, e per il suo Servo. Un Conte pagherà un terzo di più che un Barone. Nel Martedì, i Confrati, stando nel Palazzo della loro Assemblea in Cleves, anderanno la mattina alla Chiesa della Madonna, affine di farvi le loro Orazioni per i Defonti della Società, e ciascheduno farà l'offerta ec. Dato, e fatto nell' 136. della nostra salute nel giorno di S. Rumberto.

,, Sono queste Lettere improntate da trentasei sigilli in cera verde, tolto quello del Conte di Cleves, che è di cera rossa, *subiungit P. Fontana, ac etiam*.

,, Le Armi di questi Signori sono altresì poste nella sommità della prima pagina, e *Scoonebeck* le ha fatte incidere, e stampare nel sua Storia degli Ordini Militari. Aggiunge egli non poter leggere il restante di quanto si ctiene in queste Lettere. Tandem *d. Pater Fontana* concludit probabile valde esse; che ei non ci abbia data se non una traduzione dell' Originale, poichè lo stile niente ha dell' antico.

In Tesseram Fundator praescripsit Equitibus deferendam Imaginem
5. Stulti, brevi Veste rubra induti, avreis Tęniis exornata cum Pallio desuper simili breve rubei coloris, aut exornato, & ut dicitur, trinciato d'oro, cum Capucio contexto ex
6. flavo, & rubeo coloribus Tintinnabula aurea habente cum Tibialibus flavis *Calzette gialle*, & Calceamentis nigris *Scarpe nere*. Quae Stulti Imago aureum Discum Fructibus plenum manibus gerebat: *d. Bonannus*: *Fontana*, cœterique superius allegati.

Hocque Indumenti genere omnes ag-
7. gregati Equites utebantur, & peculiari lege talem vestem, habitumque gerere tenebantur, ut communem animi Amicitiam concordiamque indicarent: *d. Fontana d. pag.* 340., una cum praeallegatis Auctoribus.

Forma dictae Tesserae habetur apud *d.*
8. *Bonannum d. n.* 114., & in generali Descriptione omnium Tesserarum in calce d. sui Catalogi *pag.* 162. *n.* 104. *d. Collectorem Gallum d. tom.* 4. *pag.* 1., *& in Descriptione Generali d. tom.* 4. *pag.* 432. *n.* 104.

Figuram Equitis d. Habitu induti re-
9. ferunt *Bonanni*, *& Collector Gallus* locis mox allegatis.

Annuatim Comitia celebrabant in Dominica subsequente Festum Sancti Mi-
10. chaelis, in iisque sancitum fuit, ut innuimus, quod omnes Equites deferre tenerentur d. Indumentum, cum dicta Imagine Stulti in Pallio expressa: quod si omitterent, quamdam Nummorum Summam solvere tenerentur in Pauperes erogandam: allegati superius *Bonannus*, *Collector Gallus*, *& Fontana*.

Nullus porrò Scriptor exprimit finem,
11. ob quem instituta fuerit hujusmodi Sodalitas, & Collegium, & cur praedicta Denominatio sumpta fuerit; imo

imo prællegati Auctores fatentur penitus ignorare Sodalitii Statutorum seriem integram, unde alto silentio premunt: *d. Bonannus d. n.* 114.

Quamobrem in proposito hujus Collegii non incongrue exclamat *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 1. Hominum ingenia ferri quandoque ad sumendum Nomina Heteroclita, iisque Litterariis Accademiis tribuere, præ-
22. cipue in Italia, ubi exemplum ponit Pisis, sub nomine Extravagantium, Pisauri Heteroclitorum, de quibus meminit *d. Pater Fontana d. pag.* 340.

Addimus Nos plura alia exempla vide-
23. ri posse penes *Patrem Franciscum Xaverium Quadrium è Societate Jesu* in suo Volumine, cui titulus - *Storia e Ragione d'ogni Poesia lib.* 1. *distin.* 1. *cap.* 2. *à pag.* 51. *cum seqq. jux. impress. Bononiæ Typis Ferdinandi Pisarri anno* 1739. Ubi sub *Partic.* 6. plura tradit de Accademiis, & earum nominibus, & circa quæ antiquitus & ad presens versentur, & *pag.* 49. testatur Accademiæ inventum Hominum, & Titulorum phantasticorum, & usus in Accademiis apud Gallos non viguit, penes quos, vel solius Patriæ, aut Scientiæ Nomen in usu fuit, & est: bene quidem *pag.* 71. in verbo *Fiorenza* refert, quod: *Non è da tacere la Compagnia della Lesina, e Accademia de' Lesinandi, la cui fama passò oltre l'Alpi, ed in Francia specialmente, ed imitatori ebbe, e seguaci, e contraccademici. L'impresa, che elesse, fu appunto quello strumento chiamato* Lesina, *col motto* - L'assottigliarla più, meglio anche fora.

Concludimusque tandem, quod non solum in Italia nostra, sed etiam extra, hujusmodi inveniuntur extravagantia Vocabula, ut satis patens est in Titulo hujus Equestris Ordinis, seu Societatis Stultorum.

DISCURSUS CCXXII.

TARACONENSIS

Nec Argumento, nec Summario indiget.

Laconice nimium, nunc Sermonem habebimus de isto Ordine, de quo hucusque solum unum Scriptorem videre potuimus, eruditum scilicet *Patrem Aloysium Torellum de Bononia Ordinis Sancti Augustini* in vasto illo Opere tot Tomis distributo - *Secoli Agostiniani tom.* 1., & 3., In Tomo enim primo Bononiæ impresso *Typis Joannis Baptistæ Vaglierini* 1659 *sub anno Christi* 389. *pag.* 268. *in Catalogo Ordin. Militarium, aut Equestrium*, sic inquit - *Il primo Ordine de' Cavalieri, che chiamavansi* Taragonesi, *fondati da un Vescovo per nome Berengario, per difendere il Paese Cattolico da Mori confinanti. Portavano questi per divisa, o scudo l'Armi d'Aragona, come i Padri della Mercede, salvo che si differenziavano per le Croci, che portavano sopra le Vesti. Fu molto favorito quest'Ordine da Papa Urbano II., che lo confirmò sotto la nostra Regola l'anno di nostra salute* 1091., *ora estinto.*

In Tomo autem 3. *Bononiæ* pariter impresso *Typis Jacobi Monti* 1673. *sub anno Christi Domini pag.* 481. ita habetur *L'Instituzione di un'Ordine Militare chiamato Taragonese, perchè, come dicesi dagli Autori, fu istituito da Berengario Vescovo di Taragona in Ispagna: questo Vescovo poi*

poi l'istituì, affinchè li Cavalieri di quest' Ordine opponendosi a' Mori, che tiranneggiavano queste nobili Provincie, raffrenassero con il loro valore la barbara crudeltà di quegli Empj, e provassero a tutto loro potere di scacciarli più lontano, che potessero da loro confini. Furono poi in quest' anno del 1091. confermati sotto la regola del nostro Padre S. Agostino da Urbano II., ed il medesimo Berengario per avventura (*il quale in quest' anno medesimo fu di Vescovo Ausonense, creato Arcivescovo Taragonense, e per tale effetto andò in Roma a ricevere il Pallio*) *fu egli, che ottenne il Privilegio dal Papa: vedasi il nostro Padre Pietro del Campo nel libro 2. della sua Storia Agostiniana al cap. 20. a car. 241.*

DISCURSUS CCXXII.

TECUYLTORUM IN AMERICA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

PRæter Equestrem Ordinem Auricularem, de quo verba fecimus supra, in verbo *Auricularis Discursu* 38. *Tom. Pr.*, *& in præsenti Tom. 2. par. 2. Discurs.* 172. in eadem Americana Regione, alius non dissimilis in eadem Provincia viguit Equester Ordo: antiquorum enim Principum instituto ibidem Equitum floruit Ordo, qui *Teuclidi*, sive *Tecuylti* nuncupabantur, de quibus cum *Schurzfleischio de Ordin* §. 10. *pag.* 8 meminit *Comes in Koden Sapieha de Ordin. Aquilæ Albæ cap.* 1. *pag.* 21. *juxta impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. Pro isto Ordine Milites in illis Regionibus Primatum tenentes se, ligebantur, qui strenuitate in Bello cæteros anteibant, ut scribit *Abbas Justinianus Istorie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. par. seconda cap.* 93. *pag* 863. *juxta impress. Venetiam Typis Combi, & la Nou* 1692. *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c., tom.* 4. §. 3. *pag.* 402. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. Disq.* 1. *quæst.* 2. *sub n.* 90. *pag.* 17. *juxta impress. Lugduni Typis Horatii Boissat &c. anno* 1668. *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n.* 141.

Insignia novis Equitibus, præsente illarum Gentium Imperatore Montezuma nuncupato, qui plene, & placide in illis Indiis Occidentalibus imperabat, conferebantur per manus magni Sacerdotis illius Populi. Ille enim perforabat narices, & ex una parte appendebat cum circulo aureo Rostrum Aquilæ, & ex altera parte Ossum Tigridis, & ex duabus pendentibus partibus mediante alio circulo aureo ab hoc pendebat unio, Italice, una *Perla*: sic describunt præallegati Auctores: *d. Pater Mendo* subdit, quod in *Auribus aurea Marenula*, ex quibus singulis unio pendebat: *d. Abbas Justinianus*, qui per hæc verba loquitur - *L' Insegna Equestre si distribuiva presente l' Imperatore per mano del loro Sommo Sacerdote, il quale perforava le narici, e da una parte gli attaccava con un cerchio d' oro un rostro d' Aquila, all' altra, un Osso di Tigre, e da tutte due pendente un' altro cerchietto pur d' oro, che sosteneva una perla, nella forma che ci addita la seguente Figura.*

Relata autem ibi figura demonstrat, quod utraque Catenula, à dextris, & a sinistris, illa scilicet tenens Rostrum Aquilæ, & altera tenens os Tigridis, coalescit in unam, mediante Anulo aureo.

Forma dictorum Insignium habetur apud *d. Justinianum*, *& Collectorem Gallum*; *Bonannum* ubi supra.

DISCURSUS CCXXIII.

EQUITUM TEMPLI VULGO TEMPLARIORUM

SECT. I.

ARGUMENTUM

Exponuntur Nomina eorum, qui Equestrem Militarem Ordinem Templariorum fundaverunt, & de quo tempore, & Equitum Officia explicantur; cur nuncupati fuerunt Templarii, eorum Vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ explicantur: Crux rubea in Tessera cujus formæ erat; Sic eorum in Bello Vexillum.

SUMMARIUM

1. *Templariorum Ordo quando, & à quibus fuerit institutus in Civitate Hierusalem.*

Hospitalariorum, Templariorum, & Teutonicorum Ordines fuerunt prænunciati in Apocalypsi.

2. *Ugo de Paganis, & Gotifredus de Sancto Aldemaro anno* 1118 *fundaverunt Ordinem Templariorum*, & n. 3., & 4.

3. *Prædicti duo erant Viri Venerabiles.*

4. *Ugo erat ex Nobili Familia de Paganis de Nucera in Regno Neapolis. Gaufridus erat Gallus; ambo Hierusalem adiverant ad Visitandum Sepulcrum Christi Domini.*

5. *Dicti duo Viri erant Pauperes, adeo ut unum solum haberent Equum.*

6. *Et eorum Sigillum insculptum repræsentabat Equum unum ferentem duos Equites insidentes.*

7. *Originem alii dicunt tribuisse Cœtum Infirmorum Equitum Hospitulariorum, qui eleemosynam antedictis suppeditabant ex reliquiis eorum Mensæ, & Arma etiam dabant.*

8. *Ordo Templariorum dicitur fuisse, & progago Teutonicorum.*

9. *Equites dicti Ordinis tenebantur Christianos Peregrinos, & Sacrum Domini Sepulcrum, & alia Sacra loca Visitantes tueri, sicut & vias Hierosolymitanæ Regionis à Prædonum insidiis, atque incursionibus Hostium Armis etiam defendere, & pro Fidei defensione Vitam profundere* & n. 11., & 12.

10. *A Templo, eo quia prope d. Templum habitarent Equites, & pars Palatii ejusdem fuerit illis tradita à Balduino Rege, & à Canonicis, ideo appellati fuerunt Templarii, & Ordo Templariorum*, & n. 11.

12. *Approbatus primum fuit hic Ordo à Patriarcha, deinde in Concilio Trecensi*, & n. 15.

13. *Votum emiserunt defendendi loca Sancta, & Peregrinos ad ea accedentes.*

14. *Item Castitatis, Paupertatis, & Obedientia Vota emiserunt coram Patriarcha.*

16. *Habitus erat albi coloris, & Crux rubea*, & n. 15. & 16

18. *Inter Templarios, & Teutonicos super d. Habitu albo orta est contentio.*

19. *Crux rubea cujus forma fuerit*, & n. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

24. *Imago Equitis, & Habitus apud quos adsit.*

25. *Vexillum quomodo formatum erat, & quæ verba gerebat*, & n. 26. *ibique explicantur.*

26. *Castitatis Votum fuisse Votum Castitatis coniugalis.*
27. *Probatur fuisse Votum absolutæ Castitatis*, & n. 28. 29. 30. 31. 32., & 35.
31. *Poterant habere aliquos Uxoratos*, & n. 32.
33. *Et quomodo*, & n. 34.
35. *Concluditur fuisse Votum absolutæ Castitatis.*
36. *Sub qua Regula viveret Ordo hic, contentio est inter Scribentes, qui enumerantur*, & n. 37.
37. *Probabilius est vixisse sub Regula Sancti Basilii, & cur.*
38. *Alii dicunt vixisse ad instar Regulæ Canonicorum Regularium Sancti Augustini, quod negant alii.*
39. *Alii sub Instituto Cisterciensium, & Sancti Benedicti.*
40. *Et an sub Regula de novo edita, & S. Bernardi Abbatis*, & n. 41. 42. e 43.
44. *Magnum Magistrum habebant, & quomodo electio fieret de eodem magno Magistro.*
Ordo constabat Equitibus magnæ Crucis, Simplicibus Equitibus, & Servientibus Armorum, & Officii.
45. *Templariorum Ordo est vera Religio, quia in hac emittebantur tria Vota substantialia.*
45. *Nobilitas generosa requirebatur ad obtinendam admissionem ad eundem Ordinem.*
Sed quæ fuerit d. Nobilitas, & quomodo qualificata, ignoratur.
Auctores Nobilitatem hujus Ordinis laudant.
47. *Ordo brevi tempore excrevit in numero, & in eorum Conventu plus quam tercentum aderant, ultra plurimos Servientes.*
48. *Divitiis erant ditissimi: plures habebant Commendas locupletes.*
Vix erat Provincia in Christiano Orbe, quæ huic Ordini Bona non contulisset.
49. *Templarii Divitiis erant pares Regibus, & eorum Reditus asseruntur fuisse annuatim Duos Milliones, ac Reditus fuisse sufficientes ad integros Exercitus alendos*, & n. 50.
51. *Commendas illorum fuisse quadraginta mille. Alii quatuor mille.*
Conventus principalis, qui Templi nominabatur, habebat annuos reditus centum sexaginta mille Ducatos.
52. *Ordo ex Reditibus per totum Terrarum Orbem receptis, expendebat certam summam pecuniarum pro Terra Sancta defensione.*
Magni Magistri Sedes erat in Civitate Hierusalem.
53. *Rex Alphonsus I. reliquit Heredes sui Regni Ordines Hospitalariorum, Sancti Joannis, Sancti Sepulcri, ac Templariorum, qui licet per transactionem non acquisiverint Regnum, plura tamen Bona acquisiverunt.*
54. *Templarii ex primævo Instituto versabantur in servando Vias tutas à Prædonum insidiis, pro Peregrinis loca sancta Visitantibus. Postmodum addiderunt etiam exercitium Armorum, bellando contra Saracenos.*
55. *Ad exemplum prædictum Templariorum, assumpserunt exercitium Armorum, & Bella gerendi contra Barbaros, & Saracenos.*
56. *De Avaritia, Arogantia, & Dolo redarguuntur Templarii, & factis narratis* & n. 57. 58. 59. 60.
61. *Pessimos Mores assumpserunt Templarii, ob quos eorum Ordo fuit à Summo Pontifice abolitus.*
62. *A dicto numero 62. usque ad finem Discursus enumerantur gesta præclara Templariorum Equitum.*

DISCURSUS CCXXIII.

EQUITUM TEMPLI VULGO TEMPLARIORUM

SECT. I.

FElici eo tempore, quo Christi Fideles Sanctam possidebant Hierosolymorum Civitatem, ad commodum eorundem Christianorum, Devotionis Gratia Sacra Loca visitan-
1. tium, nonnullæ institutæ fuerunt Religiosæ Militiæ. Cumque jam ibidem Hospitalariorum Sancti Joannis Hierosolymitani Ordo floreret, fundatus subinde fuit Militaris Ordo, Templariorum nuncupatus, quem prænunciatum fuisse, una cum Hospitalariorum, & Teutonicorum Ordinibus, in Prophetica illa B. Joannis Evangelistæ visione relata in Apolypsis cap. 19. probant Repetentes in eodem *cap.* 19. *Nicolaus de Lyra in Apostil. super Glos Ordinar. Georg. Edero in Part. Theolog. Tab.* 261. *super d. cap.* 19. quorum verba transcripsimus in *Discursu* de Religione Hierosolymitana.

Anno siquidem 1118. circiter, Ugo de Paganis, & Gaufridus de Sancto Aldemaro, Nobiles Viri, una cum se-
2. ptem aliis (quod fuerint novem Viri illustres, Latini omnes, scribit Nicolaus *Gurtleri Historia Templar. Observat. Ecclesiast. apud Henricum Westenium* 1691. *pag. n.* 10, §. 12.) vel secundum alios, Decem Nobilibus Sociis, quorum nomina ignorantur, Militarem hunc Ordinem instituerunt, sicuti testantur *clar. me. Cardinalis Jacobus a Vitriaco Histor. Oriental. cap.* 65. *pag.* 115. *cum seq. Guillelmus Archiep. Tyri, in Histor. Libr.* 12. *Io. Soranzo l' Idea del Cavaliere, pag.* 93. *Bosius Histor. Sacra Religionis Hierosol. libr.* 2. *pag.* 59. *juxta impress. Venetam Hieronymi Albrizzi anno* 1695 *Sansovin. Dell' Origine de' Cavalieri Libr.* 1. §. *Cavalieri Templari pag.* 36. ubi advertit, quod d. Goufridus de Sancto Ademaro dicitur etiam de Sancto Alexandro. *Chassaneus in Catalogo gloria mundi, part.* 9. *consideras.* 5. ubi mox dictum Gaufridum vocat Gaufredum de Sancto Alexandro, *Petrus Messia, in Secunda parte ejus, Selva di varia Lezione, cap.* 4. ubi & ipse variando, appellat eundem Gaufredo di S. Adelmano: antedictus Gurtleri ubi supra; *Augustinus Barbosa Jur. eccles. univ. lib.* 1. *cap.* 41, *num.* 76. qui eum ipsum nominat Gaufredum a S. Audomaro: *Alphonsus Loschi in Compend. Historic.* ubi agit de Domo Austriaca, pag. nobis 55. Impression. Vincentiæ 1664. *Pater Antonius Foresti in Mappamondo Istorico tom.* 3. *part.* 2. ubi agit *de Clemente V. pag.* 110. *n.* 4. *& tom.* 4. *part.* 2. ubi de Baldovino II. Rege Hierusalem, pag. 490. versic, Uno de' principali stromenti: *Flavius Cherubin. in Compend. Bullarii, sup. Const.* 5. *Clementis V. schol. primo*, penes quem *dictus Gaufridus* dicitur Goffredus de S. Amadeo, vel de S. Alexandro, & sup. Const. III. ejusdem Clem. late *Tholosan. in Syntagm. jur. univ, lib.* 15. *cap.* 33. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *Quæst.* 2. §. 6. *Io. Cabassutius Not. Concil. Eccles. Undecimi Saculi Historica Synopsi. sub n.* 29. *pag.* 385., *& Super XII. Sacul. Historic. Synopsi n.* 21. *pag.* 408. & super Secul. XIIII.

Con-

Concil General Viennen. Anno 1303. *n. 1. pag. 508. Abb. Bernardus Justinianus Historia Chronologica Ordinum Militar. tom. 1. cap. 23. sub Tit. Cavalieri Templari: Pater Philippus Bonannus in Catalog. Ordin. Equestr. n. 115. Pater Graveson Histor. Eccles. Tom. 4. p. 2. Colloq. 6. pag. 694. Eminentissimus Petra ad Constit. Apostolic. Tom. 3. ad Constit. 3 Clementis V. n. 2. Collector Historia Ordinum Equestrium Idiomate Gallico, cui Titulus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers, impress Amstelodami per Petrum Brunel 1721. Tom. 2. pag. 275., Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceat. Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 10. §. 2. pag. 247. Pater Sebastianus Pauli in suo Volumine, cui Titulus - Codice Diplomatico del Sacro Militare Ordine Gerosolimitano sub Tit. Osservat. sovra i Diplomi ad Diplom. 8, S. Roberti, pag. 467. impress. Luca: plene etiam in Volumine Storia degl' Ordini Monastici, e Militari, Gallico Idiomate scripta, & in Italicam Linguam translata a Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congregat. Matris Dei Tom. 6. cap. 3. pag. 22. juxta impress. Luca Typis Josephi Salani, & Vincenti Giuntini 1738. d. Gurtleri pag. 10.*

Dicti Ugo de Paganis, & Goufridus de
3. Sancto Ald.maro Viri Venerabiles,
& Amici Dei appellantur à *d. Cardinale Jacobo à Vitriaco* ubi supra, *pag 116.*, & pietate insignes dicuntur à *Cassaneo*, loco supra citato.

Ugo quidem de Paganis erat ex Nobili
4. Familia de Paganis de Nucera in Provincia Basilicatæ in Regno Neapolis; Gaufridus autem Gallus erat, & ambo ad Civitatem Hierusalem se contulerant, Sanctum Christi Domini Sepulchrum visitaturi, ut notat *d. Abbas Justinianus* præallegata *pag. 107.*

Iidem duo Viri Equites Nobiles, & Re-
5. ligiosi, adeo pauperes erant, ut duo
unum tantum Equum haberent communem; proinde in eorum sigillo duo
Equites insculpebantur, uni Equo
6. insidentes, quemadmodum advertit
d. Em. Petra d. tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V., dictumque sigillum impressum habetur apud *Patrem Sebastianum Pauli in d. Codice Diplomatico Sacri Ordinis Hierosolymitani, post seriem Genealogicam magnorum Magistrorum d. Ordini Hierosolymitani, in figuris Sigillorum pag. 3. sub n. Sigillorum 51.*

Proinde tam arctam Paupertatem profitebantur, ut illi nomen comparaverit pauperum Equitum Templi: *d. Pater Fontana d. pag. 23.*

Sunt qui scriptum reliquerunt, huic Or-
7. dini Originem tribuisse Cœtum infi-
morum Equitum Hospitalariorum Sancti Joannis, qui in quadam Domo prope Templum, subsidium, Eleemosynam, & reliquias dicti Hospitalis Hierosolymitani, ad vitę substentationem recipiendo, exordium illi novo Ordini dedere, ut legitur in *Chronic. Joannis Bromptonis Histor. Anglicana pag. 1008.* juxta impressionem *Londini anno 1652.* ubi dicitur - *Hi namque, secundam quosdam, ex infimis Hospitalariorum congregati, ex reliquiis eorum, ex cibis, & armis sustentati, ad tantam rerum opulentiam devenerunt*; quem refert etiam *d. Pater Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico del Sacro Militar Ordine Gerosolimitano tit. Osservat. sopra i Diplomi, ad Diploma 8. S. Roberti pag. 467.*

Onuphrius in Chronico sub anno 1118.
8. scribit, quod Templariorum Ordo

est

est fœtus, & propago Ordinis Beatæ Mariæ Teutonicorum; sed illum reiicit *Graveson d. tom. 4. pag. 2. colloq. 6. pag. 695.*

9. Hujus Ordinis Militum munus erat & Officium, Christifideles Peregrinos, & Advenas ad Sanctum Christi Domini Sepulcrum, & Sacra illa loca invisenda confluentes (confluebant autem tunc temporis plurimi) charitative tueri, & ad eorundem securitatem Hierosolymitanæ Ditionis Vias, à Prædonum insidiis, Hostium incursionibus, & Latrociniis tutas, Armis, & Bellica vi reddere, & pro Fidei defensione Vitam profundere: *d. Card. Vitriacus d. cap. 65. Fr. Bartolomaeus Carranza in Summa omnium Conciliorum pag. nobis 258. Episcopus Marcus Battaglini in ejus Istoria universale di tutti i Concilii, tom. 2. in Concilio Vienna pag. 330. n. 1. Soranzo, Bosius, Mendo, Cabasut. Graveson. Emus Petra, Sebastianus Pauli* locis superius allegatis: *d. Bonanni d. n. 115. d. Historia, e Gallica lingua in nostram translata per Patrem Joseph Franciscum Fontana tom. 6. d. pag. 23. Abb. Justinianus Historia Ordinum Militar. &c. par. pr. cap. 23. cap. 28. pag. 307. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noü*, ubi late materiam agit: *dictus Nicolaus Gurtleri Histor. Templariorum §. 13. pag. 10. & §. 26. pag. 60.*

10. Et quoniam prima hujus Ordinis Sedes, & Equitum habitatio fuit in Æde, sive Palatii parte prope Hierosolymitanum Templum Salomonis, & ad Portam australem, a Baldovino del Borgo Hierosolymitano Rege, & à Patriarcha Hierusalem eidem tradita; & præterea ejusdem Templi Canonici, dicto Ordini Equestri, illiusque comodo, ut alia ædificarentur cubicula, Plateæ partem donarunt; hinc à Templo hic Ordo nomen sumpsit Templariorum, illiusque Equites nuncupati fuerunt Templarii, aut Equites Militiæ Templi, ut notant mox prænominati Scriptores, quibus additur *Petrus Richelet in ejus nouveau Dictionaire François*, verbo *Templiers*, ibi - *ces sortes de Religieux furent appeliez Templiers, parce ch'ils demeuroient à Hierusalem auprès du Temple: Barbos. d. cap. 41. n. 76. d. P. Fontana d. pag. 23. d. Gurtleri* ubi supra *pag. 47.*

11. Quin imo subdunt alii, Templariorum nomen ortum habuisse, ex quo iidem Equites, impigra charitate Peregrinos loca Sacra visitantes à Templo ad Templa comitabantur, atque associabant; ut refert *Bosius* ubi supra *lib. 2. pag. 59. litt. E.* aliique superius recensiti.

12. Approbatus fuit primum Ordo iste à Vermundo de Piquigny Patriarcha Hierosolymitano: *d. Card. de Vitriaco d. cap. 65. Bosius d. part. 1. lib. 2. pag. 59. litt. B., & lib. 3. pag. 104. litt. E. Sebastianus Pauli ad d. Diploma 8. S. Roberti pag. 467. d. Pater Fontana d. pag. 23. d. Gurtleri* ubi supra.

13. Coram prædicto Hierosolymitano Patriarcha iidem Milites Voto se obstrinxerunt, ab incursionibus Hostium, Latrociniis, & Saracenorum injuriis Palestinæ loca tuendi, ut Advenæ, ac Peregrini ad Sacra visitanda loca tuti accederent, & pro Fide Catholica vitam profundendi, ut diximus. Ac insuper Castitatis,
14. Paupertatis, & Obedientiæ Vota emisere: *Jacobus Bosius in d. Historia Hierosolymitanæ Religionis lib. 2. pag. 59. litt. B., & C. Barbos. d. lib. 1. cap. 41. n. 76. vers. Illi autem novem Equites: d. Pater Fontana pag. 23.*

Elapsis ab Ordinis institutione novem cir-

15. circiter annis, cum dictus Ugo de Paganis, qui à Balduino Rege Hierusalem pro obtinendis ad Bellum subsidiis, missus ad Occidentis Principes Orator fuerat, jam ad Franciæ Regnum pervenisset, ibique apud Trecas, Civitatem in Campania, anno circiter 1128. Concilium Honorius Secundus coegisset; idem Ugo Ordinis confirmationem in dicto Concilio obtinuit à prælaudato Summo Pontifice Honorio Secundo: *die. Jacobus Cardinalis de Vitriaco Histor. Oriental. cap. 65. pag. 116., & seqq. Guillelmus Tyrus* ubi supra: *Francisc. Sansovinus dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 37. Bosius d. lib. 3. pag. 104. litt. C. Abbas Justinianus d. par. pr. cap. 23. §. Riuscirono: Petrus Messia d. part. 2. cap. 4. versic. Veduta questa Santa: P. Foresti d. tom. 3. part. 2. pag. 110. n. 4. d. Fontana d. pag. 23. Em. Petra d. tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V. n. 2. Pater Gravelson tom. 4. par. sec. Colloq. 6. pag. 694. Sebastianus Pauli in d Codice Diplomat. Sacri Militar. Ordin. Hierosolym. Observat. super Diploma 8. §. Roberti Militis Templi pag. 467. Gurtleri* ubi supra.

Et quod Institutionis annus apud Auctores sit varius, videatur *d. Nicolaus Gurtleri pag. 43. §. 33.* ubi refert alios tenere &c.

16. Habitus ex lana albi coloris (cum Cruce rubra ut infra dicemus) profitentibus in d. Ordine præscriptus fuit: *Spondan. in Epitome Baron. ad an. 1127. Matthæus Paris in Chronic. Minor. ãño 1118. d. Abbas Justinian. in d Histor. cap. 23. pag. 307., & 309. Eminen. Petra d. tom. 3. ad Constit. 3. Clementii V. sub n. 2., Messia, & Foresti* locis paulò ante citatis, *Chassaneus* loco alias citato, *Petrus Richelet in ejus nouveau Dictionaire François*, verbo *Templiers*, ibi - *qui portoient un manteau blanc avec une Croix rouge dessus*: *d. Bonannus d. n. 115.*

17. Dicto Habitu utebantur Equites in Templo, Capitulis, in Itineribus, & in Bello: *d. Justinianus d. pag. 309. §. In questo tempo.*

18. Cumque sub anno 1191. fuit instituta Militaris Religio Sanctæ Mariæ Teutonicorum, illiusque Equitibus fuerit concessus Habitus albi coloris, cum Cruce nigra; Templarii prętendere cœperunt dictis Teutonicis Habitus albi delationem prohibere, illosque coram Summo Pontifice Innocentio III. in Jus vocarunt: sed Summus Pontifex super hac Templariorum prætensione, iisdem Templariis silentium imposuit perpetuum, ut scribit *d. Bosius lib. 12. pag. 434.*

19. Super antedictum Habitum album Templariorum, Crux rubra addita fuit. Hanc Crucem fuisse his Equitibus, jam ad Orientem reversis, è manibus Stephani Patriarchæ traditam, atque ideo fuisse Crucem duplicem Patriarchali more, sequendo *Commendatorem Marulli de Relig. Militar. Sancti Joannis Hierosolymitani, & Templariorum, ac Hieron. Roman. lib. 7. de sua Republica*, tradit *d. Justin.* ubi supra *cap. 23. §. E perchè pag. 308.* Qui

20. ibidem formam Crucis hujus delineatam refert Patriarchalem duplicem, sed in cunctis brachiis, ut dicitur potentiatam; subdens tamen, quod in descriptione Ordinum Militarium Parisiis anno 1671. describitur Patriarchalis Crux duplex, sed non potentiata, quodque Templarii deferrent

21. Crucem rubeam, notat *Cabassut. Notitia Eccles. Seculi XI. Historica Synops. n. 29.*, & tradit *Chassan. d. p. 9. considerat. 5., versic. utebantur, atque incedebant.*

Augustinus autem *Barbos. d. cap. 41. n. 76.*

23. *n.* 76. dicit quod - primum toga candida sine cruce, circa annum Domini 1128. Pontifice Gelasio II. mox Cruce rubea super albam Vestem donati sunt: & cum eo consonat *Petrus Messia d. cap. 4. inquiens. Papa Onorio II. a prego, e consiglio di Stefano Patriarca di Gerusalemme, loro diede poi regola, & ordine di vivere, ed Habiti bianchi a dover portare; a' quali poi Eugenio III. aggiunse una Rosa nel petto.*

Inquit idem *Abbas Justinianus d. cap. 23. §. In questo tempo pag. 309.*, & post eum *Foresti d. tom. 3. part. 2. pag. 110. n. 4.* quod Crux rubea data fuit Templariis ab Honorio Secundo, qui creatus fuit Summus Pontifex 21. Decembris 1124., & obiit 14. Februarii 1130., ubi antedictus *Justinianus* reprehendit asserentes, eandem Crucem concessisse Honorium Tertium, creatum Pontificem 27. Julii 1216., & mortuum decimo Kalend. Aprilis 1227.

Crucem hanc rubeam de mandato Eugenii Tertii in Pontificem electi die 27. Februarii 1145., ac defuncti die 7. Julii 1153. fuisse concessam Templariis anno 1146. deferendam in sinistris manicis affixam, testantur *d. Card. de Vitriaco d. cap. 65. pag. 117. d. Guillelmus Tyro* ubi supra, *Jo. Soranzo idea del Cavaliere pag. 95. Gravesond. Tom. 4. p. 2. Colloq. 6. pag. 694. Em. Petra d. tom. 3. ad d. Constit. 3. Clem V. n. 2.*

Itaut albas Vestes in signum Innocentiæ deferrent, & rubram Crucem, Martirium, ob Christi nomen suscipiendum, & ad sanguinem effundendum ob Terræ Sanctæ defensionem essent parati: *d. Bonanni d. n. 115.*

Cœterum manifestum est, quod postmodum Templarii prædictæ rubeæ Crucis formam immutarunt; nam fere ad formam Crucis redegerunt, qua utuntur Equites Sancti Joannis Hierosolymitani, hoc est in Crucem octangularem, hoc solum servato discrimine, quod acumina, semicirculo mediante efformabantur, juxta figuram, quæ delineata habetur apud *d. Justinianum*, & præmittit ante allegatum *cap. 23. pag. 306.*, & 311.

Præcisum vero tempus, quo peracta fuit dicta Crucis reformatio, ignoratur; nam antedicti Scriptores de ea mentionem non faciunt, & solummodo *Iacobus Bosius in Historia Ordinis Hierosolymitani lib. 3. pag. 104.* scribit, tempore Papæ Eugenii Tertii incapisse Equites deferre Crucem rubeam, ea forma, & figura, qua albam gerunt Equites Sancti Joannis Hierosolymitani. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 6. n. 27.* asserit, Crucem octangularem fuisse sumptam tempore Honorii III. sic dicens - *Addidit Honorius III. ipsis Crucem rubram, eam in formam compactam, qua nunc efformatur Crux alba Equitum Sancti Ioannis.*

24. Verum Icon, & figura Equitis Templarii, ex qua liquet de forma Habitus, & Crucis, videri potest apud *d. Justinianum in præcitato cap. 23. pag. 310. apud Patrem Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. pag. 115.*

25. In Vexillo proinde, quo utebantur Templarii, erat Crux rubea Octangularis, in Campo partim albo, & partim nigro, cum verbis illud circumdantibus - *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da Gloriam*, ut videre est apud *d. Justinianum pag. 301.* ubi delineatum refert idem Vexillum.

26. Vexillum sic bipartitum, ex albo, & nigro, lemma gerebat inscriptum Gallica lingua *Vaucent*, hoc est Italice *Valcento*; ita indigitando, quod

Dei

Dei auxilio, unus ex ipsis, contra Infideles pugnando, centum æquiparabatur. Uulgus autem prædictum Gallicum vocabulum non probe pronuncians, idem Vexillum appellabat *Balcet*, aut *Baasant*, seu *Bauceant*, vel Basanin, ut videre est apud *d. Card. de Vitriaco d. cap. 65. pag. 118.* cujus verba etiam refert *Barbos. d. cap. 41. n. 76.* post medium: *Bosium Historia Ordinis Hierosolymitani lib. 2. pag. 60. lit.* C., & D.

Procedentes autem Templarii ad Bellum dicto præeunte Vexillo, Psalmistæ verba canebant, quæ habentur *Psalm. 113.* quæque ut diximus, inscripta erant in eodem Vexillo. *Non Nobis Domine, non nobis, sed Nomini tuo da Gloriam*, ut prosequitur *d. Vitriacus, & Bosius pag. 60. litt. D.*

Quinimo verba mox recensita gestare consuevisse insculpta in ensibus, sive spathis, quibus utebantur, testimonium non spernendum præstat vetustissimus ensis, quem nupertime ostendit nobis concivis noster vir nobilitate, & Antiquatum rerum studio ornatissimus: Lętantes quippe inspeximus in hujus gladii parte, celte incisa verba: *non nobis Domine, non nobis;* & in alia parte, *sed nomini tuo da gloriam.*

Porro hujusmodi, ex albo, & nigro bipartitum Vexillum, in signum erat, quod Templarii Amicis Christi candidi erant, & benigni, nigri vero, & terribiles inimicis, inquit *d. Card. de Vitriaco d. cap. 65.* cujus verba etiam refert *Barbos. d. cap. 41. n. 76.* post medium, *Bonanni n. 115. Bos. d. pag. 60. Litt.* C. & D. ubi subdit, quod fortasse prima Vexilli pars alba, & posterior nigra, rei futuræ quoad hunc Ordinem præsagium fuit, scilicet quod hujus Ordinis exordium album, & felix futurum erat, finis obscurus, & niger, ideoque infelicissimus, ut mox demonstrabimus.

Prædictum Castitatis Votum fuisse Vo-
26. tum Castitatis Coniugalis, scribunt *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 6. Abb. Iustinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari par. pr. cap. 22. in verbo Cavalieri Templari §. Era liberato pag. 307.*

At fuisse Votum absolutę Castitatis con-
27. stat ex aliis Scriptoribus, qui simpliciter loquuntur de Voto Castitatis, ut videre est apud prælaudatum *Cardinalem de Vitriaco d. cap. 65. Patrem* Honoratum *à Sancta Maria Carmelitam Excalceatum Dissertations Historiques sur la Chevalerie lib. 1. Dissert. 10. §. 2. pag. 147. Collector.* Gallico idiomate Voluminum, quibus Titulus est: *Histoire des Ordres Militaires impress. Amstelodami Typis Petri Brunel anno 1711. tom. 2. §. 26. les Chevaliers du Temple, ou Templiers pag. 275. Bosius d. par. pr. lib. 2. pag. 59. litt. B.* testatur vovisse perpetuam Castitatem.

Quod liquet ex litterali expressione,
29. quæ habetur in iisdem Statutis, & Regulis Templariorum Ordinis, ut infra dicemus, à Divo Bernardo Abbate extensis, ac relatis à *d. Iustiniano p. 2. cap. 23.*, & ab allegata Historia Gallice scripta; dictarum enim Regularum caput quartum sic loquitur - *Itur, & reditur ad nutum ejus, qui præest induitur, quod ille donaverit, nec aliunde vestimentum, seu alimentum præsumitur. Et in victu, & vestitu cavetur omne superfluum, soli necessitati consulitur. Vivitur plane in communi jucunda, & sobria conversatione, absque Uxoribus, & absque liberis; & ne quid d esse*

desit ex Evangelica perfectione, ab sque omni proprio habitent unius moris in Domo una, soliciti servare unitatem Spiritus in vinculo Pacis.

Redditurque manifestum etiam ratione; cum enim voverent Paupertatem, &
30. Conventualiter viverent, impossibile est, quod potuerint esse Uxorati.

Cœterum animadverti potest, quod Au-
31. ctoribus, qui asserunt præfatum Castitatis Votum, fuisse Votum Coniugalis Castitatis, æquivoci ansam suppeditaverit *Caput.* 55. eorundem Statutorum, & Regulæ Templariorum, quæ ut diximus superius impressa penes *d. Abbatem Justinianum, & d. Historiam Gallice scriptam; quod Statutum cap.* 55. ita disponit - *Quomodo Fratres Coniugati habeantur cap.* 55. *Fratres autem Coniugatos hoc modo habere vobis permittimus, ut si fraternitatis vestra beneficium, & participationem petunt, uterque sua substantia portionem, & quidquid amplius adquisiverint, unitate communis Capituli post mortem concedant, & interim honestam vitam exerceant, & bonum agere Fratribus studeant; sed veste candida, & clamyde alba non incedant. Si vero Maritus ante obierit, partem suam Fratribus relinquat, & Coniux de altera, Vitæ substentationem habeat. Hoc enim injustum considerámus, ut cum Fratribus Deo castitatem promittentibus, fratres hujusmodi in una eadem Domo maneant*; ex his inferendo, permissum in d. Religione esse Coniugium.

Verum detegitur æquivocatio; non enim, ut legenti patet, in d. Capi-
32. tulo statuitur, quod Milites omnes possint esse Uxorati; sed simpliciter Statutum loquitur de illis, qui cum sint Uxorati, petunt cum Uxore illius fraternitatis beneficium, & participationem, ibique Statutum præscribit modum cum istis Coniugibus servandum, peculiarem quidem, & à cæteris Militibus diversum, absque eo quod nihil iniungatur quoad emissionem trium substantialium Votorum; imo manifeste non emittebant Votum Paupertatis, nec Obedientiæ; inde fit patens, quod isti tales non erant
33. proprie, & perfecte Equites Templarii, sed quodammodo solum Religioni Oblati, Devotionis, & ex gratia, & ad solum effectum gaudendi aliquibus Privilegiis, & Titulis, quemadmodum de consimilibus Equitibus, ut vocant Magistralibus, vel Magistralis Obedientiæ diximus in *Discursu de Sacra Religione Hierosolymitana.* Sicque ex prædicto Statuti *Capite* 55. nedum non probatur generaliter permissum Militibus Matrimonium; sed contrarium convin-
34. citur, cum ibi absolute testentur, fratres vovere castitatem, & inconveniens esse, ut cum ipsis castitatem promittentibus, fratres hujusmodi uxorati convivant: & de facto allegatum Statutum nihil disponit de admissis ad Ordinem, si vellent postmodum uxorem ducere, & tamen si emisissent Votum Coniugalis Castitatis, potuissent utique ad Matrimonii statum transire, atque ita de istis quoque necesse esset. ut Statutum disponeret. Stat igitur firmum, Vo-
35. tum horum Militum fuisse Votum absolutæ Castitatis, sicut alia Vota absolutæ Paupertatis, & Obedientiæ erant.

Sub qua vero Regula, & Religionis Constitutionibus viveret hic Ordo,
36. multiplex circumfertur assertio. Primo siquidem scribunt nonnulli, sub nulla ex approbatis Regulis sed per annos novem in habitu sæculari opera

opera ipsis determinata, & prescripta ab infrascripto Patriarcha Hierosolymitano exercuisse: nono autem anno ab Institutione, traditam illis fuisse Regulam in Concilio Trecensi, de mandato Honorii Papæ. Inter hos sunt *Tholosan. d. cap. 33. n. 6. vers. Prima autem eorum professio; Barbos. d. cap. 41. n. 76. Flav. Cherub. in Const. 1. Clem. V., schol. 2.*

Tenent alii Auctores militasse sub Re-
37. gula Sancti Basilii, a Wormundo, sive Guarimundo natione, ut asserit *Tholosan. in Syntagm. Jur. univ. lib. 15. cap. 33. n. 6* Franco, ex opido Pinquecuiaco, prius Episcopo Ambianenti, postea Patriarcha Hierosolymitano illis præscripta: sic inquit *d. Justinianus Parte Prima cap. 23. Tit. de Cavalieri Templari pag. 307. d. Historia Gallico Idiomate Histoire Des Ordres Militaires, impress. Amstelodami Typis Petri Brunel Tom. 2. §. 26. pag. 275.*

Quod valde congruit qualitati Archipræsulis, qui Regulam tradidit, scilicet Hierosolymitani Patriarchæ; congruit, & qualitati loci, quo fundabatur Religio; hoc est in d. Civitate Hierusalem, & sic in Orientali Ecclesia, in qua summopere erga Sanctum Basilium Magnum Cæsareæ Episcopum, florebat veneratio; Ac tandem quia Regula hec Divi Basilii est omnium prima ex tribus antiquitus approbatis Regulis, de quibus *in can. Perniciosum, 17. quæst. 2., Io. Azorius Instit. Moral. lib. 13. cap. 11. Barbos. Jur. Eccl. univ. dicto lib. primo cap. 41. n. 10.*

Dicunt alii, hujus Religionis Milites vovisse vivere more Canonicorum
38. Regularium Sancti Augustini, forsan ex eo inferentes, quod Habitum assumpserunt albi coloris, ut supra diximus; & quod Abbas, & Canonici Templi Domini, Plateam quam habebant juxta Regis Palatium, iisdem Militibus tradiderunt, ut scribit *d. Card. de Vitriaco d. cap. 65. libr. 1. pag. 115. d. Io. Azorius Instit. Moral. libr. 13. cap. 11. Lit. D. d. Pater Honorat. d. Libr. 1. Dissert. 10. §. 2. pag. 247. Tholosan. d. lib. 5. cap. 33. n 6. versic., & more Canonicorum Regularium.*

At vivere more alicujus denotat conformitatem in multis, non in omnibus; & similitudinem quandam vivendi, non autem ipsum Institutum, & naturam; prout dicimus vivere Romano more, more ferarum &c. et habentur exempla apud *Nizolium in Dictionario Ciceroniano.*

Alii scriptum reliquerunt, traditum illis fuisse Cittercienfe Institutum, & Sancti Benedicti Regulam, ut legere est apud *Bosium* ubi supra *pag. 59. litt. E. & pag. 104. litt. E. Soranzo Idea del Cavaliere pag. 95.,*
39. *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq 1. quæst. 2. §. 6. n. 27. Cabassut. Not. Concil. Seculo XI. Historic. Synops. n. 29. pagina 385. Gravefon Tom. 4. par. 2. Colloq 6. pag. 694. Eminentissimus Petra Tom. 1. ad Constit. 1. Paschalis II. n. 14. pag. 206. juxta impress. Venetam Balleonianam anno 1729. Pater Sebastianus Pauli ad d. Diplom. 8. §. Roberti pag.* 407. & traditur infra *sub. n. 43.*

Sed hoc desumptum videtur ex facto, quod subdemus: constat siquidem Cardinalem Matthæum Albanensem Summi Pontificis a Latere in d. Trecen-
40. se Concilio Legatum ac Præsidem, ibidem præfatæ Militum Regule revisionem, ac examen commisisse Divo Bernardo Clarevallis Abbati, tunc in d. Trecensi Concilio præsenti, ac Sapientia, & Sanctimonia conspicuo. Quæ Regula habetur im-

 pres-

pressa in Operibus ejusdem Divi Bernardi sub Titulo ad *Milites Templi* extensa in capita 13. *pag.* 100. *cum seqq. juxta impress. Parisien. Typis Carola Guillard anno* 1551.

Huncque Mellifluum Doctorem reformasse illam, & luculenter disposuisse, ac vivendi methodum præbuisse, ut videre est in Statutis, & Regulis ab eodem Sancto Abbate exaratis, quæ impressæ sunt apud prælaudatum *Justinianum* ubi supra *à pag.* 326. *usq. ad* 337., & repetitæ habentur in *d. Historia idiomate Gallico* superius allegata.

Hinc ex dicta Regulæ reformatione, à Sancto Bernardo Clarevallis Abbate peracta, nonnulli Auctores motivum sumpsere asserendi, eorum Regulam fuisse Cisterciensem, & Sancti Benedicti, prout Ordinis Cisterciensis erat dictus Sanctus Abbas, quemadmodum prosequendo advertit idem loco supracitato *Justinianus*, qui tenet Regulam huic Ordini assignatam fuisse Regulam S. Augustini, idemque *Justin.* testatur *pag.* 309. *S. Questa*, in prima sui Voluminis editione tenuisse etiam ipsum opinionem, quod Regula fuerit Sancti Benedicti, fretus auctoritate Scriptorum.

Demum non fuisse datam Militibus Re-
41. gulam Sancti Augustini, sed fuisse efformatam novam Regulam, ex integro, de Ordine Summi Pontificis Honorii II., & à Concilio laudatam, assignatamque fuisse d. Ordini Templariorum, sustinet *Natalis ab Alexandro Seculo XI., & XII. Art.* 8. *de Monachis, & Sanctimonialibus n.* 10. *pag.* 778., *juxta impressionem Parisien. Typis Antonii de Dezallier anno* 1683.

Sed de facili corruit hujusmodi asser-
42. tio, quia nulla convincenti ratione, nulla punctuali Scriptorum, sive antiquorum, sive Neotericorum auctoritate fulcitur. Accedit, quod cum consimilis Militaris Ordo Sancti Joannis Hierosolymitani fuerit confirmatus sub approbata Regula Sancti Augustini, ut demonstravimus in *Discursu* de dicta Religione Militari, non autem sub Regula particulari de novo confecta, ut perperam inquit *d. Bosius in Historia ejusdem Ordinis* in secunda impressione, improbabile redditur, quod Sedes Apostolica, quoad hunc Templariorum Ordinem, à generali stylo approbandi Militares Religiones, sub aliqua ex jam approbatis Religionibus recesserit, & novam Regulam statuerit.

Super dicta Regula à Sancto Bernardo
43. tradita, videri possunt quæ exponit superius allegatus *P. Fontana* in sæpius allegata *pag.* 23., *& seq.*: inquit enim quod cum in Concilio Trecense, vulgo *Troyes*, Templarii anno 1128. Regulam sub qua viverent, expostulassent, Concilii Patres commiserunt Divo Bernardo Abbati, qui illam optime confecit. Subdit tamen, quod *Menennius*, & alii Historici prætendunt talem Regulam esse illammet, quam pro dictis Equitibus Sanctus Abbas Bernardus exaravit. Verum *Du Pui in Historia condemnationis Templariorum* ait, d. Regulam fuisse deperditam, & ad Nos non pervenisse, unde Regula, quæ ad Nos pervenit, sit simplex compendium Regulæ, non integra Regula, cum in ea nullum verbum habeatur de Juramento, quod præstare debebant Magistri Ordinis Templariorum, cujus formula refertur à *Grisostomo Enriquez*, & per extensum etiam refert *d. Pater Fontana d. pag.* 24., *&* 25. ubi reiicitur *Schoonebeck* cum nonnullis aliis Historicis, qui sine ratione

ne asseruerunt, Divum Bernardum cum dicta sua Regula submisisse Templariorum Ordinem Regulæ Sancti Augustini, cum in dicto Juramento Templarii fatentur Religiosos Cisteli uti eorum Fratres.

Sub suo vivebant capite, cui omnes parebant, * vocabantque Magistrum, quem post obitum Ugonis de Paganis elegerunt in Capitulo Generali in Civitate Hierusalem habito: *Abbas Justinianus* ubi supra §. *Era debole pag.* 309. *d. Soranzo Idea del Cavaliere pag.* 95.

Quodque electio Magistri inceperit à tempore Honorii III., & deinde
44. factæ fuerint electiones ex illis, qui magnis Crucibus ornabantur: Ordo quippe triplici constabant Gradu; Primo eorum, qui magna Cruce insigniti erant; Secundo aliorum simplicium Equitum; Tertio Famulantium Armorum, & Officii, qui dimidiam Crucem deferebant: sic explicat *d. Pater Mendo Disq.* 1. *Quæst.* 2. §. 6. *n.* 27. *d. Justin. d. pag.* 309. §. *Era debole vers. I Templari ancora*.

Hinc cum Templariorum Ordo esset vera Religio, substantialibus con
45. stans Votis, idcirco Fratris Titulus tribuebatur Templariis, ut videre est in Documentis, quę *in Codice Diplomatico Ordinis Hierosolymitani* cumulat *Sebastianus Pauli Diplom.* 39. *pag.* 40. *Diplom.* 66. *pag.* 66. *Diplom.* 67. *pag.* 68. *Diplom.* 107. *p.* 113. *Diplom.* 142. *pag.* 177. *& seq. Diplom.* 163. *pag.* 206. *Diplom.* 209. *pag.* 250.

Ad Equestrem hujus Ordinis Habitum suscipiendum, dubio procul, Gene
46. rosa requirebatur Nobilitas; hucusque tamen videre non potuimus ejusdem Ordinis de hac re municipales Leges; sicque ignoramus quid precise, quoad Nobilitatis qualitatem, illiusque probationes disponerent. Statuta quippe, de quibus supra meminimus, sunt simplices Regulæ nil aliud concernentes, quam morum regimen à Divo Bernardo Clarevallis Abbate exaratæ; quemadmodum simplicem moralem instructionem continent exhortationis Sermones illi, quos idem Sanctus Abbas, Mellifluusque Doctor, ad petitionem Ugonis hujus Militiæ Militum Magistri, conscripsit; quæ Exhortationes ad Milites Templi impressæ sunt in Volumine Operum ejusdem Sancti Bernardi, constantque Capitulis tredecim. Nihilominus dubio procul, ut diximus, liquet, quod Nobilitas exigebatur; nam Scriptores de Templariis Equitibus loquentes, vel Nobilitatem supponunt, vel expresse de ea mentionem faciunt: *Cardinalis* quippe de *Vitriaco* in sæpe allegato *cap.* 65. inquit - *Milites autem ex universo Mundo non solum mediocres, sed & Duces, & Principes eorum exemplo, mundi vincula disrumpentes, & omnibus pro Christo renunciantes, ad eos confluebant, Professionis, & Religionis eorum cupientes esse participes; & pomposam Mundi vanitatem, & carnales delicias à se penitus relegantes, & tanquam stercora reputantes, Christi Militiam, & Religionis humilitatem, divinitus inspirati, devotissime amplectebantur.* Item ex Breve Clementis IV. Otthobono Fusco directo anno 1266. ubi enarrat Christianorum stragem in Soria, & de Templariis sic inquit - *Ecce Domus Templi &c. quasi prorsus redigit ad nihilum Personarum substitutione Nobilium necessario reparandam*, quod Breve habetur apud *Sebastianum Pauli in Codice Diplomatico Ordinis Hierosolymitani in Appendic. ad Diplomata, Diploma* 43. *pag.* 325.

Alii

Alii Scriptores, Equites Templarios Natalium splendore inclitos fuisse testantur; potentissimum, & Seculari Nobilitate Ordinem hunc Illustrissimum appellant, ut ex infra allegandis liquet; & pro nunc ex *d. Episc. Battaglini d. pag.* 330. *n.* 1., ibi *Stimossi dicevole raccomandare la cura del Tempio ec. ad un' Ordine Militare di Soggetti Nobili per nascimento ec.; & paulo infra*, ibi - *Si nominò tal Ordine, la Religione de' Cavalier. Templari, o siano Tempieri, nel quale sin dall' anno* 1120. *cominciarono a professare i Voti i Figliuoli delle principali Famiglie del Cristianesimo*.

Incrementum successive maximum accepit hic Ordo; & quidem mirabiliter, brevi scilicet tempore, auctus fuit eorum numerus, dum in eorum Conventu plusquam tercentum Equites, exceptis Servientibus, quorum non erat numerus, omnes albis Clamydibus induti morabantur, ut inquit *d. Card. de Vitriaco d. cap.* 65. *pag.* 118. Statimque per omnes Christiani Orbis partes diffusi sunt, teste *Bosio d. Histor. lib.* 3. *litt. A.*, & *B.* (47.)

Immensis quoque divitiis, tum prędiis, tum Villis, Civitatibus, & Oppidis, Arcibus, Vassallis cumulatus, Regum, Principum, & Christifidelium liberalitate, spoliis opimis Bellica Virtute comparatis excrevit Ordo, citra ultraque Mare: *d. Card. de Vitriaco d. cap.* 65. *Soranzo* superius allegatus *pag.* 95. *Bosius d. lib.* 3. *litt. B. pag.* 105. *d. Justinianus d. pag.* 309. §. *Era debole vers. Fondarono ricchissime Commende*: *Battaglini d. pag.* 330. *n.* 2. *Emus Petra d. tom.* 3. *ad Constit.* 3. *Clementis V. n.* 3. ubi, quod vix erat Provincia in Orbe Christiano, quæ eis de bonis suis non contulisset. (48.)

Et quod Divitiis adeo excreverint Templarii, ut ubique temporibus *Guillelmi Tyrii*, cum Regibus comparari possent, inquit *d. Sebastianus Pauli pag.* 467., & ante eum *Tholosan. d. lib.* 15. *cap* 33. *n.* 7. (49.)

Itaut asseratur etiam de anno 1307. reditus annuos illius fuisse duos milliones: *Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus disq.* 1. *quæst.* 2. §. 6. *n.* 27. *Abbas Justinianus d. cap.* 23. *pag.* 319. (50.)

Et quod Bonorum, quæ per totum Terrarum Orbem possidebant, fructus adeo pingues essent, ut ad integros exercitus alendos sustinendosque sufficerent, scribit *Klocke de Contribut. cap.* 14 *n.* 73.

Prętet quadraginta mille Commendis, quibus potiebatur, ut totidem verbis scriptum reliquit *d. Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 2. §. 6. *n.* 27. *vers. Prater*. (51.)

Quem tamen Commendarum numerum fuisse quatuor mille, subdit *d. Justinianus d. pag.* 319. *vers. Al numero di quattro mila*, prosequiturque asserendo, quod solum Hospitale, aut Conventus Principalis, qui nominabantur Conventus Templi, habebat in annuo reditu centum sexaginta mille Ducatos.

Tot itaque ex divitiis Christiano Orbe cumulatis, Milites certam pecuniarum summam pro Terrę Sanctæ defensione annuatim tribuebant Summo eorum Magistro, cui principalis Sedes erat in Civitate Hierusalem, ut prosequitur *d. Cardinalis de Vitriaco d. cap.* 65. *pag.* 120. (52.)

Anno 1131. suum condidit Testamentum Alphonsus I. Aragonię Rex, & in eo æquis partibus Hæredes instituit Equites Sancti Sepulcri Hierusalem, Hospitalarios Sancti Joannis, & Templarios, qui Equites licet non acquisiverint Regnum, devenientes tamen (53.)

tamen ad concordiam cum Comite Barchinonæ, plura Bona consecuti
53 fuerunt, ut cum *Bosio Histor. Ordinis Hierosolymitani lib. 5. à pag. 153. cum seqq.*, *ac Abb. Justiniano d. cap. 23. pag. 311.* late exposuimus in *Discursu de S. Religione Hierosolymitana*.

Templarii divitiarum viribus suffulti,
54. eorum primœvo Instituto, ad Peregrinorum securitatem Vias à prædonum insidiis tuendi, superaddiderunt etiam Bellorum exercitium contra Saracenos, barbarasque Gentes, ut notat *Pater Mendo de Ordin. Militar. disq. 1. quæst. 2. §. 6. sub n. 27 d. Card. de Vitriaco d. cap. 65. pag. 120.* ubi apposite subdit horum Templariorum exemplo, etiam Hospitalarios Sancti Joannis Equites bellandi usum
55. assumpsisse, inquit enim *d. Card. Vitriaco = Prædicti Hospitalis Fratres ad imitationem Fratrum Militiæ Templi, armis materialibus utentes, Milites cum Servientibus in suo Collegio receperunt: Jo. Soranzo l' Idea del Cavaliere pag. 94. Jacobus Bosius d. par. pr. lib. 2. pag. 60. litt. B., & lib. 3. pag. 105. Abbas Justinian. d. cap. 23. pag. 309.*

Res ab hujusmodi Templariis gestas perhonorifice plurimas, aliquas ta-
56. men, non sine eorundem Templariorum dedecore referunt Historici. Eo enim potentiæ, & divitiarum ascenderunt, ut cum Regibus contenderent, eo superbię, ut Patriarchæ Hierosolymitano, à quo prima Beneficia acceperant, obedire renuerent: *Emus Petra d. tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V. n. 3. Tholosan. d. lib. 15. cap. 33. n. 7. vers. Eaque de causa*. De enormi quidem avaritiæ vitio redarguuntur; cum enim anno 1155. celebri illo Christiani Exercitus certamine, occisus fuerit Ebeis Soldanus Ægypti, scilicet Procurator, & Gubernator Regni, captusque fuerit Noscerandinus ejus filius Primogenitus, una cum innumerabilibus pene pretiosissimis suppellectilibus, atque Thesauris; facta Victores inter Prædæ divisione, ditior portio obtigit Templariis, qui majori Militum numero certaverant; præcipue verò Templariis fuit traditus Noscerandinus Juvenis, quem captivum longo tempore detinuerunt; cumque bonæ esset indolis, litteras, & nostræ Christianæ Fidei Mysteria didicit, unde Dei impulsu Sacrum Baptisma pluries expostulavit, sed nunquam permisere Templarii, ob avaritiam, intendentes Noscerandinum ingenti pecuniarum summæ pretio vendere, quemadmodum subinde eundem pretio scutorum septuaginta mille vendidere Ægyptiis, qui ferrea inclusum Cavea, in Ægyptum transtulere, ibique propriis dentibus barbare dilaniarunt in vindictam Homicidii, quod dictus Soldanus ejusdem Noscerandini Pater commiserat, occidendo Ægypti Califam, hoc est Dominum, & Regem, cui dictus Soldanus uti primus Minister serviebat. Quamobrem, cum ob infamem Templariorum avaritiam, innocens Juvenis Sacro Baptismate caruerit, sempiternum in Templarios emersit opprobrium; ingensque hoc peccatum junctum aliis, de quibus suo loco loquemur, credi potest in causa fuisse, ut ejusdem Ordo lugubri modo extingueretur: sic rei hujus narrationem exponit *d. Bosius Histor. Ordin. Hierosolymitani lib. 6. pag. 201. par. pr.*

Nec dissimilis est narratio alterius ca-
57. sus, quem refert idem Historicus circa annum 1172. In Provincia Tyri, ac Tortosæ Diœcesi, quamdam Territorii partem incolebat Populus, ut fertur à Perside descendens, dicta-

que

que Ditionis termini ad decem Castella cum suis Terris extendebantur, tamque excreverant Populi, ut numerum sexaginta mille excederent: eorum Principem, non hęreditario jure, sed per electionem, attentis meritis seligebant: Princeps electus nullo tituli splendore appellabatur, sed simpliciter Senex, Italice *Vecchio* dicebatur. Huic arctissimam, coecam, ac barbaram obedientiam spondebant Populi; adeo ut, si Senex alicui commisisset occisionem alicujus Principis, vel privati, jussa exequi statim satagebat, etiam cum evidenti propriç Vitæ periculo. Si Senex exempli gratia ambulans per vias, ali-
58. quem in alta Turre existentem aspiceret, illumque vocaret, vocatus prompte se deorsum è Turre mittebat. Populi antedicti vocabantur *Assisini*, & sceleratam Mahumetis Sectam observabant. Tributum tamen annuum sc. 2000. pendebant Templariis Equitibus, qui nonnulla Castra prope confinia Assisinorum possidebant. Cumque de dicto anno eundem Populum regeret Senex sublimis ingenii, sagacis, atque prudentis, hic contra majorum suorum mores, litterarum studiis intentus, vetus, novumque Testamentum sedulo perlegebat, atque veritatem Christianæ Religionis agnoscens, infames Mahumetis sanctiones odio habebat; sicque Populum sibi subiectum in Christianæ Fidei erudiebat Præceptis; subindeque Virum, cui nomen erat *Boadello*, Oratorem misit ad Almericum Regem Hierusalem, ut de sui Populi dispositione ad amplectendam Christianam Fidem, instructum redderet; eidem Regi notum faciendo, quod si Templarii Equites, qui nonnulla Castra in finibus pręnominatę Ditionis del *Vecchio* possidebant, & antedictam annuam præstationem exigebant, ab hac pręstatione liberarent Populos, prędicti Populi Assisini prompti, & parati erant Sacrum suscipere Baptisma, & cum Christianis perpetuum foedus inire. Audivit libenter Assisinorum Oratorem Rex Almericus, utque res ad effectum perduci valeret, se obtulit assignare Templariis, ex sui Regni redditibus, prænotatam annuam præstationem; sicque eundem Oratorem pro felici Negotii hujus terminatione ad Assisinos remisit, con item illi addendo Aulæ suæ Nobilem Virum, cum Salvocondutto, ut vocant. Jamque Tripolim ultra suum iter peregerat, & finibus Assisinę Ditionis non longe distabat, cum ex improviso nonnulli Equites Templarii se se illi obiecere insidiose, ac inaudita barbarie
59. Oratorem, sic Salvaguardia præsente, occiderunt. Re ad Regem Almericum delata, furiis accensus, & ira terribilis, Magistrum Templariorum Fratrem Othonem de Sancto Arnando monuit, ut tam horrendum scelus opportune puniret, quo dignitas Regia, Justitia, publica Fides, totumque Regnum lęsum fuerat, & publica vox, & fama tanti facinoris Reum constituebat Fratrem Gualterium di Maisnilio Equitem Templarium, lumine læsum, malæ vitæ hominem, ac sceleratum, consentientibus quoque aliis Templariis. Magister autem Templariorum responsum dedit Regi, se jam ad formam Statutorum suæ Religionis, Reo supposito Poenitentiam imposuisse, ac velle eundem captiuum ad Summum Pontificem mittere: coeterum protestationem emisit, quod vigore Privilegiorum ejusdem suę Religionis à Sede Apostolica concessorum, nemo poterat suos Templarios Equites plectere, nec in illius jurisdictionem ingredi

ingredi; quibus verbis non obscure
indigitavit, præfatum delictum de
ejus ordine fuisse commissum,
quemadmodum suborta erat suspicio.
Rex itaque Almericus agnoscens Ma.
gistri Templariorum responsionis ver.
ba undequaque superbiam, arrogan.
tiam, dolumque involvere, se per.
sonaliter ad Sinodiam transtulit,
ubi dictus Magister moram trahebat,
dictumque Fratrem Gualterium ibi
latitantem, vi captivum ad Tyrum
remisit, ut condigne plecteret; inte.
rimque cum Assisinorum Principe rem
ut potuit, verborum officiis compo
suit, promissione facta de puniendo
severissime commissum delictum: un.
de quousque Rex vixit, Fratrem
Gualterium carceribus mancipatum
retinuit, ut videre apud *d. Bosium
lib. 8. pag. 286. Patrem Petrum Gal.
tracchium Societatis Jesu in sua Hi-
storia Sacra tom. 4. pag. 53.*
Eò impietatis, & avaritiæ devenerant,
60. ut cupientibus illis solum prædam
capere in obsidione Civitatis Ascalo-
nis, in causa fuere, ut Civitas non se
daret Christianis: *d. Emus Petra* ubi
supra *n.* 3.
Ipsorum Templariorum dolo Sanctus
Ludovicus Galliarum Rex, dum in Sy.
ria peregrinaretur, in Vinculis à Sul.
tano conjectus fuit, ut cum *Gillio in
Chronic. Gavigno lib. 7. Histor. Belle
forestio in Histor. Francor.*, & *Para-
dino in Historia Sabaudiæ*, refert *d.
Emus Petra* præallegato *n.* 3.
Posterioribus demum seculis, adeo eo.
61. rum mores in pejus iverant, ut
eorum Vitæ genus undequaque con-
spurcatum detectum fuerit, ut meri
to totum Ordinem de medio sustule-
rit Apostolica auctoritas, quemadmo.
dum in præsenti narrabimus *Discursu*.
Sed postremo referamus etiam oportet
62. quæ in Gloriam hujus Ordinis Tem-
plariorum plures scriptum reliqué-
runt Auctores. Sane in eorum munere
laudabilem initio navasse operam,
multosque pro Christo Domino No-
stro Sanguinem profudisse, & Vitam
Sanctimonia, ac generositate refertam
duxisse Templarios, testis est *Divus
Bernardus Abbas* in superius allegatis
Statutis, & Legibus ab eo exaratis.
Testantur etiam Historici Pacis, & Bel-
li temporibus, Hierosolymitanis Re-
gibus assistentiam præstitisse, ac ad
Regni Gubernium: Almericus siquidem
Rex Bisantium petens sub anno 1171.
Magistro Templariorum, Filii quoque
minorili ætate durante, aliisque tem-
poribus Regni Gubernium commi-
sit.
Sic Balduinus V. Fratrem Gerardum de
Rodefert Magistrum Templariorum,
una cum Hospitalariorum Magistro, in
Regni Adiutorem adscivit: *d. Bosius
Historia Ordinis Hierosolymitani lib.
8. pag. 277. Abb. Justinianus d. cap.
27. pag. 309., & 311.*
Diversaque alia laudabiliter Discrimina
expertos fuisse, post *Guilel. Tyris. in
Historia Belli Sacri lib. 18. cap. 7.
Labbè ad Concil. Viennense*, nostrum-
que *Blondum Flavium lib. 9. Decad.*
2. notat *d. Emus Petra* loco superius
allegat. *n.* 2. Et ipsemet Clemens V.
testatur in ejus Bulla incipien. *Re
gnans in Cœlis*, quæ est inter suas la
prima *in Bullario Cherubini* §. 3.
Quodque Templarii fuerint antemurale
Christianorum, terror infidelium, &
juxta dictum Cardinalis *Kitriachi*, a-
deo Mahumetanis terribiles, quod unus
ex Templariis mille, ex Barbaris de
bellaret duodecim mille solo Tem-
plariorum nomine territi.
Templarii vocabantur Leones in Agro,
Agni mansueti in Domo, Milites ter.
ribiles in Bello, Monachi, & Eremitæ
in Ecclesiis, & demum horribiles

Saracenis, scribit idem *Justinianus d. cap. 23. pag. 316.*

Balduino III. Regi Hierusalem suppetias tulere Templarii, strenueque pro illo certantes Sanguineum Mahumetanorum Principem debellarunt anno 1157.; iidem contra Saracenos, quorum Dux Saracconus vocabatur, in Civitate Telatia pro eodem Hierosolymitano Rege pugnarunt, & inimicum profligarunt anno 1163., una simul cum Hospitalariis Calipham Ægypti, in loco dicto Deserto expugnavere. Iterum anno 1179. cum iisdem Hospitalariis, Templariorum Magister, Saladinum Ægypti Sultanum, in loco dicto *Torbolet* in fugam vertit, & Balduinum IV. Regem Hierusalem victorem constituit, ut scribit *Justinianus pag. 311., & 312.*

Fere semper Templarii, una cum Hospitalariis Sancti Joannis Bella gessere contra Infideles; unde Historici, qui res gestas ab Hospitalariis descripsere, fortia etiam facta Templariorum enarrant, ut legere est in *Historia Jacobi Bosii.*

In Bellicis semper actionibus aderant Templarii pro Regibus Hierosolymitanis, ac etiam adversi Martis sustinuere infortunia; nam victis Christianis in loco Tabaria dicto, cum Rex Guido Lusignanus à Calipha captus fuerit, captus quoque fuit Magister Templariorum, magna cum Templariorum Equitum strage, de qua loquuntur apud *Baronium Annal. Ecclesiastic. sub anno 1187. Abbas Justinianus* ubi supra *pag. 314.*

Anno octuagesimo octavo, mensibus octo, & diebus decem elapsis à die, qua Goffredus Buglioneus gloriose Civitatem Hierusalem e Saracenorum Jugo liberaverat, iterum in Barbarorum manus reincidit Civitas Hierosolymitana; unde etiam Templarii Equites ab ea recesserunt, & ad Tyrum se contulerunt: subinde Christifidelium, & præcipue Templariorum Equitum, ingenti pecuniarum vi redempti fuerunt dic. Rex Guido, & Templariorum Magister captivi. Licet his cladibus Templariorum Ordo lacessitus, adhuc tamen dives opum erat: unde Angliæ Regi summam scutorum biscentum mille subministravit, Rexque Angliæ in pignus Templariis tradidit Cypri Insulam, quam è manibus Isacii Orientalis Imperii rebellis eripuerat: sed suborta inter Equites Templarios, & dictæ Insulæ Populum, qui ex Græcis, Ægyptiisque conflabatur, diffidentia, restitutæ fuerunt Templariorum Religioni pecuniæ, Rexque Ricardus dictam Cypri Insulam tradidit dicto Regi Guidoni, à quo cessionem Jurium Regni Hierosalem acquisivit. Ricardus autem dicti Hierosolymitani Regni jura cessit Henrico ejus Nepoti; quo mortuo, Regni administratio delata fuit Templariis, ac Hospitalariis usque ad novi Regis electionem, Alberici nimirum Lusignani, qui in Uxorem sumpserat Elisabeth Viduam ex primo thoro Corradi Marchionis Montisferrati, ac in secundo thoro, dicti Henrici. Dictus itaque Albericus anno 1194. coronam Regni accepit: sed anno sequente defuncto Alberico Rege, superstite Maria filia dictæ Elisabeth ex prædicto Montisferrati Marchione, ejusdem Mariæ tutela commissa fuit Magistris Templi, & Hospitalariis, qui eandem in Matrimonium dedere Joanni Brennæ Delphino Viennæ, hicque coronatus fuit Rex anno 1195.

Subinde Hospitalarii, Templarii, & Teutonici propriis eorum sumptibus munitissimam Civitatem nuncupatam Castel Peregrino construxere.

Anno

Anno 1213. Templariis restituta fuerunt plura bona eorum Ordinis à Leone Rege Armeniæ, qui à Summo Pontifice Innocentio III. monitus, libere dimisit omnia, quæ occupaverat.

Præfatus Rex Joannes Brenna perpendens Hierosolymitani Regni res quotidie in præceps ruere, Romam adivit, subsidia ab Europeis Principibus adversus Mahumetanos petiturus.

Contracto autem anno 1223. Matrimonio inter Federicum Secundum Imperatorem, ac Violantem, sive Iolem dicti Regis Joannis filiam, & sic novis Bellicis expeditionibus, harum viribus recuperata fuit Hierosolymæ Civitas, parsque illius Regni, ac Imperator Terræ Sanctæ Rex coronatus extitit: sed eodem Imperatore reditum in Europam parante, Templarios Regni Gubernatores reliquit.

Vario subinde Marte pugnatum est inter Christifideles, & Saracenos, modo istis, modo illis Victoribus, ob dissidia suborta Hospitalarios inter, & Templarios; donec Sultanus Ægypti Civitatem Hierusalem Bello cepit. Sed in Civitate Antiochiæ Templarii, cum Magistro Hospitalariorum, anno 1244. Barbaros debellarunt; habitaque successive notitia, Sanctum Ludovicum Galliæ Regem, valido cum Exercitu adventasse, Templarii Damiatam recuperarunt. Hæc autem læta Victoria versa est in luctum, quia & ipse Sanctus Ludovicus Rex cum Magistro Hospitalariorum, & Templariorum, dolo Thesaurarii ipsius Regis, victi, & capti sunt, pro quorum redemptione plura centena millia Bisantiorum persoluta fuere; hoc est aurei cujusdam numeri, sive Regalis *Bisantius* nuncupati, non à duobus Sanctis in eo impressis, ut sensit *Vocabularium Cruschæ*, verbo *Bisante*, quod merito redarguitur ab *Alexandro Tassino in Annotazioni sopra la Crusca;* sed à Civitate Bizantii, & erat valoris, quem refert *Hieron. Rubeus in Histor. Raven. pag.* 818. *& Marcus Antonius Guarini in suo Compendio Historico delle Chiese di Ferrara, lib.* 1. *pag.* 7., *&* 8., & de Bizantio meminit *tex. in cap.* 10. *de jurejur.*, *Macri in Hierolexico*, *iterum Rubeus in dic. Histor. Raven. lib.* 6. *pag.* 355., *Signius de Ordine, ac Statu Canonico lib.* 2. *cap.* 8., *Eques de Bentiano in Araldo Veneto pag.* 164., *Pater Ireneus à Cruce in Historia di Trieste lib.* 5. *cap.* 6. *pag.* 413., *S. Bonaventura in Vita Sancti Patris Francisci de Assisio, cap.* 9 *pag. nobis* 140. Quod vero *Bisantii* importarent nomen genericum omnium Monetarum aurearum Imperatorum Constantinopolitanorum, quæ subinde specificabantur à figuris Imperatorum, quæ in iisdem Monetis imprimebantur, veluti *Mannelati, Michelati*, quodque hujusmodi Monetæ in usu essent in Contractibus, etiam quoad Infideles temporibus Sacrorum Bellorum, tradit *Sebastianus Pauli in Codic. Diplom. Militaris Ordin. Hierosolym. Osservat. sopra i Diplomi ad Diplom.* 9. *pag.* 467. Perduratque ad nostra usque tempora memoria hujus monetæ Bizantinæ in nonnullis Investituris Feudalibus, & Emphyteuticis Ecclesiæ *Ravennatis*, prout apparet *inter cætera* ex Investitura Comitatus Vallisnucis concessa Nobili Viro Joseph Seniori ex Marchionibus de Albicinis, manu Benedicti Tizzonii Notarii Raven. sub die 19. Augusti anni 1647. Cumque deinde ad Occidentem remeasset Sanctus Rex Ludovicus, Rebus Orientis præfecti fuerunt Hospitalarii, ac Templarii, qui ad Castrum Illionis Victoriam de Saracenis reportarunt. Postmodum Sanctus Ludovicus

dovicus ad Cœlum evolavit, atque ita ipse subsidiorum destitutis Christianis, Magister Templariorum Frater Petrus de Beyiou Romam adivit, expositoque Clementi IV. Orientalium rerum statu, subsidium expostulavit.

Anno 1268. Maria Principissa Antiochiæ, Regni Cypri Jura cessit Carolo I. Andegavensi Regi Neapolis, & hujusmodi renunciatio perlata fuit à Fratre Petro di Masso Equite Templario: Unde Magister Templariorum cum Hospitalariorum Magistro, inita tregua cum Soldano, se ad Concilium Lugdunense transtulerunt; indictaque à Pontifice Cruciata, hæc inefficax remansit ob ejusdem Pontificis obitum. Quamobrem Saraceni iterum Bella moventes, Ptolemaidem ceperunt; qua capta, subinde fatalis subsecuta est Christianorum ab Oriente expulsio & cum ipsis Militares Ordines ab Oriente recesserunt. Constantiniani siquidem Equites Constantinopolim adivere; Teutonici in Prussiam, Templarii cum Hospitalariis ad Cypri Insulam migravere: *d. Bosius lib. 25. sub anno 1291. pag. 839. par. pr.*

Encomia Templariorum habentur etiam in allegato Breve Clementis IV. directo Otthobono Flisco Legato Pontificio, & expedito anno 1265., quod impressum habetur apud *Sebastianum Pauli d. Codice Diplomatico Ordinis Hierosolymitani in Appendic. ad dicta Diplomata Diplom.* 45. *pag.* 325., & sic inquit – *Ecce sequens Domus Templi, tam celebrem, tam famosam Militiam datam in manus gladii quasi prorsus redigit ad nihilum Personarum substitutione Nobilium necessario reparandam*.

Tempore Nicolai IV. qui creatus Summus Pontifex die 22. Februarii 1288. sedit quinque annis, obiitque 4. Aprilis 1292. pluribus Templarios inter, ac Hierosolymitanos Equites simultatibus subortis, quæ in Christianæ Reipublicæ damnum vergebant, ad eas etiam sedandas, nonnulli prædicto Summo Pontifici proposuerunt, utile satis futurum, præfatos duos Militares Ordines insimul unire, & ex duobus Ordinem unum conflare, itaut ambæ Militiæ sub uno incederent Vexillo, sub uno Habitu, iisdemque legibus, & unico magno Magistro parerent. Super hac re voluit Pontifex exquirere Votum Christianorum Regum, & Principum, nec non Priorum utriusque Militiæ; unde datis ad eos literis, injunxit quoque Archiepiscopis, ut Provinciales Synodos cogerent super hac re. Hinc Otho Vicecomes Mediolanensis Archiepiscopus, Opus summopere laudavit; quin imo addidit optimum futurum, ut non solum præfati duo Militares Ordines in unum unirentur, sed etiam tres, hoc est Ordo quoque Teutonicorum, & ita ex antedictis tribus Ordinibus unus solum Ordo conficeretur, qui Deo militaret, & in Christianæ Reipublicæ beneficium, sub uno Magistro à Sede Apostolica electo, & constituto, ut videre est penes allegatum Historicum *Jacobum Bosium Historia della Religione Gierosolimitana par. pr. lib.* 25. *pag.* 831.

Templarii vero in Cypri Insula commorantes, ibi fœdus inivere cum Aitone Rege Armeniæ Catholico, quem Templarii in Regni Throno constabiliverant, expulso Constante ejus Fratre, qui seditionem contra illum excitaverat, & hujus Aitonis Regis opera Fœdus similiter inivere Templarii cum alio Tartarorum Rege Magno Cassano, qui erat Aitonis Gener, diversæ licet Religionis, & dictum fœdus initum fuit una cum Hospitalariis, & Cypri Rege tempore

tempore Bonifacii VIII. hisque roborati fœderibus Templarii, ingenti Militum exercitu Hierosolymæ Regnum recuperarunt, ut prosequitur narrando idem *Justinianus pag. 318.*

Verum in dicto Tartarorum Regno subortis diffidiis, à Baido Regis Consanguineo, sed perduelle excitatis, coactus fuit Rex Tartarus Magnus Cassanus ad suum Regnum redire pro sedandis tumultibus, relicto tamen in Soris Georgianorum, & Armenorum Exercitu sub tum Templariorum, tum Hospitalariorum Gubernio, ac cum animo redeundi ad eadem Loca; sed ipso Magno Cassano non redeunte, imo sui reditus spe elapsa, superventoque dicti Magni Cassani Regis obitu, Templarii, & Hospitalarii ad resistendum impares immensis Sultani viribus ac Populorum spontanea accedente deditione, pari celeritate Soldanus Civitates, & Loca, Regnumque recuperavit; atque ita prædicti Equites circa annum 1303. iterum ad Cypri Insulam remearunt, eorumque fixere Sedem in Civitate Lemisiò, à Rege Cypri illis concessa, quamque propriis sumptibus munitam Equites reddidere. Postmodum, cum Cypri Regem inter, & ejus Filium natæ essent contentiones, suspicante Rege, quod Equestres Ordines Principi potius, quam ipsi adhærerent, torvis oculis Rex Templarios, & Hospitalarios capit respicere; Unde anno 1306., isti ad Rhodi Insulam transivere, Templarii autem Lutetiam Parisiorum adiverunt, cum in Galliarum Regno majorem redituum partem possiderent.

Nec destitere Templarii adhuc continuo bello adversus Christiani nominis Hostes se exercere; adhuc enim Insulam, diversasque Civitates in Peloponesii Peninsula possidebant, quam Veneti Moream appellant.

Dicto anno 1306. fœdus cum Carolo II. Rege Neapolis sancivere, ac Classe Maritima constructa, Rex Carolus eidem præfecit Rogerium Equitem Templarium, qui sui Ordinis Equitibus fretus, adversus Schismaticos in Græcia certavit, ac Thessalonicam cepit; deinde Peloponesiaco mare Traciam, & Helepontum peragravit, Populos devicit, ac prædis onustus opimis ad Galliam rediit.

DISCURSUS CCXXIII.

EQVITUM TEMPLI VULGO TEMPLARIORUM SECT. II.

ARGUMENTUM

Prosequendo materiam præcedentis Discursus quoad Religionem Templariorum, exponitur series Delictorum, & Scelerum commissorum ab iisdem Templariis, juxta Probationes ex Testium examinibus resultantes, & refertur tenor extinctionis hujus Religionis peracte auctoritate Summi Pontificis Clementis V. in Concilio Viennensi.

SUMMARIUM

1. *Extinctio Ordinis Templariorum peracta fuit tempore Clementis V. Summi Pontificis, & in Gallia Regis Philippi IV. cognomento Pulcher* & n. 2.

3. *Jacobus Demolay Burgundiæ natus erat magnus Magister Ordinis Templariorum, Ordinis ditissimi. Parisiis residebat in loco nuncupato* Paludi, *& illius Aula in pompa vivebat*

vebat, ut Regis Aulam æmulari videretur.

Ægre id tulisse Regem, qui contra eos plura molitebatur, ut scribunt Auctores.

4. *Ordo Templariorum a principio laudabilis, & Ecclesiæ utilis fuit, & egregiis Factis floruit.*

5. *Postmodum mores in pessima immutarunt, & turpiter deflexere a recto tramite.*

6. *Et adeo immodicis Ebrietatibus operam dederant, ut in proverbium abierit, & quoties increpandus erat quis nimium potationibus addictus, ei diceretur,* Tu bibis ut Templarius.

7. *In alia quoque scelera prosiliere Templarii.*

Ethnico Ritu Cranium adorabant.

8. *In actu emittendi Professionem cogebantur abnegare Iesum Christum Dominum nostrum, & tres vices in Sacrosanctam Crucifixi Imaginem conspuere, & impium hunc morem fuisse inductum a Thoma Berart, seu Berardo Magistro Templariorum.*

9. *Vel ab alio magno Magistro Roncellino*, & n. 15.

10. *Sic in actu emittendi Professionem impudentia oscula Recipienti libabant.*

Et Venerem præposteram exercebant.

11. *Cum Fœminis commercium interdicebatur, & quare.*

12. *Cum Saracenis, & Turcis contra Christianos fœdera, & Conventiones inibant.*

13. *Quomodo custodiebatur secretum peccatorum.*

14. *Templarii arctum servabant Silentium in eorum rebus.*

Et aliqui Judicialiter examinati deposuerunt, nunquam potuisse videre Ordinis Statuta, nisi per duos menses antequam fuerint carcerati.

15. *Item alia committebant crimina, ut Blasphemias in Deum, Christum, Deiparam, Conculcationis Crucifixi, Idololatriæ, & quod Sacerdotes Ordinis consecrationis verba non proferebant.*

16. *In Electione magni Magistri adhibebant Templarii superstitiosas Carremonias.*

17. *Rex Philippus patefecit Pontifici Summo Clementi V. delicta Templariorum.*

Et una die omnes Templarios in Gallia existentes carceribus mancipare fecit, eorumque bona confiscare. Ad Pontificem transmisit septuaginta duos Templarios, qui in Examine coram eodem facto Delicta confessi sunt in scriptis, & ratificaverunt alii etiam Testes.

18. *Locorum Ordinariis, ac Inquisitoribus Pontifex injunxit, ut Processus conficerent, reservata tamen sibi causæ cognitione super magno Magistro, atque Officialibus, & quod carcerati nomine Pontificis, & Regis servarentur.*

19. *Inquisitores Fidei examinarunt centum quadraginta Templarios inter quos etiam magnus Magister Jacobus Mola, & hi omnes confessi sunt delicta.*

20. *Deinde alios centum viginti variis locis*, & n. 21.

21. *Sumus Pontifex iniunxit, ut in Gallia per Abbates, & Prælatos, super hoc Negotio Templariorum Capitula, & Conventus convocarentur*, & n. 22.

23. *Pontifex sub pœna Excomunicationis prohibet omnibus, ne recipiant Templarios.*

24. *Ex Templariis plures pœnitentiæ signa dedere.*

25. *Alii, qui contumaces, vel convicti fuerunt, fuerunt puniti, & quomodo*, & n. 26.

26. *Pontifex iniungit Episcopis, & Inquisitoribus, ut in Christianorum Regnis*

fi-

fierent Examina Templariorum, & enumerantur Regna à d. n. 26. cum seqq. 27. 28. & 29.

27. *In Germania Templarii appellaverunt ad vicinum Concilium.*

28. *In Regno Aragonia cum confugissent ad Arces suas, Rex Jacobus eos Armis debellavit.*

29. *In Regno Castellæ Ferdinandus IV. Rex capere fecit Templarios, sed Concilium Salmanticense innocentes declaravit; sed eodem tempore remissum fuit Negotium ad Summum Pontificem.*

In Regno Cypri Primores capti fuerunt.

30. *In Ravennatensi Provinciali Synodo fuit resolutum, quod Templarii, qui Rei criminum probarentur, punirentur, sed Ordo ipse servaretur.*

In Pisana Synodo dictum fuit, quod major Pars Templariorum erant Rei, ut in Gallia.

31. *In majori parte Synodorum fuit suspensum definitivum judicium, & remissum ad Concilium Viennense.*

32. *In Concilio Viennense resolutum fuit, quod Concilia Provincialia judicarent quoad Personas delinquentes, & cum misericordia agerent.*

33. *Quoad repertos Innocentes, assignarentur eisdem ex Bonis ipsius Ordinis reditus sufficientes ad honeste vivendum.*

Sed quoad personas magni Magistri, Normandiæ Magistri, Delfini Alverni, & Uges de Perlando, Summus Pontifex sibi reservavit Decisionem.

34. *In Trecensi Concilio plures ex Patribus fuerunt in sensu negativo quoad destructionem Ordinis Templariorum; tamen major pars conclusit esse abolendam.*

Unde Pontifex processit ad abolitionem per viam Apostolicæ Provisionis, non definitivæ Sententiæ, sed de plenitudine Potestatis, & n. 35. 36. 37. 38. & 39.

40. *In secunda Concilii Sessione actum fuit de applicatione Bonorum Ordinis Templariorum, & resolutum fuit, applicanda esse Equitibus Hospitalariis, exceptis Regnis Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ; & n. 41.*

41. *Et quibus Ordinibus fuerint applicata.*

DISCURSUS CCXXIII.

EQVITUM TEMPLI VULGO TEMPLARIORUM

SECT. II.

Venimus jam ad eversionis Templariorum Ordinis lugubrem narrationem. Porro in hac exponenda, simplicis Relatoris munus exercebi-
1. mus, describendo ea quæ apud Auctores hinc inde leguntur: utque res ab exordio reassumantur, præmittimus tristissimam Ordinis Templariorum tragædiam eo peractam fuisse tempore, quo in Apostolico Solio Clemens V. Pontifex Maximus sedebat, in Summum Pontificem electus die 5. Junii 1305.; seditque annis octo, & obiit die 20. Aprilis 1314. juxta *Tabulam primam Chronologicam Chronotaxis Romanorum Pontificum Patris Graveson Histor. Ecclesiastic. tom. 9. pag. 43. sub n. 195.* Regnabat in Gallia Philippus IV., ob formæ præstantiam Pulcher nuncupatus, qui
2. regnare cœpit anno 1285, & obiit 1314., ut apud *d. Graveson. tom. 9. Tabular. Chronologicar. Tabula 8.* super tertiam Stirpem, seu Dinastiam Francorum Regum, qui Capetiani appel-

appellantur *pag.* 140. Ac Templariorum Ordini, uti Magister praeerat
3. Frater Jacobus, ex Dominis de Molay, in Burgundia natus, juxta Scriptores infra allegandos. Dictus quippe Frater Jacobus Molo Magister Templariorum (quorum Ordo pluribus cumulatus erat Divitiis in omnibus Christianorum Regnis abunde dispertitis, & praecipue in Regno Galliarum) Sedem suam in Civitate Parisiense, in parte nuncupata *Paludi* tenens, Equitum suorum Nobili Satellitio stipatus, Magisterii sui Dignitate, tanta fungebatur pompa, ut illius Aula, Regis Aulam ęmulari quoddammodo videretur. Ægre idcirco hęc ferens Philippus Rex, ut scribunt Historici, mente revolvit, vel super ditissimo hoc Magisterio Regis Jura extendere, vel illud de medio tollere, ut infra notabimus cum allegatione plurium Scriptorum, de quibus infra.

Praemittimus etiam, quod Historiae Templariorum Scriptores, in se laudabilem,
4. & Ecclesię utilem Templariorum Ordinem fuisse, illiusque Equites Natalium splendore inclitos, & Professione Religiosos plurium annorum cursu, testantur egregiis factis undequa-
5. que floruisse; subdunt tamen, quod postremò, seculo antequam Ordo extingueretur, moribus in pessima
6. mutatis, à recto Vitę Instituto turpiter deflexère Templarii, & tam insobrie viverent, & immodicis incumberent potationibus, ut proverbium invaluerit, quoties bibosum, & ebrietatibus addictum hominem explicare quis volebat, diceret. *Bibis ut Templarius*, sicut cum *Patre Daniele e Societate Jesu in Historia d. Regis Philippi* notat *Collect. Historia Gallico idiomate* supra allegatus, & novissime quoque *Petrus Richelet in supraeitato ejus Dictionario Gallico*, sub verbo *Templiers*, ibi - *Boire comme un Templier. C'est a dire, Boire beaucoup, Faire des exces de vin a la maniere des Chevaliers du Temple.*

Praeterea aliis horrendis sceleribus eos-
7. dem Templarios inquinatos fuisse scribunt, ut infra referemus in integra narratione. Igitur anno 1307. duo Templarii Equites, Religionis Consilii Decreto, magnique Magistri jussu Carceribus mancipati detinebantur: iidem Catalogum, quo Ordinis Templariorum scelera continebantur, Philippo Regi exhibuerunt. Flagitia porro, & scelera plurima erant, & undique enormia, eaque passim Scriptores, & ipse Clemens V. in dicta *Constitutione ejus prima* §. 5. *& seqq.* & *in dicta Constitutione* 3. §. 1. enumerant. Primo, quod ipsi ethnico ritu Cranium quoddam partim deauratum, & partim deargentatum, prolixaque barba ornatum adorarent, illique sacrificarent impiis modis, de scriptis à *Bastaglini d. tom. 2. pag.* 331. *n.* 2. *erga finem*, & aliqui sub-
8. dunt, quod dictum ligneum caput solum videbatur in Capitulis Generalibus, ubi conveniebant solum Priores Ordinis. Secundo, quod iidem Equites, illos, qui dicto Ordini adscribebantur, & in actu emissionis Professionis, compellebant JESUM CHRISTUM Dominum Nostrum abnegare, ac ter in Sacratissimam Crucifixi Imaginem conspuere; quam impiam sceleratamque à Sancta Christiana Fide Apostasiam, apud dictos Templarios à Thoma Berat, seu Berardi Magistro Templariorum inductam, scribit *Puteanus in Historia Templariorum pag.* 20. *Jo. Azorius Instit. Moral. lib.* 13. *cap.* 6. Alii autem ajunt introductam à quodam
9. Roncellino magno pariter Templariorum

riorum Magistro, de quibus *Collector Historia Gallico idiomate*, *Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers, impressa Amstelodami Typis Petri Brunel 1721. sub tit. 26. les Chevaliers du Temple, ou Templiers, à pag. 367. cum seqq.*, ubi quod Godifridus de Gonneville in Ordinem receptus, in Anglia interrogatus respondit, quod qui illum recepit, testatus fuerat, quod sceleftissimus abnegandæ Fidei mos, introductus fuerat à quodam magno Magistro, qui cum esset captivus apud Soldanum, ab eo libertatem recepit sub conditione, quod in suum Ordinem introduceret dictum scelus: *Pater Sebastianus Pauli in Codic. Diplomat. Ordinis Hierosolymitani tit. Osservat. soura i Diplomi ad Diploma 151. S. F. Thoma pag. 535.*

Tertio cogebant in Ordinem ingredien-
10. tes, ut Recipientem in ore, in Umbilico, deinde in tergore, ac in pudendis partibus oscula libarent. Quarto, quod magnus Magister Ordi-
11. nis, & Præceptores illi libertatem permitterent impune exercendi aversam, & nefariam libidinem cum suis Confratribus; quodque cum Fœminis commercium illis interdicebatur, propter metum, quod Fœminæ illos diffamarent: *Azor. Instit. Moral. lib. 13. cap. 6. d. Histor. Gallico Idiomat.*
12. Quinto, quod occulta cum Saracenis, & Turcis, contra Christianos Fœdera, & conventiones inirent: *Azor.* ubi supra. Sexto quod in
13. Ordine Templariorum, si aliquis Confratri Peccatum aliquod à se commissum patefaceret, & ille Confrater tale Peccatum revelaret, sic revelans ea puniebatur pœna, qua
14. puniendus erat ille, qui Peccatum commiserat; tam enim inter illos arctum in rebus suis servabatur secretum: unde aliqui ex ipsis, qui fuerunt in Processu examinati, deposuerunt, quod nunquam Statuta Ordinis videre potuerunt, nisi per menses duos, antequam carceribus fuerint mancipati: *Cabasut. Notitia Conciliorum super Secul. 14. Concil. General. Viennen. n. 1. pag. 508. Gravefon Histor. Eccl. tom 5. colloq. 4. pag. 332. juxta impress. Romæ Typis Francisci Gonzaga anno 1710.* Quin imo constat ex sexto articulo ex probatis ab Archiepiscopo Pisano, & Florentino, fuisse talem Templariorum Religionem, scilicet *Nemini ea revelare, quæ vel in aurora, vel in primo crepusculo agerent, juramento præstito, profitebantur*, prout habetur apud *Bzovium ad annum 1308. Emum Petra tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V. n. 10.*

Alia Templariorum scelera enumerantur,
15. scilicet Blasphemiæ in Deum, Christum, Deiparam, conculcationis Crucifixi, Idololatriæ, omissionis verborum consecrationis à Sacerdotibus Ordinis in Missę Sacrificio: ita refert *d. Emus Petra d. tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V.* ubi, quod *Bzovius in Annal.* ad annum 1308. refert, id constare ex autographo talis Inquisitionis in manuscriptis Vaticanæ Bibliothecæ.

Jo. Soranzo l' Idea del Cavaliere pag. 97., ubi alia Templariorum scelera enumerat, quod scilicet in electione
16. eorum Magni Magistri, superstitiosas Cœremonias adhibebant, Ritibus nostris dissonas: quod in emittenda Professione, quam coram Statua, humana pelle induta peragebant, Sanguinem humanum bibebant, & se invicem adiuvare jurabant. At circa hæc superaddita crimina, Gallica Historia, cui titulus *Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers*

 tom.

tom. 2. Amstelodami Typis Petri Brunel anno 1721. §. XXVI. les Chevaliers du Temple, ou Templiers pag. 369. hæc subdit - *Divers Historiens ont chargé les Templiers de plusieurs autres crimes apparemment sur le bruit commun, qui encherit toujours sur la verité en ces sortes d'occasions.*

Flagitiorum hujusmodi seriem Clementi V. Pontifici, tunc in Gallia commo-
17. ranti, patefecit Philippus Rex, qui repente una die Templarios omnes in Gallia existentes Carceribus mancipare fecit, eorumque Bona confiscare. Postmodum septuaginta duo ex Templariis ad Pontificem transmissi fuere, atque examini coram eo subiecti, delicta fassi fuerunt in scriptis, eorumque Confessionem, coram duobus Cardinalibus subinde confirmarunt. Imo Eques Templarius, qui Pontificis Cubicularius erat, ingenue plura in scriptis fassus est coram Cardinale Raymundo Goth consanguineo Pontificis: *Berninus in Histor. Hæres. Sect. 14. sub Pontific. Clementis V. pag. 434., & seq.*, ubi adducit Bullam, ex Conventu Sancti Francisci de Assisio relat. per *Exemer. post Direct. Inquis.*

Successiveque idem Pontifex Ordinariis
18. Locorum, ac Inquisitoribus, sua mediante Bulla commisit, ut contra Templarios procederent, reservata tamen sibi causæ cognitione super magno Magistro, atque Ordinis Officialibus; & demum, quod carcerati, nomine Papæ à Regiis Ministris servarentur: *d. Berninus in Historia Hæres. Sect. 14. sub Pontif. Clementis V. pag. 434., & 435.*

De mandato igitur ei dato, etiam à
19. Rege, Pater Guillelmus de Parisiis, ex Ordine Sancti Dominici à confessionibus ipsius Regis, Fidei Inquisitor à Summo Pontifice deputatus, duobus Viris Nobilibus in Adiutores ei superadditis, Processum construxit, & coram prædictis Examini subiecti fuere centum quadraginta Templarii, qui opposita delicta confessi sunt, quos inter ipse aderat Templariorum Ordinis Magister Jacobus Mola, qui pariter omnia confessus est.

In Civitate Trecensi, vulgo *Troyes*, co-
20. ram d. Patre Guillelmo cum prædictis duobus Assessoribus, alii centum viginti Templarii fassi fuerunt eadem scelera, non tamen illud adorationis lignei capitis deaurati, eo quia non omnes ad perfidum illum Ritum admittebantur.

In aliis Processibus factis in Provinciis Gallici Regni, constat de Confessionibus aliorum.

Cumque tres S. R. E. Cardinales, hoc est Berengarium Tit. Sanctorum Nerei, & Achillei, & Stephanum Sancti Cyriaci, & Londulphum Sancti Angeli, Summus Pontifex Chinon misisset, ubi carcerati detinebantur, antedictus magnus Magister Jacobus Mola, Magister Cypri, Visitator Franciæ, ac Præceptores de Poitou, & Guyenne, ac Normandiæ, Cardinales prædicti, supranominatis Templariis Processus ab Inquisitoribus Gallicis confectos ostenderunt, quos ut veros ratificavere, & ob sinceram illam confessionem, ut cum illis favorabiliter ageretur, expostularunt.

Et quod inquisitione peracta, innumerabi-
21. les Templarios, ipsumque magnum Magistrum Guidonem Fratrem, aliosque quatercentum, & tres, comprobatum fuerit prolapsos in ea nefanda scelera, & Pontificem septuaginta duos Templarios ad examen vocasse, ipsosque sponte, absque coactione ratas habuisse confessiones coram Cardinalibus Inquisitoribus factas, allegata

Const.

Constit. 1. *ejusdem Clementis*, quæ incipit *Regnans in Cœlis*, & ejusdem Clementis Epistola ad Episcopos relata à *Bzovio* ubi supra, à *Raynaldo* ad d. annum 1307. *n.* 12., *& Fran. Pigna post Direct. inquisit. pag.* 56. scribit *d. Emus Petra ad d. Constit.* 3. *Clementis V n.* 5.

Rursus Summus Pontifex jussit, ut in
22. Gallia Prælatorum, Abbatum, Capitulorum, & Communitatum conventus cogerentur in Civitate super hoc Negotio, etiam abolitionis Ordinis, quod in Generali Concilio postmodum discuti debebat: in his autem Conventibus omne approbatum fuit, quod Pontificem inter, & Regem fuerat concordatum, ac etiam circa Bonorum ejusdem Ordinis conservationem, quodque, suppresso Ordine, pro Terræ Sanctæ acquisitione implicarentur Bona illa. Hincque
23. Summus Pontifex sub excommunicationis pœna omnibus inhibuit receptaculum præbere Templariis, jussitque illos ubique capi, & Inquisitoribus tradi.

Cæterum ex judicialibus Actis in Galliç
24. Regno confectis, constitit multos ex Templariis carceribus mancipatos, de delictis commissis, atque confessis, Pœnitentiç signa, dolorisque ostendisse. Alios declarasse, se de iisdem Delictis accusasse coram Episcoporum Pœnitentiariis. Alios Romam petivisse, ad absolutionem obtinendam à Summo Pontifice Bonifacio VIII., tempore magni Jubilæi, ac facultatem transeundi ad alium Ordinem.

Constitit aliquos Innocentes fuisse, illos
25. scilicet, qui ad Religionem Templariorum fuerant admissi, non adhibitis Sacrilegis Ritibus, neque illis se immiscuerant.

Statutum fuit alios esse dimittendos, impositâ illis Pœnitentia, eaque peracta. Alios etiam perpetuo carceribus esse mancipandos.

Illi qui Examinibus negativi fuerint, at.
25. tamen Probationibus convicti de crimine Hæresis, & de nefando scelere; quod igne plecterentur: hos enim igne punivere, sicque in Agro, prope Abbatiam Religiosorum Sancti Antonii de Parisiis, vivi flammis traditi fuerunt, inquit *d. Raynaldus in continuatione Annalium sub anno* 1308. *n.* 40., & hos quinquaginta novem fuisse, Auctor est *Collector Historiæ Gallico Idiomate* supra allegatus.

Cumque ageretur de Equestre Militari
26. Ordine longe lateque Christianum per Orbem diffuso, & de illius abolitione, voluit præterea Summus Pontifex rem mature discutere. Ad se itaque vocavit Magistrum Ordinis Divi Jacobi in Consiliarium, qui non astitit, ut notat *d. Andreas Mendo de Ordin. Militar. d. disq.* 1. *quæst.* 2. *§.* 6. *n.* 28. Voluit, ut super his, in omnibus Christianorum Regnis examina perficerentur; atque ideo Episcopis, Inquisitoribusque Angliæ, Scotiæ, Germaniæ, Italiç, Hungariç, Achajç, Apostolicas scripsit litteras, quibus iniungebat, ut super Articulis, qui illis transmittebantur, hoc est iisdem Articulis, super quibus Templarii fuerant examinati, cæteros Templarios in eorum locis examinarent; supradditaque fuerunt alia interrogatoria; & de prædictis ad Concilium referrent œcumenicum in civitate Viennen. indictum: *Bzovius Annal. ad Annum* 1308. ibique per extensum refert Litteras Apostolicas: *Rubeus Histor. Ravennaten. lib.* 6. *Labbe in Concil. Viennense*: *Emus Petra tom.* 2. *ad Constit.* 3. *Clementis V. n.* 4. *Battaglini d. tom.* 2. *pag.* 331. *n.* 3.

Hinc Eduardus Rex Angliæ uno tempo-
27. re Templarios omnes capere fecit, qui

qui in Londinensi Concilio delicta omnia confessi fuerunt.
In Treverensi, in Germania ad vicinum Concilium appellavere.
In Regno Aragoniæ in Castra, eorumque
28. munitas Arces perfugère Templarii; unde Rex Jacobus armorum vi illos debellavit, diversisque locis detrusit in carceres, in quibus suam damnationis audivere Sententiam.
In Castellæ Regno, jussu Ferdinandi IV. Regis, omnes Templarii capti fuerunt; & in Concilio Salamanticæ undecim Episcopis constante, innocentes quidem fuere declarati, sed eodem tempore negotium hujusmodi ad Summum Pontificem pro supremo Ju-
29. dicio remissum fuit. In Cypri Regno, licet confugerint ad Loca munita pro eorum defensione, Primores tamen capti fuere.
In Synodis Italicis Provincialibus, &
30. Diœcesanis, quas Archiepiscopi, Episcopique coegerunt, diversimode prodierunt Resolutiones. In Provinciali Ravennatensi statutum fuit, quod punirentur Templarii, qui criminum rei probarentur; sed ipse Ordo Templariorum servaretur.
In Pisana, & Florentina recognitum fuit, majorem Templariorum partem iisdem maculis fuisse coinquinatam, de quibus in Gallia fuerant accusati.
In majori dictarum Synodorum parte,
31. in his rebus difinitivum Judicium suspensum fuit, usque ad œcumenicum Concilium Viennense, Concilium scilicet in Civitate Viennæ Allobrogum ad flumen Rhodanum conditæ, congregatum à Clemente V. Summo Pontifice: hoc autem Viennense Concilium incæpit die 16. Octobris 1311. ut notat *Cabasut. in Notitia Concil. in Notitia Seculi 14. de Concilio Generale Viennense pag.* 508.
In hoc Concilio, primum Negotium
32. Templariorum, & eorum Ordinis extinctionis discussum fuit; atque decretum, quod circa Personas Equitum Templariorum, Concilia Provincialia judicarent, puniendo Delin-
33. quentes, aut cum misericordia illos tractantes; & quoad illos, qui innocentes reperti fuerint, assignentur illis ex Bonis ipsius Ordinis redditus sufficientes ad honeste vivendum. Cœterum Summus Pontifex sibi expresse reservavit cognitionem, & Decisionem causæ super Persona magni Magistri, Magistri Normandiæ Delphini Alverniæ Uges de Peraldo.
Quatenus vero spectat ad abolitionem
34. ipsius Ordinis Templariorum, quamvis plures dissentirent abolitioni Ordinis bene olim de Religione meriti; vicit tamen contrarius Patrum sensus uniformis menti Pontificis Franciæ, & Hispaniæ Regum: cum enim ex compilatis Processibus, ac duorum fere mille Testium depositione constiterit de generali totius Ordinis corruptione, Pontifex coacto Concistorio privato die 11. Kalend. Aprilis feria quarta majoris Hebdomadæ, in quo interfuere plures Prælati, & Cardinales, Ordinem Templariorum cassavit, & abrogavit, ut notat *dic. Emus Petra tom. 3 ad d. Constit. 3. Clementis V. n. 6.* Postea die 5. Aprilis in altera dicti Concilii Viennensis sessione, coram Pontifice, Rege Franciæ, Comite de Valois ejusdem Fratre, Aloysio Navarræ ejus Primogenito, ac Philippo, & Carolo ejusdem Fratribus, prodiit, ac publicata fuit Pontificis Bulla, qua per Apostolicam Provisionem damnatur, penitusque extinguitur Templariorum Ordo, prohibendo omnibus, cujuscumque Status sint, sub excommunicationis pœna assumere Habitum dicti Ordinis

dinis aboliti, cui Bullæ se subscripsit Concilium, & in qua Bulla Sumus Pontifex ad Sanctę Sedis Apostolicę dispositionem reservavit Bona Templariorum.

Tenor autem Bullæ refertur à Scriptoribus, sed non ab omnibus integre,
35. sed in particulis; apud enim *Graveson Histor. Eccles. tom. 5. colloq 4. pag. 340.* solum habentur infrascripta verba - *Ad providam &c. Ordinis Statum, habitum, atque nomen non sine cordis amaritudine, & dolore Sacro approbante Concilio, non per modum definitiva Sententia, cum eam super hoc, secundum Inquisitiones, & Processus super his habitos, ferre non possemus de jure, sed per viam Provisionis, seu Ordinationis Apostolica, irrefragabili, & perpetuo valitura subsulimus Sanctione, ipsum probibitioni perpetua supponentes &c.*

Magis integre verba Bullę refert *Abb.*
36. *Justinianus in d. Historia Chronologica Ordin. Equestrium par. pr. cap. 23. pag. 324., & d. Historia Gallico Idiomate tom. 2. §. 26. pag. 378.* his verbis - *Cum gravi cordis nostri amaritudine, & dolore, non per modum definitiva Sententię, cum eam super hoc, secundum Inquisitiones, & Processus pradictos, non possemus ferre de jure, sed per viam Provisionis, & Ordinationis Apostolica, prafatum quondam Templi Ordinem, ac ejus statum, habitum, atque nomen sustulimus, removimus, & cassavimus, ac perpetuę prohibitioni subjecimus, Sacro Concilio approbante, personas, & Bona ejusdem Ordinis Ordinationi, & dispositioni Sedis Apostolica reservantes &c. Datum Vienna 2. Non. Maii anno VII. Pont.*

Latius referuntur verba Bullæ per *Eminem*
37. *Petra tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V n. 6.* ibi - *Dudum siquidem Ordinem Domus Militia Templi Hierosolymitani, propter Magistrum, & Fratres, caeterasque Personas dicti Ordinis, in quibuslibet Mundi partibus consistentes, variis, & diversis non tam nefandis, quam infandis (proh dolor!) errorum, & scelerum obscanitatibus, pravitatibus, maculis, & labe respersos, qua propter tristem, & spurcidam eorum memoriam prasentibus subticemus, ejusque Ordinis statum, habitum, atque nomen, non sine cordis amaritudine, ac dolore, Sacro approbante Concilio, non per modum definitiva Sententia, cum eam super hoc, secundum Inquisitiones, & Processus super his habitos, non possemus ferre de jure, sed per viam provisionis, seu Ordinationis Apostolica, irrefragabili, & perpetuo valitura subsulimus Sanctione, ipsum prohibitioni perpetua supponentes, districtius inhibendo &c.*, ut connotant ex *Wadingo Bail in Appendic. ad Concil. Viennense.*

At Bullæ verba non est opus mendicare frustim à Scriptoribus, cum integra habeantur in *Bullario Laertii Cherubini, tom. 1.*, ubi registrata habetur in ordine la terza, incipien. *Ad providam Christi Vicarii.*

Cur autem in dicta Bulla exprimatur,
38. quod Summus Pontifex Clemens V. Templariorum Ordinem, non ex rigore juris, seu per viam definitivæ Sententiæ damnaverit, & aboleverit, ea ratio est, quia cum in Concilio Viennense varię fuerint Patrum Sententię circa modum in hac causa procedendi, una parte opinante Ordinem esse abolendum absque mora, utpote tot turpitudinum maculis infamem, ductum millium Testium depositionibus gravatum, & convictum, quique ideirco sine Ecclesiæ scandalo diurius stare non poterat, ut notat *Odericus Rainaldus ad*

ad annum 1311., & *Bzovius* ibidem, cum quibus refert *d. Emus Petra d. tom. 3. ad Constit. 3. Clementis V. n.* 7. Totus Templariorum Ordo in jus vocatus, & auditus non fuerat; ii siquidem, qui coram Apostolicis Commissariis Ordinis defensionem susceperant Parisiis, P. scilicet de Bononia Hubertus de Sancto Petro, & alii instructi non erant Procuratione legitima, & non poterant absque consensu, & præsentia magni Magistri se Procuratores instituere, nec volebant, ut loquct ex actis apud *Petrum Puteanum in Historia Templariorum pag.* 242. Ideo visum est Concilii Patribus, & Summo Pontifici, non posse aboleri Ordinem per definitivam Sententiam, sed mediante provisione, & Apostolica Ordinatione: *Gravefon Histor. Eccles. d. tom.* 5. *Colloq.* 4. *n.* 339. *d. Emus Petra* ubi supra *n.* 7.

Altera autem ex prædicti Concilii Patribus parte sustinentibus, servandos esse juris apices, extrahendam causam, atque ideo dandum Ordini defensionis locum, ut subdit *d. Emus Petra n.* 7. Idcirco res fuse exponitur à *Battaglini d. pag.* 333. *n.* 8. per hæc verba - *Rispose pe'l primo Durando da S. Porziano dell' Ordine de' Predicatori, Vescovo di Anisi, o di Meos, ad applaudire col suo Voto al sentimento del Papa, intraprendendo di togliere dalle menti dubbiose un' argomento, ch' eccitavasi a sostentamento de' Cavalieri Templari; cioè, ch' essendo essi non constituiti giudicialmente rei, non interrogati, non assegnate loro difese, non servati i termini, e solennità del giudizio, non poteano soggettarsi ad una pena grave: tanto più, ch' essendo gli esposti capi de' delitti contra i particolari, contra essi dovea dirigersi il gastigo, non contra l' universale dell' Ordine. A questo rispose il Durando, che nelle condennazioni procedeasi in due maniere; cioè, o col rigore della Legge, o colla pienezza della Podestà. Ricercare la prima maniera per fondamento prove ec.* & paulò infra eod. num. *Con tutto che fussero udite con approvamento quasi universale le ragioni addotte ec. Parve nondimeno a molti così grave l' affare, che richiedesse ec. discussione più minuta; differitosi perciò la Risoluzione nella vegnente Sessione ec.*, & n. 9. *Essendosi bastevolmente discusso il punto de' Cavalieri Tempieri ec. Procedè Clemente a promulgare nel Concilio la finale, e solenne Sentenza, risoluto di pronunziarla per via di Apostolica Provisione, e di Ordinazione Pontificia, giacche non potea pronunciarsi come di ragione ec.*

Unde Summus Pontifex, attentis macu-
39 lis tot turpitudinum, quibus infamis redditus fuerat Ordo Templariorum, de plenitudine Potestatis, & per viam provisionis, seu Apostolicæ Ordinationis, eundem Templariorum Ordinem proscripsit, abolevit, & suppressit justa de causa, quamvis in jus vocatus non fuerit, nec auditus, ut præmisimus, & notat *d. Gravefon* ubi supra *pag.* 340.

Publicata in secunda Sessione Concilii hac Sententia, actum fuit de applica-
40. tione bonorum Ordinis Templarii, & Decretum emanavit, quod applicarentur Equitibus Hospitalariis, exceptis illis, quę erant in Regnis Castellæ, Aragoniæ, Portugallię, & Majoricę: *Battaglin. d. tom.* 2. *pag.* 334. *n.* 9. in fine, *Carranza pag.* 267., *Thomas Garzoni Piazza Universale disc.* 3. *pag.* 71. *Klock de Contribution. cap.* 14. *n.* 73.

Et quod in Hispaniarum Regnis Tem-
41. plariorum Bona fuerint aliis Religionibus

gionibus tunc ibidem florentibus ap, plicata, Sancti Joannis Hierosolymitani, Sancti Jacobi Calatravę, & Alcantaræ; in Aragonia Ordinibus S. Georgii Montesię, qui Ordo tunc fuit institutus à Jacobo II. Rege, quemadmodum Dionisius Rex Lusitaniæ Ordinem Christi Domini fundavit, & cum Templariorum Bonis illum dotavit, prosequitur idem *Justinianus* loco supra citato *pag.* 326. Nosque referemus *in Discursibus* de prædictis Ordinibus.

DISCURSUS CCXXIII.

EQVITUM TEMPLI VULGO TEMPLARIORUM

SECT. III.

ARGUMENTUM

Resumitur series Condemnationis Templariorum, & Executio Sententiæ condemnationis, & quid postmodum evenerit; & tandem refertur Catalogus magnorum Magistrorum, de quibus remansit Notitia.

SUMMARIUM

1. *ENumerantur Templarii, qui in Carceribus detinebantur, & Delictorum Confessionem emiserant.*
2. *Illos statuerat Pontifex solum plectere pœna perpetui carceris.*
3. *Iidem stata die Cardinales à Pontifice transmissi Pulpitum ascensere, deinde carcerati, & subinde alta, & intelligibili voce lectæ fuerunt confessiones emissæ de delictis commissis, & lecta Sententia, magnus Magister Mola surrexit, & Confessionem voluit ratificare, sed obiecta scelera sui Ordinis denegavit, & quomodo,* & n. 4., & 5.
4. *Alii duo carcerati fuerunt liberati a pena mortis.*
5. *Magnus Magister, & Magister Normandiæ damnati fuerunt ad mortem vivique inter flammas positi. semper eorum innocentiam, & Ordinis declararunt* & n. 6.
7. *Hanc Tragœdiam diversimode referunt Scribentes, causamque tribuunt Regi Galliarum, qui de medio tollere magnum Magistrum cum Equitibus satagebat, ob insignes Pecunias, & Divitias. Alias quoque causas cumulant cæteri Scriptores,* & n. 9. 10. 11., *ac per totum Discursum.*
8. *Rex Philippus Vectigal imposuit super bonis Templariorum.*
9. *Duo Equites carcerati, ut liberarentur, accusaverunt Templarios super oppositis criminibus,* & n. 10.
11. *Rex inconsulto Pontifice fecit carceribus mancipare omnes sui Regni Templarios,* & n. 12., & 13.
12. *Rex concessit, ut Bona confiscata traderentur Cardinalibus deputatis,* & n. 15.
14. *Rex dicebat, quod in causa, non ut accusator, sed ut Dei vindex agebat.*
17. *Simplicibus Delatoribus non est standum, maxime cum iidem fuerit carcerati à magno Magistro volente illos punire,* & n. 18.
21. *Plures Templarii petierunt deputationem Procuratoris ad defensam.*
22. *Allegant Privilegia Papalia.*
23. *Impugnantur supposita crimina,* & n. 24. & 25.
26. *Ordinat Pontifex Processus super obiecta crimina Templariis, qui confessi fuerunt,* & n. 27. 28. 29. 31., & 32.
31. *Exponitur id, quod in limine punitionis dixit palam magnus Magister,* &

& n. 33.

34. *Exponitur mors in igne passa à magno Magistro*, & n. 35.

36. *Narratur, quod aliqui illius uti martyris, cineres collegerint.*

37. *Narratur Appellatio interposita ad Divinum Tribunal per condemnatos*, & n. 38., & 39.

Dicta Appellatio ad Divinum Tribunal, ad diem quadragesimum respectu Pontificis, & ad annum respectu Regis.

38. *Quid successerit*, & n. 39.

40. *Statuta vetera hujus apud quem sint impressa.*

41. *Magnorum Magistrorum Catalogus refertur.*

DISCURSUS CCXXIII.

EQVITUM TEMPLI VULGO TEMPLARIORUM

SECT. III.

ABolito Templariorum Ordine, deventum fuit ad damnationem
1. magni Magistri, cæterorumque, quorum punitionem sibi reservaverat Summus Pontifex; hæc autem peracta fuit hoc modo. Usque de anno 1307. Carceribus Parisiis mancipati, ut prædiximus, erant Jacobus Mola Burgundus, magnus Ordinis Magister, nec non quatuor alii Equites, Du Rui, Normandiç scilicet Magister, Germanus Delphini, Alverniæ Huges, & Peralta; cumque omnes jam in processibus Sacrilegia, omniaque Delicta fassi fuerint, statuerat Ponti-
2. fex illos solum perpetui Carceris pœna plectere; cum hoc tamen, quod publicam eorundem Delictorum confessionem emitterent. Hinc Parisiis duos transmisit S. R. E. Cardinales, ut coram ipsis publicus actus perficeretur, erectoque in platea Parisiensi
3. nuncupata Dominæ Nostræ, alto tabulatu, stata die Cardinales primum pulpitum conscendere, deinde ad idem ducti fuere carcerati, ipsisque præsentibus, alta, & intelligibili voce lectæ fuerunt Delictorum, & Scelerum confessiones ab ipsis Templariis in processibus factæ; lectaque fuit Sententia, illos ad perpetuos Carceres condemnans. His peractis repentè magnus Magister, & Frater Delphini
4. supplicarunt Cardinales, ut illis verba facere indulgerent; subinde coram astante populo, ipsisque stupentibus Cardinalibus, iidem magnus Magister Mola, & Frater Delphini, loco ratificandi Confessiones factas, illas ex omni sui parte retractarunt solemni protestatione emissa, quod ipsi solum, ut Pontifici, Regique complacerent, falsum contra eorum Ordinem deposuerant; quodque illorum Ordo Templarius Sanctissimus erat, atque ab hujusmodi labibus immunis, & ad hanc substinendam veritatem prompti, paratique erant mortem subire. His peractis, jussu Cardinalium iterum ad Carceres detrusi fuerunt,
5. ac postmodum alii duo Equites, qui confessionem non retractaverant, à pœna mortis exempti fuere. Magnus autem Magister, & Magister Normandiæ pœna mortis in igne damnati fuere: quapropter in Civitate Parisiensi in Platea sita e conspectu
6. Conventus Patrum Sancti Augustini, in Insula palatii, executioni demandata fuit Sententia, vivique in igne positi, inter flammarum incendia, semper eorum, & Ordinis Innocentiam ratificantes, constantissime obierunt;

sicut

sicut tradunt *Io. Azorius Instit. Moral lib. 13. cap. 6. Abbas Justinian. d. p. pr. cap. 23. Collector Historia Gallico Idiomate* locis superius allegatis.

Tragediæ hactenus recensitæ seriem di-
7. versimode exponunt, enarrantque Historici, adeo ut, an vere, an ex odio, aut ex cupiditate facultatum, quibus Templarii gaudebant, punitos fuisse, & extinctum Ordinem, adhuc sub opinione esse scribat *d. Andreas Mendo de' Ordin. Militar. Disq. 1. quest. 2. art. 6. n. 28.* qui enim Templariis favere nituntur, scriptum reliquerunt, quod Rex Philippus ægre ferens in suo Regno Equestrem Ordinem tot præpotentem Divitiis, mente revolvebat, vel super ditissimo hujus Magisterio Regis Jura exten-
8. dere, vel illud de medio tollere. Anno proinde 1307. notabile super Bonis Templariorum Religionis vectigal imposuit. Adversus hoc onus, veluti libertatem immunitatemque bonorum ad Religionem spectantium violans, constanti animo, suis cum Equitibus, restitit magnus Magister Jacobus Molas; & eo usque res excre-
9. vit, ut in ipsa Parisiensi Civitate, in loco nuncupato *le Paludi*, prope Palatium Religionis, tumultus Populi fuerit excitatus, gliscente in dies contra magnum Magistrum, & Equites Templi, Philippi Regis indignatione.

Totius Templariorum Ordinis eversioni
10. motivum duo suppeditavere Templarii, Prior scilicet Montis Falconis in Agro Tolosano, & Noffus exul Florentinus: cum enim primus, ob pessimos vitæ mores, scelera, atque ob hæresim, Concilii Religionis, & magni Magistri jussu, perpetuo Carceri fuerit mancipatus; Noffus vero criminibus, nefandisque spurcitiis inquinatus, à Pretore Parisiensi perpetuo similiter carcere damnatus detineretur, hi duo, ut à carceribus se eximerent, matricidium excogitarunt, sicque, si impunitate, ac libertate donarentur, arcana eorum Templariæ Religionis crimina se revelaturos promiserunt. Quamobrem impicta crimina Ministris Philippi Regis patefecerunt, Rexque Reatus hos Pontifici tunc in Gallia commoranti nunciavit: *Jo. Azorius Instit. Moral. lib. 13. cap. 6.* Res Pontifici visa incredibilis ita est, Regique rescripsit, minime standum duobus delatoribus scelerum infamia notatis, ut advertit etiam *Massonus lib. 3. Annal. Bail. tom. 1. Concil. pag. 471.* jamque ex Templariis mul-tos, ad quos harum accusationum ru-
11. mor devenerat, scriptis Pontifici obtulisse, se in carceribus vinctos sistere, ut innocentia Ordinis Templariorum ab objectis sceleribus vindicaretur: cæterum Pontifex statuit negotium hoc majori egere probationum pondere.

Pontificis hæc, licet undequaque juridica,
12. nequaquam Regi Philippo arrisit responsio: Rex quippe, sub obtentu quod Templarii & numero, & qualitate in Regno præpotentes, novas possent Turbas excitare; quodque plures divitiis, & pecuniarum summis collectis, illas jam e Regno asportare satagebant; audito Parisiensium Theologorum sensu, sed non expectato Summi Pontificis Assensu, Rex Philippus cunctis Gallici Regni Judicibus enciclicas scripsit Epistolas non aperiendas, nisi tali die, talique hora; injungebat autem in dictis Epistolis Rex, quod Templarii omnes caperentur: unde die 13. Octobris 1307. Templarii omnes, quotquot in Gallia erant, una cum magno Magistro capti, atque insimul cuncta eorum Bona confiscata fuere.

Sedes Romana, cui prius factum incre-

dibile videbatur, captionem prædi
13. ctam ægre ferebat, ob quam etiam totus Mundus causam ignorans, obstupuit, ut quidam *Bernardus* inquit in Chronico Roman. Pontific. cujus verba refert *Bernin. Histor. Heres. sub Pontific. Clemen. V. pag.* 434.

Itidem factum hoc Regis Philippi sum-
13. mopere displicuit Pontifici; utpote quod immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam violabat, quoniam Templarii Religiosi Homines erant; illorumque Bona, Bona erant Ecclesiastica, à laicali judicio immunia. Unde ad Regem Pontifex duos, Berengarium, & Stephanum Cardinales misit, de gestis à Rege conquerens; suspensaque in hoc Archiepiscoporum, Episcoporum, Inquisitorumque Gallicorum Jurisdictione, rebusque ad Pontificium Tribunal reservatis, petiit à Rege, ut Templarii captivi, & confiscata Bona, dictis duobus Cardinalibus traderentur: *Petrus Puteanus in Histor. Domus Templar. d. Historia Gallico Idiomate: Emus Petra d. tom. 3. ad Const. 3. Clementis V. n.* 4.

His respondebat Philippus Rex, quod
14. ipse in hac Equitum Templariorum causa, non ut delator processerat, vel Accusator, sed ut Dei Minister, & Catholicæ Fidei vindex, à Rege Regum pro Religionis tuitione constitutus: urgebat, quod in Pontificio Tribunali res nimium protraheretur; & Archiepiscopi, Episcopi, ac Regni Galliarum Inquisitores magis, meliusque de rebus in eorum Diœcesibus, Provinciisque instrui poterant.

Nihilo tamen minus Rex consensum
15. præstitit, ut Bona Templariorum sub sequestro ponerentur in dictorum duorum Cardinalium manibus; ac magis conspicuos Templarios captivos ad Pontificem remisit, ut ad examen coram ipso revocarentur.

16. Quę hactenus descripsimus videri possunt penes *Bernardum Justinian. Histor. Chronolog. par. pr. cap.* 23., *Collectorem Gallico idiomate Histoire des Ordres Militaires tom. 2. impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *tit.* 26 *les Chevaliers du Temple, ou Templiers, à pag.* 275. *cum seqq.*

Ex his autem Historicarum narrationum
17. circumstantiis plura notant Scribentes; nimirum, quod primarium lapidem accusationum Ordinis Templariorum, duo antedicti posuerunt Templarii, ad perpetuos carceres ob recensita crimina à Concilio Religionis, magnoque Magistro damnati, atque ideo duo fuerunt delatores undequaque infames, magni Magistri Inimici, contra quem, totumque Ordinem, ad se liberandum à pœna carceris, solemniter calumniam architectati fuerunt; proindeque hujus furfuris delatores, nullam fidem merere omnia jura clamant: adduntque illos à vindice Dei Justitia fuisse punitos; siquidem e carcere emissi, infelici vitæ exitu uterque periit; Prior Montis Fulconis proditione necatus est; Noffus autem ob aliam causam à Carnifice strangulatus interiit, sicut refert *d. Joannes Azorius Instit. Moral. lib.* 13. *cap.* 6. *pag.* 1615. *Abbas Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari par. pr cap.* 23. *pag.* 325. inquit, quod d. Prior Montis Falconis repentina morte, victum misere mendicando, obiit; & quod Noffus ad nefanda reversus scelera, laqueo jugulatus mortuus est. Rursus scribunt, Philippum Regem torvis oculis semper Templariorum Ordinem, ac magnum Magistrum aspexisse, ob ingentes ejusdem Ordinis Divitias, ac prępotentiam, illiusque

que bona, contra Jus fasque vectigali onerasse; ac repetitis instantiis, in illius eversionem apud Summum Pontificem ursisse, & ad carcerationem eorundem Templariorum, una cum Bonorum confiscatione de facto devenisse, palamque jam animum suum detexisse; quo Regis animo patefacto, de facili testes inducti Regis desideriis assentiri potuerunt.

Præterea cum ex prædictis liqueat, quod
18. Concilium Templariorum Ordinis, ac magnus Magister antedictos duos Equites Templarios, quorum primus Tolosæ erat Prior, sceleribus, ac hæresis tabe conquinatus, alter criminum turpitudine, & obscænitate infamis erat, pæna perpetuæ carcerationis plectere non omiserant; emergere videtur argumentum, quod in Templariorum Ordine scelera illa, & Vitia non aderant; dum sceleribus, vitiisque prædictis infectos, Ordo ipse, magnusque Magister juste puniebat. Hincque scriptum reliquerunt Auctores, innocentes Templarios fuis-
19. se, eorumque damnationem, & abolitionem promotam, profectamque ex avaritia Philippi Regis, qui Divitiis, quibus maxime in Gallia cumulatus erat hic Ordo, summopere inhiabat, ut testatur *Divus Antoninus Archiepiscopus Florentinus in tertia parte Chronicorum tit. 21. cap. 1. §. 3.* ibi - *Creditur tamen magis inductus Philippus Pulcher ad extorquendam pecuniam ab illis, & Bona eorum, & ex odio concepto contra magnum Magistrum, quam ex zelo justitiæ: Jo. Villanus in Historia lib. 8. cap. 13. Azor. Instit. Moral. lib. 13. cap. 6. pag. 1616. litt. C. ubi, quod hoc etiam Gallici Scriptores fatentur, & alio etiam Gallico Scriptore adducto, late Papirius Massonus in Annalibus Gallicis, Bail. in Appendic. ad Concil. Viennense: Sansovin. dell' Origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 38. Jo. Soranzo, Idea del Cavaliere pag. 100. plene Abbas Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari par. pr. cap. 23. pag. 319. & seq. Kluck de Contributionibus cap. 14. n. 73.* sequens *Jo. Mariana Rer. Hispan.*
20. *lib. 15. cap. 10.* inquit, quod Templariorum Divitiæ excidium accelerarunt, sive Virtutum indole, quibus res tantas terra, marique perfecerant, voluptatibus extincta, sive ex ea re invidia apud Populum conflata, apud Principes spe lucri excitata.

Albericus autem de Rosate in Dictionario utriusque Juris littera T. verbo *Templarii*, ait per hæc precisa verba - *Templarii, erat magnus Ordo in Ecclesia, & erant milites strenui B. Mariæ; & destructus fuit ille Ordo tempore Clementis Papæ V. ad provocationem Regis Franciæ. Et sicut audivi ab uno, qui fuit Examinator Causæ, & testium, destructus fuit contra Justitiam:* & mihi dixit, quod ipse Clemens protulit hoc - *Et si non per viam justitiæ potest destrui, destruatur tamen per viam expedientiæ, ne scandalizetur carus filius noster Rex Franciæ:* quæ verba refert etiam *d. Jo. Azorius Institut. Moral. lib. 13. cap. 6.*, & eorum meminit *Tholosan. d. lib. 15. cap. 33. n. 13. Barbos. d. lib. 1. cap. 41. n. 78. Flav. Cherubin. in d. Compend. Bullar., ad Const. 3. Clem V., Schol. primo, in fine.*

Constat ulterius, quod septuaginta
21. quatuor Templarii coram Judicibus institere, ut Procuratorem ad eorundem Ordinem defendendum, illis fas esset eligere, ac de facto in eorum Procuratorem P. de Bononia elegerunt, una cum aliis octo. Hic Eques de Bononia, coram Commissariis comparens, se solemniter declaravit, quod nullus alienigena Testis dari poterat, qui assereret ea, quæ in Gallia

 contra

contra Templarios obiiciebantur: quod in Gallia contra eos a falsis Fratribus cumulatæ calumniæ fuerant: quod in Gallia de repente, & de facto contra eos processum fuit, & tormentis extortæ confessiones fuerant.

Rursus protestationem emisit super nullitate Actorum; quodque Templarii
22. Papali Privilegio fruebantur, ne judicialiter possent conveniri, & judicari nisi à Summo Pontifice.

Scriptis etiam exposuerunt, quod illi, qui contrà eorum Ordinem depo fuerunt, seducti fuerant promissis,
23. de vita illis elargienda, & libertate donanda, ostensis eiusdem rei testibus Regis Epistolis Regio Sigillo munitis, una cum assecuratione Pensionum, eorum Vita durante præstandarum. Quod cum Ordo plurimis constaret Equitibus ex primaria qualitate, inverisimile omnino videbatur, quod nullus tam horribilia scelera revelasset, si vere adfuissent: Subiungebant demum, quod examini poterat subiici Eques nuncupatus Adam de Valicourt, Vir probus, & qualificatus, quique Carthusianorum Religionem ingressus fuerat, & postmodum ad Templariorum Ordinem redierat; unde ab isto Equite sciri poterat, an in Ordine unquam viderit commissa scelera illa, quæ supponebantur. Cæterum ignoratur, an Carthusianus ille fuerit super prædictis interrogatus. Hoc certum, quod Commissarii Apostolici, non obstante appellatione per Templarios interposita ad Concilium Senonense ad Sanctam Sedem, continuarunt in constructione Processus, ut ut de prædictis omnibus videre est in dicta *Historia Gallicò Idiomate Tom. 2. pag. 373.*

Scriptum reliquerunt alii, quod cum apud Clementem V. dictus Philippus Galliarum Rex urgeret, ut Bo-
24. nifacii VIII. memoriam damnaret, ejusque Ossa comburere faceret; & hoc, veluti rem injustam jubere renueret, Pontifex alteri ejusdem Philippi Regis instantiæ, de abolendo Templariorum Ordine, annuit, & ad Carcerationem Equitum devenit diversis in locis, & præcipue Parisiis, ubi magnus Magister cum sexaginta Equitibus Carceribus mancipati fuerunt, & postmodum, ut dictum est, damnati: *Sansovin. d. libr. 2. pag. 38. Jo. Soranzo d. pag. 100. Abbas Justinianus d. par. prima cap. 23.*

Idem *Sansovinus* ubi supra *pag. 39.* inquit, quod captis pluribus in locis Equitibus, & Parisiis, una cum magno Magistro sexaginta Equitibus carcere mancipatis, formatoque Processu cum depositionibus dictorum duorum delatorum; Equites inquisiti totum negaverunt; & dum igne fuerint tentati, ac cum promissione libertatis, ut confiterentur, semper constanter negavere, Deumque in eorum Innocentiæ testem vocaverunt, & mori Innocentes protestati fuerunt: *Azorius d. libr. 13. cap. 6.*

Asserunt alii, confessionem tot horren-
25. dorum criminum à pluribus emissam, vel metu, vel promissis, vel tormentis fuisse à Templariis extortam; sic inquit *Guillelmus Nangius ad annum* 1307. *Mariana de Rebus Hispaniæ libr. 15. Abbas Justinianus d. parte prima cap. 23.* ubi subdit: *Furono inventati i più atroci tormenti (a detto degli Autori) che mai s' udissero sotto alla Gentilità, per ridurre a colpi di essi p. à molle la costanza degl' Innocenti.*

Rursus, cum ut diximus, Summus Pontifex Archiepiscopis, Episcopis, &

Fidei Inquisitoribus in variis Chri-
26. stianorum Regnis, per Apostolicas Litteras dederit in mandatis, ut super obiectis Templariorum Delictis Processus construerent, Causamque in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis discuterent, in eis, vel fere in omnibus repertos fuisse Innocentes, referunt Scribentes, ut videre est apud *d. Justinianum d. par. Prima cap. 23.*

Et sane in Provinciali Concilio Ravennatense resolutum fuit, quod Tem
27. plariorum Ordo conservaretur; & solum Templarii, qui rei fuerint, punirentur: *Rubeus Historia Ravenna lib. 6. pag. 514.*

Archiepiscopus Pisanus transmissus ad partes Lombardiæ, Tusiæ, Istriæ, & Dalmatiæ, ut probationes construeret scelerum Templariorum, nihil tamen probare potuit super assertis delictis, sicuti refert sæpe allegatus *Justinianus d. cap. 23. pag. 323.*

Bononiæ multi se justificaverunt: *Rai-*
28. *nald. in continuat. Annalium in principio anni 1308. n. 41, & 42. d. Abbas Justinianus d. par. pr. cap. 23. pag. 322.*, ubi, quod, licet peractæ fuerint Inquisitiones, ac examina cum Censuris, & cum cunctis Canonicarum legum rigoribus, nullum tamen vel minimum reitatis contra Templarios inditium emersit.

In Regno Castellæ, in Concilio Salamanticæ habito, undecim Episcopis convenientibus, quæstione agitata, & causa cognita, pronunciati fuere Innocentes Templarii, qui in Regno Castellæ, & Legionis in carceribus se præsentarunt, & Negotium fuit directum Summo Pontifici, ut supremam manum imponeret: *Jo. Marianus de Reb. Hispania libr. 15. cap. 10. Azorius Instit. Moral. libr. 13. cap. 6. Andreas Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 6. n. 28. d. Justinianus d. cap 23. pag. 323. Historia Gallico Idiomate locis supra allegatis: Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Discalceatus Dissertat. H. Eriques d. lib. 1. Dissert. 10. §. 2. pag. 148.*

Sic in Aragoniæ Regno, ac Catalonia,
29. cum Templarii Regis violentias vererentur, & ad illorum Castra confugissent, Armis se se defenderunt; Sed tandem capti, & efformatis Processibus, innocentes declarati fuere, & remissus extitit Processus ad Summum Pontificem: *dictus Justinianus d. cap. 23. pag. 323.* Unde in Hispaniæ Regno pissimi Reges, extincto Ordine, superstitibus Equitibus, quoad vixerunt, alimenta suppeditararunt ex reditibus Commendarum, ut inquit *d. Mendo d. Disq. 1. quæst. 2. §. 6. n. 28.*

In Alemania, in Treverensi declaran-
tur Innocentes: *Rainald. ad d. an.*
30. *num 1308. n. 41., & 42. d. Justinianus d. par. pr. cap. 23. pag. 322.*, ubi, quod ex compilatis Processibus constitit de puritate vitæ Templariorum, & ex centum, & decem Testium depositione omni exceptione majorum, emicuit summa pietas, & morum Religio Equitum Templariorum.

Sic in Moguntina Synodo: *Justinianus*
31. *d. cap 23. pag. 322.*, ubi, quod peractis rigidissimis Processibus, reperti fuerunt plusquam innocentes.

Archiepiscopum Magdeburgensem inno-
32. centiam Vitæ Templariorum recognovisse, notat *d. Justinianus d. cap. 23. pag. 323.*

Anno 1312. die 10. Martii feria quinta in Cœna Domini, à Pontifice Clemente convocatum fuit Cardinalium Concistorium, ibique discussis omnibus

nibus Processibus totum per Orbem confectis, nullum inventum fuit fundamentum, ad formandum Decretum adversus Religionem Templariorum, ut subdit *Justinianus d. cap. 23. pag. 324.*

Unde posita prædictarum Resolutionum serie, Cardinalium consilio, rem ad alium annum distulit Clemens V. Pontifex Maximus, ut advertit prædictus *Raynaldus* ubi supra *n.* 42.

Demum alii referunt, quod plurimi Templarii, & præcipue Frater Dida-
33. cus, quem *Sansovinus* ubi supra vocat magnum Magistrum, sed verius alii nominant Jacobum Mola, qui vere fuit Magnus Ordinis Magister, ad Supplicium producti, & proposita vitæ spe, si ea, quæ alias carceribus mancipati, de se & sociis fuerant confessi, nunc quoque faterentur, & veniam publice peterent; paulo antequam Parisiis comburerentur, indicto silentio, antecedenter ab eis factam Scelerum confessionem revocaverunt, & ipse Jacobus Mola palam hæc verba fecit — *Ego extremo Vitæ tempore, cum inutili mendacio locus esse non debet, vera esse nego, ac per omnia numina juro quæ de Templariorum impietate, criminibusque, & antea jactata, & nunc recitata sunt. Ordo enim ille Sanctus, justus, & Orthodoxus est: Ego tamen extremo supplicio dignus, qui Pontifice, Regeque hortantibus, flagitia impia, sceleraque mentitus sum in Ordinem meum de Religione Christiana optime meritum; quod utinam factum non esset! sed quod unum superest, meis delictis, si venia locus est, ignosci postulo, ultroque graviores etiam pœnas deposco* — teste allegando *Massonum prædictum Bail. in Appendic. ad Concil. Viennense pag.* 471. *Mariana de Rebus Hispaniæ lib.* 15. *cap.* 10. & eadem verba transcribit *Pater Graveson Histor. Eccles. tom.* 5. *Colloq.* 4. *pag.* 337. *d. Sansovin. lib.* 2. *pag.* 39. *Io. Azorius Instit. Moral. lib.* 13. *cap.* 6. *Abbas Justinianus d. par. pr. cap.* 23. *pag.* 324.

Sicque lento igne Regis jussu Mola,
34. & Delphini Frater supplicium tulere, nulla alia edita voce, quam Templariorum Ordinem Catholicum, & Sanctum esse. Geraldus, & alter, qui fuerat Regis Questor, supplicii metu fassi sunt, vera esse quæ coram Rege, & Pontifice de Templariis protulissent, solutis vinculis dimissi
35. sunt; at infelici, postero die, Vitæ exitu absumpti perierunt, ut notat *Io. Azorius Instit. Moral. d. lib.* 13. *cap.* 6. *Sansovin.* ubi supra *lib.* 2. *pag.* 39.

Et memorabile quoque est, quod no-
36. cte supplicium secuta, Monachi, aliique Religiosi Homines, Molę, & Delphini Viennensis Sacros veluti Martyrum cineres collegere: Hæc est Papirii mens, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & tunc laus erit unicuique à Deo. Hucusque transcriptæ habentur apud *Bail. in d. Appendic. ad Concil. Viennense pag.* 471., *&* cum *Jo. Villan. Histor. Florent. lib.* 8. *cap.* 92. *Io. Azor. Instit. Moral. lib.* 13. *cap.* 6. *Justiniano* sępe allegato *cap.* 23. *pag.* 326.

Quin imò, ut subdit *d. Graveson pag.* 343. quidam alii Scriptores narrant, Clementem V. Pontificem Maximum & Philippum pulchrum Galliarum Regem, à dicto Jacobo Molo magno
37. Ordinis Templariorum Magistro, audita suę condemnationis Sententia, à qua uti injusta appellabat ad Tribunal Dei, ipso Supplicii loco, pau-

lo

lo antequam vivus Parisiis combureretur, ad dictum Divinum Tribunal fuisse vocatos, Clementem scilicet V. Pontificem ad diem quadragesimum, Regem verò ad annum, ad reddendam rationem dictæ causæ coram Supremo Divino Judice; & condicto tempore obiisse utrumque, ut præter *d. Graveson* tradunt *Fulgos. lib. 1. cap. 6. Christianus Massens*, *Ioannes Palatio in Clemen. V. pag.* 204. *Pater Foresti Mappamondo Istorico in Vita Clementis V. Iustinianus d. par. pr. cap.* 13. *pag.* 325., ubi, quod Pontificem, & Regem ad Tribunal Dei

38\. citavit ad reddendam rationem in termino unius anni, subditque idem *Iustinianus*, quod alii dicunt dictam Appellationem, & ad Divinum Tribunal citationem fuisse interpositam ab uno ex Equitibus Templariis, dum in Civitate Burdigalensi ad Supplicium ducebatur. Alii scribunt à pluribus eorum citatos fuisse ad Tribunal Supremum Dei: sic scribit *d. Klock de Contribution. cap.* 14. *n.* 73.

Et prosequendo narrationem, *d. Abbas Iustinianus* ubi supra *pag.* 325. sub-

39\. dit, quod aut propter hoc, aut arcano Dei judicio obiit Clemens 20. Aprilis anno 1314., & Rex Philippus 1313., aut juxta alios 1314. primus quidem, hoc est Pontifex, irreparabilibus viscerum doloribus in Castello de Maula ad flumen Rodani; quodque dum Funus celebrabatur, igne ex face cadente super Feretrum, major Cadaveris pars combusta est; fuitque tumulatum Cadaver in Ecclesia Sanctę Marię de Uzzesta obscuri nominis Terra, & demum illius reliquiæ anno 1587. flammis, quas tunc bacchantes Hæretici circumferebant, traditæ fuerunt. Quo vero ad Philippum, ipse internarum passionum flammis vexatus, ut inquit idem *Iustinianus*, & sane ex causis domestici infortunii, quas referunt Historici, & præcise *Abregè Chronologique del Istoire de France le comenςament de cette Monarchie jusques a present Tome primer a Paris chez Estienne Loyson au Palais dans le Gallerie des Prisoniers au Nom de Jesus* 1678.

In Vita dicti Philippi in ejusdem fine *pag.* 237. Quamobrem idem Philippus Rex, cum animi gratia in venatione detinebatur, ab Apro infeliciter dilaniatus occubuit, ut prosequitur *d. Iustinianus* ubi supra: *& d. Klock de Contributionibus d. cap.* 14. *n.* 73. ubi quoad recensitos eventus hæc subdit: *Si à casu, miremur; si à Deo, vereamur.*

Plura quidem quoad istum Equestrem Militarem Ordinem in præsenti Discursu cumulavimus: cuncta vero quæ de isto Ordine scripta reliquerunt Auctores, referre, ardua Provincia est, cum fere nullus Scriptor adsit, qui de isto verba non faciat, quia magna Religio fuit, & præclara gessit, sed funestum infaustumque finem habuit, ut exposuimus. Cæterum præter hactenus recensita, videri poterunt Originalia, & integra Statuta, & Regulę sub quibus vixerunt Equites, antequam in pręceps ruerent.

Per extensum ergo omnes Regulæ legi

40\. possunt penes *Collectorem Gallum* super allegatum *tom.* 1 *à pag.* 277., *juxta impressionem Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. ubi habentur Regulæ latino idiomate, & Gallico per totum Discurs. usque ad *pag.* 383.

SE-

SEQVITUR CATALOGUS

Magnorum Magistrorum Ordinis Templariorum, quorum nomina 41. inveniri poterunt apud Scriptores, & præcipue apud *Sebastianum Pauli*, de quo infra; notamusque quod in pluribus non liquet, an fuerint magni Magistri, vel simplices Magistri Provinciales: unde *Abbas Justinianus* infra allegandus *Historia Ordinum Militarium par. pr. pag.* 337. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & La Noù* 1692., inquit, non potuisse distinctam seriem eorundem in Historiis registrare, quia de tempore extinctionis totius Ordinis visum fuit delictum *registrare quei Fasti, che Gran Potentato procurò cancellare dal Mondo*.

Frater Hugo de Paganis Fundator, & primus Magister Ordinis Templariorum, qui vivebat usque de anno 1130. *d. Abbas Justinianus pag.* 338. *Collector Gallus* in Volumine, cui titulus - *Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers impress. Amstelodami Typis Petri Brunel anno* 1721. *tom.* 2. *pag.* 380.

Hic petiit instanter, & instantissime à Divo Bernardo Mellifluo Doctore, ut illi, suisque Commilitonibus scriberet exhortationis Sermonem, prout scripsit. Vivus erat de anno 1130. *d. Justinianus pag.* 338.

Frater Riccardus natione Gallus, electus in primo Generali Capitolo in Civitate Hierusalem, qui videtur Successor Hugonis anno 1130. *d. Justinianus d. pag.* 338. *d. Collector Gallus d. pag.* 380.

Frater Robertus dictus Burgundius, ex Comitatu Guiennæ, Magister Militiæ Templi tempore Fulci Regis Hierusalem ab anno 1131. usque ad 1142. *d. Justinianus* ut supra *pag.* 338. *d. Collector Gallus d. pag.* 380.

Frater Bernardus de Tremulay, sive Tremelai Magister Templi in obsidione Ascalonæ, una cum Equitibus suis, primus Civitatem ingressus fuit, ut dicitur *per la breccia* anno 1152., de quo *d. Justinian. d. pag.* 338. *d. Collector Gallus d. pag.* 380. *Sebastian. Pauli in Codic. Diplomatico Ordinis Hierosolymitani Observat. ad Diplom.* 36. *pag.* 495. *Et à Tyro lib.* 18. *cap.* 14. *pag.* 32.

Attamen cum Templarii pauci numero essent, & d. Magister eorum impediverit aliis Christianis Militibus ingressum in Urbem, ut solus Templariorum Ordo Gloriam captæ Urbis consequeretur, vel ut alii dicunt, id fecerit cupiditate Prædæ captandæ, de facili ab Obsessis rejecti fuerunt Templarii, quorum sexaginta, qui jam in Urbem ingressi erant, occisi fuerunt ab Ascalonitis; & eorundem Templariorum cadavera Patibulo appensa fuerunt Mœnibus Civitatis, ac Turribus in dedecus eorundem, qui in causa fuerunt, ut tunc Christiani Urbem Ascalonæ non caperent, sicut notat *Jacobus Bosius in Historia Religionis Hierosolymitanæ lib.* 6. *pag.* 192. *juxta tertiam impressionem Venetam Hieronymi Albrizzi* 1695.

Frater Bertrandus de Blancfort, sive Blanchefort, sive Blancaforti, qui præsens erat in eversione Exercitus Christiani in loco Panea anno 1156. Hic *à Tyro lib.* 18. *cap.* 14. *pag.* 941. vocatur Vir Religiosus, & timens Deum, teste *Sebastiano Pauli in dic. Codice Observat. ad Diploma* 36. *pag.* 495. Hic in quadam donatione à Rege Hierusalem facta magno Magistro Hierosolymitano se subscripsit, ut testis in Diplomate, anno 1160. quod refert *d. Sebastianus Pauli sub n.* 36. *pag.* 37. sic pariter anno

1163.

1163. in Documento Concordiæ ini. tæ cum Episcopo Valentiæ impress. penes *d. Sebastianum Pauli in dicto Codice Diplom. sub n. 39. pag.* 40. se subscribit Bertrandus Magister Pauperis Militiæ: *d. Justinian. d. pag.* 338. *d. Collector Gallus d. pag.* 380.

Frater Otho de Sancto Amando, qui interfuit primo Bello Terræ Sanctæ. De isto Othone Sancti Amandi meminit *d. Justinianus pag.* 338. *Bosius Historia Ordinis Hierosolymitani lib.* 8. *sub anno* 1172. *pag.* 285. idem interfuit ut Testis in *Instrumentis confectis anno* 1174. relatis in Codice Diplomatico *Sebastiani Pauli sub n.* 201. *&* 202. *pag.* 244. *&* 245.

Tempore Magisterii hujus Othonis adsunt Instrumenta Concordiæ sub anno 1179. registrata apud *d. Sebastianum Pauli in d. Codice Diplom.* 66., *& Diploma* 67. *pag.* 66. *&* 67. ubi exprimitur Humilis Magister Militiæ Templi.

Unde dici debet error impressionis apud *d. Justinianum pag.* 387., *& d. Collectoris Galli pag.* 381. ponendi annum 1178. loco anni 1179., ubi asserit d. Othonem obiisse Captivum Saladini anno 1178. cum ex prædictis constet vixisse de anno 1179. Tempore hujus Magistri.

Frater Arnaldus de Trogie, qui interfuit Victoriæ di Torbolet, contra Saladinum Soltanum Ægypti, circa annum 1179. In Europam venit ad Principes, & Veronæ mortuus est: *Justinianus d. pag.* 338. *d. Collector Gallus pag.* 381.

Dicto anno in nomenclatura, quam refert prædictus *Justinianus d. pag.* 338. *& d. Collector Gallus pag.* 381. ponitur

Frater Hermindus Magister Templariorum in Hispania, qui litem habuit cum Ferdinando Escaza Magistro Ordinis Calatravæ super nonnullis Bonorum suorum confinibus: sed dubium oriri potest, an dictus Hermindus fuerit solum localis Magister, non autem totius Ordinis Templariorum, ut advertit *d. Justinianus* ubi supra.

Frater Andreas filius Bernardi Domini Montisbarri, Avunculus sive Patruus Sancti Bernardi, & de isto loquitur *Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico Observat. ad Diploma* 23. *in verbo Philippus Neapolis pag.* 482.

Frater Philippus Neapolis, Dominus Arabiæ, hoc est Montis Regalis, Magister Templi anno 1180., qui in certamine quo Ascalona capta fuit, cum suis Equitibus interfuit generose certando in expugnatione Petræ 1183. *Justinianus d. pag.* 338. *d. Sebastianus Pauli d. pag.* 482. *d. Collector Gallus d. pag.* 381

Quod autem dictus Philippus jam Dignitati Magisterii renunciaverit, scribit *Bosius d. Histor. Libr.* 8. *pag.* 278. litt. A. sub anno 1171. *dictus Sebastianus Pauli d. pag.* 482., ubi subdit hæc verba – *e avendola poi rinunciata, fu sostituito in quella Odone di S. Amando, di cui si hà sovente mensione nella Storia del Tirio*, Sed hæc assertio non concordat cum annis regiminis prenominati Odonis, & ulterius everteretur series Magistrorum superius adducta, nisi dicatur hunc Odonem esse diversum ab antedicto.

Frater Girardus de Redofert Magister Templi anno 1184. usque ad tempus mortis Balduini Quarti Regis Hierusalem, quę evenit anno 1186. *Justinianus d. pag.* 338. *d. Collect. Gallus d. pag.* 381.

Hunc Magistrum obiisse in certamine habito in obsidione Civitatis Ptolemaidis

maidis *tradit Bosius d. Historia lib.* 11. *pag.* 401. dictamque obsidionem ponit *sub anno* 1188.

Frater Ugo Taborius, qui teste *Mennenio in Volumine Delizie degl' Ordini Equestri pag.* 75. cum auctoritate Claudii Fuchet, armavit Equitem Ensis, & Cinguli Saladinum Sultanum Ægypti: *d. Abbas Justinianus d. pag.* 338. *d. Collector Gallus d. pag.* 381.

Frater Petrus Riginaldus, qui juxta *Du Cange* locatur inter magnos Magistros in ordine decimo sexto, de quo *Sebastianus Pauli Observat. ad Diploma* 87. *pag.* 514.

Frater Philippus de Plessiez Magister 1204. *d. Pauli ad d. Diploma* 87. *d. pag.* 514.

Frater Gomez Ramirez, qui anno 1210. Magister Sancti Templi, cum suis Equitibus interfuit Cruciatæ pro recuperatione Calatravę à Mauris, ut ex Chronica Calatravæ: *d. Justinianus d. pag.* 338. *d. Collector Gallus pag.* 381.

Anno 1218. ponitur Petrus Albitin Magister Templi in Hispania, qui interfuit Donationi Terræ Alcantaræ, quam Rex Alphonsus, una cum Martino Fernandez Calatravæ Magistro fecit Nuno Magistro Ordinis Sancti Juliani de Pereiro. Sed hic quoque oritur dubitatio, an dictus Petrus fuerit solum Magister localis in Hispania, an verò Magister totius Ordinis Templariorum: *d. Justinianus d. pag.* 338. *d. Collector Gallus pag.* 381.

Frater P. de Monte Acuto, de quo mentionem facit Documentum Pelagii Sedis Apostolicę Legati, super concordia cum Hospitalariis anno 1221. apud *d. Sebastianum Pauli Diploma* 107. *pag.* 113.

De dicto anno 1221. nominatur Magister Templariorum Thomas de Monteacuto in Soria. Sub ejus Gubernio Honorius III. statuit exemptionem Ordinis à Jurisdictione Patriarchæ, ac Episcoporum: *d. Pauli Observat. ad Diploma* 87. *pag.* 515.

Frater Hermannus, Domus Templi Magister nominatur anno 1233. in Documento, quod refert *d. Sebastianus Pauli Diploma* 115. *pag.* 113.

Frater Hermannus de Peragors Magister Domus Templi nominatur anno 1234. *in Diplom.* 116. apud *d. Paulum pag.* 126., & in Observat. ad d. Diploma 116. pag. 526. scribit, quod obiit anno 1244. occisus à Saracenis. Nisi forte hic sit idem Hermanus de quo supra, notatque idem *Sebastianus Pauli d. pag.* 526. quod post mortem dicti Hermani secutam dicto anno 1244., usque ad electionem novi magni Magistri, interim substitutus fuit Guilielmus de Rochefort, cum titulo Vice Magistri.

Frater Petrus de Beljou Magister Templi anno 1261., qui fuit Gubernator Ptolemaidæ, in Europam venit ad Clementem IV. Summum Pontificem: *d. Justinianus sæpe allegata pag.* 338. *d. Collector Galllus pag.* 382.

Idem Petrus de Beljou Dux strenuissimus appellatur, hicque exiens à Ptolemaida ab Infidelibus obsessa, occubuit pugnans, inquit *Bosius d. Histor. Libr.* 25. *sub d. anno* 1261. *Litt.* E. *pag.* 838.

Frater Guillelmus de Beljeu, sive Beaujeu, ex Nobilissima Galliarum Regni Familia. Hic fuit Commendator sui Ordinis in Civitate Tripolis, deinde anno 1286. magnus Magister Ordinis. Obiit in Obsidione Ptolemaidis cum majori parte suorum Equitum 1291. *d. Sebastianus Pauli in Observat. ad Diploma* 154. *pag.* 536.

Fra-

Frater Almericus e Familia de Castro novo, fuitque Frater Gulielmi de Castro novo magni Magistri Hospitalariorum: *d. Sebastianus Pauli Observat. ad Diploma 151. pag. 535.*

Frater Thomas Berat, aut Berardo, sive Beraldo, anno 1270. nominatur Testis in quodam Concordiæ Instrumento, quod est impressum *in Codice Diplomatico d. Sebastiani Pauli in ordine 151 pag. 194.* & in alio Documento suo anno 1271. apud eundem *Pauli d. pag. 194.*

At in Observat. ad d. Diploma 151. pag. 535. in verbo F. Thoma, dicit, quod in Magisterio vocabatur: *Maistre della poure Chevalerie du Temple;* tandemque subdit idem *Sebastianus Pauli* horrendam præfati Thomæ Berardi notitiam ex *Puteano in Historia Templariorum pag. 20.* quod scilicet dictus Berardi, in Ordinem invexit morem impium, & sceleratum, in actu videlicet Professionis, abnegandi Christum Dominum, & Salvatorem nostrum, qui mos, ut dicunt, impiissime à dictis Equitibus servabatur. Alii vero Scriptores de hoc iniquissimo, & Diabolico Ritu reum constituunt Roncelinum pariter Magistrum Templariorum: sic inquit *Sebastianus Pauli* ubi supra *pag.* 535. & de dicto Roncelino infra hatur.

Frater Roncelinus: *d. Pauli d. pagina* 535.

Frater Jacobus de Molay Burgundius, ad ignem damnatus, & tempore sui Magisterii fuit abolitus Ordo Templariorum: *d. Justinianus d. pag.* 338. *d. Collector Gallus pag.* 382.

DISCURSUS CCXXIV.

TENTORII ORDINE

GALLICE PAVILLON

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Ludovicus XV. Galliarum Rex, puerilibus usque ab annis semper Augustus, cum Ordinem Equestrem instituisset sub nuncupatione *Dela Terrasse* anno 1716., & in Tesseram Equitibus præscripsisset Numisma, in quo conspiciebatur Pavimentum Palatii *Della Thuillerie*, hoc est Regis, Anno subinde 1723. idem Rex loco prædicti Ordinis *Dela Terrasse*, novum Ordinem erexit *Du Pavillon*, scilicet Tentorii, & in locum antedicti subrogavit, diversamque Tesseram statuit gestandam, videlicet Crucem, & in altera ejusdem parte Tentorium, ut refert *Joannes Hybner in suo Lexico Litt. B. in verbo Ritter Orden de Pavillon column.* 1619. *juxta impress. Lipsiæ anno* 1735.

Quoad Papiliones apud Antiquos, & an solum Gregariis Militibus competerent, vel etiam Imperatoribus, videantur quæ tradit *Samuel Petisco in Lexicon Antiquitatum Romanarum tom. 3.* in verbo *Papilio, & seq.*, ubi notat, quod *Papilio dicitur etiam Tentorii species à figura Tentorii, e Pellibus, vel Velis tensis, Gallice le Papillon: Voss. de Idolonitio.*

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEUTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. I.

ARGUMENTUM.

Plene exponitur Tempus, Locus, ac qua de Causa, & à quibus institutus fuerit Equester Militaris, & Hospitalarius Ordo Teutonicorum; & illius Denominatio.

Requisita ad illud recipiendum adducuntur; quæ Nobilitas probari debeat, & ostenditur requiri Nobilitatem per Sexdecim latera, & Arbor Genealogica quomodo efformetur.

SUMMARIUM.

1. *Ex celeberrimis Cruciatis ortum habuerunt Ordines Equestres, & Militares.*
2. *Quid de istis Ordinibus scripsit Cardinalis de Vitriaco, ac alii*, & n. 3. 4., & 5.
5. *Regulam, & Institutum Templariorum sumpserunt.*
Et à Sacello, in quo Divina peragebant, vocati fuerunt Equites Sanctæ Mariæ, ac ob Hospitalitatem erga Pauperes, nuncupati fuerunt Equites Sanctæ Mariæ de Monte Sion.
6. *Et ob residentiam in Civitate Ptolemaidis, dicti sunt Equites Ptolemaidis.*
7. *Cum occupasset Sanctam Civitatem Hierusalem Saladinus Babiloniæ Rex, in Civitate Hierusalem de ejus licentia solum decem Equites ad annum remanserunt.*
8. *De quo tempore, & à quibus fuerit hic Ordo institutus, referuntur variæ Scriptorum assertiones*, & n. 9. & 10.
11. *In aliis locis certantes contra Saracenos, Victorias reportarunt.*
12. *Ordo vere institutus fuit occasione Obsidionis Civitatis Accone. non Ancona anno 1190. à Piis Viris Bremensibus, & Lubecensibus, in subsidium Teutonicorum Ægrotantium*, & n. 13.
14. *Erectio facta fuit à Viro Nobili Henrico Walpot.*
15. *Dictus Henricus Walpot fuit primus Magister.*
16. *Subinde alii Viri Principes accesserunt.*
17. *Omnes insteterunt, impetrandam esse confirmationem Apostolicam, & qui fuerint*, & n. 18 & seq.
18. *Confirmationem obtinuerunt à Summo Pontifice Cælestino III. die 22. Februarii 1191.*, & n. 21., & 22.
19. *Tria emittunt Vota substantialia, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ*, & n. 24.
20. *Institutores hujus Ordinis non dicuntur proprie Institutores, sed Ancepllani verio Institutoribus.*
21. *A nullis Pontificibus fuit confirmata Religio.*
23. *Teutonicorum Ordo exercitium tenebat Hospitalariorum, & Templariorum.*
24. *Tria substantialia Vota solemnia, absoluta scilicet Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, ac superius n. 19.*
Reiicitur Pater Andreas Mendo *dicens Votum Castitatis, esse Conjugalis Castitatis.*
25. *Votum etiam emittebant defendendi Ecclesiam Christianam, & Terram Sanctam, & Hospitalitatem erga Peregrinos Nationis Teutonicæ.*
26. *Militabant sub Regula Sancti Augustini.*
27. *Summus Pontifex præscripsit Equitibus quotidianam recitationem bis centum*

centum Orationum Dominicalium, & Salutationum Angelicarum, una cum Simbolo Apostolorum.

28. *Barbam deferendi more Eremitarum Sancti Augustini itidem onus impositum fuit.*

29. *In Tesseram Summus Pontifex assignavit Ordini Crucem nigram cum limbo argenteo, ad formam Crucis Sancti Joannis Hierosolymitani.*

30. *Sed hoc non regit; cum revera sit crux nigra cum limbo argenteo; sed forma Crucis est bislonga, aliquantulum potenticsa.*

31. *Crucis forma plana, apud quos habeatur.*

32. *Crux vero magni Magistri quæ additamenta habeat*, & n. 33. 34., & 35.

36. *Crux hæc quomodo deferatur à magno Magistro.*

37. *Ex causa delationis d. Crucis Equites Teutonici dicuntur Ordo Crucigerorum.*

38. *Pallio albo Teutonici quando, & quomodo utantur.*

39. *Imperator Privilegia Ordini concedit, & quæ, ac quibus.*

40. *Pro sola Natione Teutonica institutus fuit Ordo.*

41. *Sub Denominatione Germaniæ, quæ Ditiones veniant*, & n. 42. 43. 44. 45. 46., & 47.

48. *Teutonicorum Religioni fuit unitus Ordo* Jesu Christi in Livonia.

49. *Cum propositum fuerit Pontifici unire in unam Religionem, Hierosolymitanam, & Templariorum, voluit Summus Pontifex exquirere votum Archiepiscoporum, & Episcoporum suffraganeorum. Archiepiscopus Mediolanensis fuit in sensu, laudablem futuram dictam Unionem duarum Religionum, sed & insimul unienio etiam tertiam Religionem, scilicet Teutonicorum.*

50. *Constat hæc Religio tribus Gradibus Personarum, Militum Nobilium, Clericorum, & Servientium Armorum* & n. 51. 52., & 53.

54. *Sorores adsunt etiam in Ordine.*

55. *In Militem, ut quis admittatur, probare debet Nobilitatem suæ Prosapiæ; tam Paternæ, quam Maternæ per sexdecim Gradus legitimos.*

56. *In aliis Personis admittendis sufficit Natalium Honestas.*

57. *Praxis servanda pro admissione traditur, ubi per extensum enumerantur Articuli servandi, ad normam Arboris cum sexdecim lateribus*, & n. 58., & per totum.

59. *Tyrocinium est ineundum, & quomodo*, & n. 60. 61. 62. 63., & 64.

65. *Tria Vota substantialia sunt quæ in Ordine Teutonico emittuntur.*

66. *Teutonicorum Ordo est vera Religio.*

67. *Statuta antiqua Ordinis erant austera, & arcta*, & n. 68.

69. *Armantur Equites prædicti eo modo, qui observatur in Religione Hierosolymitana.*

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEUTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. I.

Celeberrimæ sub fa. me. Urbano II. Pontifice Maximo, aliisque Romanis Pontificibus, ex toto Terrarum Orbe, ad Terræ Sanctæ recuperationem, & tuitionem Bellicæ Expeditiones, quæ ob Sacrosanctum salutiferæ Crucis Signum, quo Milites ex ornati

ornati incedebant, Cruciatę nuncupabantur: successivis deinde temporibus Equestres Militares Ordines progenuere, inter quos Templariorum olim vigentium, Sancti Joannis Hierosolymitani, qui ad præsens etiam serie non interrupta gloriose floret, & Sanctæ Mariæ Teutonicorum, nunc quoque ample coruscantem.

Narrationem porrò præcisi temporis, & loci, quo, & a quibus Nobilis hic Ordo fuerit institutus, & Armorum exercitio adauctus, diversimode exponunt Historici, incrementis exordia, ipsumque Ordinis complementum miscentes. Verum Nos, qui cupimus cuncta in medium proferre, vel ad Litteram Historicorum verba, vel Scriptorum sensum transcribemus, atque etiam ad concordiam revocari ostendemus.

Primo itaque clar. me. *Cardinalis Jacobus de Vitriaco in Historia Orientali cap. 66. pag. 120. cum seqq.* post
1. annum 1128. agens de Ordine Fratrum Teutonicorum, sive Militiæ Teutonicę, ita testatur. - *Et quoniam funiculus triplex difficile rumpitur, placuit Divinæ Providentiæ prædictis duabus Domibus addere tertiam S. Terræ admodum necessariam; quasi ex prædictis duabus compositam; Professionem enim, & Regulam, & Institutionis Fratrum Militiæ Templi tam in Bello, quam in Pace prorsus observant, infirmos Peregrinos, & alios nihilominus, sicuti Fratres Hospitalis Sancti Joannis in Hospitali suo, quod dicitur Sanctæ Mariæ Teutonicorum in Hierusalem recipiunt, eisdem cum omni devotione, & pietate sufficienter ministrantes, Domino Patriarchæ, & aliis Ecclesiarum Prælatis humiliter obedientes &c. Hi autem, quasi a modico, & tenui fonte principium habentes, in magnum flumen excreverunt, Beata Virgine Maria eorum advocata, cui cum omni devotione, & humilitate serviunt, eos tam in bonis Spiritualibus, quam Temporalibus subsidiis promovente, & incrementum largiente.*

Rursus integram incliti hujus Teutonici
2. Ordinis seriem originis, cum *d. Jacobo de Vitriaco* Scriptores hac methodo exponunt - *Cum Civitas Sancta post prædictam ejus liberationem habitaretur à Christianis, & multi ex Teutonicis, & Alemannis, causa peregrinationis pergentes Hierusalem, linguam Civitatis ignorarent, inspiravit Divina Clementia cuidam honesto, & religioso Viro Teutonico, qui in Civitate cum Uxore sua bonorabatur, quatenus quoddam Xenodochium de Bonis suis construeret, in quo Pauperibus, & infirmis Teutonicis Hospitalitatem exhiberet. Confluentibus autem ad ipsum ratione commercii lingua, & noti sibi Idiomatis de Gente illa multis Pauperibus, & Peregrinis, de consensu, & voluntate Domini Patriarchæ quoddam Oratorium composuit juxtà prædictum Hospitale in honorem Dei Genitricis Mariæ. Quidam autem, & maxime de Gente Teutonicorum prædicti Viri Charitatem, & meritum attendentes, omnibus renunciantes, se & sua Deo, & prædicto Hospitali tradiderunt Ministerio Pauperum, deposito Habitu Seculari, voto se adstringentes. Procedente autem tempore, cum non solum de inferioribus, sed de Equestri Ordine, & Nobilibus Alemaniæ Viris Deo devotis, prædicto Hospitali se se Voto obligassent, Paupertatem voluntariam, & abiecti in Domo Dei esse magis, quam habitare in Tabernaculis Peccatorum eligentes, visum est eis Deo gratum esse, & acceptum, & magis meritorium,*

non

non solum Pauperibus infirmis inservire, sed insuper Animas suas pro Christo ponere, & ab Inimicis Fidei Christianæ Terram Sanctam defendendo, Christo tam spiritualiter quam corporaliter militare - Sic his verbis scriptum reliquit prælaudatus *Cardinalis de Vitriaco in d. Histor: Hierosolymitana d. cap. 66. post annum* 1128. quem per extensum refert eruditus *Reymundus Duellius in peculiari Historia Equit. Teutonicorum P. 1. Sect. 1. pag. 4. juxta impressionem Viennæ Austriæ Typis Petri*
4. *Conradi Monath anno* 1727. *Sansovin in Libello dell' Origine de Cavallieri lib. 2. sub §. Cavalieri Teutonici pag. 39 a tergo, & seq. juxta impressionem Venetam anno* 1570. *Ludovic. Guicciardinus in Descript. Belgii libr. 13. cap. 5. q. 3. Io. Nauclerus Vol. 2. Chronographia Generat. 37. fol. 735. Michael in Thesauro Militari pag. 37.* cum quo *Pater Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 2. quæst. 1. n. 3. Io. Soranzo l' Idea del Cavaliero pa. pr. pag. 102. Abbas Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari p. p. cap. 32. pag. 472. Cassaneus in Catalogo Gloriæ Mundi Cons. 6. pag. 9. Anacletus Reiffenstuel Oper. Canonic. Tom. 3. lib. 3. Tit. 31. de Regular. §. 2. n. 32. & n. 41. Pater Philippus Bonanni in Catalogo Latino, & Italico Ordinum Equestrium, & Militarium n. 116. Collector Historiæ Gallico Idiomate, Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers Impress. Amstelodami. ec. per Petrum Brunel pag. 96. Tom. 3. cap. 37. Pater Honoratus à Sancto Maria Carmelita Excalceatus Dissert. Historiques sur le Chevalerie Libr. 1. Dissert. 10 Art. 5. §. 6. pag. 259. Jacobus Wilhelmi Imhoff. in Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum Lib. 3. cap. 18. n. 5.*

Dignum idcirco duxerunt, Regulam, &
5. Institutum Fratrum Militiæ Templi assumere, prout susceperunt; nontamen Hospitalitatem omiserunt: sic cum supradictis notat etiam *d. Nauclerus* loco citato.

Et à Sacello Divæ Virgini Sacro, in
6. quo Divina ab eis celebrabantur, appellati fuere Equites Sanctæ Mariæ; & ab Hospitalitatis, & Charitatis actibus, quos erga Pauperes peragebant in Hospitali prædicto, primitus Hospitalarii nuncupabantur: *Joannes Soranzo l' Idea del Cavaliere par. pr. pag. 102. Guicciardinus* ubi supra. Vocati etiam fuere Equites Sanctæ Mariæ de Monte Sion: *d. Collector Gallus tom. 3. cap. 37. pag. 96. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in suo Volumine Dissertations Historiques Critiques sur la Chevalerie Ancienne, e Moderne &c. lib. 1. Dissert. 10. §. 6. del Ordre Teutonique pag. 259.*

Et ob residentiam in Civitate Ptolemaidis, tum in Hospitalitatis munere, tum in Belli exercitio, ab Historicis sæpe vocantur Equites Ptolemaidis: *Abbas Justinianus d. parte secunda cap. 32. pag. 475.*

Hospitalitati ergo, ut Religiosi Sancti
7. Joannis, ac Rebus Bellicis simul, Templariorum ad instar, addicti erant Equites Teutonici; unde eorum pars curam Infirmorum, & Peregrinorum ad Hospitium confluentium adlaborabat; Pars autem in Bello contra Saracenos gloriose certabat. At postmodum necessario Christianorum auxilio destituti, Saracenis in immensum crescentibus, cum illis resistere non possent, Civitatem Sanctam Hierusalem Saladino Babylonorum Regi tradere coacti sunt, proinde

indeque decem Equites solum, ex licentia ejusdem Saladini, ibi permanserunt limitate ad annum, pro custodiendis fovendisque in eodem Hospitali Infirmis, ut refert *Baronius Annal. tom. 12. anno Christi 1187. n. 7. Duelius d. par. pr. sect. 1. in Annot. sub litt. L. pag. 5. Abb. Justinianus d. Histor. par. secunda cap. 32. pag. 472.*

Scriptum reliquerunt aliqui Ordinem Teutonicum fuisse institutum anno 1109. ut refert *Pater Honoratus à S. Ma-*
8 *ria Carmelita Excalceatus* in suo Volumine Gallico Idiomate, cui Titulus – *Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne ec. lib. 1. Dissert. 10. §. 6. del Ordre Teutonique pag. 279.* Vel anno 1119. ut sustinent idem *Pater Honoratus d. pag. 259.*, & alii, contra quos stat *d. Abbas Bernardus Justinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. 2. cap. 32. pag. 472. Pater Graveson Historia Ecclesiastica Tom. 4. p. 2. Colloq. 6.* ubi errasse demonstrat Onuphrium in Chronico.

Alii institutum ab Imperatore Federico Primo tunc, quando ad Urbem Hierosolymam auxiliares copias con-
9 tra Infideles duxit anno 1184. sic cum *Joseph Micheli in Thesauro Militari pag. 34.* inquit Pater *Andreas Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. §. 9. n. 31. P. Philippus Bonanni in Catalogo Ordin. Equest. n. 116. Joannes Soranzo* ubi supra *pag. 103.* & refert sic tenentes *d. Abbas Justinianus d. cap. 32. pag. 472.* eruditus *Dominus Ioannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Castellanus Trocensis ec. Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Corrolario Celebrior. in Christianitate Heroicorum Ordinum* in verbo *Teutonicus Ordo pag. 336. impress. post Tract. ejusdem Autoris in Volumine*, cui titulus *Adnotationes Historica de Origine ec. Ordinis Aquilæ Albæ in Polonia impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730.*

Institutam fuisse asserunt alii tempore, quo Fridericus Dux Sueviæ Friderici Barbarossæ Imperatoris Filius,
10 ex causa Pestis exiens ab Antiochia, Castra posuit longe ab eadem trigesimo lapide. Hanc tamen opinionem reiicit *Bosius in d. Histor. Religion. Hierosolymitana libr. 12. pag. 434. lit. D. & E.*

Sed licet ejecti fuerint è Civitate Hierusalem Equites à Saracenis, contra eos tamen aliis locis pugnare
11 non cessaverunt, & de illis reportarunt Victorias, ac præcipue in Civitate Tyro; ut legitur apud dictum Baronium.

Cœterum ejusdem Militaris Equestris
12 Religionis propius exordium, veræque Origo in formalem propriamque Religionem ita se habuit. Dum Acconæ, scilicet Ptolemaidis Civitas, non Civitas Anconæ, quæ Italiæ nostræ Urbs est ad Adriaticum Mare sita, ut crasse æquivocatione putavit *Speengerus*; teste *d. Jacobo Wilhelmo Hemhoff* ubi supra *n. 6.* Christianorum Exercitu obsidione cingebatur sub anno 1190., quidam Viri pietate insignes de Bremensi, & Lubecensi Civitatibus, videntes in dicto Exercitu plures è Gente Teutonica infirmitate, & ægritudine laborare, ac præcipue disenteria, aliosque etiam vulneribus ab hoste sauciatos misere decumbere cura destitutos, pro eorum valetudine cœpta jam retroactis annis, ut diximus, in Civitate Sancta Hierusalem pia Christianæ Charitatis Officia, majori cum fervore prosequi statuerunt, novam idcirco

No:

Nosocomii structuram, illos Chari-
13. tate, ac Pietate Architecturam docentibus, excitarunt; expansis enim, elatisque eorum Tentorio velis Navium, Cocke Teutonice dictarum, capax, comodumque efformarunt Valetudinarium, quo Ægrotantes Infirmos, ac vulneribus labefactatos charitative collegerunt, illisque devote, & humiliter inserviebant, ut scribit *Petrus Dusburgensis* ejusdem S. Mariæ Teutonicorum Sacerdos *in Chronica Terræ Prussiæ*, cujus verba per extensum refert *Raymundus Duellius in d. Historia Ordinis Teutonici par. pr. sect. 1. pag. 5.* ubi *in Notit. sub litt. K.* testatur *d. Petrum Dusburgensem* esse Historicum probatissimum: *Gaspar Schutz. in Histor. Rer. Prussiæ lib. 1. fol. 15. lat. 1. in initio. Jacobus Bosius in Historia S. Religionis Hierosolymitana par. pr. lib. 12. pag. 433. juxta impress. tertiam Venetam anni 1695. Typis Hieronymi Albrizzi: d. Abbas Bernardus Justinianus d. parte secunda cap. 32. pag. 473. Alexander Ross.* in Volumine - *Les Religions du Monde impress. Amstelodami Typis Jo. Schiper anno 1666. in Gallicam linguam translat. per Thomam la Grue pag. 216.*

Expugnataque per Christianos Acco-
14. nensi Civitate, prænobilis Vir Henricus de Walpot, empto quodam Agro ante Portam Sancti Nicolai, ibi Hospitale, & Templum inædificavit; ut prosequitur *d. Duellius par. pr. sect. 2. pag. 7. d. Abbas Justinianus d. par. secunda cap. 32. pag. 473. d. Collector Gallus tom. 3. cap. 37. à pag 96.*

Huic Henrico Cives Bremenses, & Lu-
15. becenses, in Patriam ex peregrinatione reddituri, Jus omne ad fundatum à se Hospitale Sanctæ Marię in Hierusalem tradiderunt: idem *Duellius d. sect. 2. pag. 7.* Atque ideo prælaudatus Henricus Walpot primus omnium Ordinis Teutonico - Equestris Magister, in Castris ad Acconensem Urbem fixis, salutatur anno Domini 1190. *d. Duellius d. pag. 7. Jacobus Bosius d. p. p. d. Libr. 12. pag 433. Graveson Histor. Ecclesiast. Tom 4. P. 2. Colloq. 6. pag. 696. d. Justinianus P. Secunda cap. 32. pag. 473. d. Pater Honoratus d. pag. 259.*

Gliscente hujusmodi Teutonicorum Militum undequaque fervore in suscipiendis, ac fovendis quibuscumque infirmis, aut Bello vulneratis, crevit etiam Nobilium, & Virorum Principum amor erga hanc Societatem, quæ jam Hierosolimis exordium sumpserat, ut præmisimus: Unde certatim eam promovere, & amplificare satagerunt. Nomina tum Ecclesiasticorum, tum secularium Principum recensentur ab allegato *Petro Dusburgense* ubi supra, & cum eo *d.* Duel*lius d. Justinianus parte secunda cap. 32. pag. 473. d. Collector Gallus tom. 3. cap. 37. à pag. 96.* Hinc non so-
16. lum novis auctis Domiciliis, in adiacentibus Civitatibus, aut Pagis adaucta est, sed ipse Dux Fridericus è Suevia Ductor Christiani exercitus in dicta Acconis obsidione, Pecuniarum vim, ex suo Ærario, singulis Mensibus solvendam assignavit.

Demum, cupientes omnes, ut hęc So-
17. cietas in specialem Ordinem, & Religionem Equestrem erigeretur, & Summi Romani Pontificis Apostolica confirmaretur auctoritate, institerunt apud d. Ducem Fridericum. Hic communicato cum aliis primariis Principibus, qui in d. Civitatis Acconensis obsidione aderant, colloquio, sicque auditis præcipuis Terræ Sanctæ, ac Alemaniæ Baronibus, descriptis eo-

rum Nominibus ab eodem *Petro Dusburgense*, quem refert *d. Duellius par. pr. sect. 1. pag. 5. Funccio in Chronologia de Orig. Ordin. Teutonici, & d. Justinianus d. par. secunda cap. 32. pag. 473.*

Fridericus Opus hoc laudavit, & cum illo cuncti pariter laudibus extulerunt, & concordibus omnium suffragiis expostularunt, ut idem Fridericus Legationem ad Henricum VI. Regem Romanorum, & futurum Imperatorem mitteret, ut ejusdem Or-
18. dinis, à Summo Pontifice confirmationem impetraret; obtentisque ab Imperatore litteris ad Summum Pontificem Cœlestinum III., cum his Archiepiscopus Bremensis, & Episcopus Paderbonensis, uti Legati, Summum Pontificem adivere, qui Summus Pontifex audita miræ Charitatis Equitum erga Infirmos narratione, & singularis Animorum fortitudinis, qua contra Infideles pugnabant, benigne annuit petitis, novi Militaris Equestris Ordinis confirmationem indulgendo, & in novam specialem Religionem Apostolica auctoritate erigendo, sub Tutela, & Protectione Sanctissimę semper Virginis Mariæ, nomenque idem tribuit Fratrum Domus Teutonicæ Hospitalis in Hierusalem Ordinis Sanctæ Marię: *dic. Abb. Justinianus d. par. secunda cap. 473. d. Comes in Koden Sapieha pag. 336. die 22. Februarii 1191. Grave son tom. 4 par. secunda Colloq. 6. impreß. Romæ 1718.*

Vocantur etiam, ut diximus, Equites Ordinis Dominæ Nostræ de Monte Sion: *d. Collector Gallus tom. 3. S. 37. pag. 99.*

Nuncupati quoque fuerunt Equites Ptolemaidis, ob residentiam in Civitate Acconæ: *d. Collector Gallus* ubi supra.

Appellantur etiam *Cruciger*i ab Historicis, à Cruce nigra cum limbo argenteo, de quibus infra à S. *Eidemque*.

Eosdemque Fratres sub tribus substantialibus Votis, Paupertatis nempe,
19 Castitatis, & Obedientiæ, arctius Deo, Sedi Apostolicæ, totique Ecclesiæ Catholicæ mancipavit, ad fovendos, eo majori cum fervore, ac Christiana Charitate Infirmos, & ad oppugnandum Bellica fortitudine quoscumque Christiani Nominis, & Romanę Ecclesiæ Hostes; Tribuitque idem Cœlestinus III. facultatem Patriarchæ Hierosolymitano, investiendi modo pręscripto, & ad eundem Ordinem admittendi omnes recipi volentes, & necessariis requisitis pollentes: *Baronius Annal. tom. 12. sub anno 1198. n. 2. Petrus Dusburgensis* superius allegatus, & cum eo *Duellius d. par. pr. sect. 1. pag. 5., & 6.* ubi notat, quod sicuti certum est, Cœlestinum III. vere hunc Ordinem confirmasse, ita evidens est, quod Bulla confirmationis, quam vernacula lingua adducunt *Hartknochius Lunigius & Venator*, spuria est, vel interpolata, cum totaliter à stilo Romanæ Curiæ tunc temporis vigente differat, & discordet: *d. Jacobus Wilhelmi Imhoff in Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum d. lib. 3. cap. 18. n. 5. Pater Sebastianus Pauli in Codic. Diplomat. Osservat. soura i Diplomi soura la Bolla VI. pag. 550.*

Attenta igitur narratione Historica postremo loco allata, Insignium Scriptorum pondere fulcita, sicut manifeste demonstratur Tempus, locus,
20. & Causa Originis Teutonici Militaris Equestrisque Ordinis; ita evidenter conciliantur pręcedentes Narrationes, quæ dissonæ inter se videntur, & ad concordiam reducuntur, mediante temporum distinctione:

Siqui,

Siquidem primo loco relatæ Narrationes illæ intelligi debent de primævis exordiis Ordinis Teutonici in simplici Statu Societatis institutæ ad Infirmorum curam, & Hospitalitatem, tum in Civitate Hierusalem, tum prope Antiochiam; sic aliæ de successivis incrementis ejusdem piæ Societatis, quæ sane ictu oculi non excrevit; & demum postremæ Narrationes referuntur ad specificam erectionem ejusdem Ordinis in formalem Religionem Equestrem Militarem, Summi Pontificis auctoritate firmatam supra notatis annis, & advertit *d. Justinian. d. par. 2. cap. 32. pag. 472. d. Collector Gallus Tom. 3. cap. 37. à pag. 96.* recurrente hic Axiomate illo, quod in alio proposito adhibebat *Divus August. De Verbis Domini, in Evangelium Matthæi Serm. 16. Distribuite tempora, & concordat Scriptura.* Unde Virum illum Teutonicum, qui primo Hospitale instituit, & cujus nomen hucusque ignoratur, ut conqueritur *Augustinus Barbosa, P. Anacletus Reiffenstuel, d. Collector Gallus Tom. 3. cap. 37. à pag. 96. d. Justinian. parte 2. d. cap. 32. pag. 472.* quemadmodum & antiquos alios Teutones, qui pro Nosocomiorum constructionibus laborarunt, non immerito Equestris hujus Teutonici Ordinis Antepillanos nuncupat allegatus *Raymundus Duellius d. p. 1. Sect. 1. vers. Atque hi quidem Antepillani Ordinis Teutonico Equestris fuere pag. 4.* Sparsere siquidem illi prima Semina hujus proceræ Arboris, quæ successive temporis Beneficio se extulit, juxta enim Poetæ dictum -

Nam quæ seminibus jactis, se sustulit Arbor,
Tarda venit, seris factura Nepotibus umbram.

prout revera in magnam Arborem, gloriosis facinoribus postmodum excrevit, & gloriose effloruit hic Ordo.

Prædictamque Ordinis confirmationem
21. fuisse à Summo Pontifice Cœlestino III. factam die vigesima secunda Februarii Anno 1191. Pontificatus sui Anno Primo, videre est apud Interpolatorem Chronici Aquicinctini, de quo *Pater Ignatius Hiacinthus Amat de Graveson in Histor. Ecclesiast. tom. 4. par sec. Colloq. 6. pag. 696. d. Abb. Justinianus d. par. sec. cap. 32. pag. 473. Sebastianus Pauli in Codice Diplomat. Religion Hierosolymit. Osservat. soura i Diplomi sou. la Bolla VI. pag. 550.* ubi ponit *Confirmationem anni 1191. die 23. Februarii; d. Jacobus Wilhelmus Imhoff* loco allegato *n.* 5.

Successive etiam approbatus fuit ab aliis
22. Summis Pontificibus idem Ordo: *Duellius in d. Histor. Ordin. Teutonici par. pr. sect. 1. pag. 6.*

Novo itaque Teutonicorum Militari
23. Equestri Ordini, Summus Pontifex Hospitalariorum, & Templariorum Instituta præscripsit; itaut quoad Pauperum, & Infirmorum Gubernium, Hospitalariorum Sancti Joannis Leges servarent; quo vero ad Militiam adversus Infideles, Templariorum Instituta sectarentur, ut diserte exponunt *Petrus Dusburgensis ejusdem Ordinis Sanctæ Mariæ Teutonicorum Sacerdos* in Chronica Terræ Prussiæ, quem refert *Raymundus Duellius in Historia Ordinis Teutonici* erudite scripta, & impressa Viennæ Austriæ Typis Petri Conradi Monath anno 1727. *pag. 4., & 5. cum Annot. ejusdem Duellii* allegatis paginis *sub litt. K., & seqq. d. Pater Honoratus pag. 259. d. Abbas Justinianus par. sec. cap. 32. pag. 473. Collector Gallus d. tom. 3. §. 37. pag. 99.*

Unde

Unde hic Ordo Beatę Marię Teutonicorum, fœtus, ac propago Ordinis Templariorum nuncupatur *à Gravesfon. Histor. Ecclesiast. tom. 4. par. pr. colloq. 6. pag. 695.*, & alias Nobilissimum hunc Teutonicorum Ordinem subiectum fuisse, ac dependentem à magno Magistro Hospitalariorum, arguit *d. Sebastianus Pauli in d. Codice Diplomatico sub tit. Osservazioni soura i Diplomi ad Bullam 6. pag. 551.*

24. Et quemadmodum Hospitalarii emittunt, & Templarii emittebant tria substantialia Religionis Vota Solemnia; ita emittunt Profitentes in hac Religione Teutonica, ut diximus superius *n. 19*, absolutę scilicet Castitatis, Paupertatis, & Obedientię, ut præter allegatos in nostro *Discursu de Voto Castitatis*, testatur *d. Sebastianus Pauli* in pręcitato *Codice Diplomatico Osservat. soura la Bolla 6. pag. 550. d. Pater Honoratus pag. 519.*

Ideoque erronee scripsit *Pater Andreas Mendo in Tract. de Ordinibus Militaribus Disq 1. quæst. 2. §. 9. sub n. 31.* ubi cum *Barbos Collect.* 315. ait Votum esse Castitatis Coniugalis; de quo erroneo dicto ejusdem *Patris Mendo* advertimus in dicto *Discursu de Voto Castitatis*.

25. Subdit pręterea supra allegatus *Pater Honoratus d. pag.* 519. quod ultra dicta tria Vota, Votum etiam emittebant defendendi Ecclesiam Christianam, & Terram Sanctam, atque Hospitalitatem erga Peregrinos eorum Nationis Teutonicæ.

26. Hanc autem Militarem Religionem Summus Pontifex Sancti Augustini Regulis subiecit: *Raymundus Duellius Miscellaneorum Observat. prævia ad lib. 2. §. 2. ubi sub tit. Debita, seu Statuta Equitum Teutonicorum in Codice San-Dorotheani*, inquit - *Fundamentum horum Statutorum Regula Sancti Augustini est - Joseph Micheli in Thesauro Militar. pag. 37. Pater Mendo de Ordin. Militar. Disq 1. quæst. 2. §. 9 n. 31. Pater Bonannus in Catalogo Equit. n. 116. d. Pater Honoratus pag. 159. Volumen li Sourani del Mondo ... 4. pag. 267 dic. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus d. lib 1. Dissert. 10. art. 5. §. 6. pag. 159.* ubi sub ungit, quod Pontifex Equitibus ejusdem

27. Teutonici Ordinis injunxit quotidianam recitationem bis centum Dominicalis Orationis, & Salutationis Angelicę, & ut dicitur *Pater Noster, & Ave Maria*, una cum Simbolo Apostolorum: allegatus *Alexander*

28. *Ross. pag.* 218. onusque imposuit deferendi barbam more Eremitarum Sancti Augustini.

29. Eidemque Ordini, in Tesseram, assignavit Summus Pontifex Crucem nigram cum limbo argenteo: *d. Duibergens*. apud *Duellium d. par. pr. sect. 1. pag. 5. Sansovin. dell' Origine de Cavalieri lib. 2. pag. 40. Besius d. par. p. lib. 12. pag. 433. Pater Mendo de Ordin. Militar. Disq 1. quæst. 2. §. 9. n. 32. Pater Bonannus in Catalogo Equit. n. 116. 117., & 118. Pater Sebastianus Pauli in Codic. Diplom Ordin. Hierosolymit. Osservat. soura i Diplomi sopra la Bolla-6. pag. 550. d.* Volumen, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo tom. 4. impress. Venetiis anno 1720. Typis Sebastiani Coleti, & Jo. Malachini pag. 272.*, ubi, quod Crux est Crux potentiata, ac desuper *Aquila Imperialis* adest: *d. Jacobus Wilhelmus Imhoff Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum d. lib. 3. cap 18. n. 5.*

Dictæ vero Crucis formam, fuisse juxta figuram Crucis Equitum Sancti Joannis Hierosolymitani, inquit *Joseph*

seph de Micheli Hispanus in Thesauro Militari Equitum; Pater Mendo de Ordin. Militar. Disq. 1. quæst. 2. §. 9. n. 32. allegatus Pater Honoratus à Sancta Maria d. libr. 1. Dissert. ... Art. 5. §. 6. pag. 25...

Sed dicta assertio ...onea est, cum ex
30. ...onio Scriptorum, antiquisque figuris evidens sit, Teutonici Ordinis Crucem, fuisse Crucem nigri coloris cum fimbria argentea quadam, potius bislongam ad formam Crucis Domini Nostri Jesu Christi, aliquantulum potentiatam in capite, pede, ac brachiis, ut videre est in forma, quam delineatam referunt Abb. Justinian. Historie Cronologiche
31. dell' Origine degli Ordini Militari &c. par. seconda cap. 32. pag 475. Pater Bonannus in Catalogo n. 116., & seq. d. Collector Gallus ubi supra: d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag. 338., & seq. imo sic delineatam exhibet idem Pater Honoratus à Sancta Maria in d. Volumine sub §. Explication des Armes &c. pag. 469.

Magni autem Magistri Crux eo quidem
32. componitur modo, ac colore, quo aliorum Equitum Crux, sed supra eandem Crucem nigram, Crux adest aurea, ex tertii magni Magistri additamento, ob concessionem eidem factam à Rege Hierusalem, sive Joannes, sive Henricus, sive Almericus fuerit: Pater Mendo de Ordin. Milit. Disq. 1. quæst 2. §. 9. n. 32. d. Abbas Justinianus par. seconda cap. 32. pag. 475., & seq. Bonannus in Catalogo Equitum n. 118. d. Jacobus Wilhelmus Imhoff Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum d. lib. 3. cap. 18. n. 5. d. Collector Gallus ubi supra.

Dictaque Crux aurea in quatuor par-
33. tium extremitatibus lilium aureum retinet, ex munere Sancti Ludovici IX. Franciæ Regis anno 1250. tempore magni Magistri Conradi Turingie Langravii: d. Comes in Koden Sapieha d. Corollario in verbo Teutonicus: d. Justinianus d. cap. 32. pag. 275. ubi notat, quod Peffenebus in Dissertat. Historicis Prussiæ, fortasse Impressoris errore, tria esse lilia exprimit, cum vere sint quatuor: d. Jacobus Wilhelmus d. lib 3. cap. 18. n. 5. Duellius par. pr. sect 2. pag. 10.

Adest tandem in medio dictæ Crucis
34. Parmula, Regiam continens Imperii Aquilam nigram, Alis, pedibusque expansis, ob concessionem Friderici II. Imperatoris, ut scribunt d. Duellius par. pr. sect. 2. pag. 10. d. Pater Honoratus d. pag. 469. d. Abbas Justinianus ubi supra: sic & d. Collector Gallus: d. Iacobus Wilhelmus Imhoff, Notitia S. Rom. Germanici Imperii Procerum lib. 3. cap. 18. n. 5.

Vel ob Emblema Prussiæ, ut inquit al-
35. legatus Comes in Koden Sapieha, in antedicto Corollario, verbo Teutonicus.

Hanc Crucem magnus Magister defert
36. ante pectus extensam, ad genua defluentem, ut videre est in Imaginibus magni Magistri hujus Ordinis affabrè cœlatis, quasque exhibent d. Abbas Justinianus d. par. seconda cap. 33. pag. 477. Collector Gallus in allegata Historia Ordinum Equestr. tom. 3. pag. 6. d. Pater Bonannus d. n. 118.

Ob præfatæ Crucis delationem hic idem
37. Teutonicorum Ordo dictus fuit, & à Scriptoribus nuncupatus Ordo Crucigerorum: d. Iacobus Wilhelmus Imhoff d. lib. 3. cap 18. n. 6., & allegatus supra Comes in Koden Sapieha: prælaudatus Duellius par. pr. sect. 2. pag. 110.

Utunturque quidem Teutonici Equites
38. Pallio albo, quod illis fuisse concessum

sum ab eodem Cœlestino III. tradit *d. Petrus Dusburgen.* relat. à *Duellio* ubi supra *pag.* 5. sed advertit idem, Pallium album vere non fuisse Ordini concessum à Cœlestino, cum adsit Epistola Innocentii III., quam refert idem *Duellius*, in qua, instantibus Equitibus Ordinis Templariorum, & exponentibus, quod eis fuerit ab Apostolica Sede concessum, ut in Religionis signum Militiæ Templi albis Palliis uterentur, inhibetur Teutonicis, qui paulo ante alba Pallia portare cœperant, ne eadem Pallia alba deferant, sicque patet, neutiquam Teutonicorum Equitum vestem fuisse, ut erronee nonnulli scripsere, quos refert *Duellius pag.* 6. *sub litt. Q. in Annot.* solumque successivis temporibus permissum illis fuisse, juxta tenorem antiquissimorum Statutorum, de quibus idem *Duellius pag.* 7.

Sicque hodie Equites Milites, dum ad Mensam Domini accedunt, dum statis festorum suorum diebus in Templis comparent, & dum Ordinis causa propalam conveniunt, pallio albo (quod suras lambat, neque ex serico sit) cui nigri coloris Crux ex panno attalico argento fimbriata assuta est, vestiuntur, ut totidem verbis prosequitur idem *Duellius in d. Historia Ordinis Teutonici par. pr. sect.* 2. *pag.* 7.

Figuras tum simplicis Equitis Militis, tum Ecclesiastici & demum magni Magistri cum suis respective Vestibus, Crucibusque Teutonici Ordinis, videre poteris expressas apud allegatos *Abbatem Iustinianum par. secun. cap.* 32. *d. Patrem Bonannum n.* 118., *& Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 96.

Novam hanc Equestrem Teutonicorum
39. Religionem Pontificia auctoritate
erectam, ipse Henricus VI. Imperator Cæsareo Diplomate cumulavit, quippe Fratri suo Friderico auctoritatem tribuit Equites inaugurandi: *Pater Schreiber lib.* 1. *Annal. cap.* 16.

Unde post allatam Pontificiam novi Ordinis confirmationem, & Imperatoris largitionem, quamplures viri ex illustribus Germanorum Familiis, ut eundem recipi flexis genibus postulantes, à Patriarcha Hierosolymitano, prævia dictorum trium Votorum emissione, albis Palliis, quibus Crux nigra assuta erat, fuerunt induti, & eorum primus à Rege Hierosolymitano, secundus à Duce Friderico, cæteri demum ab aliis Christiani Exercitus Principibus fuerunt Equites inaugurati, ut Monumenta testantur. Quod Privilegium devenit ad omnes, tum supremos, tum Provinciales Ordinis Teutonici Magistros. Et non solum ipsi, sed & Provinciales, aliique Commendatores, de eorum auctoritate, ac licentia, ad instar Regum, & Cæsarum, pro dicto effectu, facultate pollent Equites inaugurandi.

Institutus fuit hic Ordo Militaris pro
40. sola Natione Teutonica, ita ut
nullus admittatur, qui Teutonicus non sit, vel aliquem extraneum Progenitorem habuerit usque ad quartum gradum inclusive: *d. Pater Honoratus pag.* 259., ac alii inferius allegandi.

Profecto sub Germaniæ denominatione
41. comprehenduntur illæ omnes Provinciæ, & Regna, quibus Germanicum constituitur Imperium, iisdemque Legibus, & moribus utuntur, atque in decem, ut vocant Circulos, dividuntur. *Rot Dec.* 994., *n.* 3., *&* 4. *cor. Lancetta.*

Juxta Geographicorum Testimonia Sac.
Rota procedit in judicando, sub cu-
42. jus Dominio stet aliqua Natio, iisdemque Geographicorum dictis plurimum

rimum defert, ut protestatur cœteris adductis in *d. Decis. 994. n. 6. coram Lancetta*.

43. Geographi autem dividunt Germaniam in superiorem, & inferiorem, ut videre est apud *Guilielmum Blaeu in illius Atlante Magno par. secunda tit. Germania hodierna, vers Bohemia: Ludovicum Passaronum in Directorio Geographico sub cap. 5. dell' Alemagna, & cum ipsis Rot. Decis. 994. n. 7. cor. Lancetta*.

44. Hinc Bohemiæ Regnum inter Status Superioris Germaniæ ponitur, teste *Ludovico Passarono in Director. Geographico sub cap 5. dell'Alemagna: l' Acroix in Nova Methodo Universalis Geographiæ addiscendæ tom. 4. cap. 6. in Prohem.* quos sequitur etiam *Rot. d. Decis. 994. n. 8. cor. Lancetta & Dec.* 1088. *n.* 2.

Idemque Bohemiæ Regnum connumerari inter principaliores Status Germaniæ, constat ex inspectis Mappis Geographicis, ac quod sita est in centro Germaniæ ex omni fere parte aliis circumdata Statibus, qui procul dubio partes sunt Germaniæ. Rursus notorium est, quod inter Sacri Romani Imperii Electores locum obtinent Bohemiæ Reges, ut cum Geographicis Auctoribus notat *d. Decis. 994. à num. 5. cum seqq cor. Lancetta*.

45. Idcirco sub legato facto Germanis, veniunt etiam Bohemi: *Rot. d. Dec. 994. & Dec.* 1088. *n. 1. cor. Lancetta*.

46. An autem comprehendantur etiam Helvetii in tali Legato, non est examinandum punctum sub sola intelligentia vocabuli de Germania, cum Geographi Helvetios in superiori Germania ponant, sed perpendenda est Testatoris Mens, ipsaque attendenda, etiam si deflectendum esset à propria verborum significatione, ut dixit *Rot. Decis.* 1088. *n. 3., & seqq. cor. Lancetta, confirm. Dec.* 1089. *n 3. & seqq. cor. eod. Lancetta*.

47. Unde si ex. gr. in tali Collegio adfuissent etiam adscripti Helvetii, Flandri, & Testator Germanus dixit relinquere Legatum illis *de Germania*, dicendum est, Testatorem vocasse solum veros Germanos, non autem Helvetios, & Flandros: si enim voluisset illos includere, nulla facta distinctione legasset generaliter Confratribus: *d. Decis.* 1088. *à n. 6. cum seqq. coram Lancetta*, ubi enumerat alias peculiares considerationes pro limitatione Legati favore solius veræ Nationis Germanicæ, nempe quod Testator erat ex Civitate Bambergæ, & sic verus Germanus, & quod dum viveret Eleemosinas quasdam solis veris Germanis distribuebat, & in confirmatoria *Dec.* 1089. *n. 4. cum seqq. cor. Lancetta*.

48. Duo hic annotamus. Primo, quod sub anno 1238. huic Teutonicorum Religioni alias unitus fuit Ordo JESU CHRISTI in Livonia Equitum Ensiferorum, de quo Ordine, dictaque Unione late egimus in peculiari nostro Discursu super dictis Equitibus Ensiferis; *Et est Discursus* 87. *tom. 1. par. pr. pag. 19. hujus nostri Armamentarii*.

49. Secundo, quod cum circa annum 1289. ad tollendum de medio simultates, in maximum Christianæ Reipublicæ præjudicium Hierosolymitanos inter, & Templarios Equites subortas, Summo Pontifici Nicolao IV. propositum fuerit temperamentum, redigendi in unam prædictas duas Militares Religiones, & super hoc placuerit Summo Pontifici Archiepiscoporum, etiam cum suis Suffraganeis sensum exquirere. Otho Vicecomes Mediolani Archiepiscopus, Suffraganeorum suorum Voto retulit Pontifici, non

solum

solum dictarum duarum Militarium Religionum laudabilem esse Unionem, sed & insimul posse uniri Teutonicorum quoque Ordinem; itaut ex tribus Religionibus unica confi ceretur Religio, sub unico militans magno Magistro, juxta seriem Narrationis, quam adduximus in *Discursu de Hierosolymitana Religione*; quod tamen temperamentum infectum remansit.

Constat autem hæc Religio tribus gra-
50. dibus Personarum, Equitibus nempe Militibus, iisque Nobilibus Germanis, Clericis, ac Servientibus. De Nobilibus notat *Baron. tom.* 12. *de año Christi* 1198. *n.* 2. *Petrus de Dusburg. in Chronic. Prussia par. pr. cap.* 1.

De Clericis, ac Capellanis notat etiam
51. *d. Petrus de Dusburg. in Chronica Prussia par. pr. cap.* 1.

Et constat in Statutis veteribus ipsorum Teutonicorum, quæ habentur recol-
52. lecta in *Miscellanea ejusdem Raymundi Duellii impress. Augustæ Vind.*, *& Gracii Typis Philippi*, *& Joannis Vesth Fratrum anno* 1714. *sub Titulo Debita, seu Statuta Equitum Teutonicorum. Ex Codice San Dorotheano à pag.* 12. *sub. litt.* D. *cum seqq. usque ad* 64., *& pag.* 14. *d. Justinianus d. par. secunda cap.* 32. *pag.* 475.

Nova Statuta edidit Lunicipius, de quo meminit *d. Duellius*.

Et demum de Servientibus, de quibus
53. mentio habetur in Statutis veteribus *cap.* 30. de immobilitate Regulæ *n.* 52. ibi Unum Fratrem Sariandum.

Quæ Statuta vetera impressa sunt in Miscellanea apud *Duellium pag.* 54. ubi idem *Duellius in Annot. sub litt. M.* subdit - Sariandus, idem, nisi fallimur, quod Serviens, quod nomen in Ordinibus Militaribus illis proprium fuisse ait *Du Fresne* (*in Glos. verbo Servientes*) qui non ex genere Militari, vel Nobili in eo Ordine militabant.

Fuerunt autem præterea Sorores quoque
54. Ordinis Teutonici; nam in Codice *Ch. Bibil. Regiomon* fit mentio Mulieris Professę Sanctę Marię Teutonicorum &c. Vide *Artkonoch in Differ.* 19. *de variis Reb. Pruss. pag.* 424. *&* 430. de quibus meminit *d. Raymundus Duellius Histor. Ordin. Teutonic. par. pr. sect.* 6. *pag.* 24. *in Annot. sub lit. R.*

Cum ergo tribus Gradibus Personarum ex Natione Teutonica conflετur Militaris hæc Religio, diversimode tamen fieri debent Probationes pro illius admissione ad eandem.

Siquidem debent Milites esse sanguine
55. Nobiles: *Sansovin. della Origine de Cavalieri lib.* 2. §. *Cavalieri Teutonici della Germania pag.* 40. *juxta impressionem Venetam anno* 1570. *Pater Mendo de Ordin. Militar. Disq.* 1. *quæst.* 2. § 9. *n.* 31. Volumen, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo tom.* 4. *impress. Venetiis Typis Sebastiani Coleti*, *& Jo. Malachin anno* 1720. *pag.* 267. Itaut ad Ordinem Teutonicorum in dicto Gradu Militis nemini pateat aditus, nisi Nobili genere prognato, quique fidem suæ Prosapiæ tam Paternę, quam Maternæ sexdecim Progenitorum legitima demonstratione fecerit, juxta verba *Jacobi Wilhelmi Imhoff in Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum cap.* 18. *n.* 22. *pag.* 64. quem refert *Raymundus Duellius in d. Historia Ordin. Teutonici in Littera ad Lectorem Benevolum.* De eadem Nobilitate Germanica per sexdecim latera, fuse agit *Pater Honoratus Carmelita Excalceatus lib.* 2. *Differt.* 1. *art.* 4.

Pro cœteris duobus Gradibus Persona-
56. rum sufficit Natalium Honestas per aliquot gradus, & respective morum probitas

probitas in Sacerdotibus. Generaliter autem, quicumque in Equestrem hunc Ordinem cooptari gestit, adeat oportet Archicommendatorem illius Bajulivæ, in quam recipi cupit, desideriaque sua verbis demissis eidem exponit, & Voti compos effectus, debet Tyrocinium facere, ut totidem verbis inquit *d. Jacobus Wilhelmus Imhoff d. n. 22.*

Sed ut clarius, juxta prænotatam triplicem distinctionem Personarum, in contingentia casus practica Instructio ad manus habeatur, dicimus

Quod si aliquis cupit admitti ad hunc
57. excelsum Ordinem Teutonicum in gradu Equitis Militis, juxta Statutorum Ordinis dispositionem, quam hic compendiarie referemus, juxta Narrationem Nobis e Civitate Viennæ in Austria transmissam, debet Primo se personaliter præsentare coram Capitulo illius Bajulivatus, in quo pedem figere intendit. Quod si consensu Capituli, aut aliis relevantibus Negotiis impeditus, se sistere non possit, debet humillime comparere coram magno Magistro, vel coram Commendatore memorati Bajulivatus, aut saltem coram aliquibus illius Bajulivatus membris, ut ostendat nullo externo Membrorum Corporis Vitio laborare, vel sensuum, atque rationis Ordinis adverso defectu præpeditum.

Secundo docere debet, quod à sexdecim lateribus majoribus suis Equestris, & Collegialis conditionis pervetusta Prosapia, atque Nobilitate, & quidem ex sanguine Germanico oriundus sit, octo nimirum à Paterna, & octo à parte Materna.

In quem finem, duo in Pergameno exarata Schemata Genealogica producenda sunt; quorum primum penes Bajulivatum, quem petit, permaneat, alterum vero ad excelsi Ordinis Equestris Teutonici Archivium principale *Mergentheimum* transmittatur. Adesse debent in omnibus, tum ipsius Prætendentis, tum singulorum sexdecim laterum, idest Familiarum, in suprema Scuti area picta Insignia, & delineata cum Clypeo, Galea, Cimeliis, Opertorio, seu Buccula, colorum pariter distinctione, prout unaquæque Familia utitur, simulque nomina Baptismalia adscripta esse debent.

Tertio. Prædictis Genealogicis Stemmatibus addi debent Prætendentis Aviæ Maternę Parentes, eorundem Stemmata apprime expressa, & concludenter justificata, cunctaque fide dignis Documentis comprobata, itaut se ex designatis Prosapiis vere descendere, nullamque exteram, aut alienam Familiam allegasse constet. Pariter, quod omnium horum sexdecim laterum, seu Familiarum, vetus, illustris Equestris, & Collegialis conditionis progenies sit, & ex tali Stirpe Nobili sanguinis Germanici descendat. Exposita super prædictis omnibus, & singulis distinctim Narratione cum suis Summariis, succincte demonstrantibus, & comprobantibus genuinam de Gente in Gentem Descendentiam, juxta inferius explicanda.

Quarto. Documenta hæc probatoria, tum de Origine Equestri Teutonica, tum de vera Descendentia, esse poterunt Contractus authentici Matrimoniales, Testamenta, partitionis Feudorum, atque Auctorisationis Litteræ, Testimonia de perfunctis Officiis Nobilibus, Servitiis, Conventicnibus, aliisque Attestationibus Originalibus, sine partialitate Nobilium Collegiatorum, & Personarum data, Lapides, monumenta, Orbiculi, Tapetes, & similes cartæ, Tabulæ, ex quibus Insignia Nobilis Equestris Originis, aliaque infallibilis Descendentiæ inditia videri pos-

 sunt

possunt, & Domini Jurantes tantam Informationem accipiant, quod Juramentum Scientiæ, vel credulitatis actu deponere possint, & debeant, eo quod aliter non sciant, quam in quantum antecedens collecta Informatio, & vera Documentatio probant.

Profecto, quoad hactenus recensita, probare prætendens, eo majori certitudini, & verificationi studere debet, quo rigorosiores pœnas, nominatim infamem exclusionem, excelsus Ordo Equestris Teutonicus, contra allegantes Agnatos exteros, & tali modo obreptitio Ordinem ingredi volentes, sanciat.

Quinto. Idem Prætendens debet fideli testimonio probare, vigesimum quartum annum agere, vel expleto Novitiatu, ad illam ætatem pertingere, & quinquagesimum non transegisse, alias nec ad Novitiatum, nec in Religionem admittitur.

Sexto. Cum subinde casus detur, quod vel auctis Censibus, bonis, vel aliis rationibus Familia Nobilis Insignia propria mutet, ex quorum permutatione facile contingere poterit, quod in Schemate Genealogico unius, ejusdemque Familiæ duo diversa Insignia se præsentent; tunc Prætendens, in cujus Stemmate Genealogico permutatio, datur quam primum justificare debet, rationem allegando, & causam, ob quam, & cur, & quomodo Insignia mutata sunt, cum necessariis Documentis, itaut mutatione non atenta, eadem vetus antiqua Prosapia permaneat, ne alioquin in examine animadvertatur, siquidem postmodum causa absque Documentatis, molesta temporis jactura produci debebit.

Septimo. Equestris hujus, ac Collegiatæ Originis, authenticis à Cathedralibus, aut Collegiis Equestribus Testimonialibus allatis Tabulis cum clausula loco Juramenti, Probatio facta, licet optima sit, attamen, si talis habenda non foret, aliarum egregium fidarum Personarum, & notorum Equestris conditionis Nobilium attestata admittuntur, ac Testimonia hujusmodi particularia, cum clausula de Juramento instructa esse debent, quod nimirum testantes fidem datam, omnibus viribus, loco Juramenti, manutenebunt, & firmabunt.

Octavo. Eodem modo probatur Filiatio, quæ regulariter quidem per Documenta litteraria fieri debet. Si vero talia haberi non possunt, sed solummodo fide dignis firmanda sit Testimoniis, necessitas postulet, Attestantes debent Causam suę Scientiæ allegare, quod nimirum Personas noverint, aut ab illorum Parentibus, & aliis veris Hominibus ita intellexerint, quod res notoria sit, vel quod in Documentis, libris authenticis, nec non Historiis &c. legerint, viderint, & audierint, illudque pro rato, & vero confirment: etenim absque tali annectenda causæ scientia, omnimode incredibile videtur, rem aliquam testari, quæ centum, & amplius ab hinc annis gesta, quemadmodum tertia, & quarta Generatio, Seculum integrum, etiam cum dimidio Seculo præsupponit, proinde difficile est super talia Testimonium habere.

Nono. Si demum (non habita ratione allatarum hujusmodi Probationum) excelsus Ordo Equestris Teutonicus, unum, aut alterum minus probabile reperiat, & redintegrationem, sive meliorationem desideret, aut propter Insignia necessarias indagationes instituat, Prætendens minime indignabundus renuat, sed desideratam elucidationem, omni quo potest moderata-

deramine, & discretione præstet, exinde ostendens, se non immoderato, sed precatorio, & honesto modo complecti Ordinem velle.

Decimo. Prærequiritur Prætendentem, tribus si possibile sit, Expeditionibus Bellicis contra Christiani nominis Hostem Capitalem, aut alios Infideles, vel etiam data occasione ad minimum Bello justo, neque Imperatori, neque Romano Imperio inferibili, unde Novitiatus inchoationem interfuisse, vel cum tres tales Bellicas Expeditiones, Pacis tempore finire non valeat, pro adimpletione excelsi Ordinis Teutonici, aliam clementissimam jussionem specialem, vel secundum temporis opportunitatem, post Novitiatum, & creationem in Equitem dispensationem sibi efficiet.

Undecimo. Integer ei annus Novitiatus, absque ulla carentia, & quidem anni dimidium apud Commendantem temporaneum, alterum vero dimidium, in excelsi Ordinis Equestris Teutonicii Domini magni Magistri Curia, aut illius Residentia Mergenthemi, qui locus illi assignabitur, adimplendus est.

Duodecimo. Ante Novitiatus ingressum, titulo receptionis, mille Imperiales ante Investituram, vel creationem Equitis, centum nummi aurei, sive ducentum Statutorum titulo, centum pro exornatione, & Equis ducentum pariter Imperiales Titulo Convictus pretii, dimidia pars Mergenthemi, seu in Curia, altera in Bajulivatu, citra intermissionem exsolvenda illi sunt.

Decimotertio. Novo Ordinis Pallio Cruce aurea cum triplici funiculo nigro, suoque ex ligno sculpto, coloribus convenientibus illustrato, insigni, aliisque ad creationem Equestrem necessariis Requisitis se muniet.

Decimoquarto. In Equestri creatione adhibendos Jurantes Equestri, & nobili Prosapia oriundos, libere, & ad hunc actum rogandos Hospites, illorumque Famulos, in loco Investituræ suo sumptu alimentabit.

Decimo quinto. Extradendas consueta usuvales proprias de Ordinis conformi Qualificatione Parentes, sive Proximiores, Amici, seu Agnati signabunt, ut exinde cavendo excelsum Ordinem tutum reddant, ne Prætendens in detrimentum, sive excelsi Ordinis præjudicium, æs alienum contrahere poterit, neque valebit.

Quemadmodum singuli præscripti Articuli non nisi necessaria, & nullo modo omittenda Requisita continent, sic quivis admitti Prætendens ad excelsum Ordinem Equestrem Teutonicum, Primordialiter eadem bene ponderare, simulque probare sciet, an, & quomodo receptionem sperare audeat, ne molestis exceptionibus, quibus cuilibet excelsus Ordo parcere exoptat, se exponat.

Sequitur Formula, quomodo supradicta sub numero tertio annotata deductio, sive Instructio de Schematum Genealogicorum Documentationibus instrui debeant, succinta Deductio, seu Informatio.

Schemata Genealogica ab NN: Prætendente admitti in excelso Ordine Equestri Teutonico producta, quo Prætendentis ætas, æque ac Filiatio, & genuina Descendentia de Generatione in Generationem, omnium pariter, & singulorum antesignatorum Agnatorum emendata Equestris Origo, & collegialis convenientia patet.

Quod Prætendens natu Nobilis, atque vigesimum ætatis annum attigerit, vel ante Professionem adimpleat, & quinquagesimum necdum transgres-

sus sit, documentat Scheda Baptismalis, sub *n.* 1. Ex qua videre est, qui in primis fuerint suus Parens, & Mater, & quod in legitimo Matrimonio invicem cohabitaverint, declarat extractus Vidimatus Pactorum Matrimonialium de anno .... sub n. 2. Ex quibus porro patet, quod prætendentis Avus, & Avia Paterna fuerint NN:, & NN: non minus extat per copiam *sub n.* 3. *lib* 9. *Pactorum* Matrimonialium, vel Partitionis, aut Conventionis litterarum. Quod Prętendentis Abavus, & Abavia Paterna obtinuerint nomina NN:, & NN: Quem Abauum Paternum ab NN:, & NN. dicti Prætendentis Atavi Patre, & Matre progenitum. Ulterius *sub n.* 4. adiuncta Pacta Matrimonialia, aut hoc Testimonium, vel emptionis Instrumenta confirmant, prout nimirum Prætendens ejusmodi certificationes producere poterit.

Porro quod Prętendentis Avia Paterna ab NN:, & NN: nata sit, demonstrat Adiunctum *sub n.* 5., & annexum *sub n.* 6. Atque, quod mox mentionatus NN:, ab NN:, & NN: immediate descendat, testatur *d. n.* 7. Tandem, quod Prætendentis Parentis Avia Materna ab NN: *n.* 8. & NN: *n.* 8. progenita sit, verificatur per adiunctum *n.* 8. Ex quo vera Descendentia, atque Genuina Filiatio à Paterna parte reperienda, sufficienter Documentata erit. Quantum ad partem Maternam attinet, ex supradictis jam jam lineæ Paternæ Litteris Baptismalibus, pactisque Matrimonialibus ostensum est, quod Prætendentis Parens fuerit NN: *n.* 4. cujus Pater, & Mater Prætendentis, Avus, & Avia Materna NN: *n.* 10. sortiti sunt nomina Maternus Abavus, atque Abavia erant, adiuncto Documento *n.* 11. NN:, & NN. Proinde Abavus, & Abavia lineæ Maternæ descenderunt ab NN:, & sic porro finaliter, quod NN: ab NN:, & NN: sexdecim progenita sit verificatur. Quo pariter data, & allegata Descendentia lineæ Maternæ edocta est.

Quo ad Originem Equestrem, & æquiparationem Collegialem majorum Agnatorum Paternorum, Documentis, & Attestatis *sub n.* 12. satisfactum est, atque eadem, & ex linea Materna adiunctis *sub n.* 13. demonstratur, ex quibus insimul sumptis Testimoniis pariter verificatur Agnatos majores Sacri Romani Imperii Nationis Alemanicæ possessionatas Nobiles Prosapias fuisse.

Notandum, ut eo facilius intelligatur, quid in Deductione *n.* 1., *& seqq.* sibi velint, declaratur à sequenti Paterno, & Materno Stemate Genealogico, & quomodo in pręsenti Formulario Nominum loco, duo tantum litterę NN:, & una Cifrarum denominata sit, quod pro aliquali Indagatione habetur. Sic à contrario in extrahenda deductione, semper Baptismale, & Cognomen exprimitur, prout Schematis Genealogici exarator ipsemet instituere, atque præsentia Documenta, secundum qualitatem calculari, vel in repetitionis casum eundem numerum sæpius allegare, non minus illud observare sciet, quod ratione Insignium mutationis superius Articulo 6. dictum est.

Cupiens admitti in Classe Sacerdotum, non tenetur Probationes illas conficere, quoad Nobilitatem Prosapię, quas, ut supra diximus, conficere debent illi, qui in gradu Militis recipiuntur, sed sufficit, quod Sacerdotes instituendi in Parochiis, sint Vitæ honestę, & exemplaris, bonæ insuper famę Viri, ut eligantur in Parochos

rochos, Capellanos, atque Abbates à magnis Commendatoribus talis Bajulivatus.

Demum admitti cupiens in Gradu Servientis Armorum, vulgo *Servienti d' Arme*, requiritur, ut Testes, & literas adducat comprobantes, illum à quarta saltem Generatione honestæ Familiæ extra Statum Municipalem natos esse.

In confirmationem porro eorum, quæ recensuimus supra nunc, *Sectione* II. præsentis Discursus per extensum adducimus Statuta ipsa, quæ ex Germania Nobis transmissa fuerunt, quæ quæ Exteris, licet rarissime communicentur, per summum tamen favorem nostras ad manus pervenere. Ac pro majori dilucidatione hìc notamus, Arborem Stematologicam, quę confici debet à Prætendente admitti ad hunc Teutonicum Equestem Ordinem in Gradu Militis, exponi graphice à *Duellio*, qui hujusmodi Arborum Stemmatologicarum viginti quatuor Tabulas prodit Insignium quarumdam Familiarum Teutonicarum, optime dispositas, easque refert sæpe laudatus *Raymundus Duellius Historia Ordinis Teutonici par. quarta*.

Arbor igitur Stemmatologica sic effor-
58. mata, recognosci poterit apud *dic. Duellium*.

Probationibus super generosa Nobilitate
59. peractis, juxta modum, & formam à Statutis præscriptum, ac postquam eædem fuerunt admissæ, ac pro ritè, & rectè factis recognitæ, ut in præsenti Discursu ostendimus, Candidatus profiteri intendens in Teutonica Religione, Tyrocinium subire debet, hoc est Novitiatum. Hic porrò duplex est, prius scilicet apud Archicomendatorem, posterius apud Supremum Magistrum: singulo Semestre temporis spatium præscriptum est, quod tandem quandoque, e singulari Superiorum gratia minuitur, ut totidem verbis scriptum reliquit sæpe allegatus *Jacobus Wilhelmus Imhoff in Notitia Sacri Romani Germanici Imperii lib. 3. cap. 18. n. 23.*

Unde Tyrocinium hoc substantialiter ab
60. arbitrio magni Magistri pendet; Magnus quippe Magister Commendatori dicti Ordinis Novitium assignat, ut unius, vel duorum, aut trium annorum spatio apud eundem Commendatorem moretur, sub quo ut Hospes vivit, more Germanię.

Expleto laudabiliter Novitiatu, Novitius armatur Miles, Ritu antiquo admittitur ad Habitum, & solemnem Religionis Professionem, & pluribus cœremoniis ab ipso Magistro, sive Archicomendatore, Equestri Ordine insignitur hoc modo. Statuta siquidem
61. die cum duobus Testibus assistentibus, qui neque ex numero Equitum sunt, coram Principe, vel Archicommendatore, Equitum Choro præsente comparet, & denuo flexis genibus voce supplici obsecrare tenetur, ut in Ordinem adoptetur hac quadam formula - *Obsecro per Deum, & Mariam Sanctissimam Matrem Dei, perque Anima mea salutem, ut in inclytum Teutonicorum Ordinem Equitum recipiar*.

Certiorque à Brabeuta (Brabeutæ
62. autem dicuntur à Græcis Judices spectaculorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium] factus de Fratrum assensu, & favore, ipse Candidatus, binique ejus assistentes conceptis verbis Sacramentum dicunt, exhibitis prius litteris obligatoriis versus Ordinem membranæ inscriptis, & tum Candidati, tum Testium Chirographo, ac Sigillo signatis, una cum Schemate progonologico, nec non particulari Tabula, qua

Can-

63. Candidatus fidem suam obstringit, se absque venia, atque indultu Principis, nunquam Ordini abdicaturum, neque ulla Papali dispensatione, ea in re usurum. Ad hæc Candidatus, frequenti, ac decoro comitatu in Templum, indeque in Sacrarium stipatus assistentibus suis, & aliquot Equitibus, deducitur. Pamoplia induitur, indeque egressus Rosarium manu gestans, sequentibus eum à tergo sæpedictis Testibus, quorum alter Togam candidam Equestrem cum Cruce aurea, & Calcaribus eodem metallo obductis, fert: in loco medio, paucis ab Altare majore passibus remoto sistitur: Assistentes vero ad utrumque Altaris cornu pedem figunt; tum Missa inchoatur, Hymnusque *Veni Sancte Spiritus &c.* canitur. Durante autem Offertorio, Clypeus, Toga, Crux, & Calcaria à Cœremoniario, ex Assistentium manibus accepta, Altari ad cornu Evangelii imponuntur, quæ postea ad modulationem peculiarum precum, ut & ipse Candidatus, benedicuntur, thurificantur, nec non aqua lustrali asperguntur. Hoc facto, Gladius cum Vagina, ac Cingulo, à Cœremoniario cuidam ex Equitibus de Altari porriguntur, qui Candidatum eo accingit: dein cantato Hymno *Veni Sancte Spiritus &c.* quem Brabeuta, Equitesque flexis genibus prosequuntur, Magister, vel Archicommendator, e loco, quem statim sub initium occupare solet, versus Candidatum progreditur, strictoque illius gladio, eum Altare versus demisso corpore protendit, dein Candidati Galeam ictu ter repetito ferit, dicta Familiari formula: In honorem Dei, S. Mariæ, & Sancti Georgii.

Hoc peracto, Brabeuta in locum, à quo
64. secesserunt, revertitur: ex Equitibus vero quidam, acceptis à Cœremoniario Calcaribus, ea pedibus Candidati adaptat, eumque comitantibus cæteris, in Sacrarium reducit, ubi Pamoplia deposita, cumque priore vestimento commutata, consuetum prope Altare locum repetit, ac dum Hymnus *Veni Sancte Spiritus &c.* Nec non Litania psallitur, humi pronus brachiis expansis procumbit, finitoque cantu, ab Equite proximo manu porrecta sublatus, ac seculari Pallio exutus, propius ad Altare accedit, & à Sacerdote Togam candidam, & Crucem Equestrem, vultu, & corpore ad humilitatem composito, accipit, hæc illo pronunciante verba - *Ecce Crucem istam damus tibi, pro omnibus peccatis tuis, & si servas illa, quæ promisisti, facimus te securum vitæ æternæ.* Inde in priorem se recipit locum novus Eques, actisque demum & transactis omnibus, eodem ordine, ac comitatu, quo Templum ingressus erat, egreditur, & in Brabeutæ sui Ædes restituitur, ubi edoctus quid Cœremoniæ in Templo peractæ sibi velint, quidque significent, gratulantium Commilitonum bona verba, atque amplexus admittit, & vicissim benigne, atque affabiliter refert. Hucusque relatos Ritus desumpsimus ad litteram ex sæpe allegato *Jacobo Wilhelmo Imhoff in Notitia S. Romani Germanici Imperii Procerum lib. 3. cap. 18. n. 23.*

Vota porrò, quæ in hac Religione
65. Teutonica profitentes emittunt, sunt tria Vota substantialia, Votum scilicet perpetuæ Continentiæ, abrenunciatio propriæ voluntatis, quæ est Obedientia usque ad mortem, & tertium, quod est Votum Paupertatis, ut sine proprio vivat is, qui suscipit Habitum Religionis, ut supra notavimus in *S. Prædictamque*, & quemadmodum exprimit

exprimit Statutum vetus Ordinis Teutonici impress. in allegata *Miscellanea Raymundi Duellii impress. Augustæ Vind.*, & *Gracii Typis Philippi Martini*, & *Jo. Veith anno 1724. pag. 16.*, & *17. sub tit. Debita, seu Statuta Equitum Teutonicorum*: Ex Codice San Dorotheano *par. pr. cap. 1.* ubi subdit - *Hac enim Tria, quia substantialia sunt, adeo immobilia permanent, ut Magister Ordinis, contra hac, cum quoquam dispensandi non habeat potestatem, & uno ex horum fracto, tota fracta Religio judicatur.*

66. Posita itaque confirmatione Summi Pontificis, & trium Votorum substantialium emissione, de plano sequitur, hunc Teutonicorum Ordinem esse veram Militarem Equestremque Religionem, dicto triplici Hominum gradu constantem. In qua Religione Domi, forisque Belli, Pacisque temporibus, arctum Vitæ genus ducebatur, ut recognosci potest in veteribus Statutis relatis in præallegata *Miscellanea Raymundi Duellii*: unde in *par. tertia sub cap. 30. pag 33.* cautum legitur, quod *Nullus Fratrum sanus, in Domo Culcitra plumea dormiat sine licentia, nisi Hospites, vel Infirmi*: *Collector Historiæ Gallico Idiomate sub titulo Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers tom. 3. §. 37. pag. 165. cum seqq.*

67. Qui tamen Statutorum rigores, & austeritates, temporum mutatione, Personarum qualitate pensata, quodque jam humana corpora ad vires minus firmas rediguntur, relaxatæ sunt, ac imminutæ cum firmis remanentibus substantialibus Ordinis, quæ inconcussa manent; in cæteris aliis Statutariis dispositionibus Magister dispensandi polleat auctoritate. Sicque hodie in lecto Teutonici, prout cæteri, dormiunt: in quo proposito non defuit, qui lepide ait, posse etiam asseri, quod de præsenti quoque in fœno dormiant, quin imo omnes dormiamus, per incongruam accomodationem Scripturæ sensus, detorquendo illud Prophetæ dictum: *Omnis caro fœnum.*

68. Et quoad dicta tria substantialia Religionis, Castitatis nempe, Paupertatis, & Obedientiæ Vota religiosissime servabantur, cautumque proinde fuit, respectu Voti Castitatis, illiusque custodiæ, ut Equites ab omni Mulierum, præcipue iuvenum conversatio, ne abstinerent, nec illis, etiam salutationis gratia, propriam osculari Matrem. Quoad Paupertatis Votum, hoc ita arcte servabatur, ut nihil proprii, nisi cum magni Magistri, vel alterius Superioris licentia retinerent: fas proinde eisdem non erat in cubiculo ullam Capsam cum clave retinere, & cuncta quæ possidebant, nomine Ordinis, vel Capituli retinebant, atque etiam ut Pauperibus, vel Ægrotis, sive Confratribus indigentibus, eorundem Cubicula semper aperta stare deberent. Scribunt Auctores, quod eorum primus magnus Magister injunxit, ut quotidie de die, ac de nocte bis centum Orationes Dominicales, & Simbolum Apostolorum cum Salutatione Angelica recitarent. Eorum tamen Regula tot preces non præscribebat. In eorum Lectis, ut supra tetigimus, non retinebant nisi simplices Paleas, atque dormiebant, ut Nos dicimus, *Al Pagliajo*, *dormir sulla Paglia*: *d. Collector Gallus tom. 3. pag. 165. cum seqq.*

69. Cum Habitum accipiunt dicti Milites armantur Equites, eo modo quo faciunt Melitenses.

DIS-

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEVTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. II.

Secunda hæc Sectio Argumento, & Summario non indiget; refert enim per extensum seriem omnium Statutorum Ordinis Teutonici, quæ per summum favorem ex Germania in manus nostras devenerunt, quæque integra ad litteram in tota hac Sectione impressioni mandamus.

DE ORIGINE, INCREMENTO, ET CONFIRMATIONE ORDINIS FRATRUM DE DOMO TEVTONICA DOMINÆ NOSTRÆ HIEROSOLYMITANA.

IN Nomine Sanctiss., Individuæ Trinitatis, Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti, notum sit singulis, & sciant omnes, quomodo ortus sit, & à quo, & quo pacto Ordo S. Mariæ Domus Teutonicæ Hierosolymitanæ post Nativitatem D. N. millesimo centesimo nonagesimo anno. Illa tempestate temporum, cum Acris à Christianis obsessa, de manibus Infidelium, ope divina recuperata fuerat, erant circa idem tempus in Exercitu Christiano boni quidam homines ex Bremen., & Lubecen., qui in Domini Nostri respicientes clementiam, plurimorum, quos patiebantur ægri, defectuum miseratione ducti, ordiebantur præfatum Xenodochium sub velo Navis, nomine Kocke, in quod ægrotos magna religione excipiebant. Exigui hujus exordii misertus Dux Fridericus ex Suevia, uti & Magnates alii, quorum nomina dein scripta sunt, quippe honestus Patriarcha Hierosolymitanus, ejusdemque Regni Rex Henricus, & Dux Henricus Brabantiæ, qui caput erat exercitus, & ille de Xenodochio Sancti Joannis, & Magister Templi, Archiepiscopi, ejusdemque Regni Magnates, ex quorum consilio antefatus Dux Sueviæ legatos suos trans mare ad Fratrem suum Henricum, velut tum temporis Regnantem Romanorum Imperatorem allegabat, quatenus apud Pontificem Cœlestinum pro memorati Xenodochii confirmatione intervenire vellet, ut videlicet quoad rationem Vitæ, Regulis Xenodochii Sancti Joannis; quoad Equestrem Nobilitatem vero, Ordini Templi se conformarent, atque horum amborum Ordinum vitæ ratio, & libertas eidem Xenodochio per gratiam Domini Nostri, & clementiam Summi Pontificis impertiebatur, & confirmabatur. Hæc vitæ ratio non solum ab hominibus in terra, verum & à Deo in Cœlis confirmata est: legimus enim in pervetustis codicibus, quod Abraham magnus Patriarcha pugnaret pro Fratre suo Loth, quem captivum pugnando liberavit à captivitate; in reditu obviam veniebat ei Melchisedech cum Sacrificio suo, revelatque ei Spiritus Sanctus, quomodo is, qui Summo in Ecclesia Christiana loco sedet, gerere se erga nobilitatem Equestrem, & quomodo eam per benedictionem in defensione Ecclesiæ singularibus favoribus amplecti, & Christiana dona, Indulgentiam, & Privilegia, quidque porro à bonis hominibus datur, confirmare

firmare debeat. Nobilitas hęc Equestris præcipua quoque est, quæ vixit ita, ut pro Dei, Crucis ejus ignominiosæ gloria, proque Terra Sancta, quæ Christianorum esto, gentiles autem sub jugum suum coegerunt, depugnare velit. Sanctus Joannes insuper videbat in sua Apocalypsi novos de Cœlo Equites descendere, qua visione significatur nobis, Ecclesię Christianæ Equites esse oportere, quorum sit obligatio, Ecclesię Hostes vi depellere: cui testimonio apte congruit quod tempore Moysis, & Josue inter Judęos etiam darentur Equites, prælia, quæ Deo placebant perficientes, malos enim, & reprobos Infidelesque homines, penes quos erat possessio Terrę Sanctæ, & occupatio, funditus extirparunt. Sanctus David Rex erat à Deo ipso ad Regnum, & in magnum Prophetam electus, habebat quosdam inter servos suos, quorum munus erat, ejus dumtaxat corpus custodire, omnesque illos, qui cervici Regis struerent insidias, debebant interficere; id quod figura erat, quod Dominus Deus, qui caput est Ecclesiæ, hisce etiam temporibus custodes debet habere. Recordamur etiam pugnæ laudabilissimæ Equitum, quos Machabæos appellabant, utpote quę accepta, & placens Deo erat, qui accensi zelo, & attendentes fidem suam cum Ethnicis, qui cogere volebant eos negare Deum suum, præliabantur, illosque ope Dei sui ita profligabant, ut Loca Sancta, quæ ab iis polluta erant, repurgarent, pacisque trophæum in iisdem tractibus terrę denuo erigerent. Hisce vestigiis Sanctus & Equestris Ordo Sanctæ Mariæ de Domo Teutonica institit fideliter, meruitque per hoc, quatenus pluribus iisque spectatissimis membris condecoratus fuerit, sunt enim electi Bellicosi Equites, qui amore obligationis suę, & dilectę Patriæ Hostes forti manu extirpant, & ex abundantia Charitatis Peregrinos, & Peregrinatores, unaque Pauperes suscipiunt, Leprosisque, qui decumbunt in valetudinariis, ex clementia, ardenti zelo deserviunt. Inter hac membra numerantur etiam Sacerdotes, qui digno statu gaudent, ut pacis tempore Fratres Laicos commoneant, quatenus Regulas suas servent firmiter, præterea autem Officium Divinum peragere, & Ss: Sacramenta administrare debeant; in casu pugnæ autem Fratres ad certamen accendant, admoneantque, quod etiam Deus, mortem pro ipsis in cruce oppetierit; sic custodianto utrosque sanos, & Ægros, officiumque Divinum peragunto in mansuetudine. Ea propter Summi Pontifices, Romani Imperatores, Regesque Ordinem hunc, qui pro commodo, & Ecclesię incremento se offert, læto dignanti intuitu, eundem illustrarunt, confirmarunt, multivariis Privilegiis donarunt, omnigenis immunitatibus, beneficiis, & prærogativis decorarunt, & dotarunt, in eoque Ordinis consortes splendidissimis Elogiis, velut Athletas Dei in obsequio Crucifixi ferventes, & robustos hominis Christiani, & Ecclesiæ Catholicæ pugiles, plantulamenta, & facturam Imperatorum, Milites Jesu Christi in Sanguine gloriosi Martyrii strenue dimicantes, pro Romano Imperio, & pro Domo Israel se murum exponere non reformidantes, & in proprio sanguine pallia sua rubricantes, similibusque pluribus speciosis encomiis, & inscriptionibus intitularunt.

Ad honorem Sanctiss., & individuæ Trinitatis Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti, etiamque in nomine beatissimę Virginis Mariæ Genitricis Dei Salvatoris, & Redemptoris Nostri.

NOs Maximilianus Dei gratia Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styræ, Carinthiæ, Carnię, & Wurtembergæ, Administrator magni Magisterii in Borussia, Magister Ordinis Teutonici in Germanicis, & Italicis Terris, Comes in Habsburg, & Tiroli &c. Anno à Christi Domini, & Salvatoris nostri Nativitate millesimo supra sexcentesimum sexto in Dominica Oculi, ex singulari sollicitudine, & vi incumbentis officii magni Magisterii Capitulum magnum in Domo nostra Ordinis in Mergentheim cum honestis, devotis, fidelibusque nostris Commendatoribus, & Commendatoribus, utrisque Borussicæ, & Teutonicæ originis, qui pro ratione diuturnæ consuetudinis, & usus ad hoc fuerant requisiti, indiximus celebravimusque, gratiosissime pensitantes eam esse ordinis conditionem, temporisque obversantis faciem, ut quasi impossibile sit, ut Statutis, prout littera in libris Statutorum exigit, ex toto in sisti possit; eo minus autem opus hoc attentare dubitavimus, eoquod variis in locis Statutorum doceatur, quod quilibet magnus Magister, excepta trium punctorum summa, queis præcipue Ordo fundatur, uti videlicet ratione obedientiæ præstandæ, proprii non habendi, & Castitatis servandæ, Statuta, prout necessitas, & circumstantia temporis exigit, mutandi, minuendi, aut compilandi facultate gaudeat. Ut igitur nunc personarum Ordinis conscientia eo magis in hoc salva, & secura sit, proin Nos Regularum, & Statutorum innovationem suscepimus, eademque in varia capitula, & necessarios Articulos, prout in sequentibus luculentius videre est, partiti sumus atque ordinavimus, in Deo omnipotenti confidentes, divino id ejus honori, insuperque Equitibus, Ordinisque Fratribus æternę beatitudini, bonæ in tempore famę, & demum laudabili ordini majori incremento utiliter datum iri.

Sequuntur Regula Fratrum de Domo Teutonica S. Mariæ in Hierusalem.

CAPUT I.

Quod Ordinis Equites, Fratres, & Sacerdotes emissa vota sua diligenter servare teneantur.

IN Nomine Domini Amen. Tria sunt, quæ uniuscujusque Ecclesiasticæ vitę bases sunt; idcirco omnes Fratres, qui se Ordini Teutonico S. Mariæ Hierosolymæ, ad Serviendum egenis, Fidemque Catholicam adversus Christi Hostes propugnandam dedicant, omnipotentis gratia, & ope tria hæc, quæ vota sunt Deo, seduiò observanto, castitatem nempe, obedientiam, hoc est, ut omnia, quæ à Magistro ipsis committuntur, promptè exequantur, & sine proprietatibus vivant; Deus enim puncta hæc in extremo judicio districte requiret. Quandoquidem tria hæc puncta in Domino Nostro Jesu Christo figurata, hominique ita dedito proposita sunt, utpote qui castus erat, manebatque ore, & corpore, qui patri suo obediens erat usque ad mortem, cujus magna paupertas principium sumebat in nativitate, & per omnem vitam ejus sequebatur, usque dum nostri causa Cruci affixus esset.

Quod

CAPUT II.

Quod Ordinis Regulæ, & Leges in omnibus Ordinis Domibus consonantes haberi debeant.

VOlumus, ut Regulæ Ordinis in omnibus *Balais*, & Commendis, conformiter novæ huic reformationi consonanter observentur; & quoniam nostri Ordinis Commendarum aliquot longius nimis distent, quatenus Fratres in omnibus Capitulis commode nequeant convenire, ordinamus, ut hic Ordinis liber, quem in præsens confecimus, in qualibet Ordinis Balça, uti dein sequitur, haberi debeat, ut unusquisque Ordinis consors, data occasione, & pro ratione necessitatis, consulere eundem possit, ad servandum id quod vovit. Hisce insuper, ceu magnus Magister, omnes nostri Ordinis Fratres paterne admonitos volumus, ut recordentur servare id, quod voverunt, recogitantes, quod transgressores ejusdem incidant in pœnam Dei, atque à Nobis vi officii pro meriro puniuntor. Ut vero is Ordinis liber non sub cujusque manus veniat, & à quolibet circumferatur, is à quovis cujuslibet loci Archicomendatore tutiori in loco, quod Archicommendatoris discreto judicio relinquitur, bene diligenterque custodiator, & asservator.

CAPUT III.

Quid Fratres Equites orare in dies teneantur.

UT quoque Fratres Equestres sciant, quomodo, & qua ratione preces suas debeant persolvere, ordinamus præcipimusque, quatenus unusquisque ipsorum in dies singulos ad Matutinum, & Laudes unum Credo, & novies Pater noster, & novies Ave Maria; ad Primam quinquies Pater Noster, 5. Ave Maria; ad Tertiam 5. Pater Noster, 5. Ave Maria; ad Sextam 5. Pater Noster, & 5. Ave Maria, ad Nonam 5. Pater noster, & 5. Ave Maria; ad Vesperas 7. Pater Noster 7. Ave Maria, ad Completorium 5. Pater Noster, 5. Ave Maria, & unum Credo, & pro Benefactoribus nostris 12. Pater Noster, & 12. Ave Maria orare teneantur: casu quo autem quis preces easdem negotiorum causa suo tempore peragere non posset, licebit ei unica in die vice easdem simul omnes absolvere. Siquis etiam loco precum supra specificatarum, Horas Breviarii, aut Officium B. Mariæ Virginis cum Officio Defunctorum cum uno Nocturno orare vellet, id ei permissum esto. Volumus insuper, quoties Fratres Ordinis ad Capitulum conveniunt, ut septies Pater Noster, & septies Ave Maria pro impetrandis septem donis Spiritus Sancti genuflexi, finito autem Capitulo, semel Pater Noster, & Ave Maria stantes recitent. Item Equites aliique Ordinis Fratres ante mensam semel Pater Noster, & Ave Maria oranto; post mensam bis Pater noster, & bis Ave Maria, atque Sacerdotes quavis vice preces consuetas persolvunto; Ordinamus insuper, quoties Ordinis Frater vita fungitur, ut alii Fratres pro ipsius animæ salute orare teneantur sequenti modo: Primo Sacerdotes Ordinis Sacrificium Ordinis juxta ordinationem Breviarii peragunto; Eques, aut Frater Ordinis autem centies Pater Noster, & centies Ave Maria pro Fratris sui anima recitato; nisi quis Officium Defunctorum una cum novem lectionibus loco centies Pater Noster, &

centies

centies Ave Maria orare vellet, id quod cuilibet liberum esto.

CAPUT IV.

De Jejunio Equestris Ordinis Fratrum, Ordinisque Sacerdotum.

ORdinamus etiam, quatenus nostri Ordinis Equites, aliique Ordinis Fratres sequenti forma Jejunare teneantur: primo omni die Veneris in Adventu, in Nativitate Domini, Vesperi diem Purificatæ Mariæ Virginis præcedente, & per totum tempus Quadragesimale omni septimana sex diebus. Dein Vesperi S. Mathiæ Apostoli, & Ascensionis Domini, Diebus Veneris, & Sabbathi ante Pentecosten, Vesperi S. Jo. Baptistæ, Vesperi Sanct. Petri, & Pauli, S. Jacobi, S. Laurentii, Visitationis B. M. Virginis, & Assumptionis; Vesperi S. Matthæi, Ss: Simonis, & Judæ, Omnium Sanctorum, S. Andreæ, S. Thomæ, uti omnibus quatuor temporibus die Mercurii, Veneris, & Sabbathi, prout quovis loco consuetudo esset ac usus, & Ecclesia Catholica exigit.

CAPUT V.

Quoties Fratres Equestres Sacram Sinaxim accedere debeant.

ORdinamus quoque, quatenus quilibet Ordinis Equestris Frater, saltem quater de Anno S. Dominicum Corpus sumat: ut primo in Paschate, Pentecoste, Assumptione B. Virginis Mariæ, & Nativitate Domini, atque si pro ratione occasionis commode fieri posset, in Festo Purificationis B. Virginis Mariæ, & Omnium Sanctorum non intermittatur, & ubi prædictis diebus peragi id nequiret, postmodum, ubi possibile fuerit, inter octavam, aut postea perficiatur.

CAPUT VI.

Quæ Festa Fratres Ordinis per Annum celebrare teneantur.

In

Januario. [Festum Circumcisionis.
(Festum Trium Regum.
(Fest. Conversionis S. Pauli.
Februario. (Festum Purificat. B. M. V.
(Sancti Mathiæ Apostoli.
Martio. [Annunciationis B. M. V.
Aprili. (S. Georgii Equitis, & Mart.
Majo. (Ss. Philippi, & Jacobi.
(Inventionis S. Crucis.
Junio. (S. Joannis Baptistæ.
(Ss: Petri, & Pauli.
Julio. [Visitationis B. M. V.
(S. Mariæ Magdalenæ.
[S. Jacobi Apostoli.
(S. Annæ.
Augusto. (S. Petri ad Vincula.
(S. Laurentii.
(Assumptionis B. M. V.
(S. Bartholomæi Apostoli.
(S. Jo. Bapt. Decollationis.
Septembris (Nativitatis B. M. V.
(Exaltationis S. Crucis.
(S. Matthæi Apostoli.
(S. Michaelis.
Octobri. (Ss: Simonis, & Judæ.
Novembri. (Omnium Sanctorum.
(S. Martini.
(S. Elisabethæ.
(S. Catharinæ.
(S. Andreæ.
Decembri. (S. Nicolai.
(S. Thomæ.
[Nativitatis Domini.
(S. Stephani.
[S. Joannis Evangelistæ.
(Ss: Innocentium.

Dein

Dein Festa Mobilia, velut Pascha cum duobus diebus, diem Ascensionis Domini, Pentecosten cum duobus sequentibus diebus, & Festum Corporis Christi. Præter hæc etiam alia festa, quæ ab Ecclesia Catholica pro occasione cujusque loci instituta sunt, ab iis observantor; cumque præfata Festa non omnia in foro, celebrantor tamen in Choro.

CAPUT VII.

Quem Habitum Fratres Equestres Ordinis gestare debeant.

ORdinamus insuper, quatenus in posterum nostri Fratres Ordinis, in quantum possibile, honesto habitu, & conformiter cuique habitationis suæ loco, incedere satagant, omnibus econtra coloratis vestimentis, utpote rufo *laccbrô coloris*, viridis, cœrulei, flavi, aurei coloris, quique his similes sunt clari fulgentesque colores, aureo-*Pavonini*, rosei similisque coloris, nisi fiat in campo, & itineribus, plane abstineant: ubi vero ad S. Communionem, aut Capitulum accedunt, ubi Frater Ordinis investitur, vel terræ mandatur, in Habitu Ordinis vestiuntor, prout posita sub finem figura docet, albis oblongis in manus latitudine infra genua delabentibus palliis, pariformis tertivelut albi horisii, *Panni undulati*, aut panni neque ullo modo serici. Ita quoque Crux nigra in ipsorum tam quotidianis, quam Ordinis palliis in æquali magnitudine, & forma ex nigro rasa, densaque Bombyce, albæ aureæ vittulæ inclusa gestator, Crux aurea autem in nigrum, & album fusa esto. Ut quoque inter Archicommendatores, & Commendatores, aliosque Ordinis Fratres, & Sacerdotes discrimen habeatur, annuimus hisce, quod quilibet Archicommendator Crucem tam è collo quam in pallio in majori forma gestandi facultate gaudeat; quæ omnia picturæ sub finem positæ luculente docent.

CAPUT VIII.

Quomodo se Equites Ordinis in Venationibus, & Thereuticis gerere debeant.

FRatribus illis, quibus Commendæ creditæ sunt, hisce indulgere volumus, quatenus ad conservandum Domorum suarum jus, & justitiam, venari, & thereuticem exercere valeant, eo tamen modo, ne per hoc preces suas, Officium Divinum, curasque domesticas negligant, aut in opificium venationem redigant.

CAPUT IX.

De voluptatibus Mundanis.

VOlumus insuper, omnes mundanas suspectas voluptates, quæ in Fratres detractionem causare possent, hisce interdictas.

CAPUT X.

Quomodo Fratres Ordinis in morbo tractandi sint?

SIquis Fratrum Ordinis morbo, aut infirmitate corporis à Deo affligatur, quilibet Archicommendator, & Commendator, aut quo alias transfertur, ipsi medicum, aliosque ad ei pro ratione morbi debite fideliterque deserviendum, constituere tenetor, & in his illisve de necessariis providebis, ne per negligentiam obsequii aut ministrationis necessariorum, major Ægroto

ægroto infirmitas vitæque periculum causetur; contra tenentor ægroti, consilio medici, & præscriptis in omnibus promptissime obedire: & quoniam apud hunc Ordinem, uti principium, & origo innuit, *Xenodochia* prius, quam ejusdem incorporati Equites, fuerint, unde Hospitalarii dicti, volumus in Balæis, & Domibus, in quibus Hospitalia in præsens sunt, & habentur, quatenus eadem personis egenis in eo numero, pro quo ista in quovis loco fundata, & destinata sunt, semper sufficiantur, in suo esse permaneant, neque in decrementum redigantur, pauperibus pro ratione modernæ Xenodochii facultatis, & fundationis ea, quæ in esca, & potu ipsis debentur, subministrentur, & personis ægrotantibus modo quodam meliori cibi, ut frui iis possint, indulgeantur, & porrigantur, neque in illis ad recuperandam sanitatem studio, aut immisericorditer quid negligatur; quandoquidem id discreto Archicommendatorum, & Commendatorum, aut illorum, quibus cura, & inspectio Hospitalis debetur, & competit, judicio hisce demandatum, & commissum esto; Personæ ordinis insuper præcipue recordantor, quod cum hunc ordinem primo susceperunt, præter alia, Pauperibus deservire promiserint. In Balæis, & Domibus autem, ubi Hospitalia ejusmodi non habentur, etiam absque magni Magistri authoritate, præscitu, & ordinatione singulari nulla fiunto aut eriguntor; vicissim vero pauperibus, & egenis, consuetæ per Hebdomadas eleemosinæ eo accuratius porriguntor.

CAPUT XI.

Quomodo se Sacerdotes Ordinis in persolvendis precibus suis, & Officio divino gerere debeant.

ORdinamus & volumus, quatenus Sacerdotes Ordinis studeant Officium divinum diligenter & ordinate perficere, illudque nullo tempore sine singulari magni momenti causa negligant, ut etiam suum officium divinum cantando, & legendo juxta Breviarium, & debitum ordinis compleant. Præter hoc teneantor insuper pro vivis & defunctis eo modo orare, quatenus nempe omni anno pro fratribus vivis nostri ordinis, & benefactoribus ordinis nostri decem missas, & pro Defunctis pariter decem Missas celebrent.

CAPUT XII.

Quod Sacerdotes in Officio divino conformitatem servare debeant.

VOlumus insuper, quatenus Sacerdotes Ordinis in Officio divino unam formam sequantur, & quidem juxta usum, & ordinationem Breviarii ordinis; quod si unus aut plures vero illo carerent, præsentium vigore illis usum Romani Breviarii, aut prout in cujuslibet Diœcesi usitatum est, indultum volumus.

CAPUT XIII.

De munditia Templorum.

VOlumus insuper, quatenus Fratres Sacerdotes diligentiam impendant, ut Templa Ordinis à stillantibus tectis aut pulvere parietali, aliave immunditia, vel confusa sedilium positione

tione custodiantur, sed ut decor servetur, & munditia, prout decet Religiosos.

CAPUT XIV.

Quomodo Sanctum Sacramentum, aliaque Sancti Olei, & Chrismatis vasa tractanda sint?

ORdinamus, quatenus Domini Nostri Corpus, & Vasa Chrismatis, & S. Olei pro Pueris, & Decumbentibus probe custodiantur, atque Domini Nostri Corpus omnibus saltem tribus septimanis renovetur, veteres tabellę, Corporalia, & Sacerdotalia indumenta alba serventur, & munda, itaut exterior munditia, & decor tegatur de interiori cordis puritate, & pietate. Sacerdotes autem, quibus animarum cura commissa est, ipsimet, cum fieri poterit, uti ad divites, ita ad pauperes veniunto, Sacramenta iis administraturi, ne pro divitibus judicentur parati, pauperum autem contemptores.

CAPUT XV.

Quomodo honorandi Sacerdotes?

POnimus insuper, quatenus Equites omnes, aliique Fratres honorem exhibeant Sacerdotibus ob dignitatem Ss. Ordinum, & ipsorum officium; Deus enim honoratur in illis, eo quod commembra sint Ordinis hujus, & Religiosæ vitæ, libenterque honorem Dei promoveant.

CAPUT XVI.

De Vestimentis Sacerdotum Ordinis.

VOlumus etiam, quatenus Sacerdotes in vestibus suis se gerant, quemadmodum Religiosos decet: pręter hoc volumus, ut extra templa nigras suas interiores tunicas, quarum mediocris longitudo, super quas nigram de more crucem gestando, induant: quod si vero ad officium divinum eant, oblonga nigra toga sacerdotali, desuperque consueto albo Ordinis pallio cum usitata Ordinis Cruce, cujus pallii ad calceos longitudo protendatur, sese vestiant; omnia conformiter magnitudini, longitudini, & formæ, prout in apposita figura videre licet.

CAPUT XVII.

De Collatione Parochiarum Ordinis.

VOlumus præterea, quatenus omnes Archicommendatores, qui in suis Balæis, & in incorporatis earum & demandatis Ordinis Domibus Parochias habent, per se ipsos, commendaturam autem cum eorum præscitu, bene qualificatos Ordinis Sacerdotes, modo haberi possint, prospiciant.

CAPUT XVIII.

Quomodo Archicommendatores, & Commendatores suos Ordinis Sacerdotes sustentare debeant.

QUanquam Ordo Fratribus non plusquam aquam, & panem, humilemque amictum promiserit, dareque teneatur; nihilominus ordinamus, mandamus, & volumus, quatenus Archicommendatores, & Commendatores Ordinis Sacerdotibus, & Fratribus (de Fratribus enim Equestribus postea sequetur) competentem sufficientiam cibi potusque, omnigenaque pro debito vestimenta, &

& requisita, queis egent, sine subtractu, honeste debitoque tempore subministrent, ut paratiores ii, & promptiores compareant ad Officium divinum peragendum, vitent proprietates, serventque obedientiam.

CAPUT XIX.

De Charitate, & concordia Equitum, & Fratrum Ordinis.

CHaritas, & concordia causarum princeps est, quæ status omnes totius Orbis in regimine felici, & prosperitate conservat: qua propter magni Magistri, Archicommendatores, quique alias Ordinem cum facultate mandandi habent, summo fervore eo intendunto, ut charitas, & concordia inter Equites, & Ordinis Fratres conservetur; præterquam enim quod terrestris sit prosperitas, placet quoque Omnipotenti Deo opus hoc, quod nobis in paternam hæreditatem imperando reliquit; & ubi contigerit discordiam, & dissidium gliscere inter Equites aliosque Fratres, magni Magistri, & Archicommendatores neutiquam id permittento, atque siquis bello modo se ad concordiam adduci non fineret, serio à magno Magistro ad eam compellator.

SEQUUNTUR STATUTA

Fratrum de Domo Teutonica S. Mariæ Hierosolymæ.

CAPUT I.

Quomodo is, qui venire in Ordinem cupit, pro eo instare debeat.

QUi instinctu omnipotentis propensionem cepit, committere se in laudabilem Teutonicum Equitum Ordinem, is apud Archicommendatorem, & Capitulum ad tempus illud, quo celebratur, ejusdem Balex, in qua ad Ordinem admitti cupit, coram se sistat, ibidem petitionem modo, quo ipsi videtur optimo, coram Capitulo oretenus, aut in scriptis proferat, aut per Assistentes, quorum quatuor de Sanguine Nobili, aut ad minimum duo sunto, qui Equestri Nobili stemmate oriundi, aut Equestres consortes sunt, quosque ad hoc requirere valet, perfici curare, & per consequens petitionem suam Archicommendatori, & Capitulo præter depicta scuta, & nomina nobilium, quatuor nempe ex parte Patris, & quatuor ex parte Matris, qui sanguinis Teutonici sunt, scriptam tradere; exin Archicommendator jubet eum, qui petitionem protulit, recedere, remque cum præsentibus Senatoribus aliisque, qui Capitulo intersunt, Dominis, serio, & mature pensitant, desuperque dein Capitulum pro rerum ratione se declarato, utpote casu quo Balex modo de neoadmissis Equestribus Fratribus adeo provisum esset, ut plures admittere, intolerabile, aut etiam, quod persona, quæ in Ordinem adscisci cupit, una alterave de causa, prout Ordinis Statuta exigunt, non sat qualificata, petitiones amice, & placide amoventor, & petitori causa, cur fiat, aperiator, atque tale responsum poterit per duos Senatores, aut Commendatores, qui ab Archicommendatore ad hoc ordinati, quod nemo recusato, ad partem, & non coram Capitulo fieri. Insuper autem gratias agunto pro bona propensione erga laudabilem Ordinem habita, & in attentis omnibus omnem Amicitiam, voluntatemque benevolam promittunto. Ad cavendas autem

autem omnigenas molestias ulteriorémque inacquiescentiam, quæ idcirco concipi contra Ordinem possent, Archicommendatores eo intendunto, ubi rescirent, quod ejusmodi ineptæ personę ad Ordinem aspirent, easdem in tempore, & antequam pro eo instent, per personas mediatas, aut modo, quo fieri commodissime potest, privatim amice præmonere; ubi verò Archicommendatoris monitio inacceptа foret, deinque instantię fierent, servantor in hoc Statuta Ordinis. Quod si autem sine omni tergiversatione capitulariter, & per plura vota eo decerneretur, quatenus in petitionem condescendatur, is cum suis assistentibus ad Capitulum utator, ipsique gratificatoria responsio, & consensus declarator, hac tamen cum reservatione, ut petitor audiat præ vie, quibus, antequam pertingere ad Ordinem possit, liberum ipsum esse oporteat, aut quo obligatio Ordinis ipsum adstringat præcipue, atque ut pro Ordine, quemadmodum in more positum, intercedat.

CAPUT II.

Quid Candidato Ordinis ante injurationem proponi debeat, & quomodo pro admissione instandum?

DEclarata nunc, coram Capitulo, Candidato, & Assistentibus responsione, petitor solus absque Assistentibus coram Capitulo sistator, atque hęc illi fere intentio per Archicommendatorem significator.

Amice singulariter dilecte NN.

„ Postquam præsentes Domini Senatores, „ Commendatores, Equites, & Ordi„ nis Fratres, hujus jam durantis Ca„ pituli una mecum antiquum nobile „ Equestre Stemma (quod dein vestri „ assistentes, ut apud Ordinem mos „ tenet, juramento, quantum notum „ est eis, confirmabunt) uti & aptas „ qualitates vestræ personæ sufficien„ ter pensitarunt, unanimi exin cal„ culo eo conclusum fuit, quatenus „ vos in laudabilem nostrum Eque„ strem Ordinem Xenodochii B. Vir„ ginis in Hierusalem suscipiamini: „ veruntamen, antequam fieri id pos„ sit, proponentur vobis quædam quæ„ stionum puncta, quod si dein in „ iis consideratione vestra dignum ni„ hil, inque his omnibus tutos vos, „ & securos cognoscatis, porrò tunc „ vobis significabitur, quid gerere „ ulterius vos oporteat, atque pro „ Ordine instare. Auscultate itaque „ puncta quæstionum, vosque quid „ horum intuitu agere mens sit, ut „ primum explicate.

PUNCTA QUÆSTIONUM.

QUi ingredi in laudabilem Teutonicum Ordinem cupit, omnibus hice appositis punctis liberum, & integrum se sciato; ubi enim paulo post aut longius aliud deprehensum foret, cum proprii honoris, & famæ jactura ex Ordine cum ignominia eiicietur.

1. Qui venire in Ordinem desiderat, veteri, nobili, Equestri Stemmate legitime oriundus esto, & quatuor Agnatos ex parte Patris, & quatuor ex parte Matris probato, Sanguinis Teutonici, & Equitum consors esto.
2. Rectis insuper membris, & absque omni defectu corporali occultaque lepra esto.
3. Nulli Domino, aut alteri cuicumque homini Ecclesiastici, aut Secula-

ris status, quocumque demum nomine indigitetur, obstrictus, & obligatus, sed omnibus liber esto.

4. Nullus etiam in Ordinem admittatur, nisi fiat absque omni parentum ejus, & cognatorum compulsu, sed de propria liberrima ipsius voluntate.

5. Nemo suscipiatur in Ordinem, nisi sit annorum viginti quatuor, neque expleverit annum quinquagesimum.

6. In Ordinem recipiatur nemo gravatus cautione, gravibusque debitis, unde damnum Ordini possit suboriri.

7. Neque accersatur ullus in Ordinem, nisi facultas tanta ei sit, ut centum aureos, aut Ducatos pro occasione & consuetudine Balæ cujuslibet, & justæ armaturæ Equum, integramque loricam in Ordinem conferat.

8. Fiat insuper nemo consors Ordinis, qui perfide, aut studio unum, aut plura commisit homicidia, aut periculosas cœteroquin inimicitias foveret, unde damnificari Ordo possit; ille vero mediante Ordine consulere sibi, seque in tuto ponere arbitretur.

9. Declarato dein, se sine reluctantia, Statutis Ordinis, quoad unquam possibile, ipsique Omnipotens Deus gratiam ad hoc impertierit, vitam conformare.

10. Insuper nullus assumatur in Ordinem, nisi usque ad mortem in eo perdurare decreverit, excepto casu, quod fiat ob causas, prout Statuta Ordinis id exigunt, atque cum sufficienti consensu magni Magistri; & si Matrimonium inire velit, cum dispensatione Papalis Sanctitatis.

11. Unusquisque insuper in Ordinem assumptus, Terram Sanctam, aliasque ad Ordinem pertinentes terras, vi Statutorum antiquorum ab Hostibus defendere teneatur, ubi demandatum id ei à Superioribus: etiam Magistri, atque Capituli secreta celare, leprosisque à servitiis esse obligator.

Propositis nunc Candidato quæstionum punctis, desuperque si Ordinem suscipere non hæsitet, insuperque omnium horum punctorum se conscium nesciat, super quæ proin, facta prælectione, Archicommendator ipsum in publico Capitulo interrogare debet, tunc Archicommendator, aut alius ab ipso potestatem habens, ad Candidatum his verbis utatur.

„Quoniam in omnibus his punctis, quæ „vobis jam proposita sunt, considerabile nihil, & harum rerum omnium „liberos vos cognoscatis, desuper semel adhuc Ordinem petitis, & pro eo „ut moris est, & in se ipso æquum, „petendo instabitis, vobis veterius responsum impertietur.

Posthæc Candidatus flexis ambobus genibus in terram provolvatur in hæc verba loquens.

„Reverendi, Severi, nobiles, gratiosi „Domini.

„Peto ob Deum, & Mariam Sanctissimam „Dei Genitricem, meæque Animæ salutem, in laudabilem Teutonicum „Equestrem Ordinem suscipere, & me „admittere dignentur.

Exin Archicommendator dicit ad Petitorem: „Fratres exaudierunt preces „vestras, Ordo tamen vobis nil pollicetur nisi aquam, & panem vestesque „humiles, si melius quid obtigerit „vobis, Deo dilectæque ejus Matri, & „laudabili Ordini humiliter grati estote.

Quod si proin contigerit, quod is, cui Ordo concessus, bonis laudabilibusque qualitatibus præditus, atque uti sufficiens ejus scientia, erit penes discretionem, & arbitrium Archicommendatoris, ipsi ante elapsum probatorium annum, & quando Archicommendatori placuerit, investituram impertiri.

CA-

CAPUT III.

Quid apud præstandam injurationem servandum, & quo pacto quis, qui Ordinem ingreditur, abdicare hæreditatem possit?

QUod si nunc Candidatus, ut dictum, petitum plane adeptus fuerit, is cum assistentibus suis coram Capitulo compareto, eique significator: postea quam apud laudabilem Teutonicum Equestrem Ordinem usu introductum est, & consuetudine, quatenus in Ordinem receptus, vetus nobile Equestre stemma, seque Equitum consortem esse, in quantum ipsi liquet, juramento confirmare debeat, ita, & eandem ob causam Assistentes præstare id non recusent, tres digitos elevantes in verba sequentia dicant.

Ego N., & N. juro, quod aliter mihi notum non sit, quam quod NN:, qui in præsens in laudabilem Teutonicum Equestrem Ordinem admittitur, nobili Equestri Stemmate oriundum, Equitum consortem, sanguinisque Teutonici esse: ita me Deus adjuvet, & omnes Sancti.

Post hæc Assistentes Domino Archicommendatori confectam sub suo Sigillo, propriaque subscriptione obligationem, & Chirographum, præter centum aureos, aut ducatos, prout in qualibet Balæa usus obtinet, una cum Equo, & armatura, quam Candidatus in Ordinem conferre tenetur, tradere; atque præfata obligatio in sequentibus fere formalibus subsistet.

„ Ego N. de N., & ego N. de N. profitemur aperte, omnibusque innotescere facimus; Cum Reverendiss. Princeps, & Dominus Dominus NN. Administrator magni Magisterii in Borussia, Magister Ordinis Teutonici in Germanicis, & Italicis terris, noster gratiosus Dominus Dei, & Dominæ nostræ electus ejus Matris laudatissimæ Virginis Mariæ, & instantissimarum precum nostrarum gratia N. de N. dilectum nostrum N. in laudabilem, & Equestrem Teutonicum Ordinem admitti, & suscipi annuit, & permisit, ita tamen, ut idem rationis & membrorum compos, habilis, sine defectu Corporali, insuperque à quatuor saltem nobilis, & Equestris Stemmatis Agnatis oriundus sit, seque arctissime obligarit, per omnes vitæ dies in tali Equestri Ordine conformiter ejusdem Statutis, Ordinationibus, & Legibus vivere, cum Obedientia permanere, vitamque exigere, & ea facere, & præstare omnia, quæ obsequentem Ordinique deditam personam decent, & ad quæ obligatur, cum omni resignatione, & renunciatione anni 55. quinti recessus Imperii Augustani, in quantum ad punctum rationem Religionis, in eo contentum, erectum attinet, & eorum omnium, quæ excogitari deinceps, & fieri, aut alias contigere possent (quæ antefatis Ordinis Statutis adversantur) nullo pœnitus excepto. Itaque præfatus N. de N. rationis, & membrorum compos est, habilis, & in corpore sine omni defectu, atque à quatuor saltem Agnatis suis, à quatuor ex parte Patris, & quatuor ex parte Matris, nobilis, & Equestris Stemmatis, & Teutonici sanguinis oriundus est, debemus quoque, volumusque in hujus fidem, quoad vivimus, alti fatum gratiosissimi domini nostri Administratoris, & Ordinis Teutonici Magistri, celsissimi Principis Successores, Ordinisque damnum præcave-

„ re, utilitatem, bonumque ejus si-
„ de interposita, assecurare, atque
„ si contingeret, quod prædictus no-
„ ster N. exiguo, aut longo ab hinc
„ tempore gereret se, ageretque con-
„ tra Superiorem Ordinis, aut con-
„ tra jura consuetudinem Ordinis,
„ insuperque de nullo ex eo excedere
„ attentaret, atque ad id quidquam,
„ quo demum nomine compelletur,
„ aut excogitari posset, in prætextum,
„ & rationem assumere vellet (quod
„ Deus avertat) debemus volumus-
„ que, ne per nos simul sumptos,
„ aut singulos, nec per alios nostri
„ causa, subsidium, refugium, au-
„ xilium, aut assistentia ullo modo
„ fiat, sed pro summa nostra indu-
„ stria id impedire laboremus, &
„ præcavere, fideliter etiam intenda-
„ mus, suadeamus, & admittamur,
„ quatenus in Superiorum suorum, &
„ Ordinis obedientiam adducatur;
„ prout igitur, omnia, & singula,
„ ut supra innuitur, ita se habere,
„ eaque servanda, fideli manuali vo-
„ to ad Deum, & Sanctum ejus E-
„ vangelium, erectis digitis, corpo-
„ rale juramentum deposuimus. Et
„ ego supradictus N. hisce profiteor,
„ atque præ cæteris altefato gratio-
„ sissimo Domino meo, Principi cel-
„ sissimo, & laudabili Equestri Or-
„ dini Teutonico submississimas gra-
„ tias refundo ratione receptionis
„ personæ meæ, quod me omnibus,
„ & singulis, ut supra, velut obse-
„ quens, & fidelis persona Ordinis
„ subjectissima optimaque diligentia
„ conformare, vitam accomodare,
„ neque me ullo modo iis opponere,
„ aut obniti, aut aliquid in effugium,
„ aut prætextum conquirere, aut ar-
„ ripere velim, verum quod omni-
„ bus, & singulis, sive sint recessus
„ imperii, in Ecclesiasticis inita pax
„ Religiosa supra memorata, sive
„ cætera omnia, quæ attentata mo-
„ do sunt, aut imposterum attenta-
„ rentur, plane, & considerate, bo-
„ na libera voluntate, & præscitu re-
„ nunciaverim ac resignarim, idque
„ jam ut tunc, & tunc, ut nunc
„ facio in optima forma, uti in le-
„ gitima renunciatione fieri debet,
„ potest, aut valet, plane exclusis
„ fraude, & dolo; atque ad hæc
„ omnia magis confirmanda nostrum
„ quilibet N. de N., & N. de N.
„ pro nobis ipsis ratione nostræ, &
„ ego prædictus N. ratione personæ
„ meæ, & renunciationis, & quid-
„ quid in hoc me concernit, propria
„ manu subscripsimus, atque meum
„ nativum sigillum appendimus his
„ litteris, quæ dabantur die N. anno
„ à Christi Domini Nostri Nativita-
„ te &c.

Cum igitur, his peractis, ut supradictum, à nobilibus Cognatis Candidati cum consensu, & sufficienti consideratione ejusdem peti deberet, quatenus petitor omnibus hæreditatibus, quo demum cumque nomine veniant, in perpetuum renunciare debeat, id cum consensu Archicommendatoris, & Capituli spontanee, neque ex ulla obligatione fieri poterit, nihilominus permittator, etiam alicui, qui Ordinem ingreditur, quatenus sibi respective ad Cognatos suos suarum facultatum partem aut omnes reservet, eo tamen modo, ut bona eadem ab ejus obitu eo, quo pertinent, recidant, neque Frater Ordinis desuper, sine consensu magni Magistri, testandi facultatem habeat, nisi post mortem suam Ordini partem, aut totum favere vellet; id ei pro occasione rei à Magistro Ordinis non denegator.

Quam primum nunc aliquis de nobilibus, modo supradicto in Ordinem assum-

assumptus fuerit, id magno Magistro præter qualitatum ejus, stemmatis, & ætatis relationem indicator, quod in peculiarem ad id destinatum libellum Cancellariæ Ordinis referri debet, idque ea de causa, quatenus magnus Magister notitiam habeat, quo pacto una alterave Ordinis Balæa omni tempore Equitibus completa, & instructa sit. Insuper in omnibus Archicommendaturis peculiaris habeator libellus, cui inseratur, quo tempore quilibet in Ordinem recipiatur, qui Agnati ejus, per quem assumptus, cujusque fuerit ætatis.

CAPUT VI.

De modo servando in creandis Equitibus & Investitura, deque obligatione Ordinis præstanda.

ANno jam probatorio adeo virtuose à petitore exacto, ut Archicommendator investituram sine tergiversatione dandam putet, quatuor, aut saltem duos Commendatores, aut alios Equestres Fratres, duosque Sacerdotes Ordinis, insuperque, ubi commode fieri posset, aliquot petitoris cognatos, aliosve de nobilitate ad eam accersat: mature autem ante Petitori investitura intimetur, ut ad minimum tribus ante investituram diebus confiteatur, Sacramque Synaxin sumat, atque Deo se reconciliet absque ulla exceptione. Ubi nunc Archicommendator investituram aggredi, mentis fuerit, demane una cum præsentibus Senatoribus, Commendatoribus, & Fratribus Ordinis Sessionem Capitularem habeat, & petitori accersito proponat, prævie notum ei esse, quod antea ad precariam ejus instantiam laudabilis Ordo Teutonicus concessus ei sit, si tamen Ordinis Statuta, & Leges, quæ in sufficientem modo notitiam adduxerit, vita adimplere fideliter, & si desuper investituram, ad mortem usque, absque singularibus magnique momenti rationibus, & iis de causis, prout Statutorum Ordinis tenor est, perseverare cupiat, ipsi præstito prævie Ordinis Juramento, eadem dator. Si Petitor Ordinem ingredi, servareque non hæsitet, ipsi Ordinis Juramentum per Archicommendatorem proponator.

JURAMENTUM

EGo N. N. spondeo, & voveo castitatem Corporis mei, & absque proprietatibus esse, obedientiamque Deo, & Mariæ, vobisque Magistro Ordinis Domus Teutonicæ vestrisque Successoribus, juxta regulam, & consuetudinem Ordinis Domus Teutonicæ obedientem me velle esse usque ad mortem meam.

Præstito à petitore Ordinis juramento, Archicommendator una cum præsentibus Commendatoribus, Equitibus, Fratribus Ordinis, & Candidato Ecclesiam accedat, & petitorem in Sacristiam ducat, ubi & alii Equites Fratresque Ordinis adsunto, ibique integra is lorica induitur, & dein extra coram Altari in faciem Archicommendatoris adducitur, ubi is ad offertorium immotus persistat; in exitu ex Sacristia ipsi Scutum suum in forma rotunda, uti & armatura, calcaria, pallium Ordinis, atque aurea in nigro fusa Crux à proximis cognatis præfertur, atque ille, qui rotundum Scutum gestat, se sistit ad cornu Epistolæ, alter cum armatura, Ordinis pallio, & aureo fusa Cruce, Ordinis, ad cornu Evangelii.

Post Offertorium vertit se Sacerdos, & dicit verba sequentia.

℣. *Adiutorium nostrum in Nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Cœlum, & Terram.*

ORATIO.

B*Enedic Domine Sancte Pater per invocationem tui Nominis, & per Adventum ✠ Filii tui Domini Nostri Jesu Christi, atque per donum Sancti Spiritus ✠ hunc Ensem, quo hic Famulus tuus hodierna die præcingi desiderat, quatenus eo munitus nullis bellorum turbetur incursibus, sed felici victoria per omnia potitus, semper illæsus tuo præsidio gubernetur: per eundem &c.*

Ad omnes armaturæ benedictiones sequens Oratio dici potest:

Omnipotens Sempiterne Deus, qui famulum tuum his Armis exornare voluisti, fac illum contra cuncta adversantia ita cœlestibus armari præsidiis, quo nullis in perpetuum bellorum tempestatibus turbetur, per Christum &c.

Post Benedictionem Ensis Sacerdos dicit sequentem Orationem super novum Fratrem Equestrem.

Exaudi quæsumus Domine preces nostras, & hunc famulum tuum, qui hodierno die Militari Ense te annuente præcingitur, benedicere dignare, quatenus contra Paganorum omnium malignantium sævitiam Defensor sit, & Protector Ecclesiarum, & Viduarum, Orphanorum, & omnium tibi servientium, cunctisque sacræ Fidei repugnantibus sit te operante terror, & formido per Dominum &c.

Deid Sacerdos Ensem tradit Equiti Ordinis, qui eo novum Equitem præcingit, dicitque versus ex Psalmo.

Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis: speciosus forma præ filiis hominum. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.

Hic versus ter dicitur.

Gloria Patri &c.

Kyrie eleison,

Christe eleison,

Kyrie eleison,

Pater noster &c.

℣. *Salvum fac servum tuum Domine.*

℟. *Deus meus sperantem in te.*

℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*

℟. *Et Filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

℣. *Esto ei Domine turris fortitudinis.*

℟. *A facie Inimici.*

℣. *Domine exaudi Orationem meam.*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum.*

℟. *Et cum Spiritu tuo.*

ORATIO.

O*Mnipotens sempiterne Deus, qui famulum tuum militari gladio circumcingi voluisti, fac eum quæsumus contra omnia adversantia sic cœlestibus armari præsidiis, ut visibilium nequitias potenter expugnans, de potestatibus etiam aereis mereatur feliciter te auxiliante triumphare, per Dominum &c.*

Jam Sacerdos novum Equitem aspergat aqua lustrali, & dicat:

Benedictio Dei Patris Omnipotentis, & Filii, & Spiritus Sancti maneat super te, & custodiat te semper.

Dein canatur sequens Hymnus.

V*Eni Creator Spiritus, mentes tuorum visita, imple superna gratia, quæ tu creasti pectora. Qui diceris Paraclitus, altissimi donum Dei, fons vivus, ignis, charitas, & Spiritalis unctio. Tu septiformis munere, dex-*

tra

tra Dei tu digitus, tu rite promissum Patris Sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus, infunde Amorem cordibus, infirma nostri pectoris virtute firmans perpeti. Hostem repellas longius, pacemque dones protinus, ductore sic te prævio, vitemus omne noxium. Per te sciamus, da Patrem, noscamus atque Filium, te utriusque Spiritum credamus omni tempore. Gloria tibi Domine, Natoque, qui à mortuis surrexit, ac Paraclito in sempiterna secula Amen.

Hic Archicommendator accedit ad novum Equitem, eductoque ejus Ense, percutit eum tribus ictibus cum verbis sequentibus - *Ad Dei, S. Mariæ, & S. Georgii honorem suffero hoc, & nullus conformiter tenori verborum amplius dicitque melius Eques quam Servus:* tunc accedit Eques, ipsumque calcaribus circumcingit.

Jam Eques lorica indutus recedit in Sacristiam, exuitque loricam, & consuetis se induit vestimentis, exitque in faciem Altaris: interea Sacerdos Pallio benedicit dicens.

℣. *Adiutorium nostrum in Nomine Domini.*

℟. *Qui fecit Cælum, & Terram.*

Domine Jesu Christe, qui tegumen nostræ immortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensæ largitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimenti, quod Ss: Patres ad innocentiæ, & Sanctitatis indicium ferri sanxerunt, ita benedicere ✠ digneris, ut qui hoc usus fuerit, te induere mereatur, qui vivis &c.

Postea incensatur, & aspergitur Pallium & Crux, diciturque

ORATIO.

D*A quæsumus Omnipotens Deus, ut hic famulus tuus, qui pro spe retributionis æternæ cuncta relinquere, & famulatu perpetuo se tibi Domino desiderat exhibere, plena fide, animoque perfecto in proposito Sancto permaneat; tu eum Omnipotens Pater benedicere, & in perpetuum conservare digneris, tribue ei castitatem, benignitatem, obedientiam, charitatem, & omnium bonorum operum perfectionem, da ei quæsumus pro operibus transitoriis gloriam, pro pudicitia Sanctitatem, ut ad præmium remunerationis æternæ valeat pervenire, per Dominum &c.*

Jam *Veni Sancte Spiritus* una cum collecta: Deus qui corda fidelium &c. cantatur.

Tunc novus Eques coram Altari in modum Crucis prosternitur consuetis indutus vestibus, superque eum sequens canitur Litania.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison,
Christe audi nos,
Christe exaudi nos,
Pater de Cælis Deus, *Miserere nobis*
Fili Redemptor Mundi Deus,
Spiritus Sancte Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Sancta Maria *Ora pro nobis.*
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo Virginum.
S. Michael
S. Gabriel
S. Raphael
Omnes Ss: BB. Spirituum Ordines *orate*
S. Joannes Baptista *Ora*
S. Petre
S. Paule
S. Andrea.
Omnes Ss: Apostoli, & Evang. *Orate*
Omnes Ss: Discipuli Domini
Omnes Ss: Innocentes.
S. Stephane *Ora*
S. Georgi

S. Lau-

S. Laurenti Ora
Omnes Ss: Martyres. Orate
S. Martine Ora
S. Nicolae
S. Augustine
Omnes Ss: Confessores Orate
S. Maria Magdalena Ora
S. Catharina
S. Barbara
S. Elisabetha
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ. Orate
Omnes Sancti &c. Orate
Propitius esto. *Parce nobis Domine*
Propitius esto *Exaudi nos Domine*
Ab Ira Tua *Libera Nos Domine*
Ab insidiis Diaboli
Ab omni immunditia mentis, & corporis
A Subitanea, & æterna Morte
Ab omni malo
Per Incarnationem, & Nativitatem tuam
Per Baptismum, & Jejunium tuum
Per Crucem, & Passionem tuam
Per gratiam Spiritus S. Paracliti
In Die Judicii
Peccatores *Te rogamus audi nos*
Ut pacem nobis dones
Ut gratiam Spiritus Sancti cordibus nostris infundere digneris
Ut Famulum tuum Regularibus Disciplinis instruere digneris.
Ut ipsum ad promissum gloriæ tuæ præmium perducere digneris
Ut Congregationem nostram in tuo sancto timore, & amore conservare digneris
Ut Nos exaudire digneris
Kyrie eleison,
Christe eleison,
Kyrie eleison,
Pater Noster &c.
Et ne nos inducas &c.
℣. *Salvum fac Servum tuum Domine.*
℟. *Deus meus sperantem in Te.*
℣. *Nihil proficiat inimicus in eo.*
℟. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*
℣. *Mitte ei Domine auxilium de Sancto.*
℟. *Et de Sion tuere eum.*
℣. *Esto ei Domine turris fortitudinis.*
℟. *A facie Inimici.*
℣. *Domine exaudi Orationem meam.*
℟. *Et clamor meus ad te veniat.*
℣. *Dominus vobiscum.*
℟. *Et cum Spiritu tuo.*

OREMUS.

Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus respicere digneris super hunc Famulum tuum N. quem de hujus Mundi naufragiis, & periculis eruis, & ad tuam gloriam vocare dignaris, concede propitius, ut arctam, & angustam viam, quam devota mente exquirit; jugiter diligat, teneat, atque sectetur, quatenus ad æternam, quam in te perseverantibus dignatus es promittere, gloriam pervenire mereatur, per Dominum &c.

Nunc novus Eques denuo surgit, induitque eum Sacerdos pallio, & dicit verba sequentia.

Induat te Dominus novum Hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.

ORATIO.

Consolare Domine hunc Famulum tuum N. sicut consolari dignatus es Apostolos tuos per Spiritum Sanctum, concede ei pudicitiæ verum fructum, ut antiquas non meminerit voluptates, ne sit intentus vitiorum desideriis, ut tibi soli subdat colla propria, quo pro tantis laboribus sempiterni gaudii munus inæstimabile percipiat, & sanctitatis, per Dominum &c.

Jam Sacerdos novo Equiti Crucem appendit, & dicit verba sequentia.

Ecce Crucem istam damus tibi pro omnibus peccatis tuis, & si serves ea, quæ promisisti, facimus te securum vita

vita aeterna.

ORATIO.

F*Amulum tuum Domine quaesumus custodia tua muniat pietatis, ut Religionis Sanctae propositum, quod te inspirante suscepit, te conservante inviolatum semper valeat custodire: per Dominum &c.*

Nunc cantatur, aut legitur Evangelium apud S. Marcum &c.

Initium S. Evangelii secundum Marcum.

I*Nitium S. Evangelii Jesu Christi Filii Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta: ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te, vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus: fuit Joannes in Deserto Baptizans, & praedicans Baptismum Poenitentiae in Remissionem Peccatorum, & egrediebatur ad illum omnis Judea Regio, & Jerosolymitae, & Baptizabantur ab illo in Jordanis flumine confitentes Peccata sua, & erat Joannes vestitus pilis Cameli, & Zona pellicea circa lumbos ejus, & locustas, & mel sylvestre edebat, & Praedicabat dicens: venit fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam Calceamentorum.*

SEQVITUR ADHORTATIO

Quam Archicommendator, aut Sacerdos Ordinis novo Equiti quam primum, aut postmodum privatim prout consultissimum videbitur, proponat.

„ D*Ilecte Ordinis Frater, vos nunc*
„ perfecte suscepti estis, & ad
„ missi in Equestrem nostram, &
„ Fraternam Societatem laudabilis
„ Teutonici Equestris Ordinis, & Hos-
„ pitalis B. Virginis in Jerusalem:
„ itaque non omittendum mihi de-
„ clarare vobis significationem harum
„ caeremoniarum omnium, quę in
„ susceptione Ordinis, & in investi-
„ tura circa vos adhibitae sunt. Pri-
„ mo album Ordinis pallium cum
„ nigra veste, quae vobis à Sacerdo-
„ te sub Summo S. Missę Sacrificio
„ appensa sunt, est quidem Religio-
„ sum vestrum, & Equestre Ordinis
„ vestimentum, quo tum temporis,
„ prout habet tenor Statutorum Or-
„ dinis, uti debeatis: praeterea hanc
„ habet significationem; quemadmo-
„ dum pallium album mundum,
„ immaculatum, ita vos omni tem-
„ pore (quod optimum est Equitis
„ Cimelium, unde omnis magnani-
„ mitas, & quaeque praeclare gesta
„ emanant) mundae conscientiae stu-
„ dere oportet, ut omnipotenti Deo
„ quovis tempore preces vestras ad
„ laudem ejus divinam, vestraque sa-
„ lutem Animae (quemadmodum
„ pallium hoc vobis circumdatum
„ est) munda conscientia suppliciter
„ offerre possitis. Aurea Crux de
„ nigro fusa, quam Sacerdos collo
„ vestro appendit, significat, quod
„ quoties eam intuemini, amarissimae
„ Passionis, & Mortis Jesu Christi
„ Salvatoris Nostri, quam pro vobis,
„ omniumque Hominum salute in
„ Ligno S. Crucis toleravit, memi-
„ nisse, & idcirco grates ei agere
„ vos oporteat; pariter etiam, qua-
„ tenus omnes adversitates, Cruces,
„ & Passiones, quae Christi causa vo-
„ bis possent obvenire, quid quod
„ Mortem, Sanctissimi illius Nominis,
„ & Fidei gratia pati libenti animo,
„ ipsumque proin in ferenda Cruce
„ adjuvare velitis. Vitta nigro-serica,

„ ex qua Crux pendet, innuit, quod
„ in præsens omni libertati vestræ,
„ qua gavisi estis, renuncietis, &
„ porrò, uti vos vitta circa collum
„ ligat, ita & obligati sitis, & tene-
„ amini vestro magno Magistro, aut
„ alteri ab ipso, & ab Ordine in Su-
„ periorem vobis præposito omnem
„ obedientiam (juxta tenorem præ-
„ stiti à vobis juramenti) exhibere.
„ Qua armati estis, lorica, denotat
„ quamvis generosus quilibet Reli-
„ giosus Eques (ratione cujus hac
„ gaudet compellatione) non refor-
„ midare debeat, absque omni arma-
„ tura adversus Christi, Sanctæque Ec-
„ clesiæ ejus Hostes in omnia pericuiis
„ plena certamina descendere: cum
„ vero humana natura ita sit compa-
„ rata, ut de facili, ratione vulneris
„ debilitetur, sic eaque de causa
„ Religioso Equiti gloriosum, lauda-
„ bile, & permissum esto, modo
„ meliori, ad Christi Domini No-
„ stri, propriisque inimicis eo resister-
„ dum fortius, se armare, & secu-
„ rum reddere, nihilominus laudabi-
„ li magis assistentiæ quam fortitudi-
„ ni suæ, & armaturæ fidat. Ensis
„ auro obductus, vobis traditus,
„ quoniam nobilissima est, & dignis-
„ sima armatura, quæ Equiti esse
„ possit, eandem vobis commenda-
„ tam habeatis, quemadmodum Do-
„ minus Noster Salvator Jesus Chri-
„ stus dilectam Matrem suam S. Joan-
„ ni commendavit; atque ut usurpe-
„ tis, ad Christi, Ecclesiæ, vestrosque
„ Hostes eadem oppugnandos, quan-
„ tum possibile est, & à Superiori
„ vestro vobis demandatur. Insuper
„ Ensem in Justorum piorum Homi-
„ num defensionem, & utilitatis pu-
„ blicæ proximi vestri adhibeatis, &
„ quoties illum arripitis, ratione
„ Crucis armaturæ adhærentis recor-
„ dari vos oportet vivæ veræque Cru-
„ cis, quæ Mortem, & Martyrium
„ sponte pro nobis perpessa est,
„ quod cum adeo placeret Omnipo-
„ tenti Deo, vos etiam in oppugnan-
„ dis ejus hostibus libenter patiemi-
„ ni, id quod cedet vobis in victoriam
„ ad æternam beatitudinem. Inau-
„ rata calcaria, quibus Eques pedes
„ vestros circumcingit, hoc indigi-
„ tant; quemadmodum Equus Cal-
„ caribus adactus incitatur quam pri-
„ mum hilaremque se ostendit, ita
„ & vos sine intermissione calcar in
„ corde vestro habere oportet, quod
„ vos ad Dei timorem, Equestria
„ gesta, & laudabiles Nobiles virtu-
„ tes adigat, & instiget, quatenus
„ vos nocivum otium, quod origo
„ desidiæ, omnium vitiorum causæ,
„ evitare valeatis: triplex percussio,
„ quam dedi vobis nudato Ense su-
„ per galeam, neque major honesto
„ nobili ignominia, & dedecus infer-
„ ri potest, quam ignominiose per-
„ cutere eum, idcircò ictus hos de-
„ di vobis pro ultima ignominia,
„ dedecore & injuria, quod igitur
„ ne ab ullo unquam sufferatis;
„ commendo vos hisce tutelæ Dei
„ Patris, Filii, & Spiritus Sancti,
„ fidæque intercessioni Beatissimæ Vir-
„ ginis Mariæ, dilectissimæ Dei Ma-
„ tri, velut nostræ Ordinis fideli
„ Protectrici, quorum ope contra
„ eorum vestrosque Hostes triumphe-
„ tis, atque post hanc vitam, æternam
„ beatitudinem consequamini.

Eadem ratione investitura Sacerdotis Ordinis, prout antedictum, exceptis gladio, lorica, Calcaribus similibusque armaturæ adhærentibus, celebrator, cera tamen, juxta usum, & consuetudinem ipsi tradator.

CA-

C A P U T V.

Quomodo susceptus in Ordinem Eques residentiam in finibus Hungaricis, aut alibi adversus Infideles perficere debeat?

BOna fama laudabileque nomen, quo antehac Teutonicus Equestris Ordo gaudebat, quodque nunc aliquo ab hinc tempore extinctum est pere, maxima ex parte inde duxit originem, quod loco laudabilium Equite dignorum gestorum, quæ exercuerunt antecessores nostri, laboreque summo in iis occupati fuerunt, nunc à pluribus Equitum dies quieti inquirantur, iisque indulgeatur, quod porro ruina Ordinis, sermonesque detractorii subsecuta sunt; idcirco Equites Ordinis ad exercenda digna Equite facta, peritiamque Militarem aliasque insuper nobiles virtutes addiscendas adstringuntor: quoniam enim, ut supra memoratum est, moderno tempore Ordo (proh dolor) non adeo sit instructus, ut propriis impensis magnas magnique momenti res perficere posset, eo intendendum est, quatenus Equites ad Bella, regiones exteras linguasque experiendas, & addiscendas, aliorum Dominorum laudabilibus servitiis, cum præscitu Magistri, & Archcommendatoris, se committere studeant, ut ubi Omnipotens Deus gratiæ suæ divitias Ordini in tantum largiretur, quatenus momenti quid attentare mentis sit, iis belli peritia præditis, & ad occasiones ejusmodi probe qualificatis Equitibus instructus esset, atque hoc medium Equites de multis Magnatibus, Principibus, & magnis Dominis reddet benemeritos, ratione cujus iidem affectu quodam ducerentur, ad Ordini pro omni afflictorum casuum occursu Suppetias ferendas, & ad eum denuo auxilio suo efferendum.

Sequitur itaque, quomodo Equites Residentiam suam complere teneantur.

PRimum quivis Equitum obligator, per triennalem decursum in Domo, in finibus Hungaricis sita, aut alibi adversus Infideles, prout id ei à Capitulo, præsente Archicommendatore, ad ratihabitionem Magistri ordinatur, cum duobus Equis militare. Ad hunc finem ipsi in menstruam sustentationem floreni viginti ab Ordine subministrantor, & casu quo plus absumeret, ad restituendum id Ordo non obligator. Insuper viginti florenorum sustentatio ei non subministrator aliter, nisi in Domo in finibus sita moretur in residentia sua: ad conficiendum autem iter ad Domum conterminam, ei centum, & pro discessu quinquaginta floreni indulgentor. Tempore Residentię nemini Equitum interdictum esto, quin potius laudi vertetur, quod commodis suis, & emolumento studeat, in iis tamen rebus, quæ facere non dedecent honestum Equitem; quod si etiam Equiti cuidam occurrerent occasiones ejusmodi, iisque immittere se cogitaret, id, ubi temporis ratio patiatur, neque idcirco commodum ejus, & prosperitas negligatur, quovis tempore Archicommendatori prævie insinuato. Quod si Equiti cuidam Residenti in alia Domo finibus adjacente, æque ac quo legatus est, promotionis sui, bonæque vocationis occasio obversaretur, eo se conferre minime prohibitum esto, modo tamen antedicto cum consensu Archicommendatoris, ac quod causæ ejus, ratione quarum id fiat, relevantes sint, & licitæ, id quod intimato

prævie, desuperque jussum præstolator. Residentiam nullus Equitum obligator sine interruptione continenter servare, sed integris annis, mediis, aut quadrantibus anni, atque etiam per menses, quidquod, prout commoda ejus occasio fuerit; nihilominus quavis vice à suis terminis discessurus, habita à *Duce cohortis*, aut loco ejus Commendatore venia, discedat, pariformiter reditum suum indicato, tempus quoque discessus sui, uti & reditus diligenter notari curato, ut completa Residentia scriptum ejus testimonium à Duce suo, Archicommendatore afferre possit. Venia, quam tempore durantis Residentiæ, à finibus discedendi, à Duce accipit, ultra quatuordecim dies, nisi fiat ratione corporalis infirmitatis, non extendator, nisi fiat præscio Archicommendatore, aut in iis occasionibus, quæ in laudem ejus, & gloriam cedant, & quod ratione angustiarum temporis, Archicommendatori intimari illud non posset; ubi autem periculum immineret ab Hostibus, nulli Equitum Residentium à finibus suis recedere cum licentia permissum esto, excepto infirmitatis corporalis casu, sicut absque eo Equitum nemo gloriæ amans, illud in occasionibus ejusmodi postulabit. Quod si, durante tempore Residentiæ Equitis, expeditio Castrensis occurreret, Eques, cum præscitu tamen sui Ducis, à quo, Eques absque singulari magnique momenti ratione, quodque forte Domui illi contermine obsidio timeretur, non detinetor, eidem interesse obligator.

Liberum quoque ei esto, sive inter Equitatum, aut peditatum militare juvet, nihilominus etiam Archicommendatori illud, ut primum fieri possit, insinuato. Quoniam vero apparatus ad expeditiones Hungaricas tanto stent pretio, itaut non raro Equiti indigenti suis se impensis, & facultatibus adornare difficillimum sit, hinc cuidam, qui adhuc Rediens in Campum Martium committere se deberet, interque Equitatum militat, centum, militaturo autem inter pedites, sexaginta floreni pro apparatu ab Ordine subministrantor.

Hic autem notandum, quod ubi collecta militum copia impressionem adversus Hostes attentarit (cui proin quilibet merito honestus Eques Residens interesse studeat) illud expeditio Castrensis censenda non sit, sed ubi integra castra congregata in secundum, aut tertium usque Mensem in Campo metata fuerint, id conformiter dictis expeditio Castrensis censeri debeat.

Equites tam durantis Residentiæ, quam omni tempore vitæ timoratæ, laudabilisque vivendi normæ satagunto, preces quoque suas aliaque divina Officia, ad quæ vi Ordinis tenentur, æque ac in quadam Ordinis Domo morarentur, nisi ob periculum ab Hostibus, aliisve magni momenti de rationibus impossibile esset, diligenter persolvunto; pari modo ab abominabilibus Blasphemiis, superfluo potu, aliisque publicis, aut occultis peccatis, & criminibus, quæ admittere ignominiosum Equiti, Ordinique dedecori datur, quantum unquam possibile, abstinento; mala quoque, in quibus scelera ejusmodi exercentur, vitanto consortia, & ex adversa parte iis, qui integræ sunt vivendi normæ, virtutesque exercent Equite dignas, associantor.

Nullus insuper Eques Residens (uti, & alias absque causa) duellum conferat, sed cum omnibus pacifice vivat, nisi ad hoc in defensionem honoris

noris sui adigatur, atque hoc sub pœna, prout Statuta Ordinis id innuunt. Equos suos, & arma quovis tempore diligenter curato, quatenus quavis vice Ducis arbitrio, contraque Hostem, pro decentia Equitis, exhibere se valeat. Laudabilibus quoque occasionibus, quę durante Residentia adversus Hostem offerri possent, interesto, earumque nullam, nisi in defectu Sanitatis, aliis ponderosis de causis, aut jussu, & consensu Ducis fiat, negligato.

Nemo prętерea Equitum in ullo discrimine, sub quocumque hoc veniat nomine, captivum se Hosti, aut alias dedat; ubi autem contra expectationem contingeret, Ordo in illius redemptione dare nec nummum obligator, atque si (quod Deus avertat) ab Equite quodam periculose fieret, summa eum pœna, juxta tenorem Statutorum Ordinis, casu quo deprehendi possit, maneto.

Duci cohortis, cui Eques subditur, is in rebus justis, omnem fidelem obedientiam, debitumque respectum exhibeto, moresque suos eo dirigato, quatenus à Duce suo diligatur, neque odio habeatur, id quod proin ejus promotioni, Ordinisque glorię conducet.

Neque, ut primum ab Archicommendatore ad Residentiam ablegatur, eo devenire negligens esto, quandoquidem id ei ab Archicommendatore imperatum est.

Quod si vero contingeret virum Militari instructum peritia in Ordinem se conferre mentis esse, quodque is negotiis Bellicis in tantum modo institisset, ut Centurionis, aut Ductoris munus in Hungaria, aut alibi adversus Infideles semel pluriesve implevisset, pro quavis vice, qua eo munere functus est, annus unus residentię condonator; extra hoc autem quilibet Ordinem ingressus, Residentiam suam, ut supra relatum fusius, complere obligator.

Ubi contingeret etiam, Equitum numerum in una Domo contermina commorari, illum, qui à magno Magistro ad id deputatus fuerit, quodammodo, & in decentibus quidem rebus, respiciunto.

Nulli etiam Equitum Commendaturæ fructus permittator, nisi Residentiam suam triennalem prævie perfecte compleverit, exceptis singularibus, & magni momenti rationibus, itaut prætermitti illud non possit, & cum singulari consensu Archicommendatoris, & Capituli, ejusdem loci Baleæ.

Si quis nunc completæ Residentię testes litteras afferet, iisque instructus Cancellariæ in Mergenheim se sistet, referator id in Registrum, desuperque ei, & quod Commendaturę capax sit testimonium, ad Archicom̃endatorem Baleæ, in qua investitus fuit, & ad quam pertinet, impertiator.

CAPUT VI.

Quomodo Eques, postquam Residentiam triennalem in finibus Hungaricis, aut alibi adversus Infideles confecit, gerere se debeat?

Quod si nunc Eques tres suæ Residentię annos adversus Hostem capitalem, aut Infideles, quemadmodum id eum facere competit, plene compleverit, & porro alia experiendi Bella, aut regiones exteras visendi, peregrinasque linguas addiscendi cupiditate, aut propensione duceretur, id ipsi propriis nihilominus impensis, ab Archicommendatore, cum præscitu Magistri, ubi in servitiis Ordinis eo non opus sit, permittator.

Prius-

Priusquam autem Eques aliquis unam, alteramve arripiat conditionem, indicato prævie, ubi, & in quo loco quavis vice inveniendus sit, ut ad petitionem, qualibet vice inquiri possit; quod si vero præberetur occasio, prout non raro in Regionibus exteris fieri amat, quatenus emolumenti sui causa, alio præter opinionem suam, se conferre statueret, id quavis vice suo Archicommendatori, quamprimum ratione occasionis fieri potest, intimato: præterea autem sciat quivis Equitum, ne ullus in conditione quadam, quæcumque fuerit, in tantum fidem suam adstringat, quatenus ad requisitionem Ordinis infallibiliter non posset comparere, sibique id semper in Dominorum servitiis, aliisque occasionibus reservet; & quamquam ulterius hoc fortunæ experimentum propriis cujuscumque impensis, ut supra indicatum, permitti possit, Archicommendatori cum consensu Capituli idcirco prohibitum non esto, sed cum Eques per triennium illud eo fuerit usque progressus, quatenus Ordo gloriam, honorem, & incrementum ratione ejus personæ sperare possit, ulteriori subsidio, prosperitatis ejus promovendæ causa, succurrendi facultatem habeto.

Atque faciendum ad hoc subsidium penes cognitionem Archicommendatoris, & Capituli, semper pro rerum circumstantia, versator: ubi vero annos suos, ut supra, compleverit, ipsique porro cum emolumento experiendi plura occasio non affulgeret, aut porro unius alteriusve causæ ratione, Archicommendator consultum minus judicaret, neque qualitates personæ illius ad id non comparatæ, ita ut in Archicommendatura, aut aliis Ordinis Domibus servare eundem placeret, ei tamdiu, usquedum ad Commendam promoveatur, congrua sustentatio pro ratione personæ, & cui præest, officii, atque juxta observatam cujuslibet Balex consuetudinem, ei subministrator; omnes econtra Equites, qui taliter in Commendaturis commorantur, Commendatori, cui commissa est Domus eadem, omnem debitam observantiam, justamque obedientiam, quandoquidem ab Archicommendatore id in mandatis habent, exhibeant, nihilque ulla de causa, quod Commendatori adversari posset, vindicent sibi, aut attentent; ubi autem Equiti cuidam à Commendatore quidquam contra æquitatem fieret, querator desuper apud Archicommendatorem; hujus mandatum desuper exspectato.

CAPUT VII.

Si Equiti cuidam Commendatura committatur, qui eadem frui, & quomodo in omnibus se gerere debeat, atque etiam quo pacto in aliorum Dominorum servitia extra Commendaturam se committere possit?

QUod si Equiti Commendatura, aut Ordinis Domus committatur, præcipue omni fervore, & diligentia eo laborato, quatenus officia divina (si tamen apud eandem Domum Ecclesia Ordinis existat) secundum observatam consuetudinem, & Ordinis usum perficiantur, atque Ecclesiarum, Templorum, Hospitalium, & omnium appertinentium digna fabrica, cæteraque omnia inevitabiliter conserventur. Pari modo Eleemosynas, fundataque ab Antecessoribus nostris eo destinata, uti & Parochis assignatam sustentationem diligenter dari, & subministrari curato.

Hone-

Honestam alias in re Domestica ducat vitæ rationem, eandemque parce adeo, quantum ratio status permittit, instituat, quatenus Ordini fidelis utilisque geratur œconomia, isque præcipue coram Deo, præpositisque suis desuper respondere, ausit. suspectæ mulieres, aliæque leviculæ personæ, quarum causa Ordini Sermones detractorii oboriri possent, nullatenus in Ordinis domibus toleranto; decimas, pensiones, & mercedes manuales, jura capitum, pœnas, aliosque reditus, diligenter colligi, suæque Ordinis Domui commissæ nihil de suis juribus detrahi, curato; Superque omnia rationem, & bene ordinatum Registrum habeto, & penes domus, ad probationem possessionis in casibus occurrentibus habendæ usurpandam relinquat, & casu, quo in uno alterove a quopiam gravatus, absque auxilio relinqueretur, id legitimis Superioribus, pro re juste inspicienda, debite insinuato: ubi autem præter exspectationem à Superioribus pro ratione æquitatis inspectio non haberetur, jure tunc Cæsareo uti, neque ullo modo, de facto & vi procedere liceto, nisi a magno Magistro aut Archicommendatore singulariter mandatum esset, sive vi ad illud compellatur. Commendator quoque erga quoslibet ut vicinus, & amice se gerat, quatenus adjacentibus, Ordinem diligendi, neque odio habendi ansa præbeatur.

Porro Commendator quilibet Domus Ordinis, bona, quæque ad ea pertinent, uti & suppellectilia in digno cultæ fabricæ statu conservato, proventibus pro necessitate, suoque etiam statui congruenter, ac non cum superfluitate, aut prodigalitate fruator, eo tamen modo, ut de omnibus Domus Ordinis proventibus Archicommendatori, aut cui hoc competit, juxta observatam Ordinis consuetudinem, rationem annuam reddat, & quo casu reditus Domus Ordinis impensas excedant, id penes Domum maneto, inque bonum illius ad media licita, & debita impendator, neque liceto Commendatorum ulli, bona aliave commissæ sibi Domui appertinentia vendere, permutare, oppignorare, aut ulla ratione commutare, neque bona emptione adjungere, nisi præscio Archicommendatore, & Capitulo ejusdem Baleyæ.

Neque ingens ædificium florenis plusquam ducentis ætatum, sine consensu ordiator; pariformiter Commendator, ubi ingentem pecuniam in bonum Domus una alterave via collocare voluerit, id cum præscitu, & consilio Archicommendatoris faciat, neque sine præscitu Archicommendatoris ullam Commendaturæ pecuniam mutuo accipere, quæ ducentos, aut ad summum trecentos florenos excederet, ei liceto. Quod si fieret autem, & Mors Commendatoris, qui mutuo accepit, intercederet, eam Ordo reddere non tenetor, nisi ut dictum supra, cum consensu Archicommendatoris, eoque fine, quatenus in commodum Domus Ordinis cedat, attentatum esset.

Neque Commendator ullus, aliusve Ordinis consors tutelæ, aut cautioni se immittat, unde damnum Ordini aut periculum timeretur. Quod si Commendatori, præter commissam Ordinis Domum, prædia, & Subditi fuerint, eosdem in bona politia, bonaque disciplina contineat, neque contra antiqua Privilegia, aut legitimam consuetudinem, eos molestato, nec ullo modo iniquitate rerum gravato, è contra vero mala, quando quidem ab Ordine ad hoc facultatem

habeat

habeat, impunita non relinquat, sicque in omnibus justitiam, ut æquum est, administrato.

Siquis Commendator unam pluresve Parochias Sacerdotibus instruendis, ab Ordine facultatem haberet, eo præcipue cura, & studium ejus intendator, quatenus piis bonique exempli Sacerdotibus cum Archicommendatoris præscitu instruantur, neque ullo modo Sacerdotibus permittunto, eos, sive sint Ordinis, aut alii Sacerdotes, indignam Sacerdote, & inhonestam vivendi normam ducere.

Quod si Commendator Ordini, aut creditę sibi Domui Ordinis debite non præesset, Archicommendatori, cum præscitu Capituli, viliorem ei non tantum Domum assignandi, quid quod omnibus plane Commendaturis privandi, debitamque in eum pœnam, juxta tenorem Statutorum, prout ratio delicti fuerit, statuendi facultas esto. Si contingat, in una alterave, in qua Domus Ordinis sitæ sunt, Provincia, seditiones motusve bellici oboriri, quivis Commendator facultatem habeto, in bonum Patrię, & Justitiæ cum auxilio, & consilio (si requiratur, neque nocivum sit Ordini, aut cum facere id, aliunde ei competat) comparendi, si tamen contra Religionem Catholicam æquitatemque non tendatur. Insuper, ubi ejus generis quid contingeret, illud mature Commendator Archicommendatori indicato, ejusque mandatum, si imminens periculum ratione temporis ferat, præstolator.

Quivis etiam Commendator studeat, Provinciarum, in quibus sitæ sunt Domus Ordinis, Constitutionem, consuetudines, observationes sufficienti callere notitia, atque id eo fine, quatenus, ubi in prosperitatem Patriæ consulere quid debeat, cum commodo illud pręstare valeat, id quod bonæ erga Ordinem propensionis capiendæ ansam præbebit. Præ reliquis autem Commendator quilibet probe observato, quoniam Ordinis Nostri fundatio absque eo non parum eo collimat, ut egenis, defectuosis, & infirmis bene prospiciatur, quandoquidem antehac in Ordine ejusque Domibus in quolibet Balliviatu observatum fuit, Pauperibus Eleemosynam dari; ita quilibet in particulari Commendator egentes sibi habeto commendatos, stipemque tam egenis Domesticis, quam aliis clementer, pro ratione redituum Ordinis Domus sibi commissę, impertiator.

Ordinamus insuper: quando Commendator in Dominorum, aut Militaria stipendia se dedere mentis est, id cum pręscitu Archicommendatoris, & consensu fiat, etiam conditiones, & servitia, queis se Commendator vult addicere, ita comparata sunto, quatenus Ordini major gloriæ, & utilitatis spes, quam detractionis, & detrimenti periculum affulgeat; ut autem Ordini nihil damni desuper tolerandum esset, neque Commendaturas decrementi ullius periculum maneret, Commendator, ubi aliæ Ordinis personæ, quæ ad id adhiberi possent, non adessent, honestum quendam Virum constituat, qui Archicommendatori acceptus, à fidelitate commendatus Ordinique proficuus sit, qui Commendaturam in illius absentia pro debita sustentatione sibi danda, administret, redituumque ad illum pertinentium Commendatori, Ordini, aut alteri, cui competit id facere, fidelem reddat rationem, atque idem tam Ordini, quam Commen-

mendatori Juramento obstrictus esto. Quilibet insuper Commendator, qui à commissa sibi Commendatura recedere vellet, obligator singulis annis invisere Commendaturam, & lustrare, ne eadem ulla via decrementum incidat, aut Ordini obedientia demattur. Ubi autem Commendator talibus se dederet Servitiis, aut occasionibus, quatenus in annos singulos Commendaturam visitare non posset, neque summa id necessitas exigeret, nihilominus Archicommendatori id significato, causasque ponderosas, ratione quarum Commendaturam omni anno non invisat, indicato.

CAPUT VIII.

De modo servando circa Mortem Commendatoris, aut Presbyteri Ordinis.

QUod si Archicommendatori mors Commendatoris obversatur, aliquas Ordinis personas, si nulla ante ibi existeret, eo ablegato, hę in casu Mortis, omnia relicta Sigillo muniunto; ubi vero nullus adesset, illud per duas alias, quarum fama integra est, Personas, præter Servos intimos tamdiu, usquedum Personæ Ordinis eo veniant, perficiatur, casus autem mortis quamprimum Archicommendatori notificator; interim cadaver in albo usitatoque Ordinis pallio vestitum super panno nigro, juxtaque illud inauratus Ensis collocator, atque inauratis calcaribus cingatur, ac proin Archicommendatoris mandatum porro expectandum. Ubi verò ratione distantiæ Archicommendatoris mandatum exspectari non posset, tunc, postquam Cadaver spatio viginti horarum in habitu Ordinis, modo mox dicto, requievit, ligneo feretro imponatur, cum albo linteamine, nigra ex lana, cruce distincto, superposito, super affixis inauratis Ense, & Calcaribus, atque dein die insequenti Sepultura fiat, eo quidem modo, quatenus omnes Commendatores, Equites, Fratres Ordinis, & Sacerdotes Ordinis, qui circa idem tempus eo comparere possunt, accersantur atque requirantur, uti, & proximi ejus cognati, aliique honesti homines, qui apud postremos ejus terrestres honores comparendi propensione ducerentur; præcipue autem omnes clerici ejusdem loci, exequiis ut in templo intersint, pro competente, ut mos habet, compensatione requiruntor. Quod si jam cadaver, cum processione, conformiter consuetudini ad templum deferendum est, id per 8. aut 6. honestos Viros, atque si fieri possit, per servos Ordinis fiat, qui omnes oblongis nigrolaneis palliis vestiti sunto, pileisque lugubribus: Octodecim porro aut saltem undecim egentes Scholares aut alii egentium liberi nigris oblongis Togis, & Cappis, prout in casibus ejusmodi usurpari easdem de consuetudine solet, vestiuntor, eo fine, quatenus unusquisque cum duabus accensis facibus, quibus defuncti Commendatoris Scuta insignia in charta picta appensa sint, atque ex utroque latere, juxta cadaver incedant; ante funus autem vexillum ex *Serico* albo *Damasceno*, aut duplici *Holoserico*, in quo ex utroque latere Ordinis, & Defuncti insignia depicta sunto, à Servo Ordinis erectum præferatur, atque vexillum cum duobus cuspidibus, quemadmodum labara Equestria esse amant, confectum esto, ac post Sepulturam in templo explicator; post labarum Eques ducatur ex toto obtectus nigro laneo panno, ut ulnæ duę ejusdem terram allam-

bant; insuper ex utroque Equi latere defuncti scutum Ordinis in charta de. pictum, tegumento affigatur. uti, & albo panno, qui feretro superpositus est; proin Equites Ordinisque Fra. tres, exceptis, qui antecedunt, Sacerdotibus, omnes albo Ordinis pallio induti, & secundum hos proximi Cognati aliique honesti homines, uti alias in casibus ejusmodi observatur, subsequuntor.

Sepulto itaque Cadavere ab duodecim Ordinis, aut, si fieri nequeat, aliis Sacerdotibus vigilia celebrator, postridie exequiæ, more Christiano habeantor, atque in omnibus Altaribus, quæ in Templo exittunt, ubi Defunctus terræ datus est, Missæ Defunctorum per Ordinis, aut alios Sacerdotes celebrantor; pari modo, etjam dies septima, trigesima, & anniver. saria, conformiter Christianæ observantiæ, & quemadmodum ejusmodi personæ debetur, per Officium Divinum aliaque habeatur: usque ad trigesimam quoque Sacerdos Ordinis Missam pro Defuncto in Ecclesia, in qua tumulatum Corpus quiescit, celebrato, omnes quoque Ordinis Sacerdotes ejusdem Balliviatus tres Missas pro salute animæ, ubi indigeret, legunto, utpote in die septima, trigesima, & in Anniversaria, id quod illis data occasione insinuator.

Pauperibus insuper quater Eleemosinæ pro facultate semper Domus Ordinis, ubi obiit, impertiuntor, utpote postero à Sepultura die, septima, trigesima, & anniversaria: quilibet etiam Ordinis Frater ejusdem Balliviatus, uti, & alii Equestres Fratres, ubi eisdem indicatur, centies Pater Noster, & Ave Maria, pro Anima Defuncti orare tenentor, & si contingat, Fratres Equestres in septima, trigesima, & Anniversaria die, exequiis interesse, tenentor quavis vice vigiliam juxta tenorem Breviarii, aut vero qualibet vice illius loco centies Pater Noster, & Ave Maria pro eo orare, atque cuilibet Commendatorum, aut Equitum, qui in Domo Ordinis obit, lapis Sepulchralis, desuperque scutum ejus nomenque incisum ordinator; qui autem extra Commendaturam moriuntur Equites, aut coram hoste cadunt, quoniam in hoc casu certi nihil præscribi potest, nihilominus celebratio exequiarum septimæ, trigesimæ, & Anniversariæ diei, omniumque aliorum officiorum Divinorum in Archicommendatura, uti & ab omnibus Equitibus Ordinisque Fratribus præsertim preces pro Defuncti anima habeantur, ac si Commendator in Commendaturis obeat. Defuncto etiam Equiti, qui in Domo Ordinis terræ mandatus non est, ubi possibile, lapis mortualis, cui Scutum ejus, & nomen incisum, adornator. Ubi autem Eques Junior Ordinisque Sacerdos moritur, Archicommendator contracta debita, ultra quantitatem relictorum, refundere non tenetor.

Quod si vero Ordinis Sacerdos vita fungatur, Archicommendator, aut Commendator curato, quatenus Defunctus albo ordinis pallio, uti, & habitu Sacerdotali ad Aram usitato, juxta observatam diuturnam consuetudinem, vestiatur: Cadaver autem viginti horarum spatio expositum, ligneo imponatur feretro, eique calix de ligno, aut cera confectus in manus dator, atque honeste in præsentia Fratrum Ordinis (ad quod etiam Ordinis Sacerdotes in vicinia existentes juxta, ac alii Defuncti Cognati, & noti convocantor) terræ inferatur.

Eo itaque more Christiano terræ dato, statim porro à Sacerdotibus in præ. sentia,

sentia, Vigilia Defunctorum legatur, & postridie exequiæ, uti & postmodum septima, trigesima, & Anniversaria dies cum sex Sacerdotibus celebrantor.

Porro in illius salutem à Sacerdote Ordinis in dies Missa Defunctorum usque ad trigesimam legatur, & juxta tenorem veterum Statutorum quibusdam indigentibus, & Pauperibus per dies quadraginta Eleemosyna certa in Dei honorem, illiusque salutem dispertiator. Pariformiter Equitum quilibet ordinisque Fratrum centies Pater Noster, & Ave Maria pro illius Anima, si forte ope, & intercessione indigeat, orare, & quivis Ordinis Sacerdos, cui illud indicatum est, quatuor Missas Defunctorum, nimirum pro prima, septima, trigesima, & Anniversaria die tenentor.

CAPUT IX.

Quomodo Commendatura, aut Ordinis Domus tempore vacatura de novo sufficienda sit?

QUod si Commendatura morte Commendatoris, aut alio modo vacarit, Archicommendator, ubi alias moram usque ad Capitulum ordinarium, quod singulis Annis certo tempore habendum, aut si is una alterave de causa pati nollet, peculiare Capitulum conscribat, pluribusque votis Commendator, aut Archicommendator solus cum suis Senatoribus, sicuti in uno alterove Balliviatu de usu est, & observata consuetudine, in vacaturam dignissimum ad hanc Commendatorem (ita tamen, ut habitam antea Commendaturam vicissim relinquat) aut alium Equitem sufficiat; per hoc autem Magistri juri in Cameralibus Balliviatibus, ac Domibus, si eisdem suffectura, & Archicommendatorum, & Fratrum Ordinis admissio competit, nihil derogatum, sed hisce per expressum reservatum esto; atque in hoc juxta qualitates personæ, id quod penes Magistri, Archicommendatoris aliorumque Commendatorum cognitione, secundum cujuslibet Balliviatus observatam consuetudinem, merito stare debet, & non secundum ætatem procedator. Observandum nihilominus est, quatenus si aliqui sint Equites, qui ad vacantes Commendas promoveri possent, iidemque militari peritia præditi, ac à laudabili vitę ratione commendati, atque bonis alias qualitatibus, pari beneficio, ab omnipotenti Deo donati sint, ii tamen, qui diuturniori tempore in Ordine sunt, aliis nuper admissis, præferantur, præque istis promoveantur, neque in hoc Magistri, Archicommendatores, uti & Commendatores alii, per quos suffectura facienda est, suam conscientiam onerent, quod præ digno, promoveant indignum, sed in hoc ita procedunto, quemadmodum sibi fieri optarent. Quod si eveniret autem in Balliviatibus non Cameralibus, & Domibus, in datis votis paria duobus Equitibus favere vota, Archicommendator ejusdem Balliviatus arbiter esto, ita ut Archicommendator duo dare vota valeat.

Ubi nunc Commendator Commendam aggredi debet, penus vini, frumenti, aliorumque necessariorum penes Domos, & Balliviatus, prout in quolibet usus & consuetudo habet, permaneto.

Neque ab ulla Commenda, nec vasorum, nec aliorum suppellectilium quid, sub quocumque nomine veniat, post obitum Commendatoris ad alias Commendas, aut alio transferator.

tor. Pariformiter nullus Commendator suppellectilem ab una ad aliam Commendam, quo destinari forte posset, alienato, verum domui semel facta, in eadem permanento.

Quod autem demortui Commendatoris relicta attinet, in hoc Balliviatus cujuslibet observata consuetudo attendatur, atque Archicommendator ad distractionem relictorum, unum duosque Commendatores, & alias insuper unum hominum suorum, ad hoc ei non displicentem, ordinare potest, qui dein omnia debite divendere obligantor; verumtamen debita, quę defunctus Commendator legitime, & non contra statuta contraxit, atque reliquit, de iis praevie delentor, ut ea propter non de mortuo tantum, verum, & Ordini sermo detractorius non oboriatur; in omnibus quoque domibus ordinata inventaria tam ratione Suppellectilis, quam rerum aliarum, quae domui competunt, habentor, quod inventarium Commendatori cuivis, quando ei Commenda credita est, in reddendam desuper ab ipso rationem, tradator, ac Archicommendator pariformia habeto Inventaria, quatenus, ubi Commendator aliquis Domum relinqueret, ex iis videri possit, qui Domum & appertinentia in digno statu conservarit.

CAPUT X.

Quomodo post Mortem Archicommendatoris tam Sepultura, quam administratio Archicommendaturae, tamdi, donec Archicommendator alius eligatur, servanda sit!

AB obitu Archicommendatoris, praesentes Commendatores, & Equites, Cancellarias, conclavia, cistas, in quibus litterę, praesens pecunia, argentea vasa, aliaque cujusdam momenti, sigillo suo muniunto, ubi autem Commendatorum nemo adesset, id per alios Equites fratres Ordinis, Presbyteros Ordinis, & aliquos praecipuos servos usque ad adventum Commendatorum, fiat, cadaver autem, postquam per 24. horas in nigro laneo panno, in suo usitato ordinis vestimento, & aurea cruce, cumque inaurato Ense, & calcaribus expositum fuit, fortissimo inunctum Balsamo, ligneoque imposi-tum feretro, atque in conclave aliquod, usque ad sepulturam, ordinator, desuper *tectum* stratum esto tegumentum ferale ex albo laneo panno cum nigra cruce, cui auratus Ensis, & calcaria affixa sunto. Cerae, aqua lustralis, & quidquid in ejusmodi casibus congruit, quoque ad illud adornantor, casus autem mortis Archicommendatoris quam primum magno Magistro, & dein omnibus Commendatoribus ejus Balliviatus notificator; post haec omnes Commendatores, Equites ordinisque Sacerdotes (qui a suis Parochiis abesse possunt) tenentor, se ut primum fieri potest, ad Archicommendaturam, in qua cadaver est, conferre, & casu, quo alicui ratione infirmitatis corporalis, aut quod is in peregris Regionibus existat, ita ut illi notificari illud non valeat (quo fine, per nil se cohiberi permittere deberet) comparere non liceret, id per expeditum Nuncium insinuato.

Quod si igitur Commendatores, Equites, ordinisque fratres omnes, aut potior eorum pars in Archicommendaturam fuerint congregati, sepultura attentari poterit, juxta modum, tam ratione officii divini peragen-

di

di, precum, quam Eleemosynarum distribuendarum aliorumque omnium circa Commendatorem haberi consuetum, quod etiam in capite octavo fusius tractatur; at Scholares viginti quatuor, faciferi panno nigro vestiti sunto, pari modo vexilla duo post funus gestantor, unum ex toto album cum defuncti Archicommendatoris insigni, atque hoc Ordinis scuto *inclu-so*, quemadmodum Archicommendatores uti consueverunt, alterum vexillum funerale ex nigro holoserico, in quo Archicommendatoris defuncti scutum elaboratum.

Ubi igitur sepultura more Christiano peracta fuerit, Commendatores, & Equites præsentes capitulum celebranto, duosque ex iis eligunto administratores tam diu, usque dum a magno Magistro ratione novi Archicommendatoris rescriptum emanarit; in celebratione Capituli directorium habento, omniaque maturo consilio eo instituunto, quatenus ordini in defectu Archicommendatoris, detrimenti nihil oboriatur.

Die nunc trigesima in salutem defuncti Archicommendatoris conformiter Christianę observantie cum omnibus debitis cæremoniis celebrata (ratione cujus ambo destinati Administratores decreto die conveniunto) præsentes Commendatores sequenti Die, audito prævie summo Ss. Missæ Sacrificio, ad Capitulum procedunto, deque duobus, aut tribus ex suo gremio, quorum unus postmodum Vicarius sit, inter se conveniunto; neque tamen per hoc quidquam Magistri juri derogator apud Cameralem Balliviatum; hoc peracto illos quam primum magno Magistro indicanto, rogantoque quatenus unam ex denominatis Personis in Vicarium confirmare velit; usque ad confirmationis adventum autem, duo interim Administratores denominati, in Archicommendatura permanere, omniaque, ut antea, in bona obedientia conservare tenentor; si postea magnus Magister in unum sibi laudatorum consenserit, eidem confirmatorias transmittato juxta introductam consuetudinem; è contra Vicarius confirmatus per Reversales Sigillo suo munitas, & à se subscriptas magno Magistro, uti mos hactenus viget in Balliviatu, fidem suam adstringato. Exin Vicarius quam primum in suo Balliviatu Capitulum conscribat, idque suis ordinis fratribus subiectis proponat, qui proin, præter gratulationem, omnem ei debitum respectum obedientiamque se prompte exhibituros promittunto, ad quam etiam usque ad insequens Capitulum generale tenentur, in quo iste in Archicommendatorem, si interea ordinis Regulis, & Statutis conformiter viveret, neque alia singularis considerabilis, & momenti ratio occurreret, plene confirmandus esset, nisi magnus Magister, relevantibus de causis consultius duceret, aliquem in Archicommendatorem, Capitulo generali non exspectato, confirmari quam primum curare, quo casu id Archicommendatoribus proxime adjacentibus significato, mentemque cujuslibet desuper per litteras postulato; quod si igitur potior pars in hoc consentiat, à Magno Magistro in Archicommendatorem confirmator, modo in quovis Balliviatu, usitato, & observato.

Facta ejusmodi confirmatione, à confirmato Archicommendatore ratione acceptionis, & confirmationis Archicommendaturæ magno Magistro reversales extraduntur, in forma apud Cancellariam magni Teutonici Magisterii invenienda. Ut vero non con

contingat etiam, quod ob irrepentem practicam indignissimus dignissimis, & ad hoc probe qualificatis personis præferatur, volumus hisce omnibus Archicommendatoribus, Equitibus, Ordinisque Sacerdotibus maxime serio inculcatum atque demandatum, quatenus in hoc nec per se, nec per alios attentare quidquam præsumant, neque idcirco suam gravent conscientiam, sed tam candide procedant, ut Deo, magno Magistro, totique Ordini rationem desuper reddere valeant.

CAPUT XI.

De modo agendi circa relicta bona demortui Archicommendatoris.

POstea quam confirmato Vicario omnia Archicommendaturç annexa tradita sunt, quam primum per eum aliosque duos, qui ab obitu demortui Archicommendatoris administratores ordinati sunt, sigillum de relictis præfati defuncti Archicommendatoris in præsentia illius, aut eorum, quos ad hoc magnus Magister denominavit, demator, aperiuntorque, eaque Magistri legatis, prout observata pridem loci consuetudo innuit, traduntor. Hæreditas magni Magistri non ultra præsentes pecunias, catenas, annulos, cimelia, vestes, atque itinerales Rhedarumque Equos extendator, cœtera vero omnia in Archicommendatura inventa, eique appertinentia, utpote argentea vasa, suppellectilia, vinum, frumenta quæque insuper adessent, in Archicommendatura permanento, novoque electo Vicario, ut supra dictum, traduntor, inque inventarium referuntor.

CAPUT XII.

Si magnus Magister obeat, quomodo usque ad electionem alterius, pariter quomodo Sepultura, officiumque Divinum pro anima illius servanda, & alius sit eligendus?

QUod si magnus Magister obeat, Vicarius, Cancellarius, aut alii cœterequin præcipue Senatores, & officiati una cum aliis Ordinis Personis, quç præsto sunt, omnia conclavia, quæ defuncti magni Magistri habitationi deserviebant, uti & Scripturç, aliaque, exceptis ad quotidianum usum necessariis, consuetis suis Sigillis muniunto; cadaver autem quam primum nigro, ex *Panno Holoserico*, tapeto, & in consueto Ordinis habitu, imponator, fortissimoque Balsamo pollinctum, in feretro collocatum, atque dein in Sacello albo panno Holoserico, damásceno serico, rasave, densaque Bombyace obductum exponator, Officium Divinum in dies usque ad elationem funeris, diligenter in Sacello, in quo Cadaver expositum est, solemniter, prout congruit, celebrator, casus mortis autem magni Magistri, quam primum accidit, per proprios, aut expeditos Equos, modo commodiori omnibus Archicommendatoribus Ordinis, ac Senatoribus Balliviatus Franiconici, per proxime prçsentes Archicommendatores, Vicarios, Cancellarios, aliosque prçstantes Consiliarios significator, qua facta in continuatione quilibet Archicommendator una cum uno, aut duobus Senatoribus sibi commissi Balliviatus, alias ad Capitulum Generale ordinatis, intra sex septimanas ab obitu magni Magistri in Mergenheim, aut alio loco, in quo magnus Magister vi Ordinis

Ordinis residebit, compareto, atque ab aliis Commendatoribus, & Equitibus commissi sibi Balliviatus, tam ad electionem alterius magni Magistri, quam alias magni ponderis res, quæ in Capitulo generali tractari deberent, plenam potentiam conferto; quod si igitur Archicommendatores, modo prædicto, omnes in destinato loco, sicuti nemo absque necessitate desursum veniente emaneto, aut si hoc contingat, alium suo loco substituato, advenerint, præprimis funus defuncti magni Magistri terræ mandator, ac quoniam in hoc nec tempus, terminus, modus aut ordo, qui circa Sepulturam servandus sit, præscribi nequit, propterea, quod magni Magistri vario, ac subinde de magno sint oriundi stemmate, tum etiam, quod sciri nequeat, quo in loco iidem decedant, itaque ordinatio hæc penes discretum judicium, & arbitrium Archicommendatorum, & Senatorum, hoc in casu concurrentium, esto; nihilominus omnia in hoc sic instituuntor, ne Ordinis honori detrahatur, atque defuncto magno Magistro competens ultimus terrestris honor, statui ejus congruenter, exhibeatur. Ut primum Archicommendatores congregati fuerint, duo illi, qui alias primam sumpserunt sessionem in Capitulo Generali, veluti Alsaticus, & Franconicus, ac proin unus Borussicę, alter Teutonicæ ditionis Directorium, usque ad alterius magni Magistri electionem, tam in indictione, ac præsidio Capituli, quam in omnibus aliis rebus habento; Vicarius, Cancellarius, & Consiliarii autem, tempore vacantis magni Magisterii, in negotiis Ordinis rescriptum non impertiuntor; interea quoque pari modo omnes defuncti magni Magistri relicti Servi, ac Subditi in illorum duorum, qui directorio præsunt, obligationem, quam fecerant antea, & obedientiam exhibendam adducuntor. Ubi nunc post Sepulturam ad electionem novi magni, & Teutonici Magistri pervenitur, peracto prævie de Spiritu Sancto, summo Missæ Sacrificio, & persolutis in Capitulo consuetis precibus, ad electionem procedator, atque per Commendatores Borussicæ, & Teutonicæ ditionis, ac per absentium legatos, atque Senatores Balliviatus Franconici, usque dum tredecim eligentium numerus compleatur, novus Magnus, & Teutonicus Magister eligator, vota per duos ad hoc ab aliis destinatos, colliguntor, quique per unanimia, aut majora electus, in Capitulo manifestator, proin solemniter adducator in Templum, Campanæ pulsantor, coram Altari sistator, Te Deum laudamus canator, ac porro præstito juramento publicator, & ulterius ipsi per Directorem ditionis Borussicę aurea magna Magisterialis Crux appendator, consuetus Annulus ipsius digito inducator, per Directorem autem Ditionis Teutonicæ clavis tradator, omniaque magisterio appertinentia creduntor, atque in omnibus aliis usus, & observata consuetudo, juxtaque pactorum, & Capitularium decretorum forma attendator. Talisque publicatus atque ad magnum Magisterium admissus à singulis in hoc honore honorator, & respiciator, atque ab omnibus Ordinis Consortibus eique obligatis, eidem debita obedientia in omnibus, quę Deo, hujus legi, aut Ordinis Regulis, Statutis, Decretisque Capitularibus non adversantur, Domi forisque debite obsecundator, aut contra debita quamvis pœna, pro ratione habita, desuper maneto.

CA-

CAPUT XIII.

Quomodo in quovis Balliviatu Cassa, tam ad sustendandos adversus infideles, juniores Equites, quam pro casibus eadem utendi causa erigenda sit?

QUandoquidem summa exigat necessitas, respicere media, quo modo juniores Equites in finibus Hungaricis, aut alibi, ubi adversus Infideles residentia eis habenda est, id quod ad efferendam, & conservandam laudabilis Ordinis bonam famam præteriri nequit, sustentari valeant, pariter etiam ut quilibet Balliviatus præsenti pecunia pro casibus necessitatis usurpanda instructus sit, ac propterea bene eo cogitatum fuit consultum esse, in quovis Balliviatu peculiarem erigere Cassam, ejusdem collecta pecunia in omnes casus, ut dictum supra, utendi causa, varia quoque bona media proposita fuerunt, nihilominus inter Balliviatus, ac juxta rationem modernorum temporum tanta differentia atque incommoditas, ut unum alterumve non ubique quadrarit, sicque conformitas valensque ubique Ordinatio pangi non potuerit, idcirco, utque nihilominus Operis hujus summe necessarii principium fieret, consultum putatum atque decretum est, quatenus Archicommendator quilibet in commisso sibi Balliviatu, in omnia media viasque intendat, ac quantum possibile, in opus redigat, quomodo Cassam communem erigat pro necessitate communis Balliviatus; quodque is etiam sic perfecerit, penes ipsum irrevocabiliter permaneto, illud in communis Balliviatus utilitatem administrato usurpatoque, desuperque Annuatim Senatoribus, aut Capitulo sui Balliviatus debitam rationem reddito.

CAPUT XIV.

Quomodo delicta Equitum, Ordinis Fratrum, ac Sacerdotum Ordinis punienda sint, & si quis Ordinis reus, qui contra ipsum procedendum?

IN Statutis antiquioribus, & Regulis delicta, & transgressiones, quatuor distinctis pœnis, pro delicti semper gravitate punita sunt, utpote nimirum minima, magna, major, maxima pœna, queis pœnis delinquentes delicta sua luere debuerunt.

Leges autem, & Ordinationes tum temporis (uti & omnia alia in libris Statutorum Ordinis contenta) in erectione Ordinis, in statu longe alio ac hisce temporibus nostris, fuerunt: ut vero veteribus Statutis, & Regulis, pro possibili, pro ratione Ordinis temporumque inpræsens obversantium, conformiter agatur, ita quoque delicta, ac transgressiones Equitum, Fratrumque Ordinis quatuor etiam modis puniuntor. Minima primaque pœna eo respicit, quod ubi Commendator, Eques, aut Ordinis Frater, conformiter vocationi suæ, Statutis se non conformaret, neque tamen delictum non adeo pœna dignum esset, quatenus majoribus merito pœnis puniendum esset, delinquenti per Archicommendatorem Balliviatus, cui ille incorporatus est, litteris, aut oretenus, prout quavis vice Archicommendator necessarium duxerit, fortis, & seria fiat admonitio, cum hoc addito: casu quo delinquens ab hoc illicito agendi modo non desistat, quod tunc pluribus, & majoribus contra eum pœnis procedendi ansa præbeatur.

Pœna

Pœna secunda esto, quod Archicommendator facultate polleat, cum præscitu Capituli Balliviatus sibi concrediti, Equitem, qui pro decoro se non gerit, in Domum quandam Ordinis, quo ei libuerit, vocare, ibique detinere captivum in conclavi quodam peculiari, aut solum in Domo, quavis vice pro ratione delicti, idque ad quadrantem anni, medium, aut annum integrum; quod si vero ea sit ratio delicti, ut captivitas ultra annum debeat extendi, id cum præscitu magni Magistri fiat. Secunda hac pœna præcipue delicta sequentia puniuntor, nimirum.

1. Cum Eques concreditæ sibi Domui Ordinis modo debito non præfuerit, eidem in uno alterove damnum inferat, neque digno in statu conservet.

2. Cum Eques Prępositis suis in rebus justis, quam primum, si cæteroquin impossibilitas non obstet, obedientiam non exhibeat, monitionem non acceptet, ergaque eos debitam observantiam omittat.

3. Qui absque causa ponderosa cum alio Equite dissidium habet.

4. Cui commissa est Domus Ordinis, isque cum vicinis injustam atque inconsideratam ordiatur causam, ratione cujus Ordo in odium, & discordiam adduci posset.

5. Qui absque causa, modoque injusto damnificat quemquam, aut ei injuriam infert, isque desuper apud Archicommendatorem accusatur.

6. Qui durante tempore Residentiæ suæ modo debito, suæque conformiter instructioni non se gerat, aut durante Residentia, sive alias alio tempore ea contrahat debita, quatenus ea sine ope Ordinis persolvere nequeat, ratione cujus proin honori Ordinis pertrahi posset.

7. Qui sine præscitu Archicommendatoris sui ultra sex, aut octo septimanas à Domo Ordinis iter faciat, nisi ponderosis, & legitimis de causis fiat.

8. Qui cum decremento honoris Ordinis, leviculis malęque famæ Societatibus adhæserit.

Tertia arctiorque pœna esto, quod Equiti cuidam nulla per tempus vitę Commenda credi debeat, ac si quam habuerit, eadem auferatur ad eo, delictum autem is expiato, quandoquidem ei ab Archicommendatore, & Capitulo ejusdem Balliviatus (tamen cum magni Magistri præscitu) imponitur: si etiam delictum sit ita comparatum, quatenus illud per annum, plus minusue, in carcere quodam in compedibus cum aqua & pane expiari deberet; ac præcipue puniuntor eadem pœna delicta sequentia.

1. Qui personam quandam, ubi non in defensionem corporis, & vitæ suæ, aut honoris fiat, temere occidit, ita tamen ut tanquam homicidium agnosci nequeat.

2. Qui contra Præpositos occultam, aut apertam injustam, ac iniquam fovet practicam, eaque, ad damnum inferendum eis, utitur.

3. Qui secreta Ordinis, quęque in Capitulo tractantur, revelat, unde damnum Ordini oboriri posset.

4. Qui privilegia Ordinis, cum ea conservare posset, studiose enervat.

5. Qui de domo Ordinis sibi commissa divendit quidquam sine consensu, oppignorat, in alias vias abalienat, aut in ea redigat debita, unde proventus Ordinis minuantur, domusque incidat in decrementum.

6. Qui cum sexu fœmineo contra dehortationem Archicommendatoris, ac perpessa jam secunda pœna, de qua supra, in publico dedecore, flagitioque vivit, neque se vult ab eo abstinere.

7. Qui se Præpositis suis inobedienter, temerarie opponit, ac requisitus sine sufficienti ponderosa causa non comparet.

8. Qui contra latam a summo Magistro, ac Generali Capitulo sententiam, alio appellare attentat, neque eidem acquiescere vult.

9. Qui absque consensu magni Magistri in alium Ordinem se committit.

Quarta summaque pœna esto, quem quam cum ignominia honorisque diminutione ex Ordine ejicere, aut in perpetuum carcerem condemnare; atque ea delicta sequentia pœna tali puniuntor.

1. Quod si contingat, quod aliquis in punctis Quœstionis in capite secundo contentis, & cuilibet ordinis candidato prælegi solitis, delinquat, desuperque Ordinem periculose, ac fraudulenter admisisset, eidem Ordo cum ignominia, & honoris diminutione auferator.

2. Qui dolo aut falsitate, sive ope simoniæ quemquam in Ordinem perveniri adjuvat, isque hac via in Ordinem perveniat.

3. Qui à vera Catholica Religione apostatat.

4. Qui fidei matrimoniali se adstringit.

5. Qui bona Ordinis, quocumque medio, in proprietatem conatur redigere, ad eadem ab Ordine per hoc abalienanda.

6. Qui violento modo quidquam contra magnum Magistrum, Præpositos suos, aut contra Ordinem attentare audet, sive fiat per personam suam propriam, aut per instigationem suam falsam, aut occultam practicam.

7. Qui latronum more, aut studio quemquam trucidat.

8. Qui coram Hoste in campo Martio, aut alias causa est fugæ.

9. Qui studio ad Infideles se confert, sive deìn fidem neget, aut non.

10. Qui turpi Sodomię peccato se contaminat.

Quamquam hęc supra relata delicta merito summa pœna castigari debeant, nihilominus magnus Magister cum consensu magni Capituli singularibus magni momenti de causis forte occurrentibus, atque ex misericordia pœnas aliquo modo limitare poterit, exceptis quatuor ultimis delictis, nempe studioso Homicidio, fugæ causa, coram Hoste ad Infideles se deditione, fœdoque Sodomiæ peccato, in quibus neque magnus Magister, aut alius quisquam pœnæ limitandæ facultatem habeto, verum eadem carcere perpetuo in aqua, & pane acerrime puniuntor. Quoniam punibilia delicta (quæ minori merito, aut majori pœna, semper prout facta sunt, puniri debent) nullo numero, & multivariam committi possunt, ita quatenus numerari omnia nequeant, omnes delinquentes Equites, Ordinisque Fratres, juxta cognitionem magni Magistri & Capituli magni puniuntor; quod si contingat etiam, Commendatorem quemquam memoratorum horum, aliorumve delictorum reum deprehendi, non minus ille quam Equites alii per magnum Magistrum cum prasciitu Capituli magni puniator.

Sacerdotes Ordinis, quoniam in omnibus subiacent obedientiæ Ordinis, ita delicta eorum, prout quavis vice comparata fuerint, secundum librum Ordinis, quemadmodum eadem fusius supra relata sunt, mulctantor.

CA;

CAPUT XV.

Quod alicui cum præscitu magni Magistri, justisque de causis ex Ordine excedere liceat.

EX Ordine exitum petere, id fieri potest duabus præcipue de causis; prima est, cum quis ex hoc Ordine in strictiorem vellet se committere; alia est, cum quis sui stemmatis, & Nominis ultimus existeret, ita quatenus totum stemma in ejus dumtaxat persona conquiesceret, aut vero quod ex obversarentur rationes, quas sufficientes magnus Magister, relevantes ac justas existimaret, tamen quavis vice in casu matrimonii contrahendi cum dispensatione papalis Sanctitatis; sine hoc autem nemini Ordinem deserere liceto.

Ubi contingeret quemquam justa de causa Ordine excessisse, propensioque in Ordinem se denuo committendi, adigeret, facultas penes magnum Magistrum esto, ipsum in Ordinem readmittendi, si tamen laicus permansisset, neque strictiorem fuisset Ordinem ingressus.

Omnes has præscriptas Regulas, & Ordinationes, exceptis punctis capitalibus, quibus præcipue fundamentum Ordinis innititur, utpote ratione castitatis servandæ, obedientiæ præstandæ, vitæ sine proprietatibus transigendæ, magnus Magister cum præscitu magni Capituli, pro temporum semper ratione, atque etiam prout unus alterve Ordinis status deprehenditur, minuendi ac amplificandi facultatem habeto; ita tamen, quatenus ordinatio quavis vice eo collimet, ut præ primis Dei honori, tum etiam majori Ordinis incremento proficuum existimari posset. Siquis autem pluresve in Ordine existens, propensi ad erecta Ordinis statuta, regulasque, juxta statutorum veteres libros, servandas, his neque præsens, neque futura innovatio Regularum, & ordinationum in bono proposito obstaculum esto, verum hoc faciendi plenissimam habento facultatem.

Postremo hic Ordinis liber non solum omnibus jam præsentibus in hoc Equestri Collegio, sed etiam futuris omnibus eo ingredientibus deditisque Personis in monitionem, & perpetuam memoriam adjiciendus bono consilio visus est.

Postquam notum notorietate regionum, & imperii, ditiones Borussicas ad nostrum Equestrem Ordinem *Omni, & optimo maximo, & naturali gentium, & humano jure pertinere*, utpote quas nostri in Ordine Antecessores, *jure justissimi belli* cum permissu Ecclesiastico, & Profanæ Summæ Superioritatis, ope, & subsidio Teutonicorum nobilium Equitum aliorumque statuum Teutonicæ Nationis, prævie contra eas trium supra quinquaginta annorum gesto bello, magna industria, & labore cumque multi sanguinis effusione, tandem ope, & gratia Numinis cum omnibus juribus, & dignitatibus lucrati sunt & potiti, ex manibus Infidelium, & potestate ad Christianam fidem, subque Ordinis ditionem, & potestatem adduxerunt, omnem quoque Christianam laudabilem politiam, & ordinem in iis ad Omnipotentis honorem, & Ss: Imperii, cujus directo Dominio subjacet, commodum, & prosperitatem plantarunt, laudabilibus aliquos Diœcesibus, & Ecclesiis, præstantibus Arcibus, Urbibusque ornarunt, atque ædificarunt, & in sacri Imperii contra adversarios omnes propugnaculum redegerunt, atque proin regionem hanc caro adeo lucrifactam, & impetratam velut prin-

cipalium Dominationum summi infimique status Teutonicæ Nationis nobilium singulare consolatorium refugium, commorationem, & Hospitale usque ad tristissimam defectionem cum intimato legitimo titulo ad annos trecentos, & ultra, utpote Sacri Imperii Principatum, & Fœudum possederunt, rexerunt, & administrarunt, atque post insecutam perfidam defectionem, illatamque Ordini perfidiam Nostri in Ordine Antecessores, & fidelia Ordinis membra ab iis Regionibus depositi non sunt, *sed in continua civili possessione*, sicut in præsens, permanent, ac quidquid ad eas recuperandas humanæ industriæ, & possibilitatis fuit, pro occasione temporum, & circumstantiarum, vires suas ad hoc serio fideliterque impenderunt, verum impetrata justitia post multiplices iniquisitiones, & *oblationes* in re tam justa ad actualem executionem pervenire non potuerunt; id quod igitur Deo, tempori, & patientiæ commendatum esto atque relictum.

Quoniam vero insuper ignotum non est quę sit rerum facies circa Coronam Polonicam, quęque sit moderno tempore in justorum possessorum, & dictæ Borussicæ Regionis detentorum ratio, ac idcirco sperandum, fore, ut Divina omnipotentia, velut justus Judex, ac paratum executorem in sua forti Omnipotenti dextera sine impedimento cum potentia ducens, præcipue, quæ bona injusta eorumque possessores justo judicio ad durantem constantemque prosperitatem, & Benedictionem pervenire non finit, Nobis nostroque Ordini, cujus fortis dextera nondum abbreviata est, bona quoque optataque ad recuperandas ejusmodi abalienatas, & male ablatas Regiones media aperiat subministretque.

Proin Nos vi officii incumbentis ex paterna, sinceraque sollicitudine cuncta fidelia Ordinis membra illud in, & apud hanc reformationem tamen monere, ac insuper statuere, & ordinare voluimus, ordinamus etiam, & porro ponimus, ne communi Ordini eo vertatur, atque in sinistrum sensum detorqueatur, quasi Regiones ejusmodi pro derelicto haberemus, iisque omni modo renunciare vellemus, ut omnes summi inferiorisque nostri Equestris Ordinis status personæ hęc vigiles diligentesque observent, omnes occurrentes occasiones, obvenientesque mutationes attendant, & quidquid cujvis circa hæc credibile videtur, Nobis aut regenti Ordinis Capiti, pro ulteriori illius notitia, tempestive, ac fideliter communicent, illius mandato, & requisitioni omnem debitam submississimam obedientiam in omnes occurrentes, ac cum spe obvenientes occasiones cum expositione vitæ, & sanguinis exhibere debeant; quemadmodum enim ratione Ordinis titulus, & prædicatum magni Magistri, annexaque sessio in imperio, & votum, ad mandatum, & permissionem Romanæ Cæsareæ Majestatis, Electorum omnium, & Principum, post impetratam justitiam, usque huc usurpata sunt, sic nec Regionibus ipsis est, cur renuncietur, sed recuperationis spes firma, *in re* tam justa facienda est, ultimaque in hoc, nec corpori, nec vitę parcendo, prompte, ac libenter exponenda sunt. Atque hoc per modum monitionis, nostro Ordini utiliter, hisce gratiose memoratum volebamus. Prædicta hæc quoque de ablatis nostro Ordini Livonicis Regionibus intelliguntor.

Atque

atque in hujus verum argumentum, hunc Ordinis librum in præsentia, & cum consensu nostri Ordinis Capituli generalis de dato, prout in principio dictum, confici jussimus, ac in majorem confirmationem ipsi propria manu subscripsimus, atque ab omnibus Archicommendatoribus, & à præsentibus Plenipotentiariis, Vicariis, Commendatoribus, Senatoribus, aliisque Mandatoribus, atque ab omnibus præsentibus Ordinis Equitibus, & Sacerdotibus subscribi curavimus, cujus etiam cuivis Balliviatui copia fide digna, sub nostro secreto Sigillo fuit impertita.

Maximilian.

ARCHICOMMENDATORES.

Ditionis Borussicæ.

Christophorus Thumb de Neuburg Balliviatus Alsatiæ, & Burgundiæ.
Marquardus liber Baro in Eckh, & Hungersbach, Balliviatus Austriæ.
Adolphus de Bongarten Balliviatus Confluentiæ.
Ludovicus de Molart Plenipotentiarius Balliviatus Etsch.

Senatores Teutonicæ Ditionis Balliviatus Franconiæ.

ARCHICOMMENDATORES.

Joannes Conradus Schuzbahr, dictus Michling, Balliviatus Franconiæ.
Wilhelmus de Onihausen Balliviatus Hassiæ.
Æhemundus Huyn de Anstenradt Balliviatus Bissensis.
Georgius de Hangsleben, Balliviatus Westphaliæ.
Hemineck de Briezke, Balliviatus Saxoniæ.
Ferdinandus Baro de Thuringin Vicarius Balliviatus Lotharingiæ.
Wilhelmus de Bubenhoffen In Ottingen.

COMMENDATORES.

Joès Melchior Keller de Schlechten in Blomenthal.
Carolus Baro in Volckenstein in Heyibronn, & Honeck.
Joannes Udalricus Nobilis Dominus in Raitmaum, Vicarius in Mergentheim.

COMMENDATORES.

Alsatiæ.

Jacob Greimbling de Jungin in Maniau.
Joès Gasparus de Stadion in Freyburg.

Austriæ.

Egottlieb Pottinger in persing ad Cehram.
Joès Wernerus de etin Bongarten Confluentiæ.

Hassiæ.

Gerhardus de Steinhausen in Griffilortt.
Othmarus de Gallen in Schieffenberg.

Bitsena.

Henricus de Holtrap in Gemert.

Westphaliæ.

Christophorus de Delw.g in Welherne

Lotharingiæ.

Philippus Arnold de Ahn in Meinsiedel.

Saxoniæ.

Hoyerus de Caviogen in Langenllaun.

Alsatiæ.

Joannes Jacobus de Stein.

Kapffenburgi.

Joannes Georgius de Dachenhausen, nunc in Kapffenburg.

Mergentheimii.

Joès Gasparus de Flachslandt Commenda

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEVTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. III.

ARGUMENTUM

Prosequitur Narratio Ordinis Teutonici. Agitur de illius magno Magistro, de Commendatariis, Commendis, & Bajuliviis.

SUMMARIUM

1. *Tota Religio Militaris, & Equestris gubernatur, & regitur à magno Magistro.*
2. *In Religione Hierosolymitana, & Teutonicorum magnus Magister semper eligitur ex Classe Militum.*
3. *Receptus in Militis Classe, si fiat Ecclesiasticus, eundem gradum retinet.*
4. *Magnus Magister Hierosolymitanæ Religionis durat ad Vitam: ita est in Religione Teutonica.*
5. *Electio magni Magistri, à quibus, & quomodo peragatur,* & n. 6. 7.
8. *Magnus Magister inter Principes Imperii tenet locum; de quo tempore hunc Gradum obtinuit,* & n. 9. & 10.
11. *Quem locum in sedendo teneat.*
12. *Moratur, & Sedem habet in Civitate Mergentheim, & in quo loco hæc Civitas sita sit.*
13. *Ordo dividitur in duodecim Provincias, & quæ sint,* & n. 14.
14. *De Commendis, Commendatariis, & Arcicommendatariis, & numer. seqq.* n. 15. 16., & 17.
17. *Quando Ordo rediit in Europam, &* & n. 18.
18. *Obtinuerunt ab Imperatore facultatem debellandi Prussos Gentiles, cum jure eorum Ditiones acquirendi.*
19. *Prussos debellant.*
20. *Christianam Fidem eosdem docent, & Cathedrales Ecclesias auctoritate Sedis Apostolicæ fundant.*
21. *Summus Pontifex, & Imperator dictas Ditiones Teutonicis donant.*
22. *Livoniam Ordo possidebat.*
23. *Ditissimi olim erant.*
24. *Modo possident solum Bona, quæ sparsa sunt per Imperium, & quot Bajulivia sint,* & n. 25., & seqq. *Et superius,* & n. 13. & 14.
27. *Adducuntur nonnullæ Bullæ Pontificiæ Privilegiorum huic Ordini concessorum, cum numeris sequentibus.*

DIS.

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEUTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. III.

Tota Militaris Equestris Teutonicorum Religio gubernatur, & regitur à magno Magistro, uti cæteræ
1. Militares Religiones, ipseque magnus Magister est supremum Caput ejusdem Religionis. Et quemadmodum in Religione Hierosolymitana, semper per Equites ejusdem facta fuit, & de præsenti fit electio magni Magistri; ita etiam in Teutonicorum Religione Equites omni tempore elegerunt, modoque etiam eligunt eorum magnum Magistrum.

Pariterque, sicut in d. Religione Hiero-
2. solymitana, quæ tribus Gradibus constat, hoc est Militum, Capellanorum, & Servientium Armorum, magnus Magister semper eligi debet ex Classe Militum, ut cavetur in Statuto;

Ita in Teutonica Militari Religione, tribus consimilibus gradibus constante, debet magnus Magister eligi ex Classe Militum: Volumen, cui Titulus - *I Sovrani del Mondo tom.* 4. *S. L'Ordine Teutonico pag.* 272. *sub S. Egli è diviso, juxta impressionem Venetam Sebastiani Coleti, & Jo. Malachin* 1720. At præterea in hac Teutonicorum Religione Capellani, & Servientes vocem non habent in Capitulo: Unde licet, & retroactis temporibus, magni Magistri fuerint assumpti ex Episcopali Dignitate fulgentibus, ac etiam de præsenti in magno Magisterio gloriose sedeat Serenissimus Clemens Augustus Maria ex Electorali Familia Bavariæ, S. R. I. Coloniæ Elector, Administrator Ecclesiarum Monasterien. Paderbon., & Hildesecmen., id provenit, non ex quo fuerint ex Ordine, & Gradu Ecclesiasticorum, sed ex quo magni Principes, excelsisque Natalibus præfulgebant, vel ex Ecclesiasticis S. R. I. Electoribus, ut potentes sint viribus, ad Jura Teutonici Ordinis strenue propugnandum.

Cæterum illi, qui præcedentibus Sta-
3. tutariis probationibus, recepti sunt in Gradu Militis, si postmodum ad Ordines Ecclesiasticos promoventur, iidem d. Gradum in Teutonica Religione sub dicto Militis Gradu, retinent, & remanent in omnibus capaces Commendarum ejusdem Ordinis Teutonici, juxta inconcussam praxim, & exempla satis nota, & observatum fuit in Duce Saxoniæ, postmodum S. R. E. Cardinale, & Strigoniæ Archiepiscopo, qui Commendam, ac Bajulivatum Turingiæ possedit; de quibus scribit *d. Raymund. Duellius Histor. Ordin. Teutonici parte prima Sect. 6. in Annot. sub Lit. O. pag.* 53. & 54.

Munus vero magni Magistri, ut in Religione Hierosolymitana, ita &
4. in Teutonicorum Ordine, durat ad vitam, secutaque magni Magistri morte, debet novi magni Magistri fieri electio, pro qua peragenda Gubernator Civitatis, aut Cancellarius, sive Primates Consiliarii, aut servitio Religionis, magisque proximi ad consequendam Magisterii Dignitatem, Res Sigillo solito munire tenentur, ac demortui Cadavere ad Sepulturam disposito, juxta ea, quæ de Funere, ac

ac Sepulturis dicemus in *Discursu de Sepult.*, & debent statui Gubernatores Religionis, durante interregno, observando formam, quam tradit *Statutum Art.* 12.

Quibus peractis, devenitur ad electio-
6. nem novi magni Magistri, quæ hac forma peragitur. Convenientibus omnibus, qui suffragium habent, & interesse debent in Civitate Mergentheim, sive alio loco Ordini subiecto, Missaque S. Spiritus cantata, sacrisque recitatis precibus, congregantur in Capitulo, quod componitur ex Archicommendatoribus, & Consiliariis cujuslibet Balliviæ, in quo reintegrantur Commendatores Provinciarum per totum Circulum Prussiæ, & Germaniæ, ac Consiliarii Franconiæ, & illi, qui eligere debent magnum Magistrum, usque ad numerum tredecim, & inter istos duo eliguntur, qui suffragia Electorum recolligant, indeque fit Electio magni Magistri aut plenis Votis, aut cum majori Parte Votorum; Confectaque Electione, denunciatur Capitulo Electio facta, ac Electus in magnum Magistrum, solemniter cum sonitu Campanarum ad Ecclesiam ducitur, & ante Aram canitur *Te Deum*; in magnum Magistrum recognoscitur, ejusque publicatur Electio: Crux aurea Magistralis collo imponitur
7. à Directore Jurisdictionis Prussiæ, & ab eodem digito Anulus solitus, ac successive à Directore Jurisdictionis Germaniæ ei traditur Clavis, & cuncta alia, quæ ad Officium magni Magistri pertinent, juxta seriem dispositionis Statutariæ undecimo Articulo, qui datur in præsenti Discursu, & tradit *d. Jacobus Wilhelmi Imhoff in Notitia S. R. Germanici Imperii lib.* 3. *cap.* 18 *n.* 21., & late modum inaugurandi electum Principem, & magnum Magistrum, ad litteram transcribit *Abbas Justinianus à pag.* 514. *cum seqq*, *& d. Collector Gallus d. tom.* 3. §. 37. *à pag.* 171. *cum seqq.*

Magnus Magister Militaris Teutonici Ordinis inter Principes Imperii lo-
8. cum tenet, & Jus Sessionis, ac suffragii in Comitiis obtinet. Sunt autem qui scripsere, hanc Prerogativam acquisivisse magnum Magistrum tempore, quo Ordo Possessiones in Prussia acquisivit, dum magnum Magisterum tenebat Hermanus de Salza:
9. Alii dicunt, posteriori tempore id accidisse. At id certo certius est, non ab uno Seculo Teutonici Ordinis Magistros, hac Principis dignitate emicuisse. Quippe constat, ex recessu, ut vocant Imperii Augustano, usque de anno 1500. inter Imperii Proceres numerari magnum Magistrum Teutonici Ordinis, ipsumque actis illorum Comitiorum se subscripsisse, ut de prædictis omnibus loquitur allegatus *Jacobus Wilhelmus d. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 7. ubi, quod hodie proximum
10. ab Archiepiscopo Salisburgensi locum in scamno Principum Ecclesiasticorum occupat, ac ante Bambergensem Præsulem, invito quidem eo, ac de præcedentia cum ipso disceptante, Sententiam dicit.

Ab Imperatore Leopoldo magnus Ma-
11. gister Ordinis Teutonici declaratus fuit Princeps immediatus Imperii, ut in Litteris expeditis anno 1665. illique in Comitiis, vulgo Dietis, statutus fuit locus post Archiepiscopum Besanzoni. De hoc conquestus est Episcopus Bambergensis, prætendens cum illo habere saltem alternativam tam in loco, quam in præstando Vota: *dict. Volumen, cui Titulus - Li Sourani del Mondo tom.* 4 *pag.* 271.

Magnus Magister Sedem habet Mergentheim. Hæc Civitas ad Tubarim sita

 est

12. est, & inter membra Circuli Franconici, ex rationibus, de quibus agit *d.* Wilhelmus *d. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 8. cum aliis infra S. *Sicque Bella*.

Ordo dividitur in duodecim magnos
13. Bajulivatus, qui sunt Lotharingiæ, Burgundiæ, Alsatiæ, Coblentz, Austriæ, Tiroli, Bresten Westfaliæ, Franconię, Assiæ, Turingiæ, & Saxoniæ.

Prædictis pręsident Provinciales Commendatores, ex quibus formatur Concilium Gubernii Ordinis, & ex hac prima Classe seligitur magnus Magister: *d. Volumen - Li Sovrani del Mondo tom.* 4. *pag.* 272.

Mentionem fecimus de Archicommenda-
14. toribus, & Balliviis per ipsos administratis, de Commendis, Commendatariis; nunc hæc nomina explicando dicimus, quod Archicommendatores sunt, qui vulgo Provinciales dicuntur, qui eliguntur à Consiliariis, & à supremo Magistro confirmantur. Istique Archicommendatores Ballivias administrant, iisdemque Archicommendatoribus subsunt alii, qui sunt simplices Commendatores, vel Commendatores Castri.

Porro Archicommendatores partim sunt
15. immediati, istique in Comitiis locum habent inter Pręlatos, ut illi sunt qui Alsatiæ, & Confluentiæ Ballivię præsunt. Alii sunt Archicommendatores mediati, istique quoad Ordinis Regulas, ac Instituta immediate Magistro parent. Cœterum Principibus, in quorum Ditionibus Domicilia habent, & Possessiones, certis conditionibus addicti sunt. In Dietis Provincialibus comparent, atque onera subeunt, talesque sunt Archicommendatores in Austriaca Saxonia, Turingia, Hassia &c. sic harum seriem exponit *d. Justinianus* ubi supra, *Collector Gallus d. tom.* 3. S. 37. *pag.* 170., *& seqq. d. Jacobus* Wilhelmus *Imhoff d. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 10. Ubi sequentibus numeris refert nomina eorum, qui de tempore, quo ipse scribebat, singulas possidebant Ballivias.

Cœterum Ballivię Hassiacæ, alternis vi-
16. cibus, è Catholicis, Calvinistis, Luteranisque Adlectis præficiuntur, & in Ballivia Saxonica, è Protestantibus Commendatores, qui conjugio abstinent, statas preces persolvunt, Magistroque Generali per omnia Catholicorum instar subsunt: sic scriptum reliquit sępe allegatus *Duellius d. par. pr. sect.* 6. *sub. littera* O. *pag.* 53. *d. Jacobus* Wilhelmus *d. lib.* 3. *cap* 8. *n.* 22. Ubi inquit, quod licet Romanæ Religionis ratio potissimum habeatur; prędicta Nos cum horrore referimus, sicut & ejusdem *Willelmi* sequentia verba - *Attamen nec Augustanam confessionem profitentes, imo nec Calvini dogmata sequentes plane excluduntur, sed ad nonnullas, in utraque Saxonia, Thuringia, Hassia pias Commendas admittuntur*.

Expugnata à Saladino Ægypti Sultano Urbe Hierosolyma, cum cœteris Chri-
17. stianis Equites etiam Teutonici abierunt, seque ad Civitatem Acconis, seu Ptolemaide transtulere, ibique dum morarentur, eorum Ordinem confirmavit fa. me. Cœlestinus III., ut dictum est.

Sane Teutonici erant antiqui illi Germaniæ Populi, qui morabantur in Insulis nuncupatis *Fronia*, *& de Seelandia*, quæ binæ Insulæ de præsenti componunt partem Daniæ, & de illarum Populis canit Lucanus lib. 6.

Cantaber exiguis, aut longis Teutonus Armis.

Quique Populi eorum vicinis Bella intulerunt, & obstinate cum Romanis, de

de quibus vide *Ludovic. Morer. in suo Diction. litt. T.*

Ptolemaide autem etiam per Saracenos
18. capta, Teutonici Equites in Europam
venerunt, & in Germaniam eorum
Patriam redierunt: & ne Bellica eorum Virtus otio torperet, Nobiles, & Generosi Milites Fridericum II. Imperatorem adierunt anno 1220., expositoque, quod Populi Prussiæ Barbari, ac idololatræ, sæpius è suis egressi limitibus, finitimos Populos vexare non cessabant, anxie expostularunt ab Imperatore facultatem, contra eosdem Populos Christiani Nominis Hostes, bellandi, Bellum quidem propriis sumptibus peracturi, ea conditione, ut quidquid Armis acquirerent à Barbarorum manibus, in ejusdem Religionis commodum cederet, fierentque locorum omnium quæ caperent, veri Domini in proprietate.

Petitis, juxta Bullam auream, annuit
Imperator: sic etiam sub eadem con
19. ditione à Conrado Massoviæ Duce
evocati fuerunt contra Prussianos Bellum movere. Unde Ductore Hermano Altza Ordinis Magistro, Prussios debellaverunt, totamque illam Provinciam Equites Teutonici in eorum Dominium redegerunt, quæ sane vastissima est, & frugum feracissima, veluti pro majori parte à Vistulæ flumine circumdata, plurimis referta Castris, & Maritimis Portibus.

In hac divite Provincia Populos Chri
20. stianam docuere fidem, Templa excitarunt, Cathedrales Ecclesias per Apostolicam Sedem erigi curarunt, quarum Episcopi Religionis hujus Sanctæ Mariæ Teutonicorum Habitum gestabant, & decorabantur, eandemque anno 1405. in Generali Teutonici Ordinis Conventu Mareburgi habito sub Corado de Fungingen XXIII. magno Magistro, inter alias leges ea fuit, quod nullus extra Ordinem Teutonicum Equestrem, Episcopatum in Prussia adeat: *Duellius d. pag. 38. & in Annot. sub litt. M.* & prius *Sansovinus Origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 4. Jo. Soranzo in Libello - L' Idea del Cavaliero pag. 103. Morigia Historia dell' Origine di tutte le Religioni &c. lib. 3. cap. 3. pag. 250.*

Provinciam dictę Religioni in perpetuum
21. donavit Summus Pontifex, & Imperator, ut tradit *Bosius Histor. S Religionis Hierosolymitanæ lib. 16. sub Anno 1229. pag. 556. juxta impress. 3. Venetam Typis Hieronymi Albrizzi anno 1695.*

Possidebat præterea hęc Religio armis
22. subactam Livoniam Insulam à Balthico mare ad Occidentem circumdatam: videatur *Franciscus Sansovinus dell' Origine de Cavalieri lib. 2. S. Cavalieri Teutonici della Germania pag. 39, & seqq* qui testatur, quod ibi habebant maximas divitias, subdens: & *possiamoli di potenza paragonare a molti Re: Barbos. lib. 1. Juris Ecclesiast. Univers cap. 1. n. 162. Anaclet Reiffenstuel Opera Canonic. tom. 3. lib. 5. tit. 31. de Regular. S. 2. n. 32. P Andreas Mendo de Ordin. Militar. disq. 1. quæst. 2. S 9. Pater Sebastianus Pauli in Codic. Diplomatico Sacri Militar. Ordinis*
23. *Hierosolymitani sub tit. Osser. sovra i Diplomi super Bulla Urbani VI. pag. 550.* ibi - *Dopo la perdita di Terra Santa ritiraronsi in Prussia, & in Livonia, dove il loro Ordine godeva il Titolo di Sovrano: d. Jacobus Wilhelmi Imhoff in Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum lib. 3. cap. 8. n. 6.*

Modo illa solum possidet Bona, quæ
24. per Imperium sparsa sunt, ut relatis precedentium Temporum Historiis,

inquit *d. Jacobus Wilhelmi Imhoff in Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum lib. 3. cap. 8. per tot.*

Sicque Ordo in undecim omnino Bal-
27. livias dividitur, hoc est Alsaticam, Austriacam, Athesinam, seu Tirolensem, Confluentinam, Franconicam, Iuncetanam, sive Bisensem, Westphalicam, & Lotharingicam mere Catholicas, Hassiacam, Thuringicam, & Saxonicam maxima parte Evangelicas, Superiorem tamen suum agnoscentes; quippe quarum Archicommendatores, partim personaliter, partim per Legatos comparuerunt tum an. 1662. Viennæ, tum post Ostenium Mergentheimii in Capitulis, ut vocant Generalibus, præmissa totius Ordinis Visitatione celebratis, ubi inter cætera pro restauratione hujus quondam florentissimæ Militiæ, actum fuit de Exercitio Militari contra Infideles rursum instituendo, Ærario in eum finem atque ad colligendum Belli neruum, constituto.

Quin imo Ordo duodecim magnos Baju-
25. livatus habet, Lorenę, Burgundiæ, Alsatiæ, Coblenz, Austriæ, Tiroli, Biessen, Westfalię, Franconiæ, Assiæ, Turingiæ, & Saxoniæ: d. Volumen, cui titulus - *Li Sourani del Mondo tom. 4. sub §. L' Ordine Teutonico pag. 272. juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin* 1710

Dictis Bajulivatibus pręsunt Comendata-
26. rii Provinciales, qui formant Concilium Gubernio Ordini: *d. Volumen 4. Li Sourani del Mondo pag.* 272.

Equestri Teutonicorum Ordinis, Templariorum, & Hospitalariorum officia
27. exercenti, non immerito Summi Romani Pontifices easdem concessere pręeminentias, ac Immunitates, quas Sancta Sedes prædictis duobus Templariorum, & Hospitalariorum Ordinibus indulsit: *d. Abbas Justinianus d. par. sec. cap. 32. pag.* 475.

Alexander Papa IV. anno 1257. omnes Libertates, Immunitates, ac Indul-
28. gentias, à Sancta Sede Apostolica Templariorum Ordini concessas, etiam Teutonicorum Ordini concessit. Bulla habetur apud *Duellium Historia Ordinis Teutonici par. secunda sub n. 14. pag.* 11. ubi in Annot. sub litt. A. testatur, id ipsum confirmasse Joannem XXIII. Pontificatus sui anno 3. 16. Kalend. Decembris.

Gregorius X. in Bulla expedita anno 1270. confirmat Immunitates à Romanis Summis Pontificibus Ordini
29. Teutonico concessas, sive per Privilegia, sive alias Indulgentias. Nec non Libertates, ac Exemptiones Secularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis Christifidelibus, indulsit: d. Bulla Gregorii X. est apud *d. Duellium par. sec. in Ordin. n. 16. pag.* 17. ubi in Annot. aliorum Pontificum Bullas cumulat.

Alexander VI. anno 1500. confirmat
30. omnia Privilegia concessa Ordini Equitum Teutonicorum, ut in particula Bullę impress. penes *Duell. par. tertia cap. 1. pag.* 52.

Cum Gregorius IX., & Innocentius IV.
31. Indultum, seu Privilegium concesserint Ordini Teutonico, quod si super Indultis eidem Ordini per Sedem Apostolicam concessis, contra eorum tenorem Litteras Apostolicas de Indultis hujusmodi non facientes mentionem, impetrari contigerit, dic. Ordo Teutonicus non teneatur per eas respondere: hoc indultum confirmatur à Gregorio XIII. anno 1579. in sua Bulla registrata penes *d Duellium par. sec. n. 62. pag. 30., &* 31.

Et Alexander IV. d Ordini Teutonico
32. indulserit, ut ad provisionem alicujus

jus in Pensionibus, vel Beneficiis Ecclesiasticis per Litteras Sanctæ Sedis, vel Legationes ejus impetratas, per quas non sit alicui Jus quæsitum, respondere minime tenerentur, nec ad ea compelli possent, nisi litteræ prædictę de antedicto Indulto, totoque illius tenore expressam facerent mentionem. Dictam Alexandri IV. Bullam confirmavit Urbanus IV., & Nicolaus IV. Tandem confirmavit Gregorius XIII. anno 1578. in Bulla, quæ impressa est penes *Duell. d. par. secunda n. 62. pag. 31.*

Ac Bonifacius vero IX. motu proprio
33. statuerit, quod nulli cujuscumque status, gradus, vel conditionis liceat sub Excommunicationis Sententia, eo ipso per contravenientes incurrenda, Ecclesias, & Parochiales Capellas, aut alia Beneficia Ecclesiastica, cum cura, vel sine cura, Teutonicorum Hospitali, aut Domibus ab eo dependentibus ubicumque existentibus, Apostolica, vel quavis alia Auctoritate incorporata, ab eadem Sancta Sede, vel aliunde impetrare, vel quovis quæsito colore petere, vel super ipsis eos impedire, aut quomodolibet molestare posse, quod Indultum confirmatum, & innovatum, & de novo concessum fuit a Gregorio XIII. Anno 1578. in Bulla *impress. apud Duellium d. Parte secunda num. 62. pag. 31.*

Cumque tandem Martinus Papa V. Magistro Ordinis Teutonici, & Fratribus indulserit, ut ad Ecclesias, & Beneficia ad d. Ordinem spectantia, quæ in quibusvis Provinciis, sive Locis, tunc temporis obtinebat, & in futurum obtineret, etiam per quoscumque regi consueta, quotiescumque illa vacare contingeret, Personas Hos-
34. pitalis dicti Ordinis, aut alias Ecclesiasticas, prout ipsis melius visum foret, Ordinariis locorum, sive aliis ad quos institutio earundem Personarum quomodolibet spectaret, de consuetudine vel de jure præsentare, & Ordinariis ipsis Personas Hospitalis hujusmodi, aut alias Ecclesiasticas instituere, nec non Personis prædictis, postеaquam in illis institutæ forent, illa regere, & gubernare libere, & licite valerent; quod indultum Martini V. confirmat, & de novo concedit d. Gregorius XIII. d. Anno 1578. in Bulla *impress. apud Duellium d. Parte Secunda n 62. pag. 31. in qua Bulla exprimitur* „ Ita ut „ dicti Magister, Commendatarii, & Fratres in collatione, seu præsentatione „ Personarum prædictarum ad Ecclesias, & Beneficia hujusmodi, in quocumque Mense etiam dic. Sedi reservato, & apud Sedem eandem vacantia, quovis pretextu vel occasione quorumcumque Privilegiorum ex quacumque causa concessorum, & ad Imperatorum, Regum, Ducum, aut aliorum Principum instantiam molestari, seu perturbari nequeant, nec debeant, & si super Indultis, quæ eidem Hospitali ab eadem concessa sunt Sede, contra eorum tenorem Litteras Apostolicas impetrari contigerit, de Indultis hujusmodi non faciendo mentionem, ipse Magister, & Fratres per eas respondere non teneantur, sed libere possint ad dicta Beneficia quandocumque vacantia, Personas supra expressas, & alias juxta Decreta Concilii idoneas, Ordinariis locorum, vel aliis ad quos institutio hujusmodi Beneficiorum de jure, vel consuetudine pertinet, præsentare.

Duplex fatale vulnus passus est inclitus Teutonicus Equester Ordo.

Primum illatum ei ab Alberto Marchione Brandemburgi tunc temporis magno Generali Magistro ejusdem Ordinis,

dinis, qui, juxta exposita in Catalogo Magistrorum, abdicata Fide Catholica, Luteranæ Hæresi adhæsit, & deposita dignitate Magistrali, creatus fuit Dux Prussię a Sigismundo Rege Anno 1525. ut late dicemus Sect. V. loquendo de dicto Alberto: quod onus fęudale fuisse sublatum, constat per ea, que colliguntur *in Sect. 5. §. Notandum postremo*.

Aliud vulnus Ordini inflixit anno 1561. Gotardus Ketler de Nesselrod, qui fuit postremus magnus Magister ejusdem Ordinis in Livonia, qui se submisit Clientelæ Regis Poloniæ, à quo Investituram accepit pro se, & suis Successoribus Ducatus Curlandiæ, & Semigalliæ, Rexque Poloniæ coegit eundem Gotardum dimittere magnum Livoniæ Magisterium, sub ulteriori conditione, quod uterque Ducatus in Fœudum erectus, ad Coronam Poloniæ in defectu lineæ Masculinæ præfati creati Ducis Gotardi, rediret: ita narrant *Chiusole in Volumine 2. il Mondo antico, e moderno*, & apud alium Scriptorem in libro - *Lo Stato Presente di tutti i Paesi, e Popoli del Mondo vol. 7. Ludovicus Moreri in Supplemento ad suum Vocabularium lite. C. verbo Courlande*, & novissime - *La Storia dell' anno 1737. impressa in Amsterdam à spese di Francesco Pitteri Libraro in Venezia à pag. 195. cum seqq.* ubi refert per extensum Genealogiam Familiarum, quæ hunc Ducatum Curlandiæ, & Semigalliæ tenuerunt, & Nos dicemus Sect. V. loquentes de trigesimo magno Magistro.

Et pro integra Historiæ serie, subdimus, quod Curlandiæ Ducatus, & Semigalliæ pars erat Livoniæ, & præcipuæ Urbes sunt *Goldeingen*, latine *Goldinga*, & *Mittau*, latine *Mittavia*, ut tradunt supra allegati.

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEUTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. IV.

Argumento, & Summario non indiget hæc Sectio, dum solum Nomenclaturam magnorum Magistrorum continet, cum brevi Notitia Vitæ eorundem.

Gesta gloriosa Teutonicorum Equitum, retento Historię filo, videri possunt apud Historicos, Scriptoresque de eadem Equestri Militari, & Hospitalaria Religione tractantes, & præcipue penes *Abbatem Justinianum*, *Collectorem Gallum* in allegata Historia; *Duellium* plene in Historia Ordinis Teutonici.

At uberrimæ Narrationes Historicæ hujus Ordinis referuntur, ac series Historiarum Equestris, & Militaris, & Hospitalarię Religionis, dum Vitæ Equitum exponuntur, distinctis temporibus & Personis.

Jam vero nomenclaturam eorundem magnorum Magistrorum aggredimur, in qua texenda, ut effugiantur æquivoca, quæ suboriuntur ex lectura nonnullorum Scriptorum, animadvertimus, quod aliqui Auctores loquentes de Magistris hujus Teutonici Ordinis, non exprimunt, an fuerint Magistri, vel magni Magistri Generales, aut Magistri Provinciales: & in aliquibus Regionibus, ut Prussiæ, Livoniæ, & similibus, licet dicantur magni Magistri, ac etiam generice exprimantur, tamen subordinati magno Magistro Ordinis Generali erant.

Rursus

Rursus Scriptores ordinem Catalogi magnorum Magistrorum intervertunt, aliquos anteponendo, & alios post, ponendo, ut accidit *Abbati Justiniano d. par. sec. cap. 32. Collectori Gallo d. tom. 3. §. 37., & in Catalogo in Calce ejusdem*, ut patet facta collatione dictorum Scriptorum cum Catalogo, quem refert antedictus *Raymundus Duellius*.

Nosque perpendentes laudatum *Raymundum* Scriptorem Germanicum, docte, ac erudite scripsisse, & ex professo Historiam Ordinis Teutonici exarasse, Typisque tradidisse Viennę in Austria *anno* 1727. *Typis Conradi Monath*, non immerito credimus, tempora, resque gestas distinctis temporibus examinasse maturius, unde ab eodem Historico minime recedendum credimus. Quamobrem ad ejusdem normam, etiam magnorum Magistrorum Chronologicam seriem exponemus, juxta quam.

Primus ergo Institutor, magnusque Magister fuit, ut diximus, Frater Henricus Walpot, ea etenim tempestate, & magnus Magister, & Equites titulo & appellatione Fratris nuncupabantur, qui titulus duravit usque ad Magistrum XXI., & sequen. Titulus autem Fratris tribuitur etiam Equitibus Religiosis in Hierosolymitana Religione.

Sic pręfatus Henricus Walpot salutatus fuit, & omnium consensu electus magnus Magister anno Domini 1190. in Castris ad Acconensem Urbem fixis, accedente etiam Summi Pontificis Equestris Ordinis confirmatione.

Et prater ibidem allegatos *Gaspar Schuzius in Historia Rerum Prussia lib. 1. fol. 16. Duell. d. par. pr. sect. 2. pag. 8. Pater Amatus de Graveson Histor. Ecclesiastica tom. 4. par. sec. Colloq. 6. pag. 696. juxta impressionem Romæ Typis Francisci Gonzaga 1723.*

Leges ipse præscripsit saluberrimas, utque observarentur exactissime studuit & ita cultum Divinum promovere, & ne quid Peregrinorum, infirmorumque curę in spiritualibus, & temporalibus deesset, sategit, emptoque Terræ spatio intra Ptolemaide Muros, è conspectu Portæ Sancti Nicolai, ibi Ecclesiam cum Hospitali ædificavit, & elegit Residentiam. Et in hujusmodi constructione subsidium Fridericus Sueviæ Dux tribuit, adeo quippe erga idem Hospitale, & Ecclesiam propensus erat, ut superveniente illius morte, eidem omnia bona sua donaverit, & ibidem tumulari voluerit anno 1193. constatque, illum Teutonici Ordinis gestasse Crucem, & in propriis insigniis detulisse: *Justin. d. par. 2. cap. 32. pag. 475 Collect. Gallus* ubi supra.

Et ut demum contra Christiani nominis Hostes strenue dimicaretur, impiger invigilavit, strenue ipse cum suis pugnavit: *Gaspar Schuzius in Histor. Rerum Prussia lib. 1. fol. 16*

Tantumque ob hæc apud Principes sibi conciliavit amorem, ut Ordo Teutonicus novis fuerit muneribus cumulatus; sub illius siquidem regimine Henricus VI. Imperator Romanorum, & Rex Siciliæ Ordini Teutonico dono dedit Monasterium Cisterciense ad Sanctissimam Trinitatem anno 1197., ut cum *Petro Dusburgense pag. 22., & Chronica Ordinis ibidem Panormi* refert *Duellius in d. Historia par. pr. sect. 2. pag.* 8.

Tandemque, ut præmisimus 24. Novembris 1200. pie in Domino occubuit, & in Ecclesia à se constructa tumulatus fuit in Civitate Ptolemaide, inquit *Funesius ad Annum Christi Domini*

mini 1197. *Duellius in d. Historia Ord. Teutonici par. pr. sect.* 2. *pag.* 8. *Abb. Justinianus d. par. sec. cap.* 22. *pag.* 475., & 531., & *Chronologia magnorum Magistrorum apud eundem,* & *d. Collectorem Gallum pag.* 531. *d. Collector Gallus d. pag.* 188.

Secundus magnus Magister electus fuit Frater Otto de Carpint Nobilis Germanus ex Brema, qui in ætate octuagenaria erat tempore suæ electionis peractę 1200., sub Pontificatu Innocentii III. *d. Chronologia* magnorum Magistrorum apud *Justinianum*, & *Collectorem Gallum*, ubi supra: *Duellius pag.* 8.

Idem Otto Senex optimus, de Peregrinorum, & Infirmorum in Xenodochiis cura sollicitus, eosdem sępius personaliter invisebat, & suavi consolabatur eloquio, atque ita cum annorum sex cursu, Ordini in summo Magisterio, exemplo præluxisset, religiose tandem 2. Junii 1206. ab hac Vita decessit, eodem in Templo sui Ordinis ab antecessore Accone ædificato, sepultus: *Henneb de Veter. Pruss. Hartknoch in Animadvers. ad cap.* 3. *par. pr. Chronic. Dusburg. Duellius* ubi supra *par. pr. sect.* 2. *pag.* 8. *Abb. Justinianus* ubi supra. *Duellius d. pag.* 8.

Successit in Magisterio anno 1200. Frater Otto de Carpint de Brema Nobilis Germanus in ætate octuagenaria constitutus tempore Innocentii III. Summi Pontificis, & Philippi Secundi Imperatoris, & Ordini religiose præfuit spatio annorum sex. Tunc temporis Ordo Teutonicus incæpit uti Sigillo, cui impressa erat Imago Sanctissimę Virginis Mariæ, Infantulum Jesum in Ulnis gestantis, sedentis in Asello, quem Divus Joseph baculum manu tenens, ducebat, ea forma, qua pingi, aut sculpi solet fuga Christi Domini in Ægyptum, quo Sigillo, usque ad Fridericum Saxoniæ Ducem Supremum ejusdem Ordinis Magistrum, usum fuisse, scriptum reliquit *Schuss*.

Sed non desunt asserentes adesse antiqua Monumenta testantia, Magistros Ordinis Sigillis, & Monetis insculptas gestasse Icones Beatissimæ Virginis Mariæ sub diversis figuris.

His temporibus Ordo Equitum Ensiferorum in Livonia, sive Militum Christi, institutus fuit circa annum 1205., & à Summo Pontifice Alexandro III. vel ab Alberto Episcopo Rigensi, & ab Innocentio III. confirmatus, ut scribit *Hartknoch par. sec. cap.* 2. §. 3. *pag.* 279. Qui Ordo paucos post annos unitus fuit Ordini Teutonico, ut infra dicemus.

Otto antedictus mortuus est secunda Junii 1206. & sepultus fuit in Templo sui Ordinis ab Antecessore Henrico Walpot in Civitate Accone constructo: *Henneb. de Veter. Pruss. Hartknoch.*

Tertius Ordinis magnus Magister anno 1206. successor dicti Ottonis, fuit Frater Hermannus, sive Henricus Bart Nobilis ex Holsatia oriundus, ut cum *Dusbergense* tradit *Duellius d. par. pr. sect.* 2. *pag* 8. *d. Abbas Justinian. d. par. sec. cap* 22. *pag.* 475., & *pag.* 531. *Collector Gallus tom.* 3. § 37. *pag.* 100., & *in Chronologia magnorum Magistrorum pag.* 188. Vir pius, & qui Prædecessorum suorum Hospitalitate, & Bellica virtute vestigia sequens, Honoris Monumenta in sui Ordinis Decus promeruit: ei enim Joannes, sive Almericus, aut Henricus Hierosolymitanus Rex indulsit jus gestandi Crucem auream nigræ insertam in Clypeo: *Schuz. in Histor. Rer. Prussia lib.* 1. *fol.* 16. *d. Collector Gallus d. tom.* 3. §. 37. *pag.* 100.

100. *d. Justinianus d. pag.* 475., & cum Ordini præfuisset annos quatuor, juxta sensum aliquorum Scriptorum, ut in *Chronico Ordinis*, *de qua Duellius in Notis ad dictam suam Histor. par.* 1. *sect.* 2. *pag* 8. *litt.* F. *d. Chronologia magnorum Magistrorum apud Collectorem Gallum tom.* 3. *pag.* 188. *& apud Justinian. d. pag.* 531. *juxta Dusburgensem* multis annis relat. à *Duellio d. Histor. par. pr. sect* 2. *pag.* 8. mense Martii obiit anno 1210. & tumulo illatum Acconæ: *Duellius d. par.* 1. *sect.* 2. *pag.* 8.

Quartus Ordinis magnus Magister Generalis fuit Frater Hermannus Nobilis Missiniensis, ex generosa Prosapia Nobilium de Saltza, sive Galta: ejus electio secuta est anno 1210. sedente Innocentio III. Summo Pontifice, & Friderico II. Imperatore regnante: *d. Chronologia* magnorum Magistrorum apud *d. Collectorem Gallum pag.* 100. *&* 188. *apud Justinianum d pag.* 476. *&* 531. *Duellius d. par. pr. sect* 2. *pag.* 8. *Boyetus in Vita d. Hermanni de Saltza.*

Tempore, quo hic Hermannus de Saltza magnus Magister Teutonico Ordini præsidebat, ob Christianorum Clades, in Orientalibus Regionibus Saracenorum vi, ac Tirannide Christiano Populo illatas, Ordo Teutonicus adeo diminutus, & attritus reperiebatur, ut ipse magnus Magister Hermannus de Saltza asserere soleret, quod ipse libenter uno oculo careret, si illi decem solummodo Equitum numerum armatorum, secum in Præliis habere datum esset. At Dei beneficio sub ejusdem magni Magistri Regimine Teutonici Ordinis gloria refloruit, unde non multo post ejus obitum in tantum emerserat incrementum, ut computata fuerint de Nobili Sanguine Regni Alemaniæ duo millia Fratrum in Ordine supradicto, juxta verba *Dusburgensis*, quę refert *d. Duellius par. pr. sect.* 2. *pag.* 8. *d. Abb. Justinianus d. par. sec. cap* 32. *pag.* 476. ubi, quod inter Nobiles Equites armati fuere Conradus Landgravius Thuringię cum pluribus aliis Viris Nobilibus: sequitur *d. Collector Gallus d. tom.* 3. §. 37. *pag.* 100.

Idem Hermannus de Saltza Equestris Militaris Ordinis quartus magnus Magister, post expugnatam in Syria Damiatam, Venetias se contulit anno 1220. *Naucler* Gen. 41. anno Christi Domini 1220. *Bzovius Annal. Eccles. tom.* 13. *n.* 5. d. anno 1220.

Cumque horum Equitum bellica Virtus perspecta cunctis esset, sub anno 1187. cum Sultanus Ægypti Saladinus Urbem Hierosolymam expugnasset, cum cæteris Christianis, Equites etiam Teutonici abierunt, seque ad Civitatem Acconis, seu Ptolemaide, transtulere, ibique dum morarentur, eorum Ordinem confirmavit Cœlestinus III. ut supra dictum est. *Ptolemaide* tandem à Saracenis capta, Equites Teutonici in Europam venerunt, & in Germaniam eorum Patriam redierunt. Dictus vero Hermannus de Saltza, ne bellica eorum virtus otio torperet, Milites Nobiles, & generosi Federicum II. Imperatorem adierunt anno 1220., expositoque, quod Populi Prussiæ, Populi Barbari, ac Idololatræ sæpius è suis egressi limitibus, finitimos Populos vexare non cessabant, anxie expostularunt ab Imperator, ut facultatem, contra eosdem Populos Christiani nominis Hostes bellandi concederet, bellum propriis sumptibus peracturi, ea conditione, ut quidquid Armis acquirerent à Barbaris, in ejusdem Religionis commodum

cederet, fierentque Locorum omnium quæ caperent, veri Domini in perpetuum. Annuit petitis, data Bulla aurea, Imperator, immo idem Imperator Borussos Christianis infensos supprimere, eorumque Ditiones occupare jussit, ut inquit *Christianus Fridericus Holand in Discursu Juridico, vel quasi Compendio Equestre de Origine, & Juribus, ac Privilegiis Ordinis Teutonici impress. Francofurti ad Manum Typis Jo. Ber.* Unde etiam eadem conditione à Conrado Massoviæ Duce evocati, contra Prussianos Bellum movere, & eo felici successu, ut Ductore Hermanno Alsalza Ordinis Magistro strenuissimo, Prussios debellaverint, totamque illam. Provinciam acquisiverint, & in eorum Dominium redegerint, quæ sane vastissima est, & frugum feracissima, veluti pro majori parte à Vistulę flumine circumdata, plurimis referta Castellis, & maritimis Portibus. In hac divite Provincia Populos Christianam docuere Fidem, Templa excitarunt, Cathedrales erexerunt Ecclesias, quorum Episcopi Religionis hujus Sanctæ Mariæ Teutonicorum Habitum gestabant. Imo anno 1405. in Generali Teutonici Ordinis Conventu Mariemburgi habito sub Conrado de Fungingen XXIII. magno Magistro, inter alias Politiæ causa latas leges, ea fuit; ne quisquam extra Ordinem Teutonico-Equestrem, Episcopatum in Prussia adeat: *Duellius Histor. Ordin. Teuton. par. pr. sect. 5. pag. 38.*, & prius *Sansovin. Origine de' Cavalieri lib. 2. pag. 41.*

Eandem Provinciam d. Religioni in perpetuum donarunt Summus Pontifex, & Imperator, ut testatur *Bosius Histor. Sacra Religionis Hierosolym. lib. 16. sub anno 1229. pag. 556. juxta impress. Venetam Typis Hieronymi Albrizzi anno 1695.*

Hinc de medio tolluntur objectiones circa individuam expressionem Terrarum concessarum Ordini Teutonico tam ab Imperatore, quam à Duce Massoviæ, quia litterales sunt concessiones, & videri possunt penes sępe allegatum *Duellium*.

Sic quoad ea quæ ajunt, non potuisse Imperatorem quidquam disponere in Prussia sibi nunquam subjecta, ut videre est apud *Ludovig. in Vertheidigten Preussen*.

Tollitur; nam hoc Historiæ Fidei adversari, inquit *Gladov Inder Reichs Histor. pag. 410.*, nam primo subdit, Diplomata à *Schuzio in Chronic. Prussiæ, & Schurzfleisch. Histor. Ensifer.* adducta contrarium testantur. Deinde Fridericum II. Imperatorem in Epistol. ad Regem Galliæ 1247. data, Conradum ratione Massoviæ, Fidelem suum appellare. Tertio Sessionem in Comitiis Prussi, antequam Poloniæ subderentur, habuisse, ut prosequendo notat d. *Duellius par. pr. sect. 2. in Annotat. sub litt.* B. *pag.* 11.

Et de Privilegio Friderici II. Imperatoris data Veronæ anno 1245. ad exemplum Borussiæ, quod Gentiles pariter Curlandinorum, & Samogitarum Terras sub Marchia Imperii, velut vetera, & debita ejusdem Jura sitas, ingrediendi, & occupandi licentiam obtinuerit magnus Magister Henricus de Hohenlre successor Hermanni de Saltza, agit *Conradus Hess.* filius Cancellarii Ordinis Teutonici in *Discursu Inaugurali Historico-Politico-Juridico, super Vitas magnorum Magistrorum Ordinis Teutonici*, de quo meminit *Duell. d. par. pr. sect 2. pag. 15., & in Annotat. litt. O.*

Felicibus ergo sub auspiciis Henricus de

de Saltza, non immerito magni Magistri omnium primus, vere magni titulo decoratus, Equites Teutonici magnum Opus contra Infideles Prussos aggressi sunt, Duce Fratre Conrado de Landsperg, qui strenuis stipatus Militibus, primum in Prutenorum Terras irruit, feroci contra eos certamine pugnavit, quod sane hinc inde cruentum fuit. Subinde Massoviæ Dux, ex una Vistuli parte Castrum Vogeli Sang pro Teutonico Ordine ædificavit, ubi prima in Borussia extitit Sedes, & primus Prussiæ Magister Hermannus de Balke, deinde in Livoniam translatus: *Schuz. fol. 17. lat. 2. d. Raymundus Duellius par. pr. sect. 2. pag.* 14. d. Volumen, cui Titulus - *Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 52.

Præfatus Hermannus de Saltza Venetiis adhuc commorans, de Rebus contra Prutenos optime instructus, provide Copiarum subsidium Equitibus suis misit sub regimine antedicti Hermanni Balke fortissimi, & præstantissimi Equitis, qui ob egregia facinora, miramque in rebus agendis prudentiam, celeritati, & fortitudini copulatam, Falconis nomen sibi comparavit, ut inquit *Russon fol.16.* Dusburg *Dusburgen. par. sec. cap.* 9. ubi advertit, quod eodem fere modo, quo olim Deus Israeliti cum Ducem Josue fuit allocutus, Hermannum Balke monuit - *Confortare, & esto robustus, tu enim introduces Filios Israel idest Fratres tuos in Terram, quam pollicitus est eis Dominus, & Deus erit tecum.*

Sociatus strenuissimis Teutonici Ordinis Militibus, quorum præclara nomina enumerat *Dusburgen. ad citat. cap. 9. Hartoknock in Animadvers. ad cap. 9. litt. B.* Prussiam petivit Hermannus Balke, ac Bellica virtute Gentiles Prussos expugnavit, vastosque illos Terrarum Tractus Teutonico Equestri Ordini gloriose subiecit, & ad suave Christi Domini jugum Populos perduxit. Hinc Teutonici Equites Culmam insignem Urbem expugnarunt Civitatem Thorunium.

Hic Hermannus de Saltza Equestris Militaris Ordinis M. Magister, tanta apud Summum Pontificem Honorium Tertium, & Fridericum II. Romanorum Imperatorem existimatione florebat, ut ab utroque, ad componendum inter ipsos suborta Dissidia Arbiter fuerit electus; & cum præ humilitate munus hoc suscipere renueret, indecens esse asserendo, ipsum in nullo Dignitatis gradu constitutum, Dominorum totius Mundi caussam suscipere; quapropter subinde, proprio eorundem supremorum Principum motu, ipse Hermannus de Saltza Principis dignitate auctus fuit, quæ Principis dignitas non in solo duraret Hermanno, sed ad omnes in magni Magisterii Officio Successores extenderetur, in cujus signum Pontifex eidem Anulum obtulit: Imperator autem signa Regalia Imperii, Aquilam nempe in Vexillo suo deferendam indulsit, prout semper usque ad præsens deferunt, ex quo tempore amicabilem inter prælaudatos supremos Principes compositionem perfecit, ut post *Petrum Dusburgensem in Chronic. Prussiæ* testantur *Abbas Justin. d. par. sec. cap.* 32. *pag.* 476. *Collector Gallus d. Tom.* 3. §. 27. *pag.* 101. *Raymundus Duellius d. Histor. Ordin. Teutonici Parte Prima.* Ab iisdem prætera Pontifice, & Imperatore amplissima obtinuit favore Ordinis Privilegia, & magnifica Dona in Apulia, Romania, Alemania, Hungaria, Livonia, & Prussia: *Duellius d. par. pr. sect.* 2. *pag.* 8., & *par. tertia cap.* 1.

pag. 40. *Abb. Justinian. par. sec. cap.* 32. *pag.* 476. *d. Collector Gallus pag.* 101.

Tandem gloriosus hic, omnique laude dignus magnus Magister Hermannus de Saltza, qui magni Magisterii munus annis triginta præclare gessit, obiit in Domino: *Bosius Histor. Sac. Relig. Hierosolymitana juxta tertiam impress. Venetam Albrizzi anno* 1695. *par. pr. lib.* 18. *pag.* 607.

De quo anno obierit dictus magnus Magister, discordes sunt Scribentes. Aliqui asserunt obiisse anno 1240., ut apud *Schuz fol.* 21. *Venator. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 25. *Bosius* ubi supra, ubi ponit mortem d. anno 1240. sub die 24. Julii.

Alii ejusdem mortem ponunt sub anno 1243. *Hortoknoch par. sec.* §. 4. *pag.* 381. *col.* 2. *Waisselius* refert ad annum 1246.

At ponderando ea quę tradit *Petrus Dusburgen. par. ter. cap.* 33. de Innocentio III. nec non quæ habentur in Thesibus Hessianis sub Friderico II. Imperatore, probabilius dici deberet, dictum Henricum de Saltza vere decessisse anno 1244. vigesima Martii. Colligitur ex his, quæ narrat *Raymundus Duellius in d. Histor. Ordin. Teutonici par. pr. sect.* 3. §. *Hisce pag.* 15., *& in Annot. sub litt.* M., ubi refert, quod in Domo Teutonica Viennensi adest Exemplum Effigiei, quam pingi curavit ejusdem magni Magistri Agnatus Jacobus de Saltza Episcopus Uratislaviensis 1539. mortuus cum Fratre Wigando Canonico; & Monasterium Leobusiense in Silesia etiamnum adservat. Capiti prælaudati Hermanni hęc verba imminent: *Hermannus de Saltza Ordinis Militiæ Teutonicorum Magister Primus Sacræ Domus Vexilla in Brussiam Victor traduxit* 1223.

In infima Picturę parte legitur

Transivi intrepidus per mille pericula Victor,
Non acies ferri, nec vastis mœnia fossis
Conatus tenuere meos; domat omnia Virtus

Quodque antedictus Hermannus de Saltza mortuus sit in Apulia, & sepultus Baruli, vulgo *Barletta*, scribit *d. Bosius d. lib.* 18. *pag.* 607., ubi illum summe laudat magnæ prudentiæ, ac bellica Virtute: *Abb Justinianus par. sec. cap.* 32. *pag.* 483., & 484. ubi, quod id satis verosimile redditur, quia constat, quod dic. magnus Magister à longe prævidens, quod in Orientalibus Regionibus Christianorum res cessuræ in præceps erant, Magistralem Residentiam in Civitate Venetiarum statuerat: ignoratur tamen tempus præcisum hujusmodi translationis., constatque pariter, quod Ordo Teutonicus plura etiam in Apulia Bona aquisiverat, sicque probabilis urget Discursus, quod idem magnus Magister Hermannus de Saltza Bona suę Religionis visitaturus, in Apuliam se contulerit, & Baruli mortis ictu percussus, obierit: sequitur *d. Collector Gallus tom.* 3. §. 17.

Quintus Ordinis Teutonici magnus Magister, quis fuerit electus, adhuc sub Judice lis est: nam in Capitulo Generali Equitum Venetiis tento, scissis in diversas partes eligentium studiis, fertur ab una parte fuisse electum Ludovicum de Quedeh: alii dicunt electum fuisse Conradum Turingiæ Langravium, ut colligitur ex *Dusburgen. par. ter. cap.* 36 *Hartknoch in Animadversion. ad Vitam Conradi*: *Abb. Justinianus par. sec. cap.* 32. *pag.* 485. *& in Chronologia magnorum Magistrorum pag.* 531. Ubi quod anno 1240. constitutum fuisse magnum

Magi-

Magistrum ab Imperatore Federico II. & obiisse Maimburgi Hassiæ, ait Chronologia magnorum Magistrorum apud *d. Collectorem Gallum tom. 3. pag. 189*, qui electionem ponit sub anno 1240., & in Magisterio vixisse annis duodecim.

Alii magis solide comprobant, successorem in magno Magisterio post mortem Hermanni de Saltza fuisse Henricum Comitem de Hohenloe, ut firmat *Duellius d. par. pr. sect. 2. pag. 15.* Hic magnus Magister se hoc Titulo inscribebat - *Frater Henricus de Hohenloe Hospitalis Sanctæ Mariæ Teutonicorum Minister humilis*, ut prosequitur *d. Duellius*. Quoad illius gesta, monumenta deficiunt, teste *Duellio* ubi supra, qui tamen subdit de illo mentionem facere Conradum *Hess. in suo inaugurali Discursu Historico, Politico, Publico, Juridico*, ubi *d. Hess*, sic inquit - *Henricus de Hohenloe ex linea Bruneck cum Fratre Germano Andrea in Palæstina Anno Domini 1220. Ordine investitus Primus ex post per Germaniam Magister Provincialis, defuncto Generalis Ordinis Magistro successit, Heroicis Prædecessoris sui Vestigiis insistens, Suantepolium Pomeraniæ Ducem, qui Ermlandiam misere devastaverat, justo prælio vicit, & in ejus Castro SchartoWiz per Ordinis Mareschallum Diesericum à Berincheim in Vigiliis Sanctæ Barbaræ anno 1143. occupato, prædictæ Virginis Caput per singulare Miraculum invenit à Friderico II. per speciale Privilegium anno 1245. Veronæ datum, ad exemplum Borussiæ Gentiles pariter Curlandiorum, & Samogitarum Terras sub Monarchia Imperii velut vetera, & debita ejusdem Jura sitas, ingrediendi, & occupandi licentiam obtinuit: d. Duellius parte prima sect. 2. pag. 15.*

Sicque d. Magnus Magister Henricus Hohenloe turbulentis illis temporibus, quibus universo Ordinis Teutonici Regimini præfuit, repetita gessit Bella, generose adversus Pomeraniæ Ducem Suantapoleum.

Ita magnus Magister fuit Frater Henricus De Hohenloe, qui Titulo sic inscribebatur - *Frater Henricus de Hohenloe Hospitalis Sanctæ Mariæ Teutonicorum Hierusalem Minister humilis: Duellius d. pag. 15.*

In *Sigillo* sic inscribebatur - *Sancti Magistri Hospitalis Sanctæ Mariæ Teutonicorum: d. Duellius d. pag. 15.*

Ex Corado Hess. in Vitis magnorum Magistrorum Ordinis Teutonici, inquit *d. Duellius d. pag. 15.* - *Henricus de Hohenloe ex linea Bruneck, cum Fratre Germano Andrea in Palæstina Anno Domini 1220. Ordine investitus Primus ex post per Germaniam Magister Provincialis, Defuncto Generali Ordinis Magistro, proximus in magno Magisterio successit Hæreticis Prædecessoribus suis vestigiis insistens, Suantepolium Pomeraniæ Ducem, qui Ermlandiam misere devastaverat, justo prælio vicit, & in ejus Castro SchartoWiz per Ordinis Mareschallum Diesericum in Vigiliis Sanctæ Barbaræ Anno 1243. occupato, prædictæ Virginis Caput per singulare miraculum invenit. A Federico II. per speciale Privilegium Anno 1245. Veronæ datum, ad exemplum Borussiæ Gentiles pariter Curlandiorum, & Samogitarum Terras sub Monarchia Imperii velut vetera, & debita ejusdem jura sitas ingrediendi, & occupandi licentiam obtinuit, & cum Sedes Principalis in Borussia nec dum stabilis esset, reversus in Germaniam ad Patrium solum, nempe Mergenthemium ad Tuberam in Franconia Domum modernam magni* Magi-

Magistri principalem Residentiam, quam ipse jam ante suum in Palæstina discessum, Ordini benigne contulerat, sibi ad dies Vitæ in Residentiam, & post obitum, in sepulchrum elegit, ubi etiam 15. Idus Junii pie obiit. Cadaver in Sacello Aulico sepultum.

Sextus magnus Magister, sequendo Nomenclaturam *Duellii in sua Historia Ordinis Teutonici*, de quo loquitur *pag.* 16. fuit Frater Coradus Langravius Turingiæ, cujus per illum gesta Bella describit laudatus *Duellius pag.* 8., ubi enumerat Certamina, & *pag.* 18., ubi subdit, quod debitum naturę solvit Coradus Sextus anno 1236.

Septimus magnus Magister electus fuit Frater Poppo de Otterna, qui senio confectus, Magistratum abdicavit, & successive capessivit Frater Anno, sive Haymo de Sangherhausen, ut de utroque loquitur *d. Duellius par. pr. sect.* 3. *pag.* 22. infra etiam allegandus.

Octavus magnus Magister anno 1261. electus fuit Frater Anno, vel Haymo, aut Joannes Sangerhausen, sive Angerausen, vel Zangerhausen, è Ducibus Brunsvicensibus, quondam Commendator Althusiensis in Terra Culmensi Provincialis Livonię: *Leonh Schurazfleisch in Historia Ensiferorum. pag.* 178. *Abbas Justinianus d. par. sec. cap.* 32. *pag.* 489., & 531. *Collector Gallus d. tom* 3. *pag.* 189. *Duellius d. par. pr. sect.* 3. *pag.* 22. *Bosius* Historia *Religionis Hierosolymit. par. pr. lib.* 23. *pag.* 752. *juxta impress. Venetam*, ubi nominat Hortmannum octavum Magistrum.

Continvavit Teutonici Ordinis Bellum contra Prussos, cruentis hinc inde certaminibus, de quibus idem *Duellius d. par. pr. sect.* 2. *pag.* 22.

Post duodecim illius Regiminis annos, mortuus est Treveris anno 1273. juxta ea, quæ scribit *Schuff*, vel juxta alios, & Theses etiam *Hassianas* Marburgi.

Nonus magnus Magister anno 1274. vel 1275. fere omnibus in Pace existentibus, electus fuit Frater Hermanus Haartmanus Heldrugen Comes de Heldrungen: *d. Justinianus d. Parte secunda cap.* 32. *pag.* 491. & *pag.* 531. *Collector Gallus Tom.* 3. ubi supra *pag.* 119. *Duellius* ubi supra. D. Hermanus Haartmanus magnus Magister, Prussiorum Bello finem imposuit. Scribunt Auctores, quod iste magnus Magister Venetiis morabatur pro majori temporis parte, ac totam Religionem per Orientem, Germaniam, Prussiam, Livoniam late diffusam, mediantibus Magistris Provincialibus, gubernasse, ac Venetiis etiam mortuum esse, ut tradit *Justin. d. par. sec. cap.* 32. *pag.* 491., & 531., & *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 189.

Tandemque obiit in Domino anno 1276. ut scribit *Bosius Histor. Ordin. Hierosolym. par. pr. lib.* 23. *pag.* 752., qui illum vocat Octavum Magistrum. Alii dicunt obiisse anno 1283. Mergenthemii in Germania, sicque tumulatus, non Venetiis, ut erronee ex *Waißelio pag.* 91. scribit *Venator fol.* 62., & supra allegatus *Justinianus*, & *Collector Gallus*, sed Mergenthemii sepultus in Sacello Aulico, ubi hodiedum ejus monumentum cernitur, oculari teste *Hessio*, ut apposite advertit *Duellius par. pr. sect.* 3. *pag.* 23., & *in Annot. litt.* N.

Decimus magnus Magister anno 1283. successit Frater Burchardus de Schuvenden: *d. Justinianus pag.* 491., & 531. *Collector Gallus tom.* 3. *pag.* 189. *Duellius* ubi supra. Dictus magnus Magister anno 1290., ut Ptolemaidi à Saracenis obsessæ subsidium

præstaret

præstaret, cum mille Fratribus Teutonico Equestribus ad eandem obsessam Urbem se contulit, ubi post duos dies, Equitum convocato Capitulo (qua de causa adhuc obscurum est) post cursum septem annorum Regiminis magisterii, Magno Magisterio renunciavit, petitaque, ac obtenta à Summo Pontifice licentia, Habitum Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani assumpsit, in qua Hierosolymitana Religione obiit, Rhodii tumulatus, ut adductis veteribus manuscriptis, refert *Duellius par. pr. sect. 3. pag. 25. in Addit. sub litt. Z.*

De hac renunciatione Habitus Teutonici, & assumptione Habitus Hierosoymlitani Hospitaliorum facta à d. Burchardo, testatur etiam *Bosius Histor. Ordinis Hierosolymitani parte prima lib. 23. pag. 752.* ubi illum nominat nonum magnum Magistrum, indeque exclamat, quod hinc argui potest, quanta tunc temporis perfectio, & Sanctimonia fuerit Religionis Equitum Hierosolymitanorum, quoniam Princeps, & Caput alterius Religiosę Militię tam Nobilis, ac Divitiis qualificatæ, prout erat illa Teutonicorum, d. Hierosolymitanam pro meliori vocatione, & tutiori Animæ statu existimaverit, in eaque admitti, & vivere in numero Equitum privatorum potius, quam esse Princeps, & Caput alterius Religionis, voluerit.

Subiungit tamen *Abbas Justinianus* ubi supra *parte sec. cap. 32. pag. 491.*, quod fertur, eundem Burchardum in vitæ termino constitutum, de dicto transitu ad Ordinem diversum se pœnituisse, ac exoptasse regressum, ad primum Teutonicum Ordinem, quem tamen regressum non perfecisse, sed in Insula Rodii mortuum esse.

Undecimus magnus Magister electus fuit Frater Conradus de Feuchtuvangen anno 1291. *Justinianus Gallusque Collector, & Duellius* ubi supra. Virum hunc Stirpe magnum, meritis majorem, ac majore in supremo hoc munere fortuna dignum, appellat *d. Duellius par. pr. sect. 3. pag. 25.*, ubi enumerat suo tempore, quidquid in Syria Christiani Nominis residuum erat, deperditum fuisse, & nonnulla etiam in Prussia, ad Teutonicum Ordinem spectantia, periisse. Unde idem magnus Magister in Prussiam se contulit, ad alleviandum Ordinis ærumnas. Demumque Officii causa in Bohemiam profectus, cum Francforti Capitulum Generale celebrasset (præcisum tamen celebrationis Capituli tempus ignoratur) obiit in Dragovitz Castro, sepultus anno 1293. *dict. Abb Justin. par. sec. cap. 32 pag. 492. 493.*, *& 531.* ubi dicit obiisse anno 1290. *Collector Gallus, & Duellius pag. 26.* ubi supra.

Duodecimus magnus Magister electus fuit Frater Godefridus de Hoheloch anno 1294. Venetiis, ubi aderat Domus Principalis post discessum ab Accone: *Justinianus, & Collector Gallus* loco supra allegato. Subinde anno 1302. in Capitulo Elbigensi munus suum deposuit, & statim electus fuit Frater Siffridus de Feuchtuvangen in magnum Magistrum. Verum absente Siffrido, d. Godefridus renunciationem mutavit, & Magistratum iterum capessivit, duravitque per varios annos, itaut, computato primo tempore suæ creationis, & posteriori tempore reassumptionis Muneris, in totum regimen XIII. annos fere perduravit. Tempore hujus magni Magisteri Bellum exarsit Livoniæ, ad quam se personaliter transtulit magnus Magister: *Abbas Justinianus d. parte sec.*

sec. cap. 32. pag. 495., & 531. Duellius d. par. pr. sect. 4. pag. 27., & in Annot. litt. I. Collector Gallus d. pag. 213. d. Justinianus pag. 493. notat, quod alii confundunt d. Magistrum cum praecedente ejusdem nominis: alii scribunt, quod renunciata Dignitate Provincialis, ut ad magnum Magisterium transiret, obiit in itinere.

Decimus tertius magnus Magister fuit praedictus Syfridus de Feuchtuvangen, seu Wuthuvangen anno 1303. *d. Justinianus, & Collector Gallus pag. 495.* pagina superius allegata. Hic in in Prussiam profectus, Domum Principalem, quę à tempore destructionis Civitatis Acconensis fuerat Venetias translata, ut superius narravimus, anno 1309. transtulit ad Castrum Mergemburg in Prussiam: *Dusburg. pag. 366. d. Justinianus d. pag. 196. & Collector Gallus* ubi supra, *Duell. par. pr. sect. 4. pag. 27.*

Comitia Generalia Engelsburgii habuit, ubi plura ad Regimen Provinciarum Ordini subiectarum, & ad utilitatem Fidei Catholicę sancivit. Sicque abolita dignitate Magistri Provincialis Prussiae, universum Religionis Gubernium assumptum fuit à Magistro Generali, uti Capite totius Ordinis, & in eadem Mariemburgi Civitate nova Gubernii Ordinis forma inducta fuit, juxta quam magnus praesidebat Magister, inde Praeceptores majores, post Commendator Major, supremus Mareschallus in Civitate Kunisbergae, Hospitalarius major in Elbinga Civitate munus suum exercens, Draparius super re vestiaria invigilans, Thesaurarius semper ad magni Magistri latus residens. Subsequebantur ordinatim Commendatores Provinciales Colmischiandti, Thorumni, Brandemburgi Kunisgsbergae, Baalgae, Papariense, Transbugi, Rhedin, Gruden, Schuezen, Mevensis, Slochoviensis, Danzichae, Elbingae, Hollandię, Creutzburgi, Osterod, Ortelsburgi, Reinensis, Bagnitensis, Livensis, de Memela, ac aliis aliarum Arcium. Necnon aderant Advocati, & Provisores Annonę, & Victualium. Hi porro Magistratus ad vitam magnorum Magistrorum durabant, ut ita omnes Equites comodo, & Honore gauderent, & juxta Ordinis indigentias mutabantur, augebantur, ac minuebantur, ut videre est apud *d. Justinianum d. par. sec. cap. 32 pag. 495.* Ab Henrico III. Imperatore anno 1311. Diploma obtinuit, quo confirmantur favore Ordinis Teutonici omnia bona Jura, omnesque Possessiones cum omni utilitate, & honore ipsorum titulo emptionis, sive alio justa acquisitionis, quas possidebat, aut possessurus foret in Terra Pomeraniae, hoc est Pomerellia, alias Pomerania minori: *Duell. d. par. pr. sect. 4. pag. 28.*

Postmodum 1312. obiit Syfridus de Feuchtuvangen Mariemburgi, tumulatus in Cathedrali Ecclesia Culmseensi: *Dusburgen. cap. 302. pag. 370.* quod Chronologiae causa cum cap. 307. conferendum esse monet *d. Duellius d. par. pr. sect. 4. pag. 28., & ibi in Annot. lit.* R., & Auctores supra relati.

Decimus Quartus magnus Magister anno 1312., sive 1313. electus fuit Conradus, sive Frater Carolus Beffart, vel Befurt de Creveris, cujus electio unius suffragio praeponderavit aemulo suo Davidi de Hammerstein: *d. Justinianus d. pag. 495. Collector Gallus* ubi supra, *Dusburg. pag. 374. Venat. pag. 76. Duellius d. par. pr. sect. 4. pag. 28.*

Hunc magnum Magistrum fuisse Virum nobilissimę Stirpis, veluti descendentis ab Antonino Caracalla Romanorum Impe.

Imperatore, ut testatur *Simeon Grunovius in Historia Prussia*, de quo *d. Justinianus pag.* 495., & strenue pro Sanctę Christianę Fidei dilatatione belligeravit. Hic Varia cum Lithuanis certamina habuit, Romam quoque petivit, ut coram Summo Pontifice maximo Joanne XXII. de Jure Ordinis in Pomerellia, quod Rex Polonię impetebat, responderet; quemadmodum etiam de aliis Negotiis ageret, & Victor in omnibus evasit, & Adversarii ad impensa reddenda damnati fuere: *Schutz. in Chronic. Pruss. pag.* 57. *Adden. Venator pag.* 77. *Duell. par. pr. sect.* 4. *pag.* 29. *d. Justinian. pag.* 497. Tandem ab hoc seculo decessit anno 1324. post regimen 12. annorum: *Duell. d. pag.* 29. Tumulatus in Urbe Patria: *Dusburgen. pag* 403. *Duellius d. pag.* 29. *d. Justinianus d. pag.* 531. *Collector Gallus d. pag.* 190.

Decimus Quintus magnus Magister successor dicti Caroli fuit Wernerus Ursele, sive Orselen anno 1325., vel 1324. *Justinianus, & Gallus Collector* ubi supra *pag.* 498. Hujus Magisterii tempore, adversus Ledeminum Lithuaniæ Regem, ac in Massovia, Pomerellia, & Livonia instaurata fuere Bella: mortuus autem est idem Laudatissimus optimusque magnus Magister anno 1331. post sex annorum regimen, & tumulatus in principali Ecclesia Mariæ Vverdens. At lacrimabili modo fuit ei illata mors, quoniam Eques ejusdem Religionis fuit illius Homicida, hoc est Frater Joannes de Biendorff Marchiacus: *dic. Justinianus pag.* 500. ubi nominat d. Joannem Hendor Saxonem, *& pag.* 531., *& Collector Gallus* ubi supra: *Duellius par. pr. sect.* 4. *pag.* 30. cum enim d. Frater Joannes ad Bellum in Livoniam proficisci constituisset, illique dictus magnus Magister semel atque iterum prohibuisset, præfatus Joannes, vindictam meditatus, Cultrum cum suo nefando proposito congruentem emit, in cujus emptione interrogavit Cultrarius, num etiam Vaginam vellet emere? respondit ad hæc ille, se hunc Cultrum Vaginæ totius Provincię inter omnes pretiosissimæ adaptandum ire; & fecit sane immanis Parricida, dum eodem Cultro, in Vigilia Sanctæ Elisabeth Magistrum Generalem, persoluto in Ecclesia Sanctæ Catharinæ Penso Serotino, revertentem, trucidat. Parricidam Sumus Pontifex, cui Judicium hac super re Ordo detulerat, primo à conscientiæ labe ex horrendo hoc facto contracta, absolvit, & Ecclesiasticæ restituit Communioni: postmodum in Corporis supplicium, perpetuis Carceribus, ubi pane solum, & aqua aleretur, addixit, ut narrat *d. Duellius par. pr. sect.* 4. *pag.* 30., *&* 31., ubi in Annotat. sub *litt.* K. *Hartknochium* reiicit, veluti oscitanter asserentem, Interfectorem à Papa, *eo quod hic à Wernero alienus fuerat*, paulo post perpetratum facinus, absolutum esse, advertitque dictum *Hartknochium* non legisse attente Waissel *pag.* 112., quem allegat, sicque etiam aliis locis ob eandem causam sapiuscule sibi contradicere.

Decimus Sextus magnus Magister electus, post interregnum trium circiter mensium, fuit Lutherus filius Ducis Brunsvig anno 1331. Hic plures de Inimicis victorias reportavit: post Ministerium quatuor annorum mortuus est anno 1335., tumulatus in veteri Cathedrali in Arce Regiomontana: *d. Duellius d. parte prima sect.* 4. *pag.* 31. *Justinianus d. pag.* 501., *&* 531. *Collector Gallus d. tom.* 3. *pag.* 191.

Decimus Septimus M. Magister electus 1335. fuit Ditricus Burgravius de Aldeuburch, sive Theodoricus de Altemburg. Erat hic octuagenarius, Pietatis, & Prudentiæ, virtutisque bellicæ dotibus Vir exornatus. Sub hoc magno Magistro Casimirus magnus Rex Poloniæ, Pomerelliam Terram Culmensem, & Michalovviensem petiit sibi restitui ab Ordine, lisque etiam coram Summo Pontifice introducta: cum de concordia ageretur, obiit dictus magnus Magister, & ejus cineres Thorunio Marialargum translati fuere, & in Ecclesia S. Annæ, in Crypta, quam vivens sibi, & successoribus suis fecit tumulati fuerunt: *Duellius d. par. pr. sect.* 4. *pag.* 31., *& seq d. Justinianus*, *& Collector Gallus* loco superius allegato.

Decimus Octavus magnus Magister electus fuit Ludulphus Koenig, sive Coning de Weizzau anno 1342. *D. D. Justinianus*, *& Gallus Collector* ubi supra. Hic Pacem cum Casimiro Poloniæ Rege statuit anno 1343., quo d. Regi Provincia Cujaviensis, & Dobrinoviensis cum Castro Bromburg redditur, & quod Ordo Teutonicus Pomerelliam, Culmense, & Michaloviense Territorium cum locis Neischouva, Orlovu, Murinovu haberet, Instrumentumque confirmatum fuit cum utriusque partis Juramento: *Duellius d. par. pr. sect.* 4. *pag.* 32., *&* 33., ubi infelicem ejus mortem narrat, post annorum trium Regimen: cum enim Samogitæ Bellum moverent, ipseque magnus Magister accurreret; sed Samogitæ Livoniam ex improviso invadunt, Regionemque, qua igne, & rapinis, qua cæde, & captivitate devastabant. Dumque hujusmodi calamitatis culpa in magnum magistrum verteretur, ipse ob rem hanc mente turbatus, usum rationis, & exinde Officium amisit: *d. Justinianus*, *& Collector Gallus* loco superius allegato. An porro ad mentem reversus, an vero insania agitante, Caput parieti allidendo, è vivis excesserit, Historici certant, & adhuc sub Judice lis est: *Duellius* ubi supra: d. tamen *Justinianus* inquit, quod factus sanus, Magisterio renunciavit.

Decimus Nonus M. Magister, electus fuit anno 1345. Frater Henricus Dusemerd: *d. Justin.*, *& Gallus Collector* ubi supra. Hic contra Samogitas, dum Vice-Magister erat, & factus magnus Magister contra Lithuanos Victorias retulit, emitque pro Ordine Teutonico à Waldemero Rege Daniæ, & Fratre ejus Othone, postmodum Equite Teutonico, unde viginti millibus Marcarum Culmensium argenti purissimi, Harriam, & Wyrlandiam Provincias, & tres Æstoniæ Civitates, Revalliam, Narvam, Wesenbergum: sic undequaque gloriosus anno 1351. in Capitulo Generali, officio renunciavit, & reliquum vitæ tempus Religiosa requie traduxit, & post obiit, & Mariæburgi sepultus est: *Duellius par. pr. sect.* 4. *pag.* 33. *d. Justinianus* ubi supra.

Vigesimus magnus Magister Frater Winricus de Kniprode fuit electus anno 1351. Ejus Magisterii tempore Prussia, & Ordo Teutonicus summopere effloruit, ob optimas leges constitutas, tam quoad sumptus, tum quoad Subditos, & Commercium, ac Literarum amorem: post Gubernium annorum 31. obiit: *d. Justinianus pag.* 532. *Duellius d. par. pr. sect.* 53. *pag.* 34. *Collector Gallus d. tom.* 3. §. 37. *pag.* 191.

Vigesimus Primus magnus Magister electus fuit Frater Conradus Zolner de Rotenstein anno 1382. *d. Justinianus pag.* 532., *& Collector Gallus tom.* 3. *pag.*

pag. 191. qui studium Generale Culmæ institui impetravit ab Urbano VI. Pontifice maximo anno 1387., ut ex ejus Bulla, quam per extensum refert *Duellius d. par. pr. sect.* 5. *pag.* 36., in qua Bulla exprimitur, quod erigitur studium Generale ad instar studii *Bononiensis*.

Sub hoc magno Magistro desideraverunt forte Fratres, ut deposito Fratrum nomine, *Domini Crucigeri*, vernacula lingua *Creuz Herrn* vocarentur, hocque adamussim obtinuerunt, unde deinceps sic appellati sunt, & in Historiis vocantur Domini Ordinis, & Nos notavimus in principio hujus Catalogi magnorum Magistrorum, & subdimus in Magistro 22. Sancta tamen, & Cedro digna fuit, quam idem magnus Magister tunc fecit admonitio: *Nos, inquit, natu quidem Nobiles sumus, sed Professioni nostræ congruenter fraterne simul, ac Religiose vivamus, decet*: Sic totidem verbis scriptum reliquit *d. Duellius par. pr. sect.* 5. *pag.* 36., *& seqq.*

Verum *Abbas Justinianus par sec. dic. cap.* 32. *pag.* 501. advertit, quod d. magnus Magister Zonler suo tempore revera non permisit, quod Equites deponerent Titulum Fratris, & assumerent Titulum Domini, sed hujusmodi permutatio Tituli peracta fuit tempore, quo magnus Magister erat Conradus de Wallenrode, ut infra dicemus.

Postremo d. Conradus Londer fractus laboribus, Strasburgi in morbum incidit, deinde Christburgum delatus, ibidem obiit anno 1391. post regimen 8 annorum, ut cum *Waissell.*, *&* *Schuz*, notat *Duellius d. par. pr. sect.* 5. *pag.* 36. *Iustinianus*, *& Collector Gallus* ubi supra.

Vigesimus Secundus magnus Magister electus fuit anno 1391. Dominus Conradus de Wallenrode: *d. Iustinianus*, *& Collector Gallus* ubi supra. Post exercita præcipua Ordinis munera, magnus hic Magister non solum permisit Equitibus, ut deposito Religioso Fratris Titulo, quo usque ad hæc tempora usi fuerant, Titulum Dominorum Prussiæ assumerent: *Iustinian. d. pag.* 501. Sed ipse in suis Edictis adhibere cæpit Principum Formulam - *Nos Dei Gratia*, & splendidiores titulos Equitibus Graduatis tribuit, Præceptoris, Marescalli, Hospitalarii, Thesaurarii, Draperii: *Iustinianus d. pag.* 501. *Duellius d. par. pr. sect.* 5. *pag.* 37. Mortuus est Mariæburgi anno 1393. in die Sancti Jacobi post regimen quatuor annorum. Intestino quodam morbo agitatus, de potestate mentis exiit, in cujus transitu tempestas magna fulminis, & tonitrui facta est: *Dusburgen. Continuator pag.* 431. *Waissel pag.* 127. *Duellius par. pr. sect.* 5. *pag.* 37. ubi subdit, quod ante jam famæ dispendium passus erat, quod impia Leandri Albani Hæresiarchæ pessimi, ex Gallia ad ipsum confugientis, Dogmata strenue promovisset.

In annotationibus autem suis in calce sub litt. C., hæc addit de eodem magno Magistro *Dusburgensis Continuator pag.* 431. ubi ita - *Anno Domini* 1393. *in die Sancti Iacobi obiit dictus Conradus Wallenrod*, *& in cujus transitu tempestas magna fulminis*, *& tonitrui facta est*.

Vigesimus Tertius electus fuit magnus Magister eodem anno die Sancti Andreæ Apostoli, Venerabilis, & devotus Vir pius, castus, & pluribus Virtutibus insignitus, Conradus de Iunginten: *d. Duellius pag.* 37. Hic magnus Magister, licet à Belli studiis plurimum alienus strenuus tamen, ubi res id exigebant, fuit, & cum pe-

cuniis acceptis à Daniæ Regina, accepit, & restituit Anno 1410. à Sigismundo Imperatore Brandemburgensem Marchiam ad se devolutam acquisivit pretio 160000. aureis: cum Uladislao Rege Poloniæ supremo Duce Lituaniæ, de expresso consensu Compræceptorum suorum, Pacis fœdus inivit anno 1405. Mariemburgi in solemni Ordinis Conventu leges latę sunt, ne quisquam extra Ordinem Teutonico - Equestrem Episcopatum in Prussia adeat: *d. Duellius pag.* 38. Domuit Rebelles Sambitas, ubi enumerat Bona possessa ab Ordine, Civitates 55. Pagos 19108. Prædiorum duo millia, 48. excultas Arces. ex quibus Reditus annui erant 800000. Marcę: *Duellius par. pr. sect.* 5. *pag.* 38. Expensas moderatus est, nam in illis cautum, quod nullus Commendatorum plures centenis Equis in Comitatu habeat. Quod solis Nobilibus, Armis jaculatoriis in via uti liceat. Quod servi ex fuga rettacti, auricula clavo perforata afficiantur, & Episcopatus in Prussia semper conferantur Præsulibus ex Ordine Teutonico. Dictus magnus Magister florentem reliquit suum Ordinem: obiit autem magnus Magister anno Domini 1408. Feria quarta post Festum Paschæ.

Vigesimus Quartus magnus Magister fuit Ulricus de Junginger, Frater antedicti Conradi, hic Pacificus, ille Bellator. Ulricus itaque Bellum indixit Regi Poloniæ, & magno Lituaniæ Duci, de quo *d. Duellius pag.* 38. qui redarguit Ulricum, qui licet motivum acceperit belligerandi, diversimode tamen se gessit in eodem bello, & ejus mortem vide apud eundem *Duellium*.

Vigesimus Quintus magnus Magister electus fuit Henricus de Plaven anno 1410., de quo fertur Tabella, quod ipse semetipsum elegerit: cum enim ad numerum trium Commendatores redacti essent, & cœteri Equites ad ipsos electionem remisissent, & inter duos Commendatores esset dictus Henricus de Plaven, & duo alii eidem jus nominandi cessissent, ipse Henricus se ipsum nominavit in magnum Magistrum: *Abbas Justinianus*, & *Collector Gallus*, ubi supra *pag.* 502.

At electionem hujusmodi sic factam fuisse, ut fabellam reiicit *Duellius d. parte prima sect.* 5. *pag.* 39., ubi apposite advertit, quod hoc ipso anno, eadem Tabella de Joanne XXII., & de Sigismundo evulgabat: *Duellius* ubi supra, & *pag.* 40. prosequitur narrans, quod idem *Henricus* Tyrannidi, ac Perfidiæ operam dedit, & ob id, consensu Pontificis ac Imperatoris accedente, per Fratrem Ottonem de Lerstein Ordinis Seniorem, nec quidquam repugnante Henrico de Plauven, moribus, & stirpe nostri consanguineo, ab Officio remotus est anno 1413. *d. Justinianus*, & *Collector Gallus* ubi supra, post regimen trium annorum, & in Carcerem Lochstett conjectus fuit, ubi elapso septennio vitam finivit.

Vigesimus Sextus magnus Magister successit juxta *d. Justinianum*, & *Collectorem Gallum* anno 1413. anno autem 1414. Michael Kuchenmeister de Sterneberg. Sub isto contentiones cum Polonis fuerunt remissæ arbitrio Concilii Constansiensis. Fuerunt deinde habita Comitia Generalia Ordinis in Monte Sancti Brunonis Braunsberg; ibi Dogmata Wicleffi interdicta; statutum, ne quis Evangelicum se nominaret: *Justinianus d. pag.* 502. *Duellius par. pr. sect.* 5. *pag.* 40. Idem magnus Magister publice flammis tradere jussit Chronicam Prussiæ illis

tem,

temporibus scriptam, uti Hæreticis Hussitis, & Wiclefitis erroribus fœdatam.

Fuit ipse magnus Magister invitatus ad factiones, quarum una nominabatur Navis aurea, altera Vellus aureum. Cessavit autem ejusdem magni Magistri Magisterium anno 1422. quod libere cessisse, inquit *Dusburgen. pag.* 440., quem in Annot. litt. *H.* refert *d. Duellius pag.* 40.

Vigesimus Septimus magnus Magister, successit Dominus Paulus Pellizer de Russdorf, qui Bellum sustinuit contra Polonos. Idem anno 1430. Comitia Generalia Elbingę habuit, statutumque fuit magni Provincialis Senatus, cui Magister Generalis, Commendatores sex, Prælati sex, sex Provinciales, totque ex Civitatibus ab illo ex Provinciis seligendi, interessent, nec sine eo, res Patriæ majores pertractarentur.

Rursus intestina, & externa Bella suborta sunt: tandem grandęva ætate magnus Magister anno 1440. mense Decembri resignavit Officium, & paulo post mortuus est: *Schun pag.* 145. *Duellius* ubi supra *pag.* 41.

Allegati autem *Justinianus*, *& Collector Gallus* ubi supra, ponunt electionem dicti Pauli anno 1422., & tenuisse regimen per annos duodecim.

Vigesimus Octavus magnus Magister fuit Dominus Conradus de Erlichshauten anno 1441. *d. Duellius pag.* 41. *d. Justinianus*, *& Collector Gallus* ubi supra. Cum Bellorum motus, & intestina Ordinis Prælia sub ejus Antecessore excitata compescere non potuerit; quin imo novę subortæ fuerint controversię inter ipsum, & Provinciales, ex Germania Factiones increverunt.

Hæc omnia adeo Magni Magistri Conradi animum affecere dolore, & mœstitia, ut nono Regiminis sui anno in morbum inciderit, & tandem obierit: Moriens autem Fratres suos adstantes monuit, ut de Vitæ integritate, & de observandis Instituti Legibus, serio magis cogitarent, cumque eundem, juxta morem de Successore eligendo consulerent, designando Wilhelmum de Eppingen, Electionem Ludovici de Erlichshauten illius ex Fratre Nepotis, omnino dissuasit: *Duellius d. parte prima Sect.* 5. *pag.* 41. Post cursum novem annorum Regiminis obiit: *d. Justinianus*, *& Collector Gallus* ubi supra.

Vigesimus Nonus M. Magister electus fuit anno 1450. Ludovicus de Erlichshauten ex fratre Nepotis prædictis Conradi, non obstante memorata ejusdem Conradi Patrui dissuasione: *dictus Justinianus d. pag.* 531., *& Collector Gallus d. Tom.* 3. *pag.* 192. Sub isto Magno Magistro, perdurante Bello cum Polonis, atque intestinis in Ordine Factionibus, & fęderibus contra Magnum Magistrum excitatis, inita fuit anno 1466. Thorunii Concordia, mediante Legato Apostolico Rodulpho Episcopo Laventino, non Lausanensi, ut erroneè habetur penes *Venatorem* confundentem *Lausaniam*, sive *Losanium*, olim Sedem Episcopalem, & *Lavont*, sive *Lavontiensem*, Episcopatum in Carinthia, ut bene advertit *d. Duellius parte prima Sect.* 5. *in Annot. Litt.* C. *pag.* 42.

Similiter Polonię Rex Magistrum Generalem jure Pacis constituere tenebatur Principem Regni, ac Commendatores magis præcipuos Consiliarios suos constituere, sequenti verborum formula. *Nos Casimirus Rex Poloniæ prædictus præfatum Dominum Ludovicum Magistrum, Commendatores suos, & Ordinem in Prussia, omnesque eorum Successores, in nostrum, &* Re-

Regni nostri Poloniæ Principem Consiliarium perpetuum, Commendatores vero principaliores, quos Dominus Magister, & Successores sui pro tempore duxerint deputandos, in Consiliarios nostros, & Regni nostri, & in nostram, ac Regni Poloniæ protectionem, subiectionem, & defensionem perpetuo duraturam, aßumimus; ut videre est apud *d. Duellium d. par. pr. sect. 5. pag. 42., & 43.* Capita initæ Pacis ad litteram refert *d. Justinianus d. pag. 505. Duellius* autem ubi supra allegatus subiungit, quod hęc Ordinis sui infelix metamorphosis, magnum Magistrum adeo affecit, ut exiguo à Pace firmata tempore, anno scilicet 1467. decimo septimo anno Gubernii, ipse obierit, Regimonti postea tumulatus: *Waissel pag. 244. Schuz pag 335.* relat. ab eodem: *Duellius d. pag. 43. in Annot. sub litt. H. d. Justinianus, & Collector Gallus* ubi supra.

Trigesimus magnus Magister electus fuit anno 1467. Henricus Reuff à Plaven: *d. Justinianus, & Collector Gallus* ubi supra: *Duellius pag. 43.* Sed *Schuzius* scribit, d. Henricum non assumpsisse nomen Magistri Generalis, sed simpliciter Locumtenentis Magistri, idque data opera factum fuisse, ut eluderet Jusjurandum Poloniæ Regi pręstandum, ideoque ipsum Henricum cudisse monetam cum hac Inscriptione - *Henricus Locumtenens Magistri*. At licet hęc narratio non abhorreat à vero, ut inquit *Duellius d. par. pr. sect. 5. pag. 43.*, ibi tamen subdit, quod quidquid hujus sit, in hoc conveniunt Scriptores, istum anno 1469. Magistri Generalis nomen assumpsisse, postmodum pręstitisse Homagium Polonorum Rectori, & ex Polonia redeuntem, tactumque Apoplexia, eodem anno in Urbecula Morungen mortuum, post regimen trium annorum: *d. Justinianus, & Collector Gallus* paginis superius allegatis.

Trigesimus primus magnus Magister electus fuit anno 1470. Henricus de Richtenberg, qui obiit anno 1477. *d. Duellius par. pr. sect. 5. pag. 43. dictus Justinianus, & Collector Gallus* locis supra adductis.

Diximus superius, quod in ipso Teutonico Ordine intestina aderant Diffidia, hæc autem potissime versabantur; primo quoad Livoniam, secundo quoad Prussiam; Livonia siquidem à Magistris Provincialibus gubernabatur, & regebatur. Iidem tamen Magistri Provinciales à Capitulo Generali Ordinis in Prussia per Commendatores majores eligebantur. Sic electus Magister Provincialis Livoniæ Regimen assumebat, adiunctis tamen subalternis Sociis, hoc est Marescallo Provinciæ, ac Commendatoribus, qui omnes non mediocri pollebant auctoritate. Cumque anno 1439. Livoniæ Equites, absque ulla Magistri Generalis Teutonici Ordinis in Prussia participatione, in Livoniæ Magistrum Henricum de Bukenode elegissent, universale in toto Teutonico Ordine excitatum fuit Schisma, quod tamen perpensis rationibus pro Ordine Teutonico Prussiæ militantibus, sublatum fuit.

Quo vero ad Diffidia respectu Prussiæ, ægre ferens Prussiæ Nobilitas, Populusque Teutonicæ Religionis Jugum, illud excutere satagebant; proindeque anno 1456. Pręsidium Casimiri III., seu, ut alii exprimunt IV. implorarunt, & Regali Protectioni se submiserunt. Rex itaque Casimirus Prussianorum petitionibus annuens, ut Regio ejusdem Casimiri nomine Regiones illas regeret, Joannem Baxen in Prussiam

Prussiam misit, cui Gubernatori, juxta Poloniæ mores, quatuor, ut vocant Palatinos addidit, hoc est Culmæ, Kunigsbergen, Elbingæ, ac Pomereliç. Nec non tres Castellanos, Culmæ, Elbinghç, & Dancichæ, ac aliquos Consiliarios, ex quibus Prussiæ Senatus conflabatur. Novum hoc facinus, atrox, longumque inter Ordinem Teutonicum sub Magisterio d. Ludovici de Erlichshusio, & Poloniæ Regem, excitavit Bellum, quod tredecim annorum cursu vario marte perduravit: *d. Abb. Iustinianus d. par. sec. cap. 32. pag. 501. Collector Gallus tom. 3. §. 37 pag. 137. Iacobus Wilhelmi Imhoff in Notitia S. R. Germanici Imperii Procerum lib. 3. cap. 18. De supremo Ordinis Teutonici Magistro n. 6.* ubi, quod - *Cruentum profecto, ac funestum Ordini accidit Prælium ad Dannebergam in Prussia anno 1410. Equites inter, & Polonos commissum, quo quinquaginta millia Crucigerorum, cum ipso Magistro Ulrico à Iungingen cæsa, præterea quatuordecim millia capta esse, Hartknochius à Cromero refert. Attritis tam immani Clade Ordinis viribus, prima ab Uladislao Iagellone fundamenta Prussiæ Polonis acquirendæ jacta sunt, quam postea corroboravit Casimirus IV. Rex & Magistrum, Ordinemque in fidem, & Clientelam recepit &c.* Duravit autem Bellum usque ad annum 1466., quo Concordia inita fuit, qua mediante in duas partes divisa fuit Prussia, quarum una in Poloniæ Dominium transivit, & nuncupata fuit Prussia Regalis; pars altera Prussiæ, hoc est Orientalis, & Livonia sub Dominio mansit Teutonici Ordinis: atque ita Regi Poloniæ addicta fuit Pomerellia Terra Culmensis, & Michaloviensis, Castra Mariçburgum, & Elbingen, cum limitibus suis. Ordini autem Teutonico Regiomons (Sedes magnorum Magistrorum postquam amissum fuit Mariæburgum) Sambia, Natangia, & reliqua Prussia, hujusque pacis Instrumentum, videre est apud *Lunig. in Spicileg. Eccles. Teutonicę: Duellius d. par. pr. sect. 5. pag. 42.* dic. Volumen, cui titulus - *Li Sourani del Mondo tom. 4. pag. 53. juxta impress. Venetam Sebastiani Coleti. & Io. Malachin anno 1726. idem Pater Honoratus pag. 260.*

Rursus ob Concordiam cum d. Rege Poloniæ initam, novum vulnus passus est, in Supremis Juribus etiam hujus Prussię partis, totiusque Ordinis jam in eadem Prussia, veluti ab eodem Ordine propriis viribus acquisita pleno jure utebatur, nec in Dominum, ac Superiorem ullum agnoscebat, nisi in Spiritualibus, Sanctam Apostolicam Sedem. At Concordia Jugum Ordini imposuit: series vero Capitum Concordię fuit infrascripta.

Primo. Quod magnus Magister suo cum Ordine sub Tutela maneat Regis Poloniæ, cum solemni Juramento fidelitatis.

Secundo. Quod imposterum omnis Magister Ordinis in termino trium mensium post ejus electionem, personaliter teneatur præstare dictum Juramentum pro ejus Persona Coronæ Poloniæ, pro observatione Capitulationum factarum, in hac Pace.

Tertio. Quod quilibet magnus Magister intelligatur Princeps, & Senator Polonię, ac sedere ad sinistram Regis debeat, primumque habeat locum in publicis Consiliis, & Congressibus.

Quarto. Quod primi Commendatores à Magistro eligendi, pariter Regis Consiliarii essent.

Quinto. Quod Equites non teneantur recognoscere supremum Jus, & ut dicitur

dicitur Souranità, quam illud Regis Poloniç (salva tamen Jurisdictione Ecclesiastica).

Sexto. Quod occasione Bellorum Ordo Teutonicus Regi adhçreat, contra quemcumque Inimicum, nec unquam in adversis deserere.

Septimo. Quod Poloni, & quælibet natio Subditorum dictæ Coronæ, sint capaces Crucis Ordinis, eo tamen modo, quod numquam excedant medietatem numeri Germanorum, sed frui possent omnibus Privilegiis, quibus ipsi gaudent.

Seriem hucusque relatæ Historiç tradunt respective *d. Abb. Justinianus d. par. sec. cap.* 32. *pag.* 505. *Collector Gallus d. tom* 3. §. 27. *pag.* 137., *&* *seqq. d. Jacobus* Wilhelmi *Imhoff d. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 6.

Proinde quilibet magnus Magister adstringebatur præstare Sacramentum Regi Poloniæ hoc modo. - *Ego N. Magister Generalis Ordinis Sanctæ Mariæ Teutonicorum, Princeps, & Consiliarius Regni Poloniç Juro, quod ab hac hora, & deinceps, fidelis ero Serenissimo Principi D. N. Regi, & Successoribus suis Regibus, & Regno Poloniæ, & Profectum illum fideliter procurabo, & Negotiis Regis, & Regni fideliter consulam, & Secreta, quæ mihi qualitercumque communicata fuerint, in eorum detrimentum nulli pandam; Pacem insuper Perennem, in omnibus suis conditionibus observabo. Sic me Deus adiuvet, & Sancta Dei Crux.*

DISCURSUS CCXXV.

SANCTÆ MARIÆ TEUTONICORUM ET SANCTÆ MARIÆ DE MONTE SION

SECT. V.

ARGUMENTUM

Huic Sectioni Quintæ non apponitur Argumentum, nec Summarium, ex causis superius adductis, & continet residuum Nomenclaturæ magnorum Magistrorum una cum eorundem Vitæ notitia.

Trigesimus Secundus M. Magister successit 1477. *dd: Justin. & Gallus Collector* ubi supra: *Duellius pag.* 44. Martinus Truchsess de Wezhausen, cui Agnominis sui proprium fuit *Domi Monachus egregius in Campo Leo*: Huic cum nupera pax non placuisset, Bellum contra Poloniæ Regem movit, sed postea destitit, & Neostadii prope Cracoviam, ad Fidem Regi Poloniæ Casimiro præstandam jure jurando se se obstrinxit anno 1480., & tandem obiit anno 1489. post regimen duodecim annorum: *Duellius par. pr. sect.* 5. *pag.* 44. *dd: Justinianus, & Collector Gallus* paginis supra notatis.

Trigesimus Tertius magnus Magister eligitur anno 1489. Joannes de Tieffen, qui ut accuratus Instituti sui cultor collaudatur, & de eo Annales testantur, nullo unquam tempore in lecto dormivisse, nec lineum induisse indusium; Superioribus promptum, Paribus Amicum, subditis Patrem se exhibuisse. Post regimen novem annorum, florente sub ipso admodum Prussia,

fia anno 1497. Leopoli, sanguinis profluvio obiit: *Duellius d. par. pr. sect. 5. pag. 44. d. Justinianus, & Collector Gallus* allegatis paginis.

Trigesimus Quartus magnus Magister anno 1498, novo exemplo expostulatus, fuit Fridericus Dux Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ, & Burggravius Misniæ: *d. Duellius pag.* 44. qui pensitata negotii gravitate, & accepta à Statibus Imperii promissione, de illi præstandis subsidiis pro recuperatione Prussiæ, Ordini ab Imperio concessæ, Officium acceptavit anno 1498. *dd: Justinianus, & Gallus Collector* locis supra notatis. Idem consilio Fratrum suorum, & nutu Maximiliani Cæsaris, dare cessavit Juramentum Regi Poloniæ serio anno 1501. petenti: unde anno 1500. in Imperiali Dieta Augustæ habita, Imperator vivis rationibus ostendit dicto Friderico Principi Saxoniæ magno Magistro, nequaquam debere præstare Fidelitatis Juramentum Regi Poloniæ in præjudicium Teutonici Ordinis, ejusque libertatis; & quatenus dependentia aliqua considerari deberet, ea solum respectu S. R. I. considerari deberet, utpote quia Ordo Teutonicus pro majori parte à Natione Germanica constitutus erat: *d. Justinianus pag.* 506. Interim mortuus est Rex Poloniæ. Novus autem Poloniæ Rex Alexander instat, ut Sacramentum ei præstet magnus Magister, qui moras nectens, & ad petendum interim subsidium in Germaniam transiverat, Rex ad Summum Pontificem Julium II. Magister vero ad Imperatorem recursum habuit. Pontifex rescripsit, ut Ordo Pacis conditiones servaret; Imperator ad Pontificem, & Cardinales Epistolas dedit, Ordinis Teutonici Equestris in Ecclesiam merita, & Sancti Romani Imperii testantes, & EquitesTeutonicos necessitate adductos, Pacem cum Polonis pepigisse, conditiones Humano, Divinoque Juri oppositas continentem, nec dictam Pacem unquam fuisse à Papa, & Imperatore confirmatam, quibus & Pontifex acquievit. Unde lis hæc mota quidem fuit, sed numquam composita. Tandem magnus Magister petiturus subsidium à Primatu Germaniæ, Germaniam pergit, relinquendo tamen in Prussia in locum sui Wilhelmum Comitem, & Dominum in Eysenburg. Verum subinde anno 1510. occubuit post regimen duodecim annorum: *Waissel pag.* 261. *A Schuz pag.* 440. *B. Duell. par.* 1. *sect.* 6. *pag.* 45. *dd: Justinianus, & Collector Gallus* ubi supra.

Trigesimus Quintus magnus Magister successit anno 1511. sub protectione Maximiliani Imperatoris, Albertus Marchio Branderburgensis, filius Marchionis Friderici, & Sophiæ filiæ Regis Casimiri, ac Nepos ex Sorore Sigismundi Poloniæ Regis: *Justinianus d. pag.* 506., *&* 532. *& Collector Gallus* locis supra allegatis *pag.* 141., *&* 193. *Duellius in d. Historia Ordinis Teutonici d. par. pr. sect.* 6. *pag.* 45.

Licet hic Albertus magnus Magister, sui Regiminis initio fidelitatis Juramentum præstare constanter detrectaverit dicto Sigismundo Avunculo, suo Poloniæ Regi, illud anxie exigenti (cujus rei Historiam superius retulimus, agentes de Vigesimo Nono magno Magistro, & reassumit *Abbas Justinianus in Historia Chronologica, &c. Equestrium Ordinum par. secunda cap.* 32. *à pag.* 505. *cum seqq. Collector Gallus in Historia Ordin. Equest. tom.* 3. §. 37. *pag.* 141. *cum seqq.*) & ob id Bellorum motus suborti fuerint, qui primum Varmiensis Episcopi opera, & subinde Sumi Pon-

tificis, ac Imperatoris mediatione, cum quatuor annorum induciis suspensi fuerunt, & d. Albertus anno 1524. personaliter Imperatori, & Imperio Fidelitatis Juramentum præstiterit, fueritque proinde creatus S. R. I. Princeps cum preeminentia, quod inter Ecclesiasticos Principes primum gradum obtineret: *Iustinianus d. pag.* 509. Attamen successive in præceps ruit dictus Albertus; nam anno 1525. Noribergæ ab Osiandro, pestiferis Hæresiarchæ Martini Lutheri Dogmatibus imbutus, dimissa Ordinis Teutonici Veste, Fide Catholica abdicata, Uxore ducta, Borussiam cum omnibus ad ipsam adnitentibus, in Clientelam Sigismundi Poloniæ Regis Avunculi sui anno 1525. se commisit, fuitque à d. Rege Sigismundo Prussię Dux creatus, ejusdemque partem, quæ Ducalis dicitur, in Fœudum accepit pro se suisque hæredibus, ut narrat *Duellius d. Historia Ordinis Teutonici par. pr. sect. 6. pag.* 45. *Boss. Historia Sacra Religionis Hierosolymitana tom.* 1. *lib.* 16. *pag.* 557. *Abbas Iustinian. d. pag.* 507., *& seqq. Collector Gallus* ubi supra.

Idemque *Iustinianus pag.* 510. inquit, quod Prussiam in Fœudum Coronæ Polonię d. Albertus accepit pro se, & Fratribus Gregorio, Casimiro, & Joanne Marchionibus Brandeburgensibus, & eorum Descendentibus, & deficiente Linea masculina, devolveretur ad Coronam Poloniæ.

Postmodum Rex Sigismundus, Equitem de novo creavit dictum Albertum per impositionem Collo Torquis Aurei magni ponderis: *d. Iustinianus pag.* 510. *d. Collector Gallus d. pag.* 147.

In proposito autem supradicti Feudi Ducatus Prussiæ, quæ Ducalis dicitur, ad differentiam alterius partis Prussiæ, quę Regia Prussia nuncupatur, de ea loquitur *Duell. d. par. pr. sect. 6. pag.* 45. *in Annot. sub litt. M. Becmanni* dictum his verbis referens - *Advertit Becmannus in Histor. Orb. par. sec. cap.* 8. *Brandeburgensem Anno Domini* 1657. *ab Iure Feudi Transactionis art.* 4. *absolutum esse.*

Atque ita Albertus Catholicæ Fidei Apostata, Lutheranę Hæreseos peste fœdatus, Teutonico Ordini Prussiam eripuit, vi & violentiis, ingentes, pinguissimasque Commendas, tam in Prussia, quam extra sitas, occupavit, & proh nefas! Catholica Fide expulsa, Prussiam Lutheranam effecit, ut notant *d. Iustinianus d. par. sec. cap.* 32. *pag.* 510. *Collector Gallus d tom.* 3. *pag.* 147. *d. Pater Honoratus pag.* 260.

Præfato Alberto pars Equitum Teutonicorum adhæsit: *Duellius par. pr. sect. 6. pag.* 46. Et hinc provenit, quod dicti Alberti in Ducatu Prussiæ Successores, eundem Teutonici Ordinis Magistri Titulum usurpantes, Insignia distribuunt. Sed prorsus indebite; cum hic Ordo mutaverit formam in Prussia, ob supra narratum horrendum Alberti factum, manifestamque usurpationem, ut totidem fere verbis exclamat *Joannes Fridericus Comes in Koden Sapieha in suo Corollario omnium Ordinum.*

Notandum postremo quod scriptum reliquit *d. Duellius sect. 6 pag.* 45. *in Annotat. sub littera M.* ubi sic habet - *Advertit Becmannus in Historia Orb. par. sec. cap.* 8. *Branderburgensem anno Domini* 1657. *ab Iure Feudi transactionis Velaviensis art.* 4. *absolutum esse.*

Trigesimus Sextus magnus Magister, loco dicti Alberti, electus fuit Waltherus de Cronberg: *Abb. Iustinianus pag.* 511. *Collector Gallus d. tom.* 3. §. 27. *pag.* 168., *& Duellius d. par. pr. sect. 6. pag.* 46.

dictus

Dictus Waltherus anno 1527. octava Januarii, mediantibus duobus Equitibus Commendatariis, Everardo Chingen in Heiltroun, & Henrico de Heinac Byndem, solemne Fidelitatis Juramentum Carolo V. Imperatori præstitit, qui eundem Waltherum in Officio suo confirmavit: *d. Justin. d. pag.* 511., *& d. Collector Gallus* ubi supra.

Postmodum anno 1530. vigesima sexta Julii in Imperiali Civitate Augustæ, solemni ut vocant Dieta, dictus Carolus V. Imperator, præsentibus Electoribus, Principibus, Titulatis, & Statibus Imperii, reprobatis omnino quę attentaverat Albertus, confirmavit in magnum Magistrum Teutonici Ordinis pręlaudatum Walterum, eique Investituram concessit omnium Provinciarum, Civitatum, & Dominiorum Prussiæ, injuncto præcepto possessoribus eorundem Statuum Prussiæ, ut eosdem Status cederent, & resignarent Ordini Teutonico: Sicque Commendatoribus, tam illis, qui temerarie Habitum Ord. deposuerant, quam illis, qui eundem Habitum Teutonicum retinebant, ac Comitibus, Baronibus, ut in magnum Magistrum Ordinis, & Administratorem Walterum agnoscerent, illique ut legitimo Domino, & Principi, parerent; declarando nullum, & irritum Juramentum Alberto pręstitum, cum omnibus inde secutis: *d. Justinianus d. par. sec. cap. 32. pag.* 511., *& seqq.* Dictæ erectioni in Ducatum Prussiæ in præjudicium Ordinis Teutonici de facto factæ per Sigismundum Polonię Regem, se opponens Imperator, cum omnibus Imperii Electoribus, renovavit Actum Investiturę Prussiæ favore dicti magni Magistri Walteri: *d. Justinianus dic. pag.* 511., *& seqq. d. Duellius parte pr. sect. 6. pag.* 46. Quæ quidem Investituræ concessio solemni pompa peracta fuit in prædicta Imperiali Dieta Civitatis Augustę, sub Imperiali Throno sedente Carolo V. Imperatore, Imperii Electoribus Assistentibus, cæterisque Imperii Principibus hinc, atque hinc bipartitis. Comparuere magnifice exornati dicti magni Magistri Oratores Equis insidentes phaleratis: Oratores autem fuere Comites Uldericus de Helstein, Hojer de Mansfelt, Bolff de Montfort, & Joannes Hohenloe, Comendator de Kapsenburg. Ex Equis dissiluere Oratores, præstitisque Imperatori, ac Principum Cœtui, obsequii signis, Cæsari exposuere, Albertum, ex notoriis attentatis, à magno Teutonici Ordinis Magisterio penitus cecidisse; unde in culmine Magisterii Walterum de Cronberg legitimum successorem, expostulare ab Imperiali Majestate, quatenus Investituram eidem concederet. Archiepiscopus itaque Moguntinus, Cæsaris nomine inquit, Cæsarem, dispositum esse, pręfato Waltero magno eorum Magistro, totius Prussię illiusque Statuum Investituram, indulgere: qua responsione accepta, Oratores Cæsari gratias reddidere, iteratisque obsequiis recesserunt ad referendum Cæsaris placitum magno Magistro, qui subinde ad Cęsaris Aulam sę contulit, talari Veste serica albi coloris indutus, & ut nos dicimus, *di Damascobianco*, Crucem Ordinis Teutonici gerens in pectore, juxta Imaginem sculptam, quam exprimit *d. Justinianus d. par. sec. cap. 32. pag.* 513., ubi notat, quod idem Vestimenti genus ad pompam confecti differt à veteri more Vestis magni Magistri. Itaque dictus magnus Magister generoso insidens Equo, ter centum Equis comitantibus, ac splendidissimę Nobilitatis, Equitumque Cœtu stipatus, quorum quilibet duo deferebat Vexilia,

aliud super caput Equi, & alterum manu. Tres præterea Equites tria magna Vexilla gerebant. Primum rubri coloris, album alterum cum nigra Cruce Teutonici Ordinis, tertium aureum cum Liliis, & Aquila, hocque deferebat Eques Theodorus de Palant. Post magnum Magistrum, equitando sequebantur Commendatores Ordinis, Equites, Comites, & Barones Imperii; cumque Nobili Comitatu ad Cæsarem pervenisset magnus Magister, ex Equo descendens, ad genua Imperatoris procumbit, & petitionem Investituræ renovavit. Rursusque Moguntinus Elector Imperii, favorabilem Cæsaris Mentem aperuit. Quamobrem successive idem magnus Magister ad Sancta Dei Evangelia Juramentum præstitit, quod de verbo ad verbum eidem suggessit Cardinalis Elector. Quo completo, Imperator primo dicta duo Vexilla tradidit d. magno Magistro, qui dextera manu illa accepit, & postmodum, juxta morem antiquum, ex alto in Populum projecta fuere. Inde Imperator manu tenens Ensem, Crucem ejusdem osculandam porrexit magno Magistro: postmodum eodem Imperatore manu Sceptrum tenente, magnus Magister, ut Princeps Ecclesiasticus Imperii, illud tetigit. Tandemque Imperator quinque Equites Ense, Cingulo, & Calcaribus creavit, prædictamque Historiæ seriem tradit *Gaspar Venator* in Historia Ordinis Teutonici idiomate Germanico: *d. Abbas Justinianus d. par. sec. cap. 32. à pag. 512. cum seqq. Collector Gallus d. tom. 3. §. 27. Duellius par. pr. sect. 6. pag. 46.*

Omnem etiam movit lapidem idem magnus Magister pro Prussia recuperanda, obtinuitque proinde à Carolo V. Imperatore memoratum, ut supra Diploma, declarans nullum, & irritum actum initum inter dictum Albertum, & Poloniæ Regem, necnon in Imperiali Camera Spiræ Bannum Imperii contra eundem Albertum obtinuit, & demum Litteras Executoriales, quibus Prussiæ Ordines, ab Obedientia Alberto præstanda, avocabantur: *d. Justinianus pag. 514. Duellius d. pag. 46.*

Cœterum eo pervenire non potuit, ut contra Albertum, realem executionem ab Imperatore, & Imperio Religionis controversiis diviso, impetraret: sic totidem verbis narrat idem *Duellius d. parte Prima Sect. 6. pag. 46.*

Idem magnus Magister ad Confluentiam Bajuliviam Ordinis se contulit, ibique personaliter, ac solemniter possessionem cepit Provinciarum Prussiæ, ac Homagium a nonnullis Vassallis accepit, aliquasque controversias cum vicinis Principibus composuit: *d. Justinianus pag. 114.*

Zelavitque Walterus proprii Ordinis splendorem, ac conservationem, & in sui Ordinis Conventibus, annis 1526. 1529. 1536. 1537. & 1538. multa pie, & salubriter ordinavit; unde Francofurti cum Consilio suorum, anno 1529. quatuor statuit. Primo, ut quilibet Præceptorum fidem suam adstringat, se Ordini perpetuo fidelem fore, atque in rebus momentosis Fratres Balliviæ suæ in Consilium adhibiturum. Secundo, se Capitulis Ordinis interfuturum, & promoturum pro virili commoda Ordinis. Tertio, se sine consensu Magistri Generalis Bona immobilia non venditurum, oppignoraturum, aut pessumdaturum. Quarto singulis annis, aut si gravia obstent impedimenta, quovis biennio Balliviam suam, ad se visitandam fore: *d. Justinianus pag. 514. Duellius d. pag. 46.* & Augustæ Vindeliciæ id ab Imperatore confirmatum

matum fuit, ut prosequitur idem *Duellius d. Parte Prima Sect. 6. pag.* 45.

Idem totus fuit in recuperandis, instaurandisque Castris, quæ perduellis Rusticularum fæx occupata, jam antea diruerat: *d. Duellius parte prima Sect. 6. pag. 46.*

Obtinuit anno 1542. à Rege Ferdinando Decretum, quo prohibebatur Hebræis communicatio, seu negotiatio cum Subditis Ordinis Teutonici, nisi expressa accederet magni Magistri licentia: *Justinianus d. pag.* 514.

Subditos Territorii Kirchausiensis, qui Fidem suam Ordini probavere, præcipue in illis tumultibus, singularibus prærogativis affecit, quibus etiam de præsenti potiuntur: *d. Duellius d. par. pr. sect. 6. pag. 46.*

Dictus magnus Magister Walterus Dietis Imperialibus solicite interfuit, ut anno 1529. in illa Spiræ, 1530. in illa Augustæ, 1532., & 1541. in illa Ratisbonæ, & in illa Spiræ 1543. in quibus Hæreses confutatæ fuerunt. In quibus omnibus Dietis Imperialibus dictus magnus Magister semper sedem habuit intra Principes Ecclesiasticos, & Archiepiscopos, præcedendo omnibus Episcopis: *d. Justinianus pag.* 514.

Tandem anno 1543. die quarta Aprilis obiit Mergentheimi, ibique tumulatus est: *d. Justinianus d. pag.* 514. *d. Duellius in Historia d. par. pr. sect. 6. pag.* 47. *d. Volumen - li Sovrani del Mondo pag.* 271., ubi nominatur Trigesimus Quintus magnus Magister. Supradictusque *Justinianus* subdit, quod dictus magnus Magister sepultus fuit Mergentheimi Residentiæ Ordinis, in Ecclesia, ubi apposita fuit ejusdem magni Magistri Ænea Statua in actu adorationis Imaginis Sanctissimi Crucifixi, sua cum Inscriptione.

Trigesimus Septimus magnus Magister successit anno 1543. *Collector Gallus tom. 3. §. 27. pag.* 169. Wolfangus Schutzabar, alias Michling: *d. Justinianus pag.* 515. *Duellius par. pr. sect. 2. pag.* 11., & 13. Hic gratus fuit Imperatori Carolo V., & Regi Ferdinando ejus Fratri. Imperator anno 1544. quinta Maii, in Platea Spiræ, ante Cathedralem, eidem Investituram concessit: *d. Justinianus pag.* 515. ubi notat, quod in dicta Dieta, mediante Littera Imperatoris, intimata fuit Alberto relaxatio Prussiæ. Tempore hujus magni Magistri Generalis aliud supervenit infortunium; nam Livoniam à Polonis, Suecis, & Russis misere vastatam, increscente quotidie Hostium vi, per Conradum Kelttlerum Magistrum Ordinis Teutonici, Livoniensem, qui Fide Catholica, ac Jurejurando, Deo, & Ordini præstito ad hoc sepositis, abdicato Magistratu, in potestatem Regis Poloniæ anno 1561. tradidit, ea conditione, ut ille Dux Curlandiæ, & Semgalliæ, tam in se, tam in Posteris suis perpetuo foret, quemadmodum publice fuit renunciatus, ut refert *d. Justinianus pag.* 515. *cum seqq. Duellius par. pr. sect. 2. pag.* 11. *in Annotat. §. Hinc Equites*, & *pag.* 47. *Volumen, cui titulus - Li Sovrani del Mondo tom.* 4. *impress. Venetiis Typis Sebastiani Coleti*, & *Jo. Malachin anno* 1720. *pag.* 44., & *seqq.* ubi plura habentur de isto Ducatu: *d. Jacobus Wilhelmi Imhoff Notitia S. R. Germanici Imperii Proc. lib. 3. cap. 18. n.* 6.

Plura Capitula Generalia convocavit magnus Magister Wolfangus pro bono Ordinis Regimine, ut anno 1543. in Civitate Spiræ, anno 1548. Mergentheimi, 1554. Francfurti, & rursus anno 1557. Mergentheimi, & anno 1558. Francfurti; in quibus Capitulis

tulis inter cœtera statutum fuit, quod Equites, qui ob scissionem, quoad Religionem excitatam, ab Ordine Teutonico recesserant, & Uxorem duxerant, iterum ad Teutonicum Ordinem admitterentur: quod pro Prussiæ recuperatione Ordo instaret, quodque idem ageret pro Livonia: *d. Justinianus pag* 515.

Hinc curis his circumseptus magnus Magister Wolfangus, postremo, cum Mergenthemium ad diem decimam Februarii Generalia Comitia indixisset anno 1566., obiit decima Februarii: *Duellius d. pag.* 47. *d. Volumen Li Sourani del Mondo d. tom.* 4. *pag.* 271. *d. Justinianus pag* 516., *&* *Collector Gallus* ubi supra.

Trigesimus Octavus magnus Magister electus fuit anno 1566 Georgius Hund de Wenkheim, & à Maximiliano Secundo Imperatore confirmatus, illique in Dieta Augustana nona Maii d. Anno 1566. assuetis Solemnitatibus, Investituram Principatus, Magnique Magisterii concessit, una cum confirmatione omnium Privilegiorum Ordinis Teutonici: *d. Justinianus pag.* 519., aliique infra allegandi. Idem magnus Magister Imperiali Dietæ interfuit, locumque tenuit tam in sedendo, quam in Votum præstando, immediate post Archiepiscopum Salisburgensem, præcedendo alios Episcopos, ut cum *Gaspare Venatore in Historia Ordinis Teutonici* prosequitur *d. Justinianus d. pag.* 519. Cumque interim obierit d. Albertus Brandeburgensis, & filium reliquerit nomine Albertum Fridericum in quindecim annorum ætate, & huic Investituram Prussiæ concessisset Poloniæ Rex, adversus hæc omnia, magnus Magister ut se opponeret, Capitula Generalia convocavit, ac personaliter Spirensi Dietæ interfuit, & Cæsaris præsidium imploravit: *d. Justinianus pag.* 519. Unde Maximilianus Imperator officiis apud Poloniæ Regem urgere non destitit, quemadmodum Summus Pontifex Apostolicis litteris in forma Brevis. In id semper dictus magnus Magister intentus fuit, ut Prussiam, & Livoniam recuperaret, sed irrito conatu, ob mortem ei superventam sexto laudatissimi sui Regiminis anno, scilicet 1572. 17. Junii: *Duellius d. par. pr. sect.* 6. *pag.* 47. *d. Volumen - Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271. *d. Iustinianus d. pag.* 519., *&* *seq.*

Trigesimus Nonus magnus Magister electus 1572. die sexta Augusti, fuit Henricus de Bobenhausen, qui in Capitulo Nekers Ulmę anno 1577. egit de transferendo in Hungariam adversus Turcas Ordine Teutonico, proponentibus Legatis Cæsareis, quod tamen Ordo, plures ob causas, agere recusavit: *d. Iustinianus pag.* 522., *&* *seq.* *Duellius pag.* 47. Idem Henricus anno 1585. sibi adiutorem adiunxit Maximilianum Arciducem Austriæ, postmodumque magnus Magister quietis causa Selusium se contulit, ibique anno 1595. obiit: *Venat. pag.* 461. *Duellius par. pr. sect.* 6. *pag.* 47. *Iustinianus d. pag.* 523. *d. Volumen Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271.

Quadragesimus magnus Magister successit prenominatus Maximilianus Arcidux Austrię, qui Ordinis Regimen adiit anno 1595. Hic in Hungarico Bello contra Turcas, universi Christiani Exercitus Imperator, centum Teutonicorum Equitum ex Balliviis collectorum nobili Corona stipabatur, ita se, & Principem, & Religiosum Superiorem patefaciendo: *d. Iustinianus pag.* 523. *Duellius pag.* 47. *&* *seq.* Hic in Capitulo Generali Mergentheimii, Institutum Ordinis, in

San-

sanctiorem redegit formam anno 1606., ac post triginta quatuor annorum cursum, quibus Ordinem Teutonicum rexit, œniponte anno 1618. extremum diem clausit, ibique tumulatus fuit, ut legitur in Manuscriptis, quę in Tabulario Ballivię Ordinis Teutonici Viennen. asservantur, de quibus idem *Duellius par. pr. sect. 6. pag.* 47., & 48. *d. Volumen. Li Sovrani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271. *d. Iustinian. pag.* 523., & 524.

Quadragesimus Primus magnus Magister anno 1618. successit ex eadem Augustissima Domo Austriaca in magnum Ordinis Teutonici incrementum, Carolus Arcidux Austriæ, Episcopus Brixinensis: *d. Iustinianus pag.* 524. *Duellius pag.* 48. Cum enim antedictus Maximilianus Austriacus moriens legasset 200000. Florentinos, hanc summam Carolus non solum permutavit Freudentalio Silesiæ Civitate, quæ etiamnum Ordini Teutonico paret, sed ipse addidit aliam ejusdem Provinciæ Urbem, scilicet Ilenburgum: ut scriptum reliquit *Gaspar Venator in Historia Ordinis Teutonici*, quod in Capitulo Ordinis tento Mergenthein anno 1627. propositum fuit, quod Ordo obtinere curaret ab Imperatore Arcem in Hungariæ Regno, in qua Equites Teutonici morarentur, ut contra Turcas strenue possent decertare: sed idem Auctor non subdit, quid postea fecerit Imperator, ut notat *d. Iustinianus pag.* 524. Tandemque, cum ad Lusitanię Regnum gubernandum, esset à Philippo Hispaniarum Rege vocatus, Matriti inopinanter obiit anno 1624. *Duellius par. pr. sect. 6. pag.* 48. *d. Volumen. Li Sovrani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271.

Quadragesimus Secundus magnus Magister successit Joannes Eustachius de Westernach anno 1625. *d. Iustinianus pag.* 524., & *Duellius* infra: *d. Collector Gallus tom.* 3. §. 27. *pag.* superius allegata. Erat hic ætate annorum 21.; nam natus erat anno 1545., Ordinem ingressus anno 1566. Vir sane de suo Teutonico Ordine, ac de Cæsare optime meritus; expleto duorum annorum Ministerii sui curriculo, ætatisque 23. obiit Mergenthemii die 25. Octobris anno 1627. *Duellius d. par. pr. sect. 6. pag.* 48. *d. Volumen, cui Titulus - Li Sovrani d'Europa tom.* 4. *pag.* 271.

Quadragesimus Tertius magnus Magister electus fuit Joannes Casparus à Stadion: *Iustinianus pag.* 524., & 527. *Duellius* infra allegandus. Multa hic Vir Reipublicæ munera gessit; nam Ferdinandi II. Imperatoris nomine, anno 1631., Dietæ, ut vocabant Compositionis, interfuit, Tyrolensem Provinciam anno 1632. rexit, ac à Cæsare constitutus fuit rerum gerendarum Arbiter, adiunctus Leopoldo Wilhemo Austriæ Arciduci Cæsaris Fratri, tunc Summæ Bellicę contra Suecos Præfecto, quod munus laudabiliter suscepit. At anno 1641. die Prętentationis SS: Virginis Marię, quam vivens perpetuo coluit, Apoplexia mortuus est in Pago Ammern. Corpus translatum fuit ad Conventum Cappuccinorum Mergentheimensem, quem ipse Joannes extruxerat, & postquam à Suecis dirutum fuerat, iterum ædificatum: *Duellius d. par. pr. sect. 6. pag.* 48.

Quadragesimus Quartus magnus Magister fuit Leopoldus Wilhelmus Arcidux Austriæ: nam cum anno 1639., prima die à suscepto Ordinis Teutonico-Equestris Instituto, dicto Joanni Adiutor datus fuerit, mortuo Joanne, protinus successit in magno Magisterio, Princeps & rebus bellicis clarus, & Religione conspicuus; nam

Episco-

Episcopatus, Passaviensem, Argentoratensem, Halberstadiensem, Olomucensem, & Uratislaviensem administravit.

Idem Capitulum Generale 17. Aprilis 1661. celebravit, & 20. Novembris Viennæ obiit: *Duellius d. par. pr. sect. 6. pag.* 48. ubi paginis sequentibus refert per extensum nomina eorum, qui illi interfuerunt, quique in Ordine Teutonico ea tempestate floruerunt, & illius Bajulivias enumerat *d. Volumen, cui titulus - Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271.

Quadragesimus Quintus magnus Magister fuit Carolus Joseph Nepos ex Fratre d. Leopoldi, fuitque ab eodem Leopoldo, cum consensu Fratrum, designatus sui ipsius Successor anno 1663. Electus autem Passaviensis Episcopus, ob defectum ætatis, per substitutos sibi Directores gubernavit, & anno sequenti 1664. mortuus est Viennæ: *d. Duellius d. par. pr. sect. 6. pag.* 54. *d. Volumen - Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271.

Quadragesimus Sextus magnus Magister successit 1664. Joannes Casparus ab Ampringen Præceptor Ballivix Viennensis, atque ejusdem Teutonici Ordinis, nomine prænominati Caroli Leopoldi Director: *d. Justinianus pag.* 517. *Duellius* infra allegandus. Magnus hic Magister Joannes Casparus obtinuit die 8. Januarii anno 1677. à Summo Pontifice confirmationem Privilegiorum Ordinis Teutonici. Fuit etiam hic Joannes designatus ab Imperatore Leopoldo supremus utriusque Silesiæ Capitaneus: at cum obstaret mos Genticus, cujus vigore munus hujusmodi non nisi Principi Silesio demandari debet, Leopoldus Imperator Freudentalium, Civitatem spectantem ad Ordinem Teutonico Equestrem, in Principatum constituit, quousque d. Joannes viveret, atque ita intentum suum obtinuit. Tandem Vir dignissimus mortuus est anno 1684. Uratislaviæ, Freudenthalii autem in Templo Ordinis tumulatus fuit: *Justinianus, & Collector Gallus* ubi supra: *Jacobus Wilhelms Imhoff Notitia S. R. German. Imp. Procer. lib.* 3. *cap.* 18. *à n.* 1. *Duellius par. pr. sect.* 6. *pag.* 54.

Quadragesimus Septimus magnus Magister successit anno 1684. Ludovicus Antonius Comes Palatinus Rheni, è Serenissima Domo Electorali Neoburgica, Domi Bellique clarissimus, ut testes sunt Hispani, Lusitani, Itali, Angli: *d. Justinian. pag.* 519. *d. Duellius par. pr. sect. 6. par.* 54. *d. Volumen, cui Titulus - Li Sourani del Mondo tom.* 4. *pag.* 271.

Dictus Princeps Ludovicus Antonius, jam antecedenter anno 1679. decima Decembris in Capitulo Generali Mergentheim tento, omnium votis, prævia dispensatione ab ætate, acceptatus fuit in Ordinem Teutonicum, & in Ecclesia Principali armatus fuit Eques Teutonicus, & subinde electus Coadiutor, & successor in magno Magisterio: *d. Justinianus pag.* 519., ubi, quod die 5. Januarii anno 1685. in Capella Majori Ecclesiæ Mergentheim declaratus fuit Successor actualis dicti magni Magistri defuncti, & successive in Hungaria, suis stipatus Teutonicis Equitibus, strenue Bella gessit contra Turcas, & victorias retulit.

Quadragesimus Octavus magnus Magister successit Franciscus Ludovicus ex eadem Serenissima Domo Neoburgica Electorali, Frater Germanus antedicti Ludovici: *d. Justinianus pag.* 519. *Collector Gallus* ubi supra: *Duellius d. Histor. Ordin. Teutonic. par. pr. sect. 6. pag.* 54. Hic attentis Turbis, quas sub hujus Magistratu Prussiæ Ordini

Ordini dedit, super quibus exaratus fuit Libellus Teutonico idiomate rem totam exponens, de quo libello meminit *d. Duellius Histor. Ordin. Teutonic. par. pr. sect. 6. pag. 55.* idem magnus Magister recursum habuit ad san. me. Clementem Papam XI., enixe petens, ut novæ, gravique injuriæ per Fridericum Marchionem Brandeburgensem Ordini Teutonico illatæ, Apostolica Auctoritate occurreret. Dictus quippe Fridericus Marchio Brandeburgensis, Regis Prussiæ nomen usurpaverat. Quamobrem Sanctissimus Pontifex Clemens XI. eidem magno Magistro Litteras dedit die 14. Maii 1701. quibus narrat Pontifex, quod ubi certo eidem innotuit, eundem Marchionem Fridericum Regis Prussię nomen publice, ac solemniter usurpasse, quasi præsumeret, speciosa hujus Tituli accessione, jura legitimę auctoritatis acquirere in ea Provincia, quam Ordo Teutonicus ab Infidelium manibus strenua virtute olim receptam, tamquam firmissimum murum pro Domo Israel, quæ est Dei Ecclesia, contra ejusdem perpetuos Hostes opponere statuerat, dedit Pontifex ad Orthodoxos Reges accuratas litteras 16. Aprilis 1701. Leopoldo Imperatori, Ludovico Galliarum Regi, Regibus Hispaniarum, & Portugallię, Duci, & Reipublicę Venetiarum, Cardinali de Lamberg, quibus Litteris eosdem Reges vehementer hortatur, ne ulla Regii honoris significatione Acatholici Hominis ambitum foveant, ac refecto prorsus erga eundem omni Officiorum Consortio, propriæ Dignitati, ac Religioni prospiciant. Itidem coram Sacro Cardinalium Collegio hujusmodi factum improbavit, quanto Ecclesię contemptu, infectos hęretica labe Principes, reclamante Apostolicarum Sanctionum auctoritate, Regiæ Dignitatis Insignia, profano Ritu occupata, perferret. In primis etiam ob oculos omnium posuit læsa Militię Teutonicæ Jura, quod in magnum Universæ Christianæ Reipublicæ detrimentum, & dedecus vertebatur; & demum, ipsum non defuturum se obiicere tantæ licentię Pontificia vigilantia, ubi ex re fore arbitrabitur, piæ ęque, ac justæ Causæ. Tenor vero Pontificiarum Litterarum directarum pręfato Comiti Palatino Rheni Administratori Ecclesiæ Uratislavien., ac magno Magistro Ordinis Teutonici, per extensum habetur apud eundem *Raymundum Duellium d. Histor. Ordinis Teutonici par. pr. sect. 6. pag. 55. ubi in Annot. sub litt. S.* allegat dd. alias litteras ejusdem Summi Pontificis datas prælaudatis Imperatori Leopoldo sub datum Romæ 16. *Aprilis* 1701., & Ludovico Francorum Regi Christianissimo, Hispaniæ, & Portugallię Regibus, nec non Duci, ac Reipublicę Venetiarum, ac Eminentiss. Cardinali de Lamberg super hac re eadem die 16. Aprilis, ac anni 1701., quas in Tabulario Ordinis Teutonici Viennensi extare testatur, & in quibus Sanctissimus Pater hortatur, ut Marchioni Brandeburgensi Regis Titulum abnegent, & Prussiam Ordini Teutonico vindicare conentur.

Quadragesimus Nonus magnus Magister, quique de pręsenti feliciter magni Magistri inclyti Teutonici Ordinis munus egregie sustinet, est Serenissimus Clemens Augustus Maria Elector Colonię, ac etiam de præsenti præfulgens

DISCURSUS CCXXVI.

MARIÆ TERESIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Militarem hunc Ordinem, sub Augusto Mariæ Teresiæ nomine nuper omnium plausu editum, recensere debebamus sub littera *M.*, quia Gloriosissimæ Fundatricis primum Nomen est Maria, & alterum Nomen Teresia, filia, & Hęres Augustissimæ semper memoriæ Caroli VI. Romanorum Imperatoris. Sed cum ad Nos erectionis hujus Ordinis Notitia devenerit post expletam Nomenclaturam Ordinum sub antedicta littera *M.*, idcirco Discursum hic ponimus sub littera *T.*, ob secundum Nomen ipsius Fundatricis, quę est Maria Teresia Romanorum Imperatrix, ac Bohemiæ, & Hungariæ Regina felicissime regnans; de quo duximus nostros monere Lectores, ne Nobis tribuatur æquivocum.

Vere itaque Ordo nuncupandus est Ordo *Maria Teresia*. Porro hìc solum referemus compendiariam hujus Ordinis Institutionem, nondum enim accepimus distinctam Statutorum seriem, quam enixe expectamus.

Sat tamen erit ad comprobandum invictissimæ Imperatricis, & Reginæ nomen nunquam interiturum, & gloriam.

Italico autem idiomate narratio erit, prout legimus in Folio Hebdomadario, vulgo *Gazette* impresso Mutinę Typis Hæredum Bartholomæi Soliani Impressoris Serenissimi Ducis, sub die 20. Julii 1757.

Compendio della Lettera emanata dal Gabinetto di S. M. I., e R. al Maresciallo Conte di Daun sotto il dì 22. Giugno 1757.

„ L'Affezione, che S. M. I, e R. „ porta alle sue Armate, avevale „ inspirato, molti anni sono, il di- „ segno d'instituire un'Ordine Mili- „ tare, e di assegnare de' Fondi per „ le Pensioni, che sarebbonvi attac- „ cate, affinchè gli Uffiziali, i quali „ si distinguessero, nel tempo stesso, „ in cui sarebbero condecorati delli „ distintivi d'onore, provassero an- „ cora gli effetti della Lei Imp., e „ Regia munificenza. L'occasione „ soltanto è mancata fino ad ora all' „ adempimento di quanto S. M. erasi „ proposto. E questa occasione of- „ fresi presentemente per la gloriosa „ Vittoria riportata ai 18. di questo „ Mese. S. M. con piacere sommo „ prende motivo da questo avveni- „ mento di trasmettere alla posterità „ la memoria di detta giornata, co- „ me Epoca dell'Ordine, che da „ Lei si stabilisce. Quindi Ella giu- „ dica di non dovere ulteriormente „ differire l'esecuzione de' suoi dise- „ gni, onde abbia il Militare questo „ nuovo contrassegno della di Lei „ benevolenza. Quantunque i Sta- „ tuti, e tutto ciò, che è rela- „ tivo a codesto stabilimento, non „ sieno ancora ridotti alla loro ultima „ perfezione, nulladimeno S. M. ha „ giudicato convenevole il partecipa- „ re al Maresciallo Conte di Daun „ ciò, che debb'essere pubblicato su „ di questo proposito nelle sue Ar- „ mate, affinchè sia eseguito imme- „ diatamente.

„ I. L'Ordine porterà l'Augusto Nome „ di S. M., e sarà chiamato: *Ordine* „ *Militare di Maria Teresa*. Egli debb'

„ debb'essere considerato come insti„ tuito, ed eretto il giorno 18. Giu„ gno 1757., ed ogni Uffiziale, che „ si è distinto in detta giornata, o „ che distingueraffi dopo del medesi„ mo giorno, ha il diritto di addi„ mandarlo.

„ II. S. M. vuole, e stabilisce, che nes„ suno, chiunque egli siasi, non pos„ sa essere ammesso in tal' Ordine per „ i diritti di Nascita, o di Casato, „ per i suoi passati servigi, per le fe„ rite altre volte ricevute, per meriti „ acquistati precedentemente, meno „ ancora per favore, e raccomanda„ zioni: ordinando Ella, che non vi „ si ricevano che quelli, i quali non „ solamente avranno adempiute le „ parti del loro dovere, ma che av„ ranno saputo rinvenire il modo, „ con cui distinguersi mediante qual „ che illustre azione, o nel dare „ saggi, ed utili consigli, o con„ tribuendo alla esecuzione delli me„ desimi nelle Battaglie, negli At„ tacchi, e negli Assedj, con van„ taggiose disposizioni, o con movi„ menti fatti a proposito, riparan„ do il disordine, impedendo alcun „ danno imminente, dando ajuto, „ o soccorrendo altri Corpi; il tut„ to in conformità delle Regole dell' „ Arte Militare.

„ III. Per dare un lustro maggiore all' „ Ordine, la M. dell' Imperatore ha „ risoluto di prenderne la qualità di „ Gran Maestro, e di far Egli stesso „ le funzioni.

„ IV. Tutti gli Uffiziali delle Truppe „ Imperiali, e Regie, d'Infanteria, „ di Cavalleria, e d' Ussari, di Trup„ pe Leggieri, d' Artiglieria, di Mi„ natori, d' Ingegneri, dal primo fi„ no all' ultimo grado, compresivi „ per conseguenza gli Alfieri, posso„ no aspirare a quest' Ordine, senza „ distinzione di Religione, di Digni„ tà, di Nascita, e senza riguardo all' „ anzianità del servizio. Gli Uffiziali „ Stranieri, che saranno in qualità „ di Volontarj nelle Armate di S. M., „ potranno similmente essere ammes„ si in quest' Ordine, colla restrizione „ però, ch' eglino non avranno di„ ritto alcuno alle Pensioni, che lo „ accompagnano. Per altro non sa„ ravvi ricevuto alcuno, il quale „ non sia Uffiziale.

„ V. L' Ordine sarà diviso in due Clas„ si, in Gran Croci, ed in Cavalie„ ri. Quegli, che sarannosi segnalati „ con un' azione luminosa, verranno „ posti in quella de' Cavalieri. La „ Gran Croce è riservata a quelli, i „ quali unendo ad un particolare va„ lore una prudente condotta, auran„ no contribuito per singolare ma„ niera al buon esito di qualche rile„ vante impresa.

„ VI. S. M. accorda 1500. Fiorini di pen„ sione ad un certo numero di Gran „ Croci, e 400., o 200. Fiorini ad „ un determinato numero di Cava„ lieri. Per altro il numero delle „ Pensioni non diminuirà punto quel„ lo dei Membri dell' Ordine, e tut„ ti quelli, che ne saranno giudicati „ degni, sarannovi ammessi a misura „ dei loro servigi, o in qualità di „ Gran Croci, o di Cavalieri. Allo„ ra che tutte le Pensioni saranno „ distribuite, i Cavalieri, che ne sa„ ranno sprovveduti, vi perverranno „ giusta l' Ordine del loro ricevimen„ to, portando sempre frattanto la di„ visa d' onore dell' Ordine.

„ VII. Tre cose sono essenziali per esser „ ricevuto nell' Ordine. 1. Una Infor„ mazione sufficientemente individua„ ta dell' Azione, la quale fa, che „ vi si possa pretendere. 2. Un Certi„ ficato di tale Azione appoggiato

,, sopra valide prove. 3. Un' Esame ,, imparziale della stessa Azione, su ,, del quale giudicar si possa, s'ella sia ,, meritevole della Gran Croce, o del ,, Cavalierato.

,, VIII. Il Maresciallo Conte di Daun ,, a nome di S. M. farà pubblicare ,, nell' Armata, che qualsivoglia Uf ,, fiziale dal primo sino all' ultimo ,, grado, è in diritto di aspirare, e ,, pretendere ai divisati posti, e che ,, gli si presteranno tutte le possibili ,, facilità per l' apprestamento, ed ac. ,, cettazione delle prove requisite. Il ,, Candidato prima d' ogni altra cosa ,, indirizzerassi all' Uffiziale di lui supe- ,, riore, indi al Generale Comandan ,, te, il quale incaricherà l' Auditore ,, Generale, o in assenza di lui l' ,, Auditore di un Reggimento, o pu- ,, re se alcuno di questi non si tro- ,, vasse a portata, e comodo, un Ca ,, pitano, un Luogotenente, o un ,, Alfiere, capaci di fare diligenze ,, esatte, per cui riconoscere la con. ,, dotta valorosa allegata dal Candi. ,, dato, e formare le Informazioni ,, perfettamente, ed in ogni sua parte ,, circostanziate.

,, IX. Affinchè non manchi verun re- ,, quisito alla autenticità delle Prove, ,, e che la Informazione sia confor- ,, me alla verità, quegli, che ne sa- ,, rà incaricato, ascolterà i testimo. ,, nj, gl' interrogherà sull' onor loro, ,, e ad essi leggerà quanto da lui sa. ,, rà stato messo in iscritto, accioc. ,, chè dalli medesimi possa essere sot- ,, toscritto, e convalidato coll' ap. ,, porvi il Sigillo delle loro Armi.

,, X. Siccome i fatti Militari eseguisconsi ,, in presenza di molti testimonj, ed ,, è necessario lo stabilire regole cer ,, te rispetto alla maniera di ricevere ,, gli attestati; sarà mestiere il distin. ,, guere due casi: se l' Aspirante, o ,, Candidato, era sotto gli ordini di ,, un'altro, o se comandava egli stes- ,, so in tempo dell' Azione valorosa, ,, o delle saggie disposizioni, ch' ei ,, pretende aver fatte. Nel pri- ,, mo caso, non solo sarà necessaria ,, la testimonianza dell' Uffiziale Supe- ,, riore; ma bisognerà sentire la Bri- ,, gata, il Reggimento, la Compa. ,, gnia, o la Truppa, che saravvisi ,, trovata, notare le Dichiarazioni ,, dei testimonj di vista, e fare pub. ,, blicamente la lettura della Informa- ,, zione, che dovrà essere sottoscrit- ,, ta dall' Uffiziale, che comandava, ,, o da 6. altri, o in loro difetto da ,, 12. Bassi Uffiziali, e Soldati: in ,, caso, che l' Uffiziale, il quale co. ,, mandava, pretendesse ignorare l' ,, Azione del Candidato, ch' egli fosse ,, assente, che avesse qualche altro im. ,, pedimento, o che il Candidato ,, fosse egli stesso il Comandante: al- ,, lora la testimonianza dovrà essere ,, fatta, e segnata da 7. Uffiziali, o ,, da 2. Bassi Uffiziali, o da due Sol. ,, dati, i quali siensi ritrovati presen- ,, ti all' Azione, per supplire ad ogni ,, Uffiziale, che mancasse. Se non ,, puossi rinvenire il necessario nume- ,, ro de' Testimonj, è d' uopo l' esa- ,, minare, e notare con tanta mag- ,, giore attenzione le differenti circo- ,, stanze, e far sottoscrivere la Di- ,, chiarazione da tutti quelli, che sa- ,, ranno stati presenti. Quegli, che ,, farà la minuta delle Deposizioni, ,, dovrà sottoscriverla, e sigillarla ,, col proprio sigillo, spiegando chia- ,, ramente quali sono i Corpi, e gli ,, Uffiziali da lui uditi, se da lui siensi ,, intese alcune dubbiezze, e contra- ,, dizioni, sopra di che ei spiegheras- ,, si colla maggiore precisione, che ,, saragli possibile.

,, XI. Fatte le prove, saranno spedite al

„ al Comandante Generale, il quale „ allora terrà, o farà tenere per un' „ Ufficiale, da lui sostituito a tal ef- „ fetto, un Capitolo dell' Ordine, „ in cui le prove saranno esaminate „ religiosamente; il che eseguito, „ delibereraffi se l' Azione, della qua- „ le trattasi, merita la Croce di Ca- „ valiere, o la Gran Croce. Del „ rimanente il Candidato non farà „ ricevuto nell' Ordine fino a tanto, „ che il Gran Maestro non avrà pro- „ nunciato. Per formare questo Ca- „ pitolo si convocheranno li Gran „ Croci, e i Cavalieri presenti, che „ potranno assistervi senza mancare „ al servigio, o che non avranno „ qualch' altro legitimo impedimento. „ Il Capitolo non dovrà mai essere „ composto di meno di 6. Gran Cro- „ ci, o Cavalieri; e se per avventu- „ ra non si potesse radunare un tal „ numero, i più attempati Generali, „ Colonnelli, Luogotenenti Colon- „ nelli, o Maggiori, potranno sup- „ plirvi.

„ XII. Ogni volta che si terrà Capito- „ lo, l' Auditore Generale, il suo „ Sostituto, o un Auditore del Reg- „ gimento, ne terrà il Protocollo, „ e noterà diligentemente i voti, af- „ finche tutto conchiudasi colla plu- „ ralità.

„ XIII. Siccome molti Generali, ed Uf- „ fiziali delle Truppe di S. M. ritro- „ vansi presentemente nelle Armate „ de' suoi Alleati, e sarebbe una in- „ giustizia, se quelli non fossero mes- „ si a parte di quest' Ordine, S. M. „ intende, e vuole, che se vi fanno „ qualche Azione distinta, di cui la „ Informazione sia mandata al Gran „ Mastro nelle debite forme, si tenga „ a tale vopo Capitolo per esaminar- „ vi l' Azione, e giudicarla nel mo- „ do stesso, che se fosse succeduta „ nelle Armate della M. S., e riceve- „ re il Candidato senza veruna op- „ posizione.

„ XIV. Venendo confermato dal Gran „ Maestro il risultato del Capitolo, „ il Generale Comandante, o il suo „ Sostituto, radunerà un Capitolo „ composto di tutti li Gran Croci, e „ de' Cavalieri presenti, o se non ve „ ne fossero, de' Generali, ed Uffi- „ ziali dello stato Maggiore, e pub- „ blicheraffi all' Ordine, che il tale „ Candidato è stato riconosciuto de- „ gno pel suo valore, per la sua „ condotta, o per la sua prudenza „ di essere ammesso nell' *Ordine Mi- „ litare*. L' Auditore Generale leg- „ gerà in seguito la Informazione „ del Fatto, gli Attestati, e la con- „ ferma del Gran Maestro: il che „ fatto, il Generale Comandante, o „ quegli che sarà in luogo di lui, „ attaccherà alla Bottoniera del Re- „ cipiendario la divisa dell' Ordine „ allo strepito delle Trombe, e Tim- „ pani: gli darà poi l' abbracciamento, „ il che faranno pure dopo di lui „ tutti li Gran Croci, e Cavalieri.

„ XV. Caso che il Candidato non si „ trovasse all' Armata, che fosse in „ distaccamento, o assente per moti- „ vi ragionevoli, si terrà ciò non o- „ stante Capitolo colle prescritte Ce- „ rimonie, pubblicheraffi all' Armata „ il suo ricevimento nell' Ordine, e il „ Generale Comandante ne spedirà „ la Divisa al Generale più anziano, „ o all' Ufiziale, che sarà più a por- „ tata del Candidato, che ne sarà „ da quello rivestito nella maniera „ detta quì sopra.

„ XVI. Il Candidato non potrà go- „ dere delle prerogative dell' Ordi- „ ne se non dopo la pubblicazione, „ e la pratica delle Cerimonie stabi- „ lite, ma la sua anzianità, ed il suo di-

„ diritto alle Pensioni, saranno contate dal giorno, ch' egli sarassi distinto con qualche segnalata azione; e per questa ragione se ne debbe notare il giorno, e se sia possibile, l'ora ancora, nelle pruove.

„ XVII. Se coll' andare del tempo i Cavalieri già ricevuti acquistassero nuovi meriti, la Costituzione dell' Ordine vuole, che sieno condecorati di nuove, e moltiplicate Marche d'onore. A misura delle differenti pruove, che ne saranno recate, si aggiugneranno dunque agli antecedenti, de' quali erano già in possesso, nuovi contrassegni onorifici, e gloriosi, intorno ai quali S. M. riservasi il dichiarare ben presto la sua ulteriore risoluzione.

„ XVIII. Conciossiacosachè niuno degli Ordini instituiti finora non può parere preferibile a questo, il quale è la ricompensa del valore, e delle azioni le più eroiche le loro M. I., e R. hanno risoluto di eccettuarlo esso solo dalla incompatibilità stabilita in grazia del Toson d' Oro, dichiarando colla presente, che la Divisa d' onore dell' *Ordine Militare di Maria Teresa* può, e debb' essere portato colla Collana del Tosone.

Ad normam Statutorum relati Ordinis jam Augustus Imperator Magnus Magister contulit Gradum Magnę Crucis Regali Celsitudini Duci Carolo ejus Germano Fratri, nec non Excellentissimo Domino Comiti Daun, ut dicitur *Maresciallo*. Cæremoniæ autem servatæ leguntur, & per extensum habentur in Hebdomadariis Notitiis, *vulgo Gazette in illis sub die* 24. *Martii* 1758. *Mantuæ Impress. sub. n.* 12. *tenoris sequentis*.

Ecco la Descrizione delle Cerimonie, che sono state praticate nel conferire lo scritto possesso a S. Altezza Reale il Sig. Duca Carlo di Lorena, ed al Sig. Maresciallo Conte di Daun, di primo, e secondo Gran-Croce dell' Ordine Militare di Maria Teresa.

„ Avendo risoluto l' Imperatore, nella sua qualità di Gran Maestro, di conferir in persona quest' Ordine a due primi Gran Croci; vale a Sua Altezza Reale il Duca Carlo di Lorena, ed a Sua Eccellenza il Maresciallo Conte di Daun; però Sua Eccellenza il Conte di Kaunitz Rittberg Cancelliere di Corte, e di Stato, notificò loro il dì innanzi, d' ordine di Sua Maestà Imperiale, e per via di una lettera particolare la loro prossima nomina, ed indicò loro altresì il tempo, in cui doveva loro conferirsi questo solenne possesso. Si fece sapere a Generali, ed agli altri Ufficiali, che trovansi in questa Capitale, il giorno, e l' ora destinata a simile cerimonia (la quale si fece li 7. del corrente, verso l' ore 11. e mezzo del mattino) affinche si trovassero alla Corte, ed a tal funzione assistessero; con ordine agli Uscieri di Camera di accordar ad essi, ed all' altre persone altresì che sono ammesse all' Appartamento, l' ingresso nella seconda anticamera, in cui dovea farsi la cerimonia. Sua Maestà Imperiale si portò all' ora stabilita in essa seconda anticamera in uniforme, col gran cordone dell' Ordine, e preceduta dagli Ufficiali dell' Ordine stesso, da Consiglieri di Stato, e da Grandi Ufficiali della Corona in uniforme da Campagna. Il Gran Maresciallo di Corte andava innanzi

„ innanzi immediatamente a Sua Maestà Imperiale, colla Spada alta, ed accompagnato, com'è cóstume dal Gran Ciamberlano, e da' Capitani delle Guardie. Quindi, poichè furono raccolti in detta seconda anticamera, i Generali, e gli altri Uffiziali ec. Sua Maestà Imperiale si coprì, e si assise sotto il Baldachino sopra una Sedia, collocata su un trono elevato di tre scalini. Allora tutta la Corte, il Cancelliere dell'Ordine, i Generali, gli altri Uffiziali, e quei del medesim'Ordine, si misero ne' posti loro assegnati. Alla destra di Sua Maestà Imperiale stavano il Gran Marescialló colla Spada alta sul primo gradino, il Gran Maestro sul secondo, e sul terzo il Capitano degli Arcieri. Erano alla sinistra sul primo gradino il Gran Ciamberlano, e sul secondo il Capitano de' Trabanti. Il Cancelliere dell' Ordine era sullo strato alla destra e rimpetto al luogo, in cui stette poscia in piedi Sua Altezza Reale il Duca Carlo, qual primo promosso: i Generali, ed altri Uffiziali erano disposti nella Sala a due lati del trono; i Consiglieri di Stato erano in faccia: venivano poi i Ciamberlani successivamente in ordine, con dietro loro le Guardie del Corpo, e finalmente aveano preso posto nel restante della Sala le altre persone, che sono ammesse all'appartamento. Erasi fatta sulla diritta del Trono una specie di Loggia assai elevata, affinchè Sua Maestà l' Imperadrice Reina, e la sua Augusta Famiglia potesser vedere le cerimonia, colle Dame eziandio, che pur' ivi erano. Poi il Gran Ciamberlano andò a prendere i Candidati, che erano nell'anticamera dell' Arciduca Giuseppe, e li condusse dalla seconda anticamera per fino allo strato del trono di Sua Maestà Imperiale, sul quale strato si pose il Sig. Duca Carlo, e vi stette in piedi, finchè durò il discorso, che fece il Cancelliere dell' Ordine, ed intanto il Sig. Maresciallo restò giù dello strato dirimpetto a Sua Maestà Imperiale. Erasi posto in convenevol distanza un tavolino coperto con un tappeto di velluto cremisi, su cui erano collocati quattro Coscini pur di velluto cremisi, gallonati d' oro, su quali stavan riposte le insegne dell' Ordine, e le patenti. Vicino al detto Tavolino erano in piedi il Sig. di Collenbach Consigliere Aulico delle loro Maestà, ch' è Tesoriere dell' Ordine, ed il Sig. Bech pur Consigliere Aulico delle loro Maestà, ch' è Cancelliere dell' Ordine stesso: e da poichè i Candidati si furon posti, come s' è detto, e che fu al suo luogo il Gran Ciamberlano, s' accostò il Cancelliere dell' Ordine a Sua Maestà Imperiale, e si mise ginocchioni sul primo gradino del Trono, per ricevere i suoi Ordini, e discesone poscia, e ripigliato il suo posto, fece un discorso conveniente alla dignità del soggetto, in cui espose succintamente l' instituzione dell' Ordine, i fini, che vi si propongono, ed i meriti de' due Candidati. Dopo di tale discorso, e ad un segno fatto dal Cancelliere dell' Ordine, il Sig. Duca Carlo si avvanzò fino al più alto gradino del Trono, e vi si pose in ginocchio sopra un coscino di velluto Cremisi gallonato d' oro, che era

ivi

„ ivi stato portato dal primo For. „ rier della Camera, e la sua Al. „ tezza Reale ricevette dalle mani „ di sua Maestà Imperiale le inse- „ gne dell' Ordine, che erano sta. „ te recate a Sua Maestà medesima „ dal Cancelliere, cui le avea il Te- „ sorier consegnate; ed intanto Sua „ Maestà pronunziò queste parole: „ La vostra Dilezione riceve dalle „ nostre mani le insegne dell' Or. „ dine Militare di *Maria Teresa*, e „ son' elleno la testimonianza delle „ vostre gesta. Voi siete Membro „ d' un' Ordine consecrato al valo- „ re, ed alla prudenza; fattene pe- „ rò uso a gloria di Dio, in ser- „ vigio della nostra Casa, e in dif. „ fesa della Patria, Sua Maestà Impe- „ riale diede allora l'abbracciamento „ a sua Altezza Reale, che per tutto „ questo intervallo continvò a star „ ginocchioni; poscia alzossi, e ritor. „ nò al luogo suo sopra lo strato, „ dopo di che il primo Forriere levò „ il Coscino, di cui s' era servito. „ Quindi fu fatto lo stesso col Sig. „ Maresciallo Conte di Daun, ed „ esercitate furongli le medesime Ce- „ rimonie, e sua Maestà Imperiale „ ritornò in appresso nel suo appar- „ tamento, accompagnatavi dallo „ stesso Corteggio.

DISCURSUS CCXXVII.

SANCTI THOMÆ BECQVET.

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

SUb Titulo Sancti Thomæ adest etiam, vel adfuit Ordo antedictus Sancti Thomæ Becquet de quo mentionem facit *Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires del Eglise, & des Ordres de Chevalerie impress. a Rouen Chez Jean Baptiste Besogne* 1726. *In Adition, Aux Ordres Militaires pag.* 510. *tom.* 2. Narratio autem ex Gallico Idiomate in latinum translata, ita se habet. Ordo Sancti Thomę Becquet Archiepiscopi Cantuariensis institutus fuit à Riccardo I. Rege Angliæ post capturam *Acre* nuncupata alias Ptolemaide. Equites hujus Ordinis esse debebant ex Natione Anglicana: Habitum album gestabant, & Crucem rubeam, in cujus medio, aderat Conchylium album, & Torques similis.

DIS-

DISCURSUS CCXXVIII.

SANCTI THOMÆ SOCIETAS IN POLONIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

ANno 1579. in Polonia sub Rege Stephano Bathoreo, à Nuntiis Terrarum Hæreticis ad Comitia Regni electis, dicta Societas excogitata fuit. Gestabant illi è Collo pensilia Numismata aurea Divi Thomæ Apostoli insignita Imagine.

Verum eodem fere tempore ab Ordinibus Regni Catholicis repressa evanuit, opposita, & introducta tunc in Poloniam Confraternitas sub Titulo & Protectione Divæ Annæ Matris Sanctissimæ Virginis Mariæ, teste *Demetrio Sulikouuski in Commentariis fol.* 130., ut totidem verbis scribit *Dominus Comes Joannes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in suo Corollario omnium Ordinum in verbo Sancti Thomæ Societas pag.* 340., *quod est in calce Tractatus ejusdem Auctoris, cui Titulus - Adnotationes Historicæ de Origine Ordinis Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730.

DISCURSUS CCXXIX.

TORQVATORUM

ARGUMENTO

Et Summario caret.

EQuites Torquatos omni tempore adfuisse apud Principes, late ostendimus in nostro *Armamentario tom.* 1. *Discursu VIII.*, ubi mentionem fecimus de Torquibus in multiplici specie, de Tæniis, Amphrisia, Numismatibus, aliisque signis Honorariis, & non solum de Equitibus ferro Militantibus, sed etiam de aliis litterariis virtutibus, ac exercitiis in decus Reipublicæ gloriose laborantibus, Togatis, Laureatis, vel in aliqua Nobili Arte peritis. Ideoque ad dictum Nostrum Discursum, cæterisque Discursibus Lectores nostros remittimus.

DISCURSUS CCXXX.

TRADITIONIS ENSIS CUM BALTHEO, ET UT ITALICE DICITUR, *ACCOLLATA*

ARGUMENTUM

Explicatur quid sit *Accollata*.

SUMMARIUM

1. *SUmmus Pontifex aliquando Oratores Venetos apud Sanctam Sedem creat Equites Auratos.*
2. *Alii Reges, quandoque tradunt Oratoribus*

toribus Ensem, in quo tradendo consistit admissio ad Accollatam, & n. 3.

4. *Describitur functio, quæ fit à Rege in admittendo aliquem ad* Accollatam, *& quid sit* Accollata.

5. *Imperatores olim præcingebant Nobiles Ense.*

6. *Ephebi, quando exibant ab Aula Magnorum Ducum Etruriæ, faciebant se Ense præcingere ab aliquo ejusdem Aulæ Viro conspicuo.*

7. *Ensis usus, à quibus procedit.*

8. *Quid sit* Ensis.

DISCURSUS CCXXX.

TRADITIONIS ENSIS CUM BALTHEO, ET UT ITALICE DICITUR, *ACCOLLATA*

NOnnullos apud Reges mos viget ad eorundem Aulas, ab aliis Regibus, & Principibus missos Oratores, antequam ad suos revertantur,
1. completo eorum munere Equestri, quandoque Tessera decorandi. Hinc Summus Pontifex aliquando Serenissimæ Venetæ Reipublicæ penes Sanctitatem suam Oratores creat Equites Auratos, ut exposuimus in *Primo Tomo Nostri Armamentarii Discursu* 35. *sub n.* 71. *pag.* 524.; *& sub litt.* C. *pag.* 525 ubi per extensum refertur Ritus servatus tempore san. me. Clementis XI., qui Equitem Auratum creavit Excellentissimum Dominum Franciscum Morosini Oratorem Serenissimæ Venetæ Reipublicæ apud Sanctitatem Suam.

Reges alii Insignia Nobilia Oratoribus
2. tribuunt aliquoties, mediante admissione ad Ordinem, sive Cœtum, ut nuncupant *dell' Accollata*: cum etruscum verbum *Accollare*, & Ad-
3. dict. *Accollato* importet, *addossarsi*, quod latinè sonat sibi imponere, sibi sumere, ut videre est in *Vocabulario Etrusco della Crusca in Verbo Accollare, & Accollato*. Dicta *Accollata* in nostro proposito, ac Italico Idiomate explicatur ab Italico Scriptore *Augustino Paradisi in suo Volumine, cui novum Titulum imposuit - Raccolta di Notizie Storiche, Legali, e Morali, pubblicate già col*
4. *Titolo d' Ateneo dell' Uomo Nobile, ed ora in nuova forma ridotta tom.* 3. *De' Titoli ec. par.* 4. *cap.* 22. *pag.* 442. *juxta impressionem Ferrariæ sumptibus Societatis* 1740. ubi sic scribit. *L' Accolata, di cui sogliono essere fregiati dal Re in una Udienza particolare, dopo quella di congedo; Funzione che siegue senza cerimonie. Uno de' primi Valletti di Camera, o della Guardarobba getta un Coscino a piè del Re, ove l' Ambasciatore s' inginocchia: Sua Maestà allora, levandosi la Spada dal fianco, glie ne porge un' altra col suo Pendone; così s' intende conferito l' Ordine suddetto.*

Super consimilem usum, tradendi nem-
5. pe Ensem Viro Nobili, ut eo præcinctus incedat, subdere hìc non omittimus, quod generaliter antiquitus Reges, & Imperatores ipsi, Viros Natalibus Nobiles Ense præcingebant, ut testatur bon. me. *Joseph Ansidei Nobilis Patricius Perusinus*, in suo Volumine - *Trattato Cavalleresco contro l' Abuso del mantenimento delle private Inimicitie lib. pr. cap.* 22. *pag.* 117. *juxta impress. Perusiæ Typis Constantini* 1691. ubi allegat *Ludovicum Areostum Cant.* 36. *Ott.* 80. agentem de Rugerio, qui Ensem receperat à Rege Agramante, illum,

illumque noluit occidere; proinde canit Poeta

Hora essendo Agramante, che li pose
La Spada al fianco

Quinimo testatur *d. Ansidei*, ubi su.
6. pra *pag.* 116., etiam in Aula magnorum Ducum Etruriæ morem fuisse, quod cum Nobiles Ephæbi magni Ducis, completo tempore eorundem Nobilis Officii, exibant, ut dicitur, *Dalla Paggeria*, se Ense præcingere faciebant ab aliquo ex Nobilioribus Aulicis; & testatur idem *Ansidei*, qui Ephębus fuerat magni Ducis Ferdinandi Secundi, fuisse sibi præcinctum Ensem humanissime à bon. me. Marchione Petro Francisco Vitelli, tunc temporis Pincerna Regiæ Celsitudinis, & deinde *Capitano della Guardia de' Tedeschi Alabardieri del Serenissimo Cosimo III. Gran Duca, di cui mi glorio di essere Gentiluomo di Camera.*

In quo sane Eques, qui Nobili Juveni Ensem præcingit, eodem actu illum monet, ut memoriæ teneat finem, ob quem præcingitur Ensis; hoc est pro Fide, pro Honore, pro Patre, pro Patria, pro Principe. Religio, pro Fide obligat; Conditio Natalium pro Honore; Natura, pro Patre, & Patria, & pro Principe.

Indignus sane Vita est, qui illam non exponit pro illo, qui illam dedit, nilve honoratius est, quam pro Patria mori, & Principe.

Postremo ad ornatum hujus puncti super Ense, notamus, quod Ensis est propria
7. Hispanorum Arma, & ab Hispanis sumpsere Romani ex *Vegesio*, *&* *Lypsio* firmat *Bovadill. Politica libr.* 1. *cap.* 13. *n.* 60. *Laurent. Mattheu de Re Criminal Contr.* 19. *n.* 15. quos refert *Raynaldus Obser. Criminal.*, *Civil.*, *&* *Mis. lib.* 3. *cap.* 24. §. 1. *n.* 4. *&* 5.

Ensis vero latine, & italice, *Spada* describitur *Arme offensiva appuntata*,
8. *lunga intorno a due braccia, e tagliente da ogni banda*; sic inquit *Vocabularium Etruscum* nuncupatum *La Crusca*, in verbo *Spada*.

DISCURSUS CCXXXI.

SANCTISS. TRINITATIS SIVE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM

ARGUMENTUM

Exponitur in hoc discursu Ordinem hunc comprehendere tum Religiosos, tum Equites, & de illis plura allegantur Documenta, nec Summario indiget.

TRes hucusque de Equitibus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sive Redemptionis Captivorum Scriptores mentionem facientes legimus, Italicum unum, duosque Germanicos, sed tam compendiarie loquentes, ut vix Nomen, & Stemma clare explicentur. Dicta idcirco simpliciter referemus: Verum pro aliqua dilucidatione Narrationis Originis Religionis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, præmittimus, Religionem hanc institutam fuisse, certissimum est, à Sancto Joanne de Matha, in Gallo Provincia nato, & Sacræ facultatis Parisiensis Doctore, & à Sancto Felice de Valois, in loco Diœcesis Meldensis, qui Cervus Frigidus dicitur: cum enim dictus Joannes de Matha, Doctrina, & Virtutum splendore præluceret cunctis, & Sacro Presbyteratus Ordine ab Antistite Parisiensi insignitus, in Sacello ejusdem Episcopi, ipso cum aliis adstante, primum Deo Sacrum offeret, cœlesti favore meruit

recreari; nam ei apparuit Angelus candida, & fulgenti Veste indutus, cui in pectore Crux rubei, & cœrulei coloris assuta erat, Brachiis cancellatis, & super duos Captivos ad latera positos, Christianum unum, alterum Maurum extensis: qua visione in extasim raptus, intellexit, se ad redimendos captivos vocari. Subinde in Eremum secedens, Sanctum Felicem de Valois, ibi jam multis annis degentem invenit; dumque secum de rebus Divinis colloquerentur prope Fontem, Cervus ad eos accessit Crucem inter Cornua gerens rubei, & cœrulei coloris. Ipse Felix rei cum novitatem admiraretur, Joannes eidem narravit visionem in prima Missa habitam; unde ter in somnis admoniti, Romam profecti sunt, ut à Summo Pontifice novi Ordinis pro Captivorum Redemptione Institutionem impetrarent, Electus fuerat eo tempore Innocentius III. rerum serie eidem patefacta accidit, quod in Festo Sanctæ Agnetis secundo, Laterani inter Missarum Solemnia ad Sacræ Hostiæ elevationem, Angelus ei candida Veste, Cruce bicolori, specie redimentis Captivos apparuit, quo viso Pontifex Institutum approbavit, & novum Ordinem Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum vocari jussit, ejusque Professoribus albas Vestes cum Cruce rubei, & cærulei coloris tribuit. Voluitque idem Pontifex, ut nova Religio, juxta triplicem colorem, quo Habitus constat, Sanctissimæ Trinitatis Titulo decoraretur. Regula propria ex Summi Pontificis Innocentii confirmatione accepta, Sancti Fundatores per Orbem Terrarum Sacrum Redemptionis Captivorum Institutum feliciter propagarunt. Tandemque Fundator uterque virtutibus rutilans, & meritis cumulatus obdormivit in Domino; Divus quidem Joannes, Romæ sexto-decimo Kalendas Januarii anno Salutis Millesimo ducentesimo tertio: Divus autem Felix anno post Christum natum ducentesimo duodecimo supra millesimum, sub eodem Pontifice Innocentio III., & de quibus videndæ sunt Narrationes, quę habentur in Breviario, in Festo eorundem Sanctorum, quorum solemnitates, respectu Sancti Joannis de Matha, celebrantur die Octava Januarii, & respectu Sancti Felicis de Valois die 20. Novembris, & de iisdem agit *Pater Graveson Historia Ecclesiastica tom. 5. Colloq. 2. pag. 74., & seq., & Colloq. 6. pag. 538. juxta impress. Romæ Typis Francisci Gonzaga 17.9., & Pater Joseph Franciscus Fontana Mediolanensis Congregationis Matris Dei in Historia omnium Ordinum Monasticorum &c., & Militarium Gallice scripta, & in Italicum Idioma à d. Patre Fontana translata tom. 2. cap. 45. cum seqq. à pag. 331. cum seqq. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1737.*

Pręmissa hujusmodi Regularis Ordinis Sanctissimę Trinitatis Redemptionis Captivorum Narratione, & declaratione Stemmatis Ordinis Equestris, modo referimus Auctorem Italum, qui est *Petrus Franciscus Bergamaschi*, Hic in suo Libello, cui Titulus *Breve Notitia Istorica del Pontificio ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aureati, o sia dello Sperone d'Oro, Taurini impress. Typis Dominici Paulini Impressoris Reverendæ Cameræ Apostolicæ anno 1695. pag. 57.* sic loquitur - *Così a Cavalieri della Redenzione, o sia della Santissima Trinità fu assegnata una Croce di due colori, cioè Rossa, ed Azzurra, come appunto miracolosamente apparve ai Santi*

Santi Fondatori, Giovanni di Mata, Felice di Valoe, e nello stesso tempo al Sommo Pontefice Innocenzo III., e detta Croce sopra lo Scapulario di color bianco. Questi Cavalieri furono anche chiamati della Redenzione de Schiavi.

Pater Frater Florianus à Sancto Joseph Bohemus, Scriptor ac Bibliothecarius Conventus Pragensis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in præmissa Epitome Proœmiali par. pr. Chronicorum supradicti Discalceati Ordinis, de Ordine Militari Sanctissimæ Trinitatis fol. *6.* hæc habet.

„ HÆc igitur magna elogia à tantis Viris data sunt Ordini nostro, qui quemadmodum nunc est „ Regularis, Canonicus, atque Claustralis, sic jam sui quandam velut „ Figuram, & Prodromum multo „ prius tempore habuit Militarem „ quampiam Congregationem pariter „ Sanctiss. Triados Titulo gloriantem, Redemptionisque Institutum „ exercentem. Hæc autem Sanctissima Familia probatur clarissime ex „ autenticis, antiquissimisque Instrumentis fuisse inchoata ab Authoribus Beatis Molano, & Iofredo, „ anno Christiano quadrigentesimo, „ tertio, ejusque Equites, & Professores incessere Candidi, affixa „ pectori Cruce rubra totaliter, floruerunt que inter illos Viri Sanctimonia, Martyrio, illustribus pro „ Ecclesia Dei gestis, & Stematis pariter, ac Ecclesiasticarum dignitatum „ summa nobilitate conspicui, de „ quibus omnibus plura fuse exarata „ videre licet apud Patrem Joannem „ à S. Felice, Natione Germanum in „ *Thriumphus Misericordiæ* cap. 4., & „ sequentibus, & ejusdem *Calendarium Ecclesiastico Historicum* 21. „ Augusti, Excalceati Ordinis Nostri „ partium Teutonicarum Chronistam, „ & alios copiosos, gravissimosque „ Authores ab eodem citatos.

Addimus Epistolam directam admodum Reverendo Patri Cajetano à Sancto Andrea, quam nobis humanissime tradidit, tenoris sequentis.

Martyrologium Albigense ad annum Christi 403. die 21. Augusti inter cœteras marginales additiones literis vetustissimis de origine Ordinis Equitum Trinitariorum, sequentem habet textum – Hoc eodem anno scilicet CCCCIII. Molanus, & Gofredus Anglici instituerunt Ordinem Equitum in honorem Sanctiss. Trinitatis ad redimendum Captivos. Permansit Ordo ille usque ad annum DCCLXXV. qui cum essent pauci, in Grçcia martyrio coronati sunt 21. Augusti. – Ex quo liquet, jam tempore Innocentii I. Summi Pontificis, imperantibus Arcadio, & Honorio, institutos fuisse Equites Trinitarios Redemptores.

An usque ad annum 775. in quo pauci illi, qui erant in Grçcia, martyrio coronati sunt, certam vivendi regulam professi fuerint: vel an Congregatio tantum fuerit voluntaria, ambiguum manet: videtur tamen, quod in quibusdam partibus postmodum vel Regulam S. Augustini, vel S. Benedicti observaverint. Unde anno Christi 950, ex Ordinatione Agapiti Summi Pontificis Elisemus Ordinis Sancti Benedicti Abbas Cassinensis, Trinitariis Equitibus quasdam Constitutiones commendavit observandas. Archivum Archiepiscopale Moguntinum Originalem nobis tradidit extractum.

Anno Incarnationis D. N. I. C. 817. Imperii vero Gloriosissimi Principis Ludovici IV. sexto Idus Julii. Cum in Domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranis.

ranis dicitur, Abbates cum pluribus una suis resedissent Monachis, quæ subsequuntur Capitula, communi con, silio, ac pari voluntate inviolabiliter à Regularibus observari decreverunt. Quæ Abbas Elisernus Cassinensis Priori, & Militibus Sanctiss. Trinitatis de, dit, & ordinavit anno Dom. 950.

Sunt num. 80. Constitutiones, quas Patres Ordinis S. Benedicti pro suorum directione decreverunt, quę postmodum Trinitariis Equitibus pariter ob, servandę traditæ fuerunt; nam post has Costitut. sequen. continet Origi. nale, & ego Elisernus Abbas Cassi. nensis videns, quod Prior, & Milites Sanctiss. Trinitatis non habent Abbatem, sed tantummodo Priorem, in loco Abbatis dispono, quod intelligatur Prior, & in loco Monachorum, seu Fratrum intelligantur Milites, & addo dicto Priori, & Militibus de mandato Domini mei Agapeti Papæ, ut in supra in unoquoque anno Prior & Milites, sicut usque adhuc Captivos redimant. Dat. in Monast. Cassinensi an. Dom. 956. Kal. Feb.

Eugenius III. Equitibus Trinitariis Redemptoribus aliud ordinavit Statutum, quod postmodum Decretalibus Gregorianis tit. 20. de Testibus, & Attestationibus incorporatum fuit sequenti forma: Eugenius Tertius. Ponitur caput V., & immediate Titulus, & caput sequens. Idem Priori, & Fratribus Sanctiss. Trinitatis &c.

Alphonsus VIII. Rex Castellæ Æra MCCX. id est anno Christi 1172. die 25. Septembris. Cum inter Conventum Toletanum, & Abulensem eorundem Equitum in Curia Regia supra Villam, & hęreditatem de Villobris diutissime jam agebantur lites, justę parti favens Equitibus Trinitariis ad Sanctum Genesium, Toletanis nimirum causam adiudicavit. Sententia quæ in suo Originali in Archivo Ec. clesiæ Toletanæ asservatur, & extractus ejus authenticus pariter in Archivo Ecclesiæ Abulensis reperitur, est ut sequitur.

IN Christi Nomine.

Quare de antiquo tempore orta est contentio inter Milites Religiosos Sanctissima Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Judices Curia mea super Juramentum, & Testimonia illorum Militum, Priorum, & Fratrum, qui sunt in Meis Regnis, & Villis Toleti, & Abula in causis ipsorum Testificare, nisi Procuratores suarum Domorum.

Ego Aldephonsus Rex Castellæ, & Toleti &c. Et quare est etiam contentio inter Fratres, & Milites S. Genesii de Toleto, & Fratres, & Milites de Abula supra Villam, & hæreditatem de Villobris posita inter Tagum, & Tagunam fluvios, & quia ipsi Fratres, & Milites Sancti Genesii, & Sanctiss. Trinitatis Captivorum sunt in possessione de ipsa Villa per multa Privilegia Tritavii mei Aldephonsi Gloriosissimi Imperatoris, confirmo eandem Villam, & hęreditates de Villobris, dictis Fratribus, & Priori Sancti Genesii de Toleto, & habeant eam in perpetuum valiturum. Siquis vero hanc chartam &c. facta charta apud Abulam VI. Kal. Octobr. Æra MCCX.

Idem Alphonsus confirmavit cessionem factam ab Equitibus Trinitariis Patri Eliæ Socio S. P. Joannis Mattensis Ecclesiæ Toletanæ ad S. Genesium, ut ex authentico qui reperitur in Archivo Archiepiscopali Burgensi: *Tam præ, sentibus, quam futuris* notum sit, ac manifestum, quod ego Aldephonsus Rex Castellæ, & Toleti, una cum Uxore mea Elionor Regina, & cum

cum Filis meis Fernando, & Henrico concedo, & confirmo tibi Eliç Ordinis Sanctæ Trinitatis Captivorum Ecclesiam Sancti Genesii Militum ejusdem Ordinis Civitatis Toleti, ad ædificandum, & construendum Monasterium ipsius Ordinis, in omnibus Regionibus Hispaniæ ad preces P. Sarsiæ Archidiaconi Toletani; qui & Religiosi ipsius Ordinis in omnibus Regionibus Hispaniæ suis propriis, & Elemosinis, captivos Christianos à Barbaris carceribus absolvant. Siquis vero hanc Chartam &c. Facta charta apud Burgos Æra MCCXLV. prima die Mensis Februarii.

III. Kal. Octob. Æra MCLXXII. hoc est anno Christi 1134., 74. ante confirmationem Nostri Ordinis Michael Sarsia Turiasonensis Episcopus legavit omnem suam Hæreditatem Cœnobio Ordinis Militum Sanctę Trinitatis per luminaria ejusdem Ecclesię, & vestitu suorum Militum &c.

Anno Christi 1182. Ab Alphonso Rege Aragonum in Civitate Balageri iisdem fundatur Conventus. Noverint universi, quod Ego Alphonsus Rex Aragonum, Comes Barcinonæ, & Marchio Provinciæ, & Bertusæ, instituo Monasterium Militum Sanctæ Trinitatis in Civitate Balageri, nomine Sanctæ Crucis ad redimendum Captivos &c. Datis Balagari idibus Octobris, Æra MCCXX.

Anno Domini 1197. Petrus II. Rex Aragonum Donationem fecit Trinitariis Equitibus, ut sequitur.

Sub Divinis Imperiis Ego Rex Petrus Aragonensium, Comes Barcinonensis, Tortosæ Marchio. Quia convenit Regali Majestati diligere Viros honestos; ideo vobis Militibus Redemptoribus concedo Castellum de Mafoleo, & Caretas Villam cum suis terminis, & Pertinentiis &c. facta Charta apud Oscam IV. Kalendas ...... Æra MCCXXXV.

Est etiam Concordia inter Equites Trinitarios, & Templarios de Pascuis facta anno 1226. Quod Greges Militum Sanctæ Trinitatis pascere possint libere in omnibus hæreditatibus, & Pascuis Ordinis Templi; similiter Greges Ordinis Templi &c. Facta apud Corbaciam 7. Aprilis 1226.

Queste sono le notizie, che per ora posso darli.

Ad ornatum tandem hujus Materię hic subjungimus id, quod habetur in supra allegato Volumine in Italicam linguam translato *tom.* 2. *cap.* 45. *pag.* 339. ubi sic scribit. *Roberto Gaguino Scrittore delle Croniche di Francia, è stato Ministro Generale di quest' Ordine, ed essendo in Roma Ambasciatore per il Re Carlo VIII., fece in iscritto Transazione con Filippo Cluys Podestà della Morea, e Guglielmo Caorsini Vice-cancelliere, ed ambidue Deputati dal Gran Maestro di Rodi per trattare, e concludere l' unione ad ambedue questi Ordini, cioè, chedanno de' quali però doveva ritenere il suo Abito. Fu l' Atto sottoscritto a' 4. Luglio del 1456., non ebbe però alcun effetto; e Daviti nella sua Descrizione del Mondo, parlando degli Ordini Religiosi, dice aver veduto l' Originale di questo Strumento nelle mani del R. P. Luigi Petit, allora Generale de' Trinitarj.*

DIS-

liter *d. Abbas Justinianus pag.* 469. *Eliam Ashbolem in Institutione Ordinis Della Gartiera fol.* 59., *&* *d.*
5. *Andream Favinum*, veluti sine ratione asserentes, quod Ordo Equitum Montis Gaudii in Tesseram à principio gerebat dictam Stellam argenteam quinque radiorum super brevem Clamydem rubri coloris. Dictamque Tesseram commutatam postmodum fuisse in Crucem octangularem præcipue in Hispaniis, quando ab Oriente recesserunt: *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c. tom* 3. *pag.* 81., *& seq.*

Scribunt alii, quod sub Alphonso San-
6. cti Ferdinandi Regis Fratre, in Hispania dicti Equites floruerunt, quodque Alphonsus IX. anno 1195. multis cumulavit beneficiis: *d. Comes in Koden* ubi supra.

Sentiunt alii, quod licet horum Equi-
7. tum *de Truxillo* ignoretur Institutor, constat tamen originem ducere ab anno 1227., & quod Alphonsus Rex dictis Equitibus tradidit Oppidum de Truxillo, aliaque loca: sic habet *Pater Mendo disq.* 1. *quæst.* 4. *n.* 101. ubi redarguit *Joseph Micheli in Thesauro Militar. pag.* 171. dicentem, quod præfati Oppidi traditio peracta fuit Æra Cæsaris 1233. Subdit enim *Pater Mendo*, quod id est Typographi error, cum Æra inciderit in annum 1195., de quo tempore dicti Equites adhuc instituti non erant: *d. Pater Fontana d. pag.* 192.

Alii scriptum reliquerunt, Equites de Truxillo institutos fuisse ab Alphonso Rege, nuncupato Sapiente, *Anno salutis* 1257., illisque donasse Civitatem de Truxillo, ut videre est apud *Patrem Honoratum à S. Maria in Volumine - Dissertations Historiques, & critiques sur la Chevalerie ancienne, e moderne &c. lib.* 1. *Dissert.* 10. *art.* 3. *pag.* 230., *& in Tabulis Alphabeticis Historicis, & Chronologicis Ordinum, & Religionum Militarium pag.* 515.

Idem *Micheli* ubi supra scribit, eosdem
8. Equites de *Truxillo* aggregatos fuisse Militiæ Calatravensi. Verum hoc non subsistere notat *Pater Mendo d. Disq.* 1. *quæst.* 4. *n.* 101.

Testaturque *d. Micheli*, Equites de *Tru-*
9. *xillo* fuisse Nobilitate præclaros, & quod nonnisi Nobiles adscribebantur dicto Ordini, & quod in Bello circum Regem militabant.

Hucusque recensitæ Scriptorum assertio-
10. nes inter se dissonantes, ad concordiam, & explicationem reduci possunt, si perpendatur, quod Alcantarenses Equites antiquitus appellati fuerunt quoque Equites de *Truxillo* ex quo idem Ordo Alcantarensis, etiam in prænominato Oppido de *Truxillo* Conventum tenuit. Vel quod dictus Ordo de *Truxillo* unitus fuit Ordini Sancti Juliani del *Pereyro*, ut ratiocinatur præallegatus *Justinianus d. par. sec. cap.* 29. *pag.* 438. *d. Comes in Koden Sapicha in dicto Corollario verbo Truxellenses; d. Pater Fontana d. pag.* 192.

Vel demum, quod Alphonsus Rex Ca-
11. stellæ cupiens Equites, & Religiosos Sancti Juliani del Pereyro (qui nunc vocantur Alcantarenses) è Regno Legionis, ad Regnum quoque Castellæ extendi, iisdem Equitibus, & Religiosis S. Juliani del Peryero donavit Oppidum, & Arcem de Truxillo cum aliis Terris, ut in nostro Discursu de Equitibus Alcantaræ in Catalogo magnorum Magistrorum notatur.

Unde patet, quod dicti Equites e-
12. rant Julianei. Magistri itaque Ordinis Alcantaræ titulum præferebant Magistri *Del Pereyro, y Truxillo*, ut explicat *d. Mendo disq.* 1. *quæst.* 4. *num.*

num. 101., & tradit *d. Justinianus* in principio *dicti cap.* 29., *&* *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 3. *pag.* 82., & præcise Nos exposuimus in d. Nostro Discursu de Equitibus Alcantaræ, ubi sermo habetur de Magistris ejusdem Ordinis Alcantaræ. Cæterum idem Oppidum *de Truxillo*, intra biennii
13. tempus captum fuit à Saracenis, & sic expulsi Equites fuere, & Reges deinde, loco Oppidi *de Truxillo*, donarunt Equitibus Oppidum de Magacela, ut prosequitur *d. Pater Mendo d. quæst.* 3. *n.* 101. Nosque etiam in allegato nostro *Discursu de Ordine Alcantaræ*. Ubi etiam notavimus in *Discursu de Ordine Montis Gaudii*, *seu de Montfrac*, *&* *de Truxillo*,
14. quod plures ex Scriptoribus Ordinem de *Truxillo* recognoscunt ut Ordinem ab illo Montis Gaudii distinctum. Sic etiam Ordinem de Montfrac ab eodem distinctum agnoscunt. Alii vero pro uno solum Ordine, sicque pro unico corpore considerant, ut testatur *d. Fontana d. tom.* 1. *pag.* 292.

Et ex prædicta unione facta Calatravensibus, motivum fortasse accepit *Andreas Favinus in suo Theatro Honoris*, loco superius dicto, asserendi, hunc Ordinem Montis Gaudii, & de Montfrac fuisse eundem Ordinem de Truxillo in Hispania, super qua assertione loquitur *Collector Gallus d. pag.* 97. *d. Justinianus pag.* 470. ubi super tali æquivoco Favinum excusatione tuetur, veluti agentem de re peracta in Provinciis satis ab ipso dissitis.

Quemadmodum consideranda sunt quæ Nos diximus in Discursibus Ordinis Alcantaræ, Calatravæ, & Montis Gaudii. Narravimus quippe inter Ordinem Calatravæ, & Alcantaræ quandam Societatem fuisse initam; narravimus apud Scriptores contentionem vigere, an Ordo de Truxillo, Montfrac, & Montis Gaudii sit unus, & idem Ordo, vel plures. Hinc sequitur de facili, quod potuerunt Scriptores in suis narrationibus loquentibus de Unione facta Ordini Alcantaræ, & Calatravæ, prædictos alios Ordines sumere unum pro alio.

DISCURSUS CCXXXIII.

TUSINI

ARGUMENTO

Et Summario caret.

DE Militari Ordine Equitum *Tusini* nuncupatorum, pauci quidem egerunt Auctores, & pauca scripserunt, tam quoad illius Institutorem, tempus, ejusque Originem, quam motivum fundationis, atque adeo compendiarie scripserunt, ut nequidem explanaverint, quid hoc *Tusini* nomen importet: quin imo *Pater Philippus Bonanni in Catalogo Ordinum Equestrium impresso Romæ Typis Georgii Placci* 1711. *sub n.* 119. aperte declarat sic - *Qua de causa hac voce Tusini denominati fuerint Equites, quidve illa significet, nullus Auctor enarrat. Laurentius Vigilius de Nicollis in suo Volumine - Praxis Canonica, seu Jus Canonicum tom.* 2. *litt.* S. *de summa Trinitate*, *&* *Fide Catholica*, *Notitia*, *&* *series Ordinum Equestrium n.* 116. *pag.* 745. *juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Josephi Mayr anno* 1729.

Nos ergo pauca, & varia, quæ ab Auctoribus tradita sunt, in unum colligentes; primo dicimus, quod *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. tom.* 4. S. 94. *Les Chevaliers*

liers du Tasin en Austriche pag. 150. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. reprobata opinione *Abb. Bernardi Justiniani Istorie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari &c. par. sec. cap.* 79 *pag.* 795. *juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Nou pag.* 692. sustinentis, hunc Ordinem fundatum fuisse circa annum 1562. quo Archiducum Austriæ Titulus tributus fuit Ferdinando, & Carolo Caroli V. Imperatoris Nepotibus, narrat, & advertit, quod si vera sunt ea quæ circumferuntur, Imperatorem scilicet Albertum II. Ducem Austriæ alias contulisse hunc Ordinem Tusini Moysi Didaco de Valerio, fatendum omnino est, hunc Ordinem longe ante annum 1562. extitisse. Nam dictus Albertus II. Dux Austriæ electus fuit Imperator an. 1438., obiitque anno secundo post electionem suam, hoc est anno 1440., ut habetur in Tabula septima Chronologica, seriem Imperatorum continente impressa in Volumine *IX Historia Ecclesiastica Patris Ignatii Hyacinthi Amat de Graveson pag.* 73. *juxta impressionem Romæ Typis Ludovici Tinassi &c. anno* 1722. Non potuit ergo fieri erectio Ordinis dicto anno 1562. ut de dicto Didaco de Valerio mentionem faciens, tradit Historia Ordinum Monasticorum &c., & Militarium &c. ex Gallica lingua in Italicam translata per *Patrem Josephum Franciscum Fontana Mediolanensem Congregationis Matris Dei tom.* 8. *cap.* 31. *pag.* 347. *juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini anno* 1739.

Assertio autem *dicti Abbatis Justiniani*, quod Archiducis Titulus collatus fuerit supra nominatis Principibus, insubsistens remanet, quoniam Ferdinandus insignitus fuit solum titulo Archiducis Ispruch, & ejus Frater de Gratz, & eorum Pater Ferdinandus Caroli V. Imperatoris Frater, usque de anno 1520. creatus fuerat Archidux Austriæ; Quæ Austria erecta fuit in Archiducatum à Maximiliano I. Imperatore: idemque *Collector Gallus*, ubi supra, pariformiter reiicit *Scoonebeck*, quem inquit, assertum suum infeliciter à dicto *Abbate Justiniano* desumpsisse.

DISCURSUS CCXXXIV.

VELLERIS AUREI SEC. I.

ARGUMENTUM

Fuse agitur de Institutione Ordinis Velleris Aurei, à quo revera fuerit, & de quo tempore fuerit institutus: laudes horum Equitum commendantur: Quantus à principio fuerit Equitum numerus, & nunc quot sint. Exponitur Tessera Ordinis cum suis Emblematibus, & unde desumpta Tessera.

SUMMARIUM

1. *Velleris Aurei Ordo est inter magis illustres Ordines Equestres, & illius Torque semper fuerunt exornati Viri Principes, & vocatur Augustissimum Collegium*, & n. 2.
3. *Laudatur in Epistola Concilii Basileensis*, & n. 3.
4. *Ordinem hunc omnium antiquissimum esse asserunt aliqui, veluti exordium sumentem ab Argonautis. Sed verius dicitur fuisse sic adumbratum.*
5. *Ordo hic vere fuit institutus à Philippo Secundo Burgundiæ Duce, cognomento, il Bono, circa annum* 1430. *occasione Nuptiarum cum Isabella filia Joannis I. Lusitaniæ Regis*, & n. 8., & n. 11., & 12.
6. *Quo autem loco fuerint Nuptiæ cele-*

brata, diversimode sentiunt Scribentes, & n. 7.

Castrum Nobantiæ apud Lusitanos dicitur Thomar *d.* n. 6.

9. *Dicti Ducis Philippi virtutes describunt Auctores.*

10. *Ejus Obitus, & Sepultura*, & n. 11.

12. *Tessera Ordinis describitur, & à quo fuerit inducta.*

13. *Torques Ordinis Velleris Aurei, in casu obitus Equitis debet restitui Regi, & restitutio fit ab Hæredibus Defuncti.*

Et etiam in Vita fit restitutio, quando Eques vogli mutar Fazioni, ed Aderenze.

Sic in quocumque Ordine fiebat ab Equitibus restitutio Cinguli, quando Eques ad alterius Principis servitium transibat.

14. *De hac obligatione restituendi Torquem in casu obitus, monetur Eques in ejus creatione.*

15. *Si casu Torques Ordinis submersa manserit in Mari, vel Flumine, & deinde pauca fragmenta fuerint expiscata, hæc solum restitui debent.*

16. *In gentilitio Equitum Scuto etiam post Mortem apponitur Torques per girum, & quando.*

Limita in electo Equite in Bello, in eoque defuncto, quia per gloriam vivere intelligitur.

Plura adducuntur de Galea, & Galea super Scuto, ac de Apicibus.

17. *Tessera hæc, ex quibus fuerit desumpta.*

18. *Simbola dicta Tessera exponuntur*, & n. 19.

20. *Lemmata pariter adducuntur.*

21. *Velleris aurei Titulum à Jasonis Fabula, alii à Vello Gedeonis desumptum dicunt*, & n. 22. 23. 24. 25. 26.

22. *Dicunt alii, non ad Jasonis Fabulam, sed ad litteras, quibus Jasonis nomen constat, ad indicandam abundantiam illarum Regionum, hoc est sub littera* I. *Mensis Julius, sub littera* A. *Mensis Augustus, sub littera* S. *September, sub littera* O. *Mensis October, sub littera* N. *Mensis Novembris, quibus indicatur illarum Regionum Ubertas Terra Marique.*

23. *Dicta opinio, uti indecora reprobatur.*

27. *Guillelmus Episcopus in suo Volumine agit de Virtutibus.*

28. *Ad Æmulationem Ducis Sabaudiæ fuisse institutum.*

Alii ad Gloriam, & invitamentum Nobilitatis.

Ad Divini Salvatoris laudem, & Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei, & S. Andreæ Apostoli.

29. *Ad Catholicæ Ecclesiæ augmentum.*

30. *Ordo est sub Tutela Sanctissimæ Virginis Mariæ, & Sancti Andreæ Apostoli.*

31. *Fundator Ordinem fundavit in augmentum Sanctæ Catholicæ Religionis, & servandam Equitum Fidelitatem*, & n. 32.

33. *Equitum numerum statuit Fundator, idest viginti quinque.*

34. *Idem auxit ad triginta unum.*

35. *Carolus V. Imperator auxit usque ad quinquaginta, comprehenso Capite.*

36. *Regi tandem data est indefinita potestas ad sui beneplacitum.*

37. *Antiquitus Equites eligebantur in Capitulo.*

38. *Caroli V. dictum affertur.*

30. *Habitum Equitum præscripsit Fundator, & quomodo*, & n. 40. 41. 42. & 43.

44. *Ministri Principales Ordinis, quot sint.*

45. *Imago Equitis sua Veste induti, apud quos habeatur.*

46. *Vivente Fundatore, Ordo Equitum fuit approbatus à Summis Pontificibus.*

47.

DISCURSUS CCXXXIV.

VELLERIS AUREI

SEC. I.

PRaeclarissimum Velleris Aurei Ordinem, tot inter Procerum, Celsorumque Virorum Collegia & Coetus,
1. Equestrisque Societates, illustrissimum locum tenere, ac Sodalitium hujusmodi longe augustissimum esse, atque ejusdem Tessera, in sui quoque exordio, sicut & successivis temporibus, supremos Principes fuisse exornatos, nemo in Historiis, Regumque Aulis versatus ignorat, & comprobant

bant Scribentes *Abb. Bernardus Justinianus Historie Cronologiche degli Ordini Militari &c. par. sec. cap 67. pag. 733. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù 1692. Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus Dissertations Historiques, Critiques lib. 1. Dissert. 7. pag. 133. juxta impress. Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718.*, ubi, quod iste Ordo est magis illustris omnium, qui sunt in Hispania: *Gaspar Kelok de Contribut. cap. 14. n. 77. Ioannes Soranzo l' Idea del Cavaliere par. pr. pag. 164., & seqq. juxta impression. Mediolanensem Typis Petri Martyris Locarni 1609. Vigil. de Nicollis in Prax Canonica tom. 2. lib. 5. de Sum. Trinitat., & Fide Catholica lib. 1. tit. 1.* §. *Notitia*, *& series Ordin. Equest.*
2. *Militar. n. 117. pag. 745. juxta impress. Salisburgensem anno 1719. Typis Ioannis Iosephi Mayr*, ubi similiter vocat *Augustissimum Collegium*.
Adest etiam peculiaris Epistola, quam
3. Patres Synodi Basileensis scripserunt Philippo Duci Burgundiæ, & cœteris Velleris Aurei Sodalibus, data Basileæ die quarta Novembris anno 1432., qua Epistola Equester hic Ordo laudatur sequentibus verbis „ Audemus „ etiam Vos nuncupare, non tantum „ Milites Mundi, sed JESU CHRISTI, pro cujus amore tali Con„ fraternitati Nomen dedistis sub pro„ missione, & desiderio Fidem Chri„ stianam defendendi, statumque, & „ libertatem nostræ Matris Sanctæ „ Ecclesiæ. O Homines vere Catho„ licos, & Equestri Ordine dignissi„ mos! O Fortissimos Pugiles, & „ Machabæos resuscitatos! O Bene„ dictum Ordinem, & Sanctam So„ dalitatem, quæ per omne tempus „ laudari debeat. Dictumque Episto„ læ tenorem integre refert *Abb. Bernardus Iustinianus in suo Volumine Historie Cronologiche dell' Origine degl' Ordini Militari &c. parte sec. cap. 67. pag. 733. juxta impressionem Venetam Combi, & la Noù anno 1692. Iulius Chiflettus ejusdem Ordis Velleris Aurei Cancellarius* in suo Libello, cui titulus - *Breviarium Historicum Inclyti Ordinis Velleris Aurei impress. Antuerpiæ Typis Balthassaris Moreti 1652. pag. 12. Io. Gaspar de Pogrell.* in suo Libello - *Vindiciæ Austriacæ pro Aurei Velleris Ordine* §. 15., ibique in Annotationibus sub litt. *TT.* qui Libellus impress. est *Halæ Magdeburgicæ sumptibus Ioannis Grunebergi Accademic. Typogr. Ioannes Fridericus Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Polonia in suo Corollario omn. Ordin. in verbo Aurei Velleris pag. 241., & seqq.* Quod Corollarium est impressum in calce Tractatus ejusdem Auctoris de Origine Ordinis Aquilæ Albæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730., ubi, quod dictus Ordo in Hispania, & Germania principalem inter alios locum obtinet; subditque, quod ex Polonis plures habuere hunc Ordinem, utpote Serenissimi Reges Poloniarum, atque Regii Principes Sigismundus Primus, & Augustus, Sigismundus Tertius, Uladislaus Quartus, Joannes Casimirus, Michael Augustus Secundus, Fridericus Augustus, Augustus Regius Poloni, & Electoralis Saxoniæ Princeps, Jacobus Ludovicus Joannis Tertii Regis Poloniæ Princeps, Joannes Comes à Teczyn Palatinus Sandominensis, Nicolaus Comes Sapieha Palatinus Minscensis: Alexander Soltam Thesaurarius MDL. teste *Okeolscio Vigilio de Nicollis in Prax Canonica tom. 2. litt. S. de Summa Trinitate, & Fide Catholica tit. pr.* §. *Notitia, & Series Ordin. Equest.*

Equestrium, & *Militarium n. 117. pag. 745. juxta impress. Salisburgen. anno 1729. Typis Joan. Josephi Mayr*, ubi similiter vocat *Augustissimum Collegium*.

Horum Equitum Velleris Aurei altissi-
4. mum, & augustissimum Collegium appellatur, ad quod admitti quilibet Christianus Princeps desiderat, inquit *d. Io. Soranzo l'Idea del Cavaliere par. pr. pag. 164., & seqq. juxta impressionem Mediolani Typis Petri Martyris Locardi 1609.* ubi ingenio se demonstrare nititur, hunc Velleris aurei Ordinem esse omnium antiquissimum, cum dici possit exordium, (seu verius adumbrationem) sumpsisse ab ipsis Argonautis, qui Heroes illi sunt, numero amplius quinquaginta, qui cum Jasone, ad Vellus aureum asportandum in Colchis profecti sunt, remque ita exponit „ Con „ tutto ciò io crederei, ch'egli non „ senza maturo consiglio de huomini intendenti delle antiche Istorie, „ quest'Ordine fondasse. Non essendo il Tosone altro che il Vello d' „ Oro, o per dir meglio una sembianza di lui. Quindi ha, ch'io „ mi persuada, che quest'Ordine di „ Cavalleria antichissimo sia, essendo „ stato riportato di Colco in Argo „ il Vello dell'Oro da Giasone, onde famosa è la Nave di Argo, sopra della quale passarono in Colco „ i primi Cavalieri di Grecia, in „ compagnia di Giasone. La Storia è „ palese, e la favola altresì di Elle, la quale col Germano sopra del „ Montone aureo lo stretto passando, „ fu dall'onde absorta: ed è manifesto altresì, come la pelle del Montone fu in Colco per tanti anni „ conservata, e come Giasone, col „ favor di Medea di lui innamorata, „ lo conquistò. Perciò voglio ezian„ dio credere, che Giasone, coi Com„ pagni in segno della pericolosa „ Vittoria, ed in segno dell'onore, „ e del valor suo, ne portasse qual„ che impresa: e tanto più mi per„ suado vera una tal credenza, quan„ to ch'io sò, che gl'antichi usava„ no di portar per Arma, e per im„ presa quelle cose, le quali con „ molto periglio della Vita avevano „ tolte a' nemici. Il qual costume è „ passato successivamente à Noi. „ Credibile cosa è adunque, che „ primo di tutti Giasone usasse di „ portar pendente dal collo una co„ tale impresa, quantunque con di„ verso pensiere, e senza tanti rigo„ ri di varj stabilimenti.

Cæterum asserimus exploratum reddi, quod Ordo hic institutus fuit à Phi-
5. lippo Secundo Burgundiæ Duce, ac Brabantiæ, cui egregiæ Virtutes Boni Cognomentum compararunt, circa annum 1430., ac Mensem Januarii, occasione Nuptiarum tertio loco initarum, ut inquit *Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom. 2. cap. 35. pag. 299. juxta impressionem Rothomagen. Typis Joannis Baptista Besogne 1716.* non cum Isabella Portugalliæ Regina, sicuti erronee inquit *Limnæus Juris Publici lib. 6. cap. 2. n. 10.*, sed celebratarum cum Isabella Joannis Primi Portugalliæ Regis filia: *Franciscus Sansovinus dell'Origine de' Cavalieri lib. 3. cap. 6: juxta impressionem Venetam Typis Hæredum de Marchio Sessa 1570. Pater Honoratus à Sancta Maria Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie ancienne, & moderne lib. 1. Dissert. 7. art. 2. pag. 137. juxta impressionem Parisiensem Typis Petri Francisci Giffart 1718. Pater Graveson in continuatione Tabular. Secul. Dec. 13. pag. 510. Typis Ti-* nessi

nassi 1721. *dictus Hermant* aliique infra allegandi. Quod dictus Philippus II. Burgundiæ, Bragantiæque Dux occasione dictarum Nuptiarum die 3. Januarii 1430. fundaverit Ordinem, inquit *d. Kloch d. cap.* 14. *pag.* 277. *d. Pater Honoratus pag.* 133. ubi, quod Ordo fuit institutus decima Januarii 1439.

Respectu vero loci, quo dictę Nuptiæ
6. celebratæ fuerint, non concordant Scribentes. Dicunt aliqui habitas fuisse Nuptias in Ecclesia in Castro Nabantiæ, Lusitano Idiomate *Thomar*, ut inquit *Pater Andreas Mendo de Ordinib. Militar. disq.* 1. *quæst.* 3. *de Regia Militia Equestri Aurei Velleris*, & meminit *Justinianus* infra allegandus.

Idem Castrum Nabantiæ, & Lusitana lingua *Thomar*, locus est nobilis illius Regni, ut notatur etiam in Volumine titulum hunc præferente - *Prosodia in Vocabularium Bilingue latinum, & Lusitanum digesta à Patre Benedicto Pereyra è Societate Jesu in verbo Nabantia*, & in verbo *Thomar Villa de Portugal*, in qua residet Nobilissima Militaris, & Equestris Religio *JESU CHRISTI* in Regno Lusitaniæ apprime florens, ut exposuimus in Discursu super eadem Militari Religione.

Quamobrem dilucidata manet Notitia dicti Castri de *Thomar*, & sublatum involucrum, de quo meminit allegatus Jo. *Gaspar de Porgell. in dicta Dissertatione Juris Publici de Auro Vellere* §. 7. *pag.* 29 *sub litt.* T.

Alii autem, & magis communiter scribunt, fuisse celebratas Nuptias Bru-
7. gis Flandrorum, ibique Ordinem hunc institutum: *d. Abbas Iustinianus Historie Cronologiche dell' Origine degli Ordini Militari par. sec. cap.* 58. *pag.* 727. *Neuter Rer. Burgundicarum lib.* 4. *cap* 106. *Kloch* ubi supra *d. Iulius Chiffletius ejusdem Ordinis Velleris Aurei Cancellarius* in libello, cui Titulus - *Breviarium Historicum Ordinis Velleris Aurei cap.* 3. *pag.* 19. *juxta impressionem Antuerpiæ Typis Balthassaris Moreti* 1652. *d. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom.* 4. §. 79 *pag.* 36. *juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel* 1721. *Dominus Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires tom.* 2. *cap.* 35. *pag.* 299. *impress. in Civitate Rothomagen. Typis Jo Baptista Besogne* 1726. *d. Vigilius de Nicollis* ubi supra, & alii infra allegandi: *Kloch de Contribut. cap.* 14. *n.* 74., & 77. *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus* loco superius allegato, ubi quod fuerunt 10. Januarii 1429.

Ordinis ergo hujus Institutor non fuit
8. Joannes Philippi Pater, ut perperam scripsisse *Albinum in Chron. MS.*, notat *d. Dissert. Joannes Gaspar de Porgell. pag.* 22., sed Fundator fuit laudatus Philippus II. cognomento Bonus, Burgundiæ Dux, qui amplas Brabantiæ, Limburgi, Lucemburgi, Namurci, Holandiæ, Zelandię, Frigiæque hæreditario Patris Avique Jure Provincias possidebat, & Testamenti, ac Emptionis Titulo quindecim circiter inferioris Germaniæ Provinciarum Dominus erat, quæ Dominia uno Burgundiæ nomine exprimebantur, quæque felicissime diu sub ejus Imperio, legitimorumque ejus Successorum floruerunt, ut cum *Francisco Harao in Annal. Brabantia ad annum* 1430., & *Ponto Heutero in Inscriptione lib.* 4. *Rer. Burgundicar. in præfat. pag.* 95. notat *d. Dissert. Joannis Gasparis pag.* 19. cum cœteris superius enumeratis, & liquet ex litteris Patentibus in sua fundatione datis

datis à Philippo Institutore, quæ per extensum Gallice exaratæ, ut prædiximus, referuntur à *d. Collectore Gallo d. tom. 4. pag. 36.*

Hujus Philippi Burgundiæ Ducis Virtutes tanto Principe dignas, resque præ-
9. clare gestas Pace, & Bello, quæque cognomentum Boni non immerito tribuerunt, passim enumerant Historici, aliique Scriptores, ut videre est apud *d. Abb. Bernardum Justinianum d. par. sec. cap. 67. à pag. 725. cum seqq. d. Hermant* ubi supra: *d. Julium Chiffletium cap. 1. à pag. 13. usque ad 16.*

Obiit dictus Philippus die decima mensis
10. Junii anno 1467. ejusque Cadaver, ut narrat *d. Abb. Justinianus pag. 727.* delatum fuit „ Nella Città di Divona „ Metropoli della Ducea di Borgo„ gna, fu sepolto nella Cappella dell' „ Ordine del Tosone, indi nella Car„ tusia suburbana, dov' egli aveva „ con infinito dispendio innalzato il „ Mausoleo a i dilui generosi Geni„ tori, senza però ritrovare partico„ lare Sepolcro (poichè usurpata „ dopo la morte di Carlo Duca di „ lui figliuolo) da Ludovico XI. la „ Ducea della Burgogna medesima, „ reselo insepolto: così quello che „ riconobbe un Regno da Filippo, „ non seppe corrispondere con pic„ cola gratitudine, di donare poca „ sepoltura al dilui Cadavere, e non „ trovò luogo alle proprie ceneri „ chi fu l' arbitro di più Corone. „ Ma quasi ch' egli preconizasse all' „ Ossa sue così infelice infortunio, „ fece noto al Mondo, che anche „ dopo morte sapeva immortalarsi, „ comettendo, che il proprio cuore „ fosse portato con ricche Elemosine „ in Gerosolima per pegno al suo „ Dio della suiscerata dilui Religione. „ Questo Deposito poi, che avendo „ vantata la difesa, ed aumento del„ la Santa Chiesa Cattolica, e Repub„ blica Cristiana, ben doveva ritro„ vare il riposo nella Città di Dio. & repetimus infra §. *Tandem*: *d. Chiffletius d. cap. 1. pag. 16.*

Plures tamen, & varie, quoad tempus
11. quoque Institutionis scripserunt Auctores: alii enim, ut præmisimus, ajunt fuisse peractam, vel anno 1429. aut anno 1430., sive anno 1431., ac 1477. juxta ea quæ cumulantur à d. *Abbate Justiniano pag. 727. Sansovino, Collectore Gallo, Hermant* locis superius allegatis. *Andrea Guarini in Libello - Origine, e Fondatione di tutte le Religioni, e Militie pag. 27. juxta impressionem Vicentiæ Typis Dominici Amadio 1614. Patre Philippo Bonanni in Catalogo Ordin. Equestr. n. 120. Patre Ignatio Amat de Graveson Histor. Ecclesiast. tom. 6. colloq. 6. pag. 501., juxta impress. Romæ Typis Tinassi 1720. Patre Joseph Francisco Fontana Mediolanense Congr. Matris Dei tom. 8. cap 54. à pag. 359. cum seqq. juxta impression. Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739.*

Sed communior, & vera Assertio est,
12. quod præfatus Institutor illum die decima Januarii 1430. fundavit, ut tradunt *Comes in Koden Sapieha Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario omnium Ordinum in verbo Aurei Velleris Equites pag. 241. impresso in calce Tractatus ejusdem, sub Titulo - Adnotationes Historicæ de Origine Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini 1730. Graveson* ubi supra, cum antedictis: *Joannes Gaspar de Pregell* in allegata Dissertatione, & ejusdem *Sect. 2.* idemque *Progell.* conciliare nititur inter se pugnantes Auctores, sub illa animadversione, quod in hoc Scribentes

bentes loquuntur juxta stilum illarum Partium, desumentes exordium anni à Paschali tempore; vel loquuntur de tempore editionis Statutorum, vel de tempore, quo jam obierat Fundator.

Fundator in Tesseram Ordinis constituit Torquem aureum cum Philippi Emblemate *Ignitabulo nempe Scintillas ex silice excutiente*, & ut Nos dicimus, *di fucili frapposterui Pietre focca je scintillanti di fiamme* - ad traditam per *Chifletium in suo Breviario Incliti Ordinis Velleris Aurei cap.* 4. *dict. Fontana pag.* 265. *Hermant pag.* 300. ubi subdit, quod dicta Ignitabula erant scripta, & constructa sub forma litteræ B. per quam innuebatur dictio Burgundia: Sic etiam habet *Pater Honoratus à Sancta Maria pag.* 185.

Prædictaque perpenduntur à *Sansovino*, de quibus in pluribus Paragraphis sequentibus, & affert Lemmata addita Torqui.

13. Cum aliquis ex Equitibus ex hac Vita decedit, Torques cum Vellere aureo remitti debet ad Regem, uti magnum Magistrum: *d. Mendo d. n.* 93. *Cardinalis de Luca* in Italico tractatu - *Il Cavaliere, e la Dama cap.* 10. *sub n.* 5., ubi subdit, quod fit hæc Restitutio ab Hæredibus Defuncti Equitis; *O pure dal medesimo in Vita, quando voglia mutare fazione, ed aderenza*: testaturque, quod generaliter Restitutio Cinguli fiebat ab aliis Equitibus cujuscumque Ordinis quoties talis Eques ad serviendum alteri Principi transibat.

14. Monentur autem Equites in eorum creatione de obligatione restituendi Torquem post eorum mortem: *d. Mendo n.* 93. *d. Julius Chifletius d. cap.* 4. ad quam restitutionem in scriptis obligantur, sicut in casibus expressis in Delictis: *Justinian. pag.* 729., *& seqq.*

15. Si casu Torques Ordinis submersa manserit in Mari, vel Flumine, si pauca fragmenta fuerint educta, hæc dumtaxat pauca fragmenta impune poterunt restitui.

Si per incuriam amittat, vel pereat, tenetur ære suo novum conficere: at si non sua culpa Torques deperdita fuerit, vel in Acie, vel conflictu, ut sæpius evenit, non tenebitur alium supplere: *d. Chifletius in d. Breviario cap.* 4.

16. In Gentilitio Equitis scuto, etiam post mortem, apponitur per girum hæc Torques, ut perpetuum gesti honoris extet Monumentum. Hocque servatur ubi præmissam electionem secuta Torquis traditio fuerit, alioquin minime. Quod tamen limitatur in illo, qui in acie dumtaxat electus ceciderit, quia per gloriam vivere intelligitur, perinde ac superstiti idem omnino honos habeatur, ut totidem verbis notat *d. Julius Chifletius d. cap.* 4.

In proposito scuti Galeam, & Apicem, cum laniciniis, memoriæ teneantur, & mandentur quæ breviter hic subdimus, videlicet in *Comitiis* mos erat.

In Comitiis mos erat (sicut etiam nunc Bruxellæ, Barcinonæ, Antuerpiæ, Gandaui conspicitur) in quolibet Sedili Equitum relinqui cujuslibet Equitis Militare Scutum *Galea, Apice, & Laniciniis ornatum*, ut apposite scribit *d. Julius Chifletius in d. Breviario Historico incliti Ordinis Aurei Velleris cap.* 8 *sub pag.* 33. *juxta dictam impressionem Antuerpiæ ex Officina Plantiniana Balthassaris Moretti* 1652.

Notandumque, quod licet nunc minime indicantur Comitia (quæ tamen indici possunt) à Caroli V. Imperatoris ætate, hæc ipsa eorum, qui in Ordinem admittuntur Insignia, eo plane modo quo depicta olim erant in Templis, referuntur in Codicem singularem quem librum Regis vulgo vocant, ut ita

ita unicuique debitus servetur Ordo, & gradus, sicuti prosequitur *Chifletius* ubi supra *pag.* 33.

Solum Galeam unam, & Apicem unum in Scutis apponebant antiqui. In Germania autem Germaniæ Proceres consuevere plures Galeas, & Apices, in Scutis apponere. Morem hunc induxit etiam in Hispaniis Rex Philippus II. Rex Hispaniarum de tempore, quo Lusitaniæ Regum acquisivit. Tres quippe apponit Galeas, & Apices, scilicet Galeas, & Apices, quæ erant propriæ Regum Castellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, ut inquit *d. Chiflletius d. cap.* 8. *pag.* 33.

Hinc cœteri Proceres consuevere in eorum scutis extollere binas Galeas, totidemque Apices, hoc modo expressas, & expositas, *ut altera obversa sit alteri, & inclinata, ita ut nulla in medio existat quæ recta sit; hæc enim proprie Clientum non est, sed par illi cum antiquis Monarcharum Tiaris*, quem *Seneca solis datum Regibus memorat*, ut rectus esset, quam Cordubensis Sententiam *lib. 6. de Beneficiis cap.* 31. iisdem propemodum verbis *Suidas* firmat, ut non immerito *idem Philippus Rex Catholicus horum Rituum maxime sciens, Matriti Civem quemdam Nobilem, publico in loco hac in re peccasse, suis ipse oculis animadvertens, emendare protinus errorem jusserit, ne vitium ultra serperet*, ut totidem verbis scriptum reliquit *d. Chiflletius d. cap* 8.

Desumptam autem fuisse, diximus, Tes 17. seram ab Emblemate, quo utebatur Burgundiæ Dux, ad tradita per *Justinianum* ubi supra *pag.* 728. Vel ab allusione vaticinii ob Captivitatem Ducis Joannis, sicut mox subdemus, aut ab ipso Carolo, & testantur Scriptores, ac præcipue *Sansovinus* prææallegatus, qui facti seriem enarrans, ait *Della Origine de' Cavalieri lib.* 2. *pag.* 17. „ Il primo Inventore di ciò „ in quella Casa fu Carlo Duca di „ Borgogna, il cui valore fu tanto, „ che Lodovico XI. ebbe molto che „ travagliare nel suo tempo, come „ scrive Monsig. d' Argentone. Co„ stui, come ferocissimo nell' armi „ portava la pietra focata col fucile, „ e con due tronconi di legno, ed „ il motto era questo - *Ante ferit*, „ *quam flamma micet* - volendo mo„ strare, ch' egli aveva il modo di „ eccitare un grand' incendio di guer„ ra, come fu il vero: ma il suo va„ lore ebbe infelice fine, perchè a„ vendo preso la Guerra contro Lo„ rena, e gli Svizzeri, fu dopo la „ sconfitta di Morat, e di Grauson„ rotto, e morto sopra Nansi, la „ Vigilia dell' Epifania: onde Renato „ Duca di Lorena, come Vincitore „ di quella giornata, veduta una „ Bandiera di Carlo con l' impresa „ del fucile, disse - Quel Signore „ sfortunato, quando ebbe più biso„ gno di scaldarsi, non ebbe tempo „ di adoperare i fucili - il qual mot„ to fu molto acuto; e tanto più, „ che quel giorno la terra era coper„ ta di neve, e fu il maggior fred„ do, che si ricordasse mai a memo„ ria di Uomo vivente. Dopo Car„ lo, Filippo Duca di Borgogna co„ gnominato il Bono, l' anno 1429. „ levò l' Ordine del Tosone, e volle „ che la Collana fosse fatta di fucili, „ e di Pietre focaje, secondo l' in„ venzione del Duca Carlo. Sono „ i Fucili concatenati l' uno al con„ trario dell' altro, cioè da quella „ parte, dove si prende il fucile, „ quando si vuol picchiar nella pie„ tra: ma dall' altra parte, ch' è il „ dritto del fucile incontrandosi in„ sieme i dritti, anno nel mezzo la

,, pietra (però fatta d' oro) dalla
,, qual schizzano, come battute le
,, scintille del fuoco, e tra fucile, e
,, fucile è un picciolo legaccetto,
,, che gli contiene, e serra insieme.

,, Dal fondo della Collana pende il
,, Tosone, cioè un Montone pieno
,, di Velli legato nel mezzo col suo
,, laccio d'oro, il qual Montone
,, pende col capo, e piedi dinanzi,
,, e di dietro, tanto che quasi i pie-
,, di si toccano insieme. Non si sa
,, se il Tosone sia figurato per lo
,, vello dell'oro di Giasone portato
,, dalli Argonauti, o per lo Vello di
,, Gedeone, il quale nella Scrittura
,, Sacra significa Fede incorrotta.

,, La sua Figura è intorno all'Arme
,, della Casa di Borgogna, la quale
,, ha di sopra il Berettone alla Duca-
,, le, come si usava di quel tempo,
,, diverso dall'Ordinario, che si co-
,, stuma hoggidì, ed il motto fu que-
,, sto - *Pretium non vile laborum*.

,, La Festa principale dell'Ordine si ce-
,, lebra il giorno di S. Andrea suo
,, Avvocato.

Prædicti *Sansovini* sunt verba hactenus transcripta, idemque *Sansovinus lib. 3. pag. 62.* exhibet figuram d. Torquis circumdantis Insignia Ducatus Burgundici. Numeris vero sequentibus à *64., usque ad* 81. refert ad litteram *Statuta Ordinis*.

Simboli itidem causam aperit *Wolfan-*
18 *gus Lazius* Germanus Scriptor, quam memorat à Joannis intrepidi Philippi Boni Genitoris in Hungarica Turcas inter captivitate sumpsisse initium, ob vaticinium Astolgandi cujusdam Nobilis Arioli - *Fore ut olim ipse, vel ejus Posterorum quispiam, qui ignem gestaret in pectore, Saracenos vinceret, Gentemque eorum deleret universam*: sic totidem verbis inquit *Julius Chifletius in d. Breviario Historico cap.* 4.

Addidit Fundator Dux Philippus huic
19. Torqui lemma *Autre n'auray*, hoc est, *Aliud non habeo*. Qua rerum structura in d. Tessera allusit Philippus, ut diximus, ad Historiae Vaticinii illius, quod quidam Astrologus prædixerat Duci Joanni ejusdem Philippi Patris in Hungarica captivitate inter Turcas, *Fore videlicet, ut olim ipse, vel ejus Posterorum quispiam, qui ignem gestaret in pectore, Saracenos vinceret*, Gentemque eorum deleret universam, quemadmodum in Lemmate Tesseræ apposito patefactum est votum, quod fovebat contra Infideles bellandi in paternæ Captivitatis ultionem, ut ita Notæ Christiani Nominis Vindex esset, ad tradita respective per *Justinianum d. cap. 67. pag. 727. Julium Chifletium in dicto Breviario Historico inclyti Ordinis Velleris Aurei cap. 4 pag. 12.*

Torquem hujusmodi *Claudius Paradi-*
20. *nus* ita exponit, quod Ignitabula, & Silices hoc retineant lemma - *Ante ferit, quam flamma micet*, & dictum Vellum aureum aliud - *Pretium non vile laboris: d. Sansovinus* ubi supra *lib. 2. pag. 18. Hermant pag. 300. d. Graveson pag. 501. d. Pater Honoratus pag. 234. Petrus Franciscus Bergamaschi Prior Cambiani*, in suo Volumine - *Notitia Istorica del Pontificio, ed Imperial Ordine de' Cavalieri Aurati &c. pag. 70. juxta impressionem Taurini Typis Dominici Paulini 1695. d. Philippus Bonanni d. n. 120. d. Comes in Koden Sapieha in d. Corollario in verbo Aurei Velleris pag. 242.*

Major est apud Scriptores altercatio,
21. cur huic Ordini Fundator Aurei Velleris Titulum, & Tesseram tribuerit. Nonnulli quippe putant Philippum Fundatorem alludere voluisse ad Jasonis

Jasonis Vellus, qui Jason Esonis Regis Thessaliç filius, Aureum Vellus in Colchis cepit, Medeæ subsidio Draconem custodiæ ejusdem Velleris præfixum occidit, ut ample fabulantur Poetæ, sive ut serius alii dicunt, ad Jasonem, qui in Colchida cum Argonautis profectus est, ut inde Vellus aureum adveheret, hoc est auri gazam, quod hujus Regionis incolæ per Rivos, e Monte Caucaso dilapsum villosis Pellibus piscari, quasi retibus soliti erant. Sic nomen, & Tesseram sumpsisse Filippum referunt Auctores ab Argonautis, cum quibus in Colchida, ea Nave Argo nuncupatæ, quæ prima fuit, qua Jason, una cum flore Juventutis Greciæ in Colchida navigavit, Vellusque aureum à Medea adiutus, in Grçciam reportavit: *d. Kloc d. cap.* 14. *n.* 77. *d. Pater Honoratus in Annot. sub litt. A.*, ut ita Documenta suis suppeditaret Equitibus, quod virtus nonnisi sudore paranda erat: *d. Pater Gravesen tom. 6. colloq. 6. d. pag.* 501. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 37.

Tenent alii cum dicto Simbolo Fundato-
22. rem indicasse Belgicum Lanificium, & fœcunditatem Belgici Territorii, sicuti scribunt *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 37. *d. Hermant pag.* 302. *dict. Jo. Gaspar de Porgell. in Libello* sub Titulo - *Vindiciæ Austriaca Pro Aurei Velleris Ordine Sect.* 1. §. 11. *in Notis sub Litt.* KK. advertit, *quod Saniulianus Orig. Burgun. cap.* 28. argute subdit, respiciendum esse, non ad Iasonis Vellus, sed ad Litteras quibus Vocabulum *Iason* componitur: in dictis autem Litteris dictionis Iason quinque indicantur Menses; in Litt. I. Mensis Julius, in Litt. A. Mensis Augustus, in Litt. S. September, in Litt O. Mensis October, in Litt. N. Mensis November, quibus temporibus maxima Terra Marique Ubertas: *d. Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 37.

Assertorem dictæ Opinionis, quod Fundator Simbolum sumpserit ad expri-
23. mendum Territorii Belgici tum lanarum, tum aliorum proventuum fçcunditatem, primo fuisse *Andream Favinum in Historia Navarræ libr.* 10. quem plures subinde secutum fuisse, inquit idem *Joannes Gaspar Porgell. d. cap.* 11. *in Annot. sub Lit.* II. ubi emphatice concludit per hæc verba - Ut igitur *lanam ex qua tanti reditus, haud immerito auream dixeris; ita nescio, an satis, ex Majestate ab hoc proventus genere simbolum Equestris Militia arcessere.*

Alii asserunt, Fundatorem respexisse
24. Vellus, quod Deus Gedeoni ostendit, ad illum tutum reddendum, quod Judicem Israelis constituebat.

Narrant alii Historiam, quod dum Oliverius de Marca sermonem haberet
25. cum Philippo I. Caroli Imperatoris filio, adamussim super hoc puncto idem Oliverius assereret, quod Philippus Burgundiæ Dux Velleris Aurei Ordinem instituerit in memoriam Velleris aurei Iasonis. Supervenit Joannes Germanus Episcopus Cabilonensis ac Cancellarius Ordinis, qui d. Oliverium à recensita opinione revocavit, & declaravit, firmavitque Ordinem hunc institutum fuisse ad explicandum Vellus Gedeonis, ad tradita per *d. Abb. Justinianum pag.* 278. *d. Pater Joseph Franciscus Fontana d. Tom.* 8. *cap.* 54 *pag* 359.

Et quod hujus Ordinis appellatio desumpta fuerit a Gedeone Magnò illo Israelitarum Duce, qui ut legitur in Scriptura Sacra sub *Capite 6. Libri Iudicium* Vellus primo siccum, deinde rorulentum vidit, intactç scilicet Virginis Mariæ Simbolum, eoque

que signo confirmatus, trecentos jussu Dei Viros elegit, quibus numerosas Madianitarum Copias profligavit, ut tenet *P. Andreas Mendo d. Disq. 1. quaest. 3. n. 91. d. Kloch* ubi supra: *Graveson* ubi supra *pag.* 502. *d. Pater Honoratus pag.* 134.

Quodque, non ex allusione ad Jasonis Fabulam, sed ex motivo Christianae Religionis fuerit institutus, comprobatur ex veteribus illius temporis Picturis, & Tapetis, quę Bruxellis asservantur, hoc est, ut Nobilibus animum ingereret adversus Infideles, ad exemplum Gedeonis, qui parvo Militum numero Madianitarum Exercitum profligavit. Volumen, cui Titulus - *Li Sovrani del Mondo tom.* 4. *Aubert Mirae. lib.* 1. *Origin. Equestr. cap.* 1. *Kloch, & Pater Honoratus* ubi supra.

Verum Guilielmus Episcopus Tornacensis, qui similiter Cancellarius erat
26. hujus Ordinis, sustinet, quod Dux Philippus Fundator Ordinis, in ejus fundatione consideravit Vellus Iasonis, ac insimul Vellus Iacobi, hoc est Pecudum diversos colores habentium, cui in partem suam eas obstrinxerat, juxta pactum initum cum Labano ejus Socro, ut videre est apud *Patrem Josephum Franciscum Fontana d. Tom.* 8. *cap.* 54. *pag.* 359. ubi
27. subiungit, quod laudatus Episcopus Guilielmus motivum sumpsit Magnum Opus exarandi sub Titulo *Il Vello di Giasone*, & Primo loquitur de Virtutibus, & Animi Magnanimitate, quas profiteri debet Eques, & sub simbolo Velleris Jacobi loquitur d. Auctor de Virtute Justitiae, qua Eques vere ornatus incedere debet, & per extensum exprimit in Praefatione directa eidem Carolo Burgundiae Duci, & verba illius in Italicum Idioma sunt, quae refert integre *d. Pater Ioseph Franciscus Fontana à pag.* 359. *cum seq.*

Dicunt aliqui, Ducem Philippum Ordi-
28. nem instituisse ad aemulationem Ducis Sabaudiae, ad ea, quae tradit *dict. Ioannes Soranzo l'Idea del Cavaliere par. pr. pag.* 164. Sed constat, institutum fuisse ad gloriam, & incitamentum Nobilitatis, in honorem Divini Salvatoris, laudem Sanctissimae Virginis Marię Matris Dei, & Sancti Andreae Apostoli, & sub ejus invocatione.

Itemque ad gloriam, & Catholicę Ec-
29. clesiae augmentum.

Caeterum, excelsum hunc Ordinem con-
30. stat à Fundatore fuisse institutum sub Tutela & Invocatione Sanctissimę Virginis Mariae, & gloriosissimi Sancti Andreae Apostoli; siquidem, *Una cum Fidei Christianae rudimentis Andreas Apostolus eximium in Virginem cultum Burgundionibus pristinis in Sedibus, & priusquam in Gallias irrumperent, instillavit. Ita cum Filio IESU CHRISTO, etiam Virgo Mater cognita, singulare Gentis Patrocinium fuit, & prima illi post Filium Ædes à Burgundionibus dicata, imo & in Bellis communi, & imperato à Principibus clamore, gens ipsi tota contestata est; moris enim fuit ut irruentibus in hostes Burgundionibus, Virginem Matrem uno ore implorarent* his verbis: *Nostre Dame Burgangne*, ut totidem verbis scriptum reliquit *Iulius Chiffletius in suo Breviario Historico Incliti Ordinis Velleris Aurei impress. Antuerpiae, ex Officina Plantiniana Balthassaris Moreti* 1652. *pag.* 45. Ubi subiungit: fuit etiam Apostolo suus honos, & signifer gentis, tradito illi ante pectus salutari Crucis signo, factus est: Crux enim decussata, quam Andreanam vulgus appellat, & Heraldorum schola *Sautoir*, quasi ...... fuit & Salvatoris

Signum

Signum, ut inde vocatum patris mei sit conjectura non ignobili, ut inquit *d. Chifletius*: vide *Iustinianum d. par. sec. cap.* 67. *pag.* 731.

Ibidemque *Chifletius* concludit, quod Philippus Bonus hujus Aurei Velleris Fundator Ordinis, memor Sanctissimæ Virginis, & Apostoli Andreæ, utrique consecravit Ordinem, & addidit antedicto clamori in Bello, in Sancti Andreæ Apostoli gratiam - *Meum gaudium Sanctus Andreas.*

Certum similiter est, quod Fundator
31. Ordinem instituit in honorem, & augmentum S. Catholicę Religionis nostræ, atque Ordinis augmentum, & ad servandam erga Principem eorundem Equitum fidelitatem, juxta tenorem Statutorum Ordinis, de quibus loquuntur prçallegati Auctores, & alii inferius allegandi.

Et litteraliter Fundatoris pia Mens legi-
32. tur in Sepulcrali lapide ejusdem Fundatoris his verbis expressa - *Pour mantenir l' Eglise, qui est de Dieu Maison su le noble Ordre qu'on nomme la Toison*, hoc est Itatice *per mantenere la Chiesa Magion di Dio, ho messo su l' Ordine chiamato il Tosone*: ut refert *Andreas Guarini pag.* 27. *d. Soranzo pag.* 165. *Abb. Iustinianus d. cap.* 67. *pag.* 727. *juxta impress. Venetam*, ubi refert Carmina Gallica: *Iulius Chifletius in Breviario Historico incliti Ordinis Velleris Aurei cap.* 3., & prius notavit *d. Abb. Iustinianus pag.* 727. ubi recenset quoque Carmina *Georgii Castellani*.

Porro Dux Philippus Bonus Ordinis
33. Fundator, Equitum numerum statuit viginti quinque: *d. Pater Gravesou tom. 6. pag.* 502. *d. Comes in Koden Sapieha d. pag.* 242. *d. Hermant pag.* 298. *Collector Gallus d. tom.* 4. *S.* 79. *pag.* 45. *Pater Fontana d. tom.* 8. *pag.* 361. *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 133. ubi inquit, esse Vigintiquatuor, sub quo numero fortasse non includit Principem.

Postmodum idem Fundator numerum
34. auxit ad triginta unum in Comitiis in Urbe Insulensi in Belgio, anno 1431. celebratis: prælaudati Scriptores *Hermant*, *Gravesou*, *Collector Gallus*, & *Pater Honoratus à Sancta Maria* in locis supra allegatis.

Sed ab Imperatore Carolo V. in Comi-
35. tiis Generalibus Bruxellis Anno 1516. habitis extendit numerum Equitum ad quinquaginta, comprehenso Capite, & Principe: *d. Pater Mendo n.* 93. *d. Hermant pag.* 299. *Pater Honoratus à Sancta Maria d. pag.* 133. ubi, quod extendit ad 51. *Gravesou d. pag.* 502. *Comes in Koden Sapieha pag.* 242.

Tandem data est Regi indefinita liber-
36. tas, creandi quoscumque ad Regis beneplacitum: *Pater Honoratus à S. Maria*, *Comes in Koden Sapieha* locis prælallegatis, *d. Pater Fontana pag.* 364.

Antiquitus eligebantur Equites in Capi-
37. tulis cum Votorum pluralitate.

Unde Carolus V. Imperator dicere sole-
38. bat, ipsum potestate pollere creandi Duces, Marchiones, ceterosque magnos Principes, & Dominos; at creare nequaquam posse Equitem unum aurei Velleris, & solummodo posse proponere Equitum Collegio Virum Natalibus, & Virtute magis dignum: *d. Franciscus Sansovinus d. lib.* 3. *pag.* 63. antedictus *Io. Soranzo. l'Idea del Cavaliere par. pr. pag.* 166.

Præscripsit Fundator, quod Equitum
39. Habitus, Pallium, & Caputium esset ex panno rubeo, ad tradita per *Iustinian. d. pag.* 729. *Bonannum d. n.* 120. *Patrem Gravesou Historia Ecclesiastica tom. 6. colloq. 6. pag.* 502. *juxta impress. Romæ Typis Tinassi* 1720.

Sed

Sed postmodum in Capitulo tento in Civitate Valentiniana anno 1473. statutum fuit, quod Pallium cum Ca-
40. putio pro Equitibus esset ex serico gausapino villoso, quod dicimus *Vellutto*, coloris rubri, vulgo cremesi, subsuto serico coloris albi, hoc est *foderati di raso bianco*, super quo Pallio adesset, ut dicitur, *bordo terminato di Fucili, Pietre, Scintille, e Tosoni fatti di ricamo d'oro*: *d. Pater Graveson tom. 6. d. pag.* 502. *Pater Joseph Franciscus Fontana d. tom.* 8. *pag.* 362.

Quod Caputium cum acumine descen-
41. dat, seu cadat super humerum, & ut dicitur, *scenda sopra la spalla*, ut exprimit *d. Justinianus pag.* 729.

Et ulterius sparsim appositæ sunt Cru-
42. ces Sancti Andreæ Apostoli, peculiaris Ordinis Protectoris, sicut refert *d. Abbas Justinianus d. par. pr. cap.* 167. *pag.* 731. *d. Bonannus n.* 120. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 36.

Respectu Officialium Ordinis, idem præ-
43. scriptus est Habitus, absque tamen prænominato aureo, ut nuncupant, *Bordo*, & tessera aurea, & in hoc sistit discrimen Habitus ab Equitibus: *dd. Collector Gallus*, *&* *Pater Fontana* ubi supra.

Qui Ministri principales Ordinis quatuor sunt, scilicet Fecialis, vulgariter nun-
44. cupatus *Re dell' Armi*, *e Toson d'Oro*, cujus munus est præesse, ac superintendere Nobilitati Stemmatum, & substinere Legationes ejusdem Ordinis; Cancellarius, ad quem spectat munus rerum Ordinis apud Regem, propterea residentiam tenet in Hispania, ac Aula Regis; Thesaurarius, qui tenetur servare Collaria, Vestes, Instrumenta, & Libros in Archivo, & hic moratus Bruxellis; Scriba seu Graffarius, à quo expediuntur Decreta, Epistolæ, Diplomata occasione Administrationis Ordinis, sicut notant laudati *Abb. Justinianus d. par. sec. cap.* 67. *pag.* 735. *d. Fontana d pag.* 361., *&* *seqq. d. Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 43.

Figura Equitis Clamyde induti cum Caputio, & Torque exornati, videri
45. potest apud *d. Justinianum d. pag.* 731. *Patrem Philippum Bonanni in d. Catalogo n.* 120. *Collector. Gallum d. tom.* 4. *pag.* 36.

Vivente ipso Testatore, hunc Ordinem
46. approbarunt, & Statuta confirmaverunt, supplendo ea quæ deessent, Summi Romani Pontifices, Eugenius Quartus anno 1433. Leo X. anno 1516. teste *d. Abb Justiniano pag.* 729. *Julio Chifletio in d. Breviario Historico Incliti Ordinis Velleris Aurei cap* 5. *d Vigilio de Nicollis n.* 117., ubi in exprimendo annos aliqualiter discordat ab aliis: *Hermant d. tom.* 4. *pag.* 300. ubi, quod Statuta confirmata fuerunt à Gregorio XIII. & Clemente VIII. *Patre Iosepho Francisco Fontana d. tom* 8. *pag.* 364.

Verum Philippus II. à Summo Pontifi-
47. ce Gregorio XIII. anno 1572. per litteras Apostolicas in forma Brevis facultatem obtinuit, plura loca, & Officia, tunc forte demortuorum Commilitonum loca vacantia, pro illa vice extra Comitia conferendi, & ita extra Capitula eligendi independenter ab Equitibus. Idemque concessit Philippo III. Summus Pontifex Clemens VIII. anno 1596. *d. Abb. Iustinianus d. par. sec. cap.* 67. *pag.* 734. ubi ad literam refert d. Breve Gregorianum, quemadmodum etiam *Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 48. de quo mentionem facit *d. Chifletius cap.* 6. *Pater Bonannus in Catalogo Equitum n.* 120. *d. Pater Fontana pag.* 364. *d. Vigilius de Nicollis d. n.* 745. *d. Ioannes Gaspar de Progell. sect.* 1. *n.* 22. 23., *&* 24.

24. ubi refert, successive eundem Philippum III. à san. mem. Paulo V. obtinuisse, sua vita durante; ac similiter Philippi IV., & Caroli II. temporibus, usus creandi Equites in celebratione Capituli penitus ab Aula recessit, sicuti testantur *d. Pogrell. d. n.* 24.

Nunc ergo ad Regis magnique Magistri
48. arbitrium creari possunt Equites, ut firmant omnes supradicti Auctores, & de facto successive creati fuerunt Ordinis Equites, præter plures Imperatores, plures Galliarum Reges, Franciscus I. Franciscus II. Carolus IX. Eduardus IV. Enricus VII. Enricus VIII. Angliæ Reges, Bohemiæ Reges, Hungariæ, Neapolis, Siciliæ, Lusitaniæ, Poloniæ, Daniæ, Scotiæ,
49. totque alii ingenti numero Principes Alemaniæ, & Italiæ : *d. Pater Fontana pag.* 365., ubi subdit, Philippum V. Hispaniarum Regem creasse Equites Ludovicum Burgundiæ Ducem, & Carolum Ducem de Berri ejus Fratres, per manus Ludovici XIV. Francorum Regis. Creasse quoque Ducem Aurialensem, & Vandomi, aliosque Proceres Gallos, quos refert Catalogus impress. penes *dict. Collectorem Gallum tom.* 4. *pag.* 51. *cum seqq. d. Justinianus pag.* 733., ubi quod - *Tra i Registri conservati nell' Archivio dell' Ordine, si ritrovano in esso aggregati dall' origine fino agli Anni passati quaranta Capi Coronati di Regi, oltre numero considerabile di Principi, Sovrani, ed Elettori dell' Imperio, e Vassalli in Italia, Grandi di Spagna, Primati di Francia, e di tutta l' Europa.*

Alios Reges, & Principes, sicuti Proceres Regni Poloniæ, enumerat laudatus *Comes in Koden Sapieha in d. Corollario pag.* 202. *cum seq.*

Diximus, quod Institutor Ordinis in ejus fundatione expresse statuit, admittendos ad hunc Ordinem debere
50. esse *Nomine, & armis, sine macula Nobiles* : & sane manifesta res est ex ipsa fundamentali lege, inconcussoque usu; nam Fundator in *Constitutionum cap.* 1. sic per formalia habet - *Gentilshommes de Nom, & de Armes, & sans reproche* - relata per sæpe laudatum *Jo. Gaspar de Pogrell. in libello - Vindiciæ Austriacæ n.* 14., *& in Annot. litt.* PP., quem integre registramus in calce Discursus *in Sectione secunda*, hoc est *Commilitones suos, nomine, & armis, sine macula Nobiles* : sic omnes Scriptores de inclita Nobilitate in hoc Ordine requisita loquuntur. *Julius* nempe *Chifletius ejusdem Velleris Aurei Cancellarius in suo Breviario Historico inclyti Ordinis Velleris Aurei Antverpiæ impress. Typis Plantinianis Balthasaris Moreti* 1652. *cap.* 9. *pag.* 35. ita loquitur de *Fundatore Ordinis*: *qui Regio Sanguine satus, Nobilitatem Generis velut communem virtutum omnium fontem esse, non ignarus Ordinis Institutor, Commilitones suos, nomine, & armis sine macula Nobiles, futuros deinceps edixit, jussitque per omnes, quæ patebant Belgii, & Burgundiæ Ditiones, accuratissimos Indices à Fecialibus fieri eorum, qui ejusmodi nobilitate pollerent, Baronum Procerumque.*

Ut autem sciatur, quid Constitutionis
51. prædictæ verba sibi velint; docet *Olivarius à Marca* (Lib. MS de Arte Haraldica) *eum nomine, & armis nobilem esse, qui proprii cognominis Tesseram gentilitiam gestat, & eo sanguine genitus est, cujus idem insigne, & nomen propria sint. Cum vero hæc ipsa cognomina à Dynastis plerumque mutuati fuerint antiquissimi earundem possessores, &c.* (Con-

 stitut.

stitut. Feudal. lib. 1. tit. 1.) *à Conradi Imperatoris temporibus tantum hereditaria esse caperint; eorum deinde appellationes pro hereditariis cognominibus usurpari jam ab hinc annos plus tercentos desierint. Constat vetustissimum genus Commilitonum cujuslibet debere esse, & quod omnem retro, ut sic dicam, monimentorum memoriam superet. Nempe Rivulorum est fontem illico ostendere, contra vero fluminum haud minimum decus, si ortus eorum repetatur, a deo longinquos anfractus, & remotos sinus objicere, ut quarere ultra curiosus indagator desinat.*

Macula, *qua carere Commilitonem est*
52. *opus, & persona est. Si Generis, ne auditur quidem Candidatus. Si Persona, haud minor est hodiernus rigor; atque bis quem expertum memorant* [Acta Ordinis) *Ludovicum Cabilonensem sub ipsa Ordinis initia, ob id solum quod Vexillis explicatis strage suorum edita receptui, cecinisset, & si plurimum fama consensus, quia Rhodani rapidissimum alveum Cataphractus trajecerat.*

Caeterum damnandus levitatis Sando-
53. *vallius, qui tradit in Bruxellensibus Comitiis Anni MDXVI. Aurei Velleris Torquem datum abjectæ stirpis Viris, qui nec merita, nec opes habebant, id ita volente Guilielmo Croyo Chevra Domino, qui apud Carolum Regem gratia pollebat* (Chesneus Histor. Burgund. lib. 26. §. 5.) *Si enim Equitum tunc in Capitulo Generali electorum Catalogus ab ipsomet Sandovallio alibi relatus, attente inspiciatur, illud falsum esse palam constabit. Neque est verosimile Croyum, & si Regis adolescentis gratiam premeritum, suffragia Sodalium sic in manu habuisse, ut eos dumtaxat Torquati deligerent, quos ipse haberet in mente. Sed ita plerumque solent Principum gratia clari, aulicorum ingenuis, & scriptorum calamis perstringere temperantius:* hactenus verba *Julii Chifletii* transcripsimus *in dic. Breviario Historico cap 9 pag. 36.*, *& prius cap. 5. pag. 35.*

Hinc in proposito antiquæ Nobilitatis hujus Ordinis ratiocinatur *d. Abb. Justinianus d. pag. 718.* quod cum con-
54. stet, usque à sui exordio, ejus Equites strenuissimos bello, ac successive eidem adscriptos fuisse præclarissimos Supremosque Principes, bene infertur inclita semper Nobilitate præfulsisse: & non immerito bon mem. *Inicus de Brizvela Præses Consilii Belgii in Hispania, ac Episcopus Segobia* scriptum reliquit - *Hispaniam suos quidem habere Magnates, sed & Burgundiæ non deesse suos, Velleris nempe aurei Equites, Sanguine, & heroicis Virtutibus maximos,* prout refert d. Abbas precisa verba *d. Chifletius cap 5.*

Ergo agentes de hoc Ordine tenentur,
55. Candidatos aspirantes admitti ad Ordinem, debere esse Nobilitate inclitos, sine macula, & sine ruga: hinc *Collector Gallus in Histoire des Ordres Militaires, ou des Chevaliers &c tom. 4. §. 79 pag. 43 juxta impress Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*, sic scribit - *Ils devojent tous etre nobles d'extraction, & n'etre engagez dans ancun autre Ordre, excepté les Empereurs, les Roys, & autres Princes Soverains. Hermant Histoire des Religions, ou Ordres Militaires de l'Eglise, & des Ordres de Chevalerie tom 1. cap 35 pag. 199 juxta impreß. Rothomagen, Typis Ioannis Baptista Besogne 1716.* ita habet - *Nobles de nom, & sans reproches.*

In pluries allegata Dissertatione *Jo. Gas-*
56. *paris de Tagrell* habetur - *Sodales autem*

autem Conditor voluit esse cum natalibus, tum moribus integros, & illustres ibique *in Annotat. sub litt. PP:* repetit quod ex *Chifletio* supra notatum est in antecedentibus §. *Diximus quod*, scilicet Fundator Ordinis cupiens in eo servari exactam in Candidatis Nobilitatem, jussit confici in tota Belgii, & Burgundiæ Ditione accuratissimos Indices de illis, qui necessaria Nobilitate pollerent.

57. Equites Aurei Velleris (sicuti etiam Sancti Spiritus in Gallia) peculiarem eorundem Familiis splendorem tribuunt, quæ ut illustres magnique nominis habentur apud omnes, ut cum *Patre Menestrier in Tractat. des Preuves de Noblesse Capit.*, 5. inquit *d. Pater Honoratus lib.* 2. *Dissert.* 6. *art.* 1. §. 13. *pag.* 420.

Cautum est in hoc Ordine pariter, juxta Decretum, in Comitiis Bruxellensibus anno 1530. sub Carolo V. Imperatore, quod Cancellarius adnotare deberet res illustres peractas à Supremo Principe, & ab Equitibus Defunctis, juxta seriem, quam eidem dictaret Rex Armorum, sicut etiam Inquisitiones, quę eidem fuerint delatæ: *Justinianus pag.* 732.

58. Militia hæc Aurei Velleris non est Ordo, seu Religio proprie loquendo, in ea enim minime emittuntur tria vota substantialia Paupertatis, Castitatis, & Obedientię, sed solummodo qui admittuntur ad illam juramentum emittunt obediendi magno Magistro, ac Fidelitatis, & conservandi magnitudinem Militiæ, ac splendorem: *d. Pater Andreas Mendo de Ordin. Milit. disq.* 1. *quæst.* 3. *n.* 93. *d. Justinianus d. pag.* 729.

59. Illum tamen encomiastice appellant Scribentes Ordinem Sacrum, & Summum Sacrum vocat *Jacobus Meyerus*, hoc est, totum in Religione, & Pietate fundatum; summum etiam, idest præcelsum, Sammartani Fratres Magnum Ordinem Domus Austriacæ, Hispaniæ Reges antiquissimum, & Nobilissimum: hæc omnia tradit *d. Chifletius cap.* 5.

Equites hujus Cœtus Aurei Velleris ex speciali Privilegio gaudent proprio Foro; quamobrem solus magnus Magister eorundem est Judex: *d. Mendo* ubi supra *n.* 93.

60. Equites tenentur ad defensionem Magistri, & cum eo pro Religione Catholica Bella gerere, Arma sumere, & invicem se se Equites juvare, si aliquis injuste offendatur: *d. Mendo d. n.* 93. *d. Justinianus pag.* 729.

61. Patefaciant Equites Peregrinationes, quas aggredi intendunt, Dissensiones, & offensas in eorum supremo Capite remittant, & offensas eorum Sociis vindicare curent: si Captivi in Bello aliqui manserint, curent, ut redimantur: *d. Justinianus pag.* 729.

62. Eques, qui in Hæresis crimen ruit, vel Proditionis, vilisque animi, eiiciendus est ab Ordine per supremum Principem, & per Equites: *d. Justinianus pag.* 729.

63. Quoad præcedentiam inter eos, hæc regula servatur, ut magis antiquus præcedat. Inter pares autem, ætate major, exceptis Principibus, ob eorum Dignitatem: *d. Justin. pag.* 729.

64. Equites isti in solemnitatibus præferuntur omnibus, exceptis Principibus consanguineis Principis, qui est Caput Ordinis: *d. Justinianus pag.* 729.

65. Equites aurei Velleris non possunt adscribi aliis Ordinibus: *Franciscus Sansovinus* ubi supra. *Collector Gallus d. tom.* 4. *pag.* 43., *& seq. d. Chifletius in allegato Breviario Historico Incliti Ordinis Velleris Aurei cap* 4.

Exceptis tamen Imperatoribus, Regibus, aliisque supremis Principibus: *d. Collector Gallus pag.* 44.

 Cum

Cum in Statutis cautum fuerit, quod die Festo Sancti Andreæ Apostoli Protectoris Ordinis celebretur etiam Capitulum, & ejusdem gloriosissimi Sancti Andreę Apostoli Festum diem cele-
66. bret Ecclesia die 30. Novembris, & tunc temporis hyemalium dierum brevitas, & rigor, non leve Equitibus incomodum annuatim inferat, ob itinera peragenda, tum in accessu ad Capitulum, tum in eodem morando, demum in redeundo, commutatum fuit tempus celebrandi Capitulum, & sancitum, quod Festum Sancti Andreæ Apostoli, & Capitulum celebretur quolibet Triennio die secunda mensis Maii: *d. Justinianus pag.* 42. *d. Collector Gallus tom.* 4. *pag.* 42. *Pater Joseph Franciscus Fontana dic. tom.* 8. *pag.* 362. *d. Joannes Gaspar Porgell. d. sect.* 1. *n.* 22. *dic. Pater Fontana tom.* 8. *pag.* 363.

Quin imo Capitula eo tempore haberentur, & anni parte, quæ magis idonea fuerint à supremo Ordinis Principe judicata: ita statuit Carolus ultimus Dux Burgundiæ Fundatoris filius, quod successive fuit servatum: *d. Justinianus pag.* 729. *d. Collector Gallus d. tom.* 4. *Pater Fontana dic. pag.* 362.. & 364.

Olim magna pompa hæc Comitia Ge-
67. neralia, quę Capitula dicuntur, magna certe pompa, & apparatu celebrabantur, splendidissimis Vestitibus induti Equites Ordinis, cum magno Satellitio, & exterorum concursu per triduum habebantur, ut describit *Chiffletius cap.* 7. ubi subiungit, quod eo triduo durante, vix ullus Nobilis bene de Principe meritus, etiam qui esset extra Sodalitium, inde recedebat, nisi aliquo decore, ut Equestri Dignitate auctus, & manu Principis gladio tactus.

Forma habendi hoc Capitulum exponitur ab allegato *Justiniano d. pag.* 729. qui sic loquitur „ La riduzione di questo Conseglio si formerà da i Cavalieri le Calende di Maggio il dopo pranso, trovandosi nella Sala vestiti Capitularmente, cioè, con una Robba, o Toga lunga di panno scarlatto aperta dalli lati fino a Terra. Nelle fissure dell' uno, e dell' altro lato, e da piedi intorno, vi sia un fregio lavorato a ricamo, sopra il quale si siano sparsi focili, e pietre scintillanti, e fra questi i Tosoni d' Oro distinti a Croci, a tronchi nella figura di quella di S. Andrea Protettore dell' Ordine. Così vestiti procedano a due, a due alla Chiesa, ed avanti di loro li accennati quattro Ministri ad udire il Vespero: la Mattina con l' Ordine medesimo procedono alla Chiesa, ed alla Messa offeriscono un pezzo d' oro per cadauno.

„ Il terzo giorno di Maggio vestiti di lutto, e lugubre ec. ma di color nero, senza però la faccia di ricamo al lembo, vadino all' Officio di esequie per l' Anime de' Cavalieri Defonti, dove offeriscono una Torcia per uno; e lo Scrivano legga tutti i nomi de' Cavalieri Defonti.

„ E la terza funzione sarà il giorno seguente in Abito bianco.

Dictusque Justinianus adducit Moralitates ex dictis Functionibus,

Gubernatur hic Ordo a quatuor nominatis Officialibus, Armorum Rege,
68. Cancellario, Thesaurario, & Scriba, seu Graffario, qui omnes solemniter jurant, & promittunt observare secretum; *d. Justinianus pag.* 719. *Collector Gallus d. Tom.* 4. *pag.* 44.

Magnusque

Magnusque Magister non potest ullam rem notabilem peragere, nisi
69. omnium Equitum unanimi accedente consensu: *d. Justinianus pag.* 729. & 734. *d. Collector Gallus d. pag.* 44.

Limita, quoties agatur de re, quæ silentium exposceret, ut prosequitur *Justinianus d. pag.* 729.

Convocatis itaque Equitibus, ab ipsis discutiuntur Materiæ graves pro Or-
70. dinis Regimine, a Cancellario super Moralibus monentur Equites, & per Suffragiorum pluralitatem Negotia resoluuntur: *Justinianus d. pag.* 730.

Adest in Civitate Divonis, vulgo Dyon, quę est Urbs primaria Burgundiæ,
71. insignis Capella, quam a fundamentis construere fecit Hugo Tertius Burgundiæ Dux, unde hæc nuncupabatur Cubile, & Reclinatorium Animæ suę, Ducatus Caput, & Turris salutis Ducum: *d. Chiffletius in d. Breviario cap.* 12. *d. Justinianus pag.* 733.

Philippus Dux cognomento bonus eandem ampliavit in Palatio Divonis, quod prope est d. Capellam. Natus
72. fuerat idem Dux Philippus ibidem, Sacri Baptismatis Sacramentum susceperat, inde eandem solitus erat appellare *suam Parochiam*. Hinc ob erga illam singularem amorem, singulari Diplomate præelegit eam in Sedem Capitularem Ordinis, ut exprimitur in Constitutionibus cap. 8. Addidit præterea quatuor Præbendas, ita ut, sicuti ibi vigin-
73. ti quatuor essent Equites, toti dem essent Canonici cum onere, ibi Confratres sepeliendi, sicut scribit *Justinianus pag* 733. *Chiffletius cap.* 12.

Servato Sodalibus, & Ministris Ordinis ibidem Sepulcri jure, & indicta Clero solemni justorum persolutione: *d. Chiffletius cap.* 12.

In hac Capella asservatur corpus Beati Epiphanii Episcopi Papiensis, Itali-
74. ce *Pavia*, alias dono datum Gundebaldo Burgundorum Regi: *d. Justinianus pag.* 733.

Item Hostia vere miraculosa, quæ sacrilego ictu percussa, stillavit sanguine, & successive plura patravit Miracula, & vocatur *Capella Sancta*, & *nostra Domina Burgundia*.

Supra Sedem Supremi Domini apponuntur ejus stemmata, & similiter Sedes Equitum.

In ea adest Monasterium cum Reditibus
75. pro substentatione Duodecim Nobilium in paupertate versantium citra eorum culpam.

In hac tumulatus fuit Dux, inde ad
76. Carthusiam translatus

Privilegia Ordini concessa recensen-
77. tur.

Leo Decimus Summus Pontifex, Cancellario Ordinis, vel ejus Delegato, facultatem concessit absolvendi Equites, & Ministros à Censuris in Bulla enumeratis: *d. Justinianus pag.* 733.

Commutandi Vota, exceptis, juxta solitum excipiendis: *d. Justin. pag.* 733.

Impertiendi Apostolicam Benedictionem, in Mortis Articulo quolibet anno, una vice: *d. Justinianus pag.* 733.

Lacticiniorum, & Ovorum usum in Quadragesima indulsit, eodemque tempore in una, vel pluribus Ecclesiis Civitatis, in quibus residentiam tenuerit, ut dicitur *Le Stazioni di Roma*: *d. Justinianus pag.* 733.

Indulsit in propriis eorum Domibus privilegium celebrationis Missarum: *d. Justinianus pag.* 733.

Indulsit, quod Uxores, aut Filiæ Equitum ingredi possint omnia Monasteria Monialium, non obstante quacumque Constitutione edita, vel edenda in contrarium: *d. Justinianus pag.* 733.

Plura

Pluribus hi Equites gaudent Privilegiis; nam ab omni Gabella, & onere e-
78. xempti sunt Equites, & Ministri: idem *Justinianus* ubi supra *pag.* 733. *d. Julius Chifletius in supra dicto Breviario Historico cap.* 11. §. *Non nulla*, ubi inquit - *Ne iidem Sodales, & Ministri alla Vectigalia, quovis nomine appellentur, persolvant.*

Philippus Quartus Equitibus indulsit, ea die qua induunt Habitum Ordi-
79. nis, & quoties Cœtus Capitulares coguntur in Belgio, renovationem Juris illic tegendi capitis, & diebus quibus Torques Magnus à Sodalibus geritur; imo proprio motu, & uberiori gratia illis concessit Regium suum Cubiculum, & in omnia Palatia sua ingressum, quo fruuntur Magnates, qui in
80. Hispaniæ Regnis tegendi Capitis jus habent, ut totidem verbis scribit allegatus *Chifletius cap.* 11. *pag.* 42. *juxta impress. Antuerpiæ, ex Officina Plantiniana Balthassaris Moreti* 1652.

DISCURSUS CCXXXIV.

VELLERIS AVREI

SEC. II.

Loco secundæ Sectionis hìc transcribimus Opusculum, quod Joannes Gaspar de Pogrell Eques Silesius exaravit, sub titulo Vindiciæ Austriacæ pro Avrei Velleris Ordine, quas Dissertatione Juris Publici, indulgente Illustri Jureconsultorum Collegio, in Fridericana, Præside D. Jo. Daniel Grubero, Jurium in Accademia Giessensi Profess. Ordin. designato, A. D. XX Maii anno 1724. H. L. Q. C. publice proponit Auctor. & respondens Joannes Caspar de Pogrell, Eques Silesius. Halæ Magdeburgicæ. Ære Joannis Grunerti Academici Typogr.

Et quoniam in hoc Opusculo, quod affertur per modum Sectionis Secundæ, referuntur pene eędem Conclusiones superius adductæ, idcirco non efformatur Argumentum, neque Summarium.

VINDICIÆ AVSTRIACÆ PRO AVREI VELLERIS ORDINE

PROEMIUM

I.

Quum post longum bellorum incendium, quo melior Europę pars pene conflagravit, extinctis jam facibus, gladiisque reconditis, alma pax reviresçat; jure meritoque publicam temporum felicitatem prædicamus, Deoque immortali gratias agimus, qui tantam tempestatem diu exoptata serenitate discussit, & caliganti mundo lucem reddere instituit, dum sudum est propemodum, quidquid uspiam christianum. Quisquis enim ea, quæ

quæ superioribus annis gesta sunt, perpenderit, totque regna vel conversa, vel translata, ad animum revocaverit; facile sibi persuadebit, sæculi res in unum illud, quod novissime emensi sumus, viceennium cumulasse fortunam. Quo major est divini numinis benignitas, quæ tot tantisque casibus defunctum, ac pene è faucibus fati ereptum orbem Christianum suavissima permulcere cœpit tranquillitate. Supersunt tamen, ut nihil est in humanis rebus perfectum, hinc inde volitantes nubeculæ, quę, nisi tempestive dissipentur, novas procellas, novas minitantur calamitates.

II.

Maximum momentum trahit monarchię Hispanicæ fatum, quod suspensos tenet omnes bonos, efficitque, ut cuncti in pacificatores Cameracenses, tanto negotio insudantes, intendant aciem oculorum, requirantque formam, modum, capita desideratissimę compositionis, quam adhuc iniquissimis postulatis distulere Philippus V., & Ludovicus I. reges qui vocantur Hispaniarum. Namque hi non satis habent, insedisse regnum alienum; alienos cives in verba sua adegisse; alienos thesauros, classes, exercitus inter cepisse, occupasse, detinuisse. Onerant præterea Austriacam Pietatem indignis desideriis, sibique vindicant, quæ ad se trahere nulla juris specie possunt. Nolo jam adversus ipsam vastæ Monarchiæ, certissimi augustissimæ domus Austriacæ patrimonii, usurpationem calamum stringere; quod à præstantissimis hujus ætatis ingeniis pridem præstitum esse video: sed ex innumeris postulatis, quibus fatigatur Austriaca Patientia, unum seligendum duxi, quod sub incudem revocarem atque diluerem.

III.

Constat enim inter omnes, feciales Hispanienses paci Cameracensi inter cetera hanc quoque legem ponere, ut Augustissimus Imperator aurei velleris principatu decedat, nobilissimique Ordinis arbitrium permittat possessori Hispaniarum. Quod quam insubidum sit, quamve inconcinnum, nemo non videt, a rerum publice gestarum notitia, & veterum annalium memoria paullo instructior. Sed quum publice intersit, non ignorari vulgo tantæ rei pondera, quamve justas caussas invictissimus Imperator habeat, hoc præcipuum domus Burgundicæ, atque Austriacę ornamentum, ac trepæum illustre retinendi, ejusque usum æmulo invidendi, ac denegandi; dissertatione Accademica nobilissimum hoc argumentum excutere constitui, ut submississimæ devotionis meę, quam Augustissimę Domui Austriacæ, cum natalium lege, tum clientelæ jure, debeo, perpetuum exstaret monimentum. Placuit autem universam commentationem in duas sectiones dispescere: quarum priore origines, fata, præstantiamque hujus Ordinis indagabo; posteriore principatum ejus Cæsari Augusto vindicabo. De cetero ad conscientiam recte factorum mihi satis erit, si ex hac lucubratione vel tantillum lucis atque emolumenti in negotium pacis, & in Rempublicam redundasse intellexero.

SECTIO I.

De Nobilissima Aurei Velleris Militia origine, fatisque, & excellentia.

I.

NOn de *lana caprina* litem movemus: sed de *auro vellere* disceptamus insignis Ordinis, ex omni parte nobilis, sive *conditorem*, sive *caussam*, sive *occasionem*, sive *scopum*, sive *statuta*, sive *præsides*, sive *sodales*, sive denique *instauratorem* vindicemque spectes. Conditor enim *par regibus*; caussa *pia*; occasio *illustris*; scopus *christianus*; statuta *sanctissima*; præsides *monarcha*; sodales *illustres*; instaurator ac vindex *Augustus*. De singulis momentis sigillatim.

II.

Incunabula illustrissimi commilitii, quod ab aurei velleris insigni denominatur, Burgundiæ ducibus transcribenda esse, omnes uno ore fatentur scriptores, & extra dubii aleam ponunt. Missis autem, quæ vulgo de Burgundionum regno, deque fatis gentis nota sunt, quippe tot veterum, & recentiorum auctorum annalibus celebrata; id unum animadvertere juvat, Burgundiam medio ævo in multas particulas distractam, proprium nomen affixisse comitatui, & ducatui Burgundico, qui diversis dominis paruerunt (a). Ducatus ille, quandoquidem pro ratione instituti de eo præcipue nobis sermo est, diu sub tutela singularium principum, qui ab Hugone Capeto, Francorum Rege, genus duxerunt, acquievit (b): quorum ultimo, Philippo Robertano, anno 1361. fine sobole exstincto, Joannes, Francorum Rex, ob matrem, Roberti II. filiam, ac ultimi Ducis amitam, pinguem hanc hereditatem crevit (c).

Joannes

(a) Scilicet Burgundia medio ævo distingui cœpit in *inferiorem & superiorem* Burgundiam. Per illam intelliguntur provinciæ, quas fere Rhodanus adluit, & in quibus nomen Burgundicum hodie exoleuit: hac indigitantur comitatus, & Ducatus Burgundiæ hodiernus: quorum ille hodie *superior*; hic *inferior* audit Burgundia. Gerardus Mercator *in Atlante pag.* 264. Fata utriusque Burgundiæ in compendio exhibet Pontus Heuterus *rerum Burgund. l.* 1.

(b) Vid. Heuterus *l. c. fol.* 11., & Joan. Jacob. Chifletius in *Vindiciis Hispan. fol.* 69. ubi stemma veterum Burgundiæ Ducum accurate traditur atque evolvitur.

(c) Joannem, Franciæ Regem, *materno* jure nactum esse Burgundiæ Ducatum, multis idoneis auctoritatibus probari potest. Primum enim suppetit haud suspectorum nubes testium, disertis verbis id affirmantium. Ita vero Gulielmi Nangii *continuator ad annum* 1361. *Obiit Philippus Dux Burgundiæ juvenis valde: devenit Ducatus Burgundiæ ad Dominum Regem Franciæ Joannem propter* Hereditariam propinquitatem. *Nam Mater ejus Joanna Regina*

Joannes ille incidit in tristissima reipublicæ tempora, quibus regnum Francicum cum potentissimis terra marique hostibus calamitosissime conflictabatur. Angli enim, Galliæ opes jure fæminino ad se trahentes, florentissimis terris maxima vi armatorum incubuere. Quos quum Rex Joannes, copioso satis exercitu, ac quatuor filiorum robore stipatus, à finibus interioris

---

gina erat filia Roberti secundi, & Soror Odonis Quarti, Burgundiæ Ducum; Robertus II. Proavus Paternus dicti Ducis Philippi. Ita porro Olivarius Marcanus *in introduct. ad Comment. c. 3. pag. 39., & vint par succession la duchè de Bourgogne au Roy Jehan de France, descendu de la fille de Bourgogne. ibid. p 47.*, & alibi passim. Ita etiam Heuterus *rer. Burgund. l. 1. fol. 12. Joanna altera Ducis Roberti Filia nupsit Philippo Valesio, qui post mortem Caroli Pulchri Francorum Rex est coronatus: quo è matrimonio natus Rex Joannes primus hujus nominis* Materno jure *Burgundiæ Ducatum, Philippo postremo Duce sine liberis mortuo, occupat, exclusa matertera sua Margareta filia ejusque liberis, Matris adulteria liberorumque ejus incertos natales caussatus.* Similia tradunt plerique veterum. E recentioribus Mezeray *in Joanne I.* concinit. *p. m.* 232. *Quant au Duchè de Bourgogne, le Navarrois le vendiquoit, comme etant fils de Jeanne, fille de la Reine Marguerite, qui etoit femme du Roy Louis Hutin, & fille ainèe du Duc Robert, pere d' Eudes IV. Duc de Bourgogne. Mais le Roy mit la main dessus, comme etant, disoit-il, Plus Proche Parent d' un degrè, etant fils de la seconde fille du Duc Robert, la où le Navarrois n' etoit que petit-fils de l' ainèe.* Addit tamen, quod ipse credere non videtur: *Quelques uns veulent dire, qu' il n' entendoit pas bien ses droit, & qu' il devoit recueillir cette duchè comme souverain, & soutenir, que la Bourgogne etoit un fief masculin, qui lui revenoit faute d' hoirs males.* Deinde habemus in promptu ipsius regis Joannis ingenuam confessionem. Primum enim in Diplomate, quo anno 1361. recens acquisitas provincias Regno Franciæ inserit, ita inquit: *Notum facimus per præsentes, quod cum nuper per mortem carissimi filii nostri, Philippi Ducis Burgundiæ, dictus Ducatus Burgundiæ cum juribus, & pertinentiis universis, nobis in solidum* Jure Proximitatis, non ratione Coronæ Nostræ *debitus, ad nos fuerit devolutus &c.* Hoc diploma, quod Andreas du Chesne *in histor. Ducum Burgund. c. 15.* habet, perfectius edidit *Vindex Hispan. Lumine Salico XII. fol.* 288. Idem iterum in Diplomate, quo filio Philippo audaci Burgundiæ Ducatum tradit, 1363. inquit: *Ducatus Burgundiæ, qui ex* Successione *bonæ memoriæ Philippi ultimi Ducis ejusdem in nos, ut* Propinquiorem in genere, *noviter est delatus &c.* Hoc Diploma ex autographo edidit Papyrius Massonus *Annal. lib. 4. in Carolo V. Rege.* Denique si Ducatus Burgundiæ masculinus solum fuisset; non ad Joannem Regem, ut propinquiorem ex capite matris, sed in Burgundici sanguinis *mares*, qui tum superstites erant, devolutus fuisset. Superstes autem tum erat Philibertus II. Dominus de Colchis, ab Alexandro, Hugonis III. Burgundiæ Ducis minori filio, genus ducens: ne quid dicam de Portugalliæ

 tugalliæ

terioris regni amoliri conaretur; contigit, ut infausto prælio, in campis Pictaviensibus 1356. commisso, inter concursantes vehementissimo impetu acies ipse caperetur, captusque abduceretur Londinum. In ancipiti illo vitæ mortisque discrimine pater indulgentissimus liberis suasit, ut fuga salutem quærerent: qua in re tres filios majores dicto audientes habuit. Minimus autem Philippus nullo modo adduci potuit, ut patrem desereret, quem sui corporis opposita pene puer tam strenue defendit, ut post maximam hostium stragem editam, quum pater jam captus esset, à milite *audacis* (d) cognomen; à semetipso autem vix impetraret, ut vitę servandæ caussa victoribus Anglis sese permitteret, patremque comitaretur in servitutem Londiniensem. Soluto carcere, Joannes, regno suisque restitutus, consentiente regni hærede, Burgundiæ Ducatum Philippo audaci, pugnę, itineris, carcerisque, ac omnium calamitatum socio, navatæ operæ, ac maximæ virtutis præmium dedit 1363. quod in carcere Londiniensi promiserat (e). Quæ res tanto faciliorem

---

tugalliæ regibus ab Henrico, Roberti I. Ducis Burgundię nepote, descendentibus: quorum stemma texuit Vindex Hispaniarum *fol.* 72. Vid. Andreas du Chesne *in Histor. Ducum Burgund. c.* 17, *& seqq.*

(d) Tres caussas hujus cognominis adfert Olivarius Marcanus *introduct. c.* 3. *pag.* 31., *& seq.* in quibus pręcipua, *quod quum varii nobiles Angli regem capere conarentur, solus, ne id fieret, obnitebatur Philippus, donec ab omnibus ferme desertus rex, vulneratus Philippus, ac à patre arma ponere jussus, nec tamen parens, mirati Angli adolescentis generositatem, ac imperterriti animi in extremo etiam vitæ periculo vigorem, è numero unus alta voce clamans, ait:* dede te, Philippe audax. *Quę vox à circumstantibus excepta æterni cognominis caussa fuit.* Pontus Heuterus *rer. Burgund. l.* 2. *fol.* 19.

(e) Hujus donationis plures memorantur caussæ, veluti virtus singularis, & pręclara filii in patrem merita; parentis indulgentia, & gratus animus; reginę, licet novercæ, prona in hunc filium studia. Præcipuam autem deprehendo in ipsis Burgundici Ducatus ordinibus, qui verentes, ne, quod postea accidit, hæc Provincia Regno Francico inserta legi Salicæ subjiceretur, ac deinceps proprio destitueretur domino, hunc Philippum *importunis precibus Ducem postularunt.* Vid. Heuterus *rer. Burgund. l.* 1. *fol.* 18. *Comme il* (le Roi Jean) *etoit encore dans le pais* (en Bourgogne) *les Bourgignons luy temoignerent si fortement, qu' ils ne pouvoient vivre sans avoir un prince residant parmi eux, qu' il revoqua, & cassa la reunion, qu' il avoit faite de cette Duche à la Couronne, & la ceda, & donna à Philippe son plus jeune fils, qui avoit merité le surnom de Hardy à la Bataille de Poitiers, pour la tenir par luy, & ses hoirs procréez en legitime mariage.* Mezerai *in Joan. p. m.* 236. Scilicet ann. 1361. mense Novembri Joannes Rex Ducatum Burgundiæ, qui ab obitu ultimi Ducis Philippi, ad ipsum, tamquam propinquiorem in genere devolutus erat, coronæ Franciæ inseruerat; scripto ea de re diplomate, quod habent Andreas

dreas du Chesne *in histor. Ducum Burgundiae c.* 15., & Joan. Jacob. Chifletius *Lumine Salico XII. fol.* 188. Quam unionem abolevit, dictumque Ducatum filio Philippo dedit d. 6. Sept. 1363. scripto Diplomate, quod habet Papirius Massonus *Annal. l.* 4. ex quo quum caussę donationis adpareant ad oculum, juvat proemium huc transcribere: *Joannes Dei Gratia Francorum Rex. Ad subditorum quietem, & pacem curam gerentes sollicitam, facti didicimus experientia, non modicum prodesse, fideles, & strenuos habere vassallos. Ipsorum enim meritis, propulsis invidis. & aemulis pacis tranquillitas acquiritur, & justitia, omnium regnorum fundamentum, pacifice administratur ad regnantium gloriam, & honorem: unde fervor crescit dilectionis ad dominum, cujus etiam crescit vigor subjectionis in eisdem. Novimus insuper coronam stabiliri regiae majestatis, dum persona praeclari generis, moribus utique, & honestate vernantes, dignitatibus inclytis praeferuntur. Ipsorum igitur assistentia laterali non minus sceptra coruscare regnantium, quam gemmis corona. Laudabilia igitur praedecessorum nostrorum regum, qui solita munificentia dignis consueverint digna rependere, sequentes vestigia, & si singulos juxta suorum exigentiam meritorum desideramus prosequi favoribus gratiosis; digniores tamen censemus debere dignioribus insigniri, attendentes, quod, & si naturaliter nostris teneamur liberis assignare, unde statum juxta sua perspicuitatem prosapiae honorifice contineant, ad hoc tamen impendendum eo liberalius inducimur, quo instantius eorum continuata merita id exposcunt. Et desiderantes effectuosius* gravamina, & oppressiones ab irruentibus hostibus illatas subditis nostris Ducatus Burgundiae, *qui ex successione bonae memoriae Philippi ultimi Ducis ejusdem in nos, ut propinquiorem in genere, noviter est delatus,* amputare, *& ipsorum providere quieti, & ad memoriam reducentes* grata, & laude digna servitia, quae carissimus Philippus, filius noster quartogenitus, qui sponte expositus mortis periculo, nobiscum imperterritus, & impavidus stetit in acie prope Pictavos, vulneratus, captus, & detentus in hostium potestate, ibi, & post liberationem nostram hactenus exhibuit, *indefesso, & vero amore filiali ductus; ex quibus suam merito cupientes honorare personam, perpetuoque praemio fulcire, sibi paterno correspondentes amore, spem, & fiduciam gerentes in domino, quod ipsius crescente providentia dicti* nostri subditi Ducatus ejusdem a suis oppressionibus releventur. *Notum itaque facimus universis praesentibus pariter, & futuris, quod nos, iis & aliis justis considerationibus excitati,* & ad humilem supplicationem subditorum ipsorum dicti Ducatus, *praedictum Ducatum Burgundiae dicto filio nostro concessimus, donamus, & concedimus tenore praesentium &c.* Consentit, laudatque donationem Carolus, regni heres, & Joannis primogenitus, Philippi frater natu maximus, diplomate francica lingua scripto: *Charles, Aisne filz du Roy de France, Duc de Normandie, & Daulphin de Viennois. Scavoir faisons à tous presens, & advenir &c. Ce fut fait, & donné à Amiens l'an de Grace M. CCC. LXIII. au mois de Decembre.* Idem confirmat hanc donationem novo diplomate, latine scripto post obitum patris, Parisiis d. 2. Jun. 1394., & evictionem adversus regem Navarrae, Ducem Aurelianensem, & Ducem Barri, qui Ducatum Burgundiae sibi quoque vel totum, vel ex parte vindicabant, alio diplomate praestat, scripto

liorem exitum habuit, quod Philippus ultimi Burgundiæ Ducis sponsam, Margaretam Ludovici Malani, Flandriæ Comitis, filiam ac heredem, in matrimonium duceret 1369. atque hoc connubio Flandriam, Artesiam, Mechlinam, Antuerpiam, Nivernum, Registetum, & Burgundiæ comitatum cum Ducatu cognomine conjungeret. Quo factum est ut Burgundiæ nomen ad omnes tam beato conjugio quæsitas inferioris Germaniæ extenderetur provincias, præsertim quum in illa non minus, quam in his, agnosceretur successio fœminina (f).

IV.

Res gestas Philippi Audacis, Burgundiæ Ducis, Comitis Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Nivernæ, Registeti, S. R. I. Marchioni, & Mechlinii Domini, hic explicare parum adtinet. Propius ad institutum nostrum pertinet, hunc Principem jam illo tempore, quo tam divitis hæredis patrimonio inhiabat, instituisse Ordinem militarem, cujus tessera fuit torques ex bellidibus, auro gemmatis, compositis, cum lemmate: *il me tarde*, h. e. *longa mihi mora est*. Quorsum autem anhelaret, literis *P.*, & *M.* scuti vertici impositis,

---

eodem die & Consule. Quæ habet CHIFLETIUS *l. c. fol.* 249. *seqq.*

(f) Scilicet hoc matrimonium Philippi audacis cum Margareta Flandrica, pinguissimi patrimonii hærede, quod demum post septennem sollicitationem stabilitum fuit, effecit in primis, ut Burgundiæ Ducatus Philippo ita traderetur, ut ad omnes hæredes ejus, nullo sexus discrimine habito, transferretur, quum sine hac conditione Margaretæ pater Ludovicus Malanus, Flandriæ Comes, nullo modo adduci posset, ut in eas nuptias consentiret. Ita enim HEUTERUS *rer. Burgund. l.* 2 *fol.* 23. - *Priusquam audax Margaretam duceret, urgentibus Flandris, Rex Carolus Burgundiæ Ducatum eo jure Audaci reliquit, quo ejus pater Rex Joannes a postremo Duce Philippo acceperat; quod quamquam ægre, cum tamen aliter res successura non videretur, tandem rex consentit.* Clarius, & diffusius hæc narrat OLIVARIUS MARCANUS *in introd. Comment. c.* 3. *p. m.* 29. 40. *Le Comte Lovis* (Ludovicus, Flandriæ Comes, Margaretæ pater) *etoit naturellement, & eu bon courage francois, & desiroit l'alliance de France: mais les ètats, & membres de Flandres, & nommement les Gancois, vouloient, & demandoient l'alliance des Anglois. Toutefois iournèe fut prise & tenue pour le mariage du fils de France, & pour y parvenir fut offert au Comte Lovis par traitè solenel avec les Pairs de France, que l'on donneroit à Philippe le Hardy la Duchè de Bourgogne; que le Roi avoit nouvellement, & par succession, sous titre, & condition d'apanage. Ce que le Comte Lovis refusa, si le dit Philippe ne l'avoit pour la tenir pour luy*, ses hoirs, & posteritè quelconques; *& en telle maniere & conditions, que la tenoit le Duc Heude, & Robert, renonceant le Roy au dit apanage. Et ainsi fut fait, & solenelement passè; & en apert par chartres, & titres authentiques.* Quibus verbis indigitantur diplomata modo adlegata: qua de re *infra* plura adferemus.

[g] Ima-

tis, declaravit: quarum illa ipse *Philippus*; hac, sponsa *Margharetta* designabatur (g).

V.

Excepit patrem dignissimum haud degener filius, Joannes, qui ob præstantem in pene puero conspicuam animi magnitudinem, Intrepidus est appellatus, quique, patre superstite, nobilissimam omnibusque annalibus celebratam expeditionem adversus Turcas suscepit; Sigismundi Hungariæ Regis Socius, & cladis Nicopolitanæ particeps, ubi in Turcarum manus traditus cum nobilitatis franciceæ, Belgicaque flore captivus in Asiam abducitur, ac post varia fata liberatus patri restituitur (h). Ille igitur Joannes, Burgundiæ Dux secundus, ad conciliandos sibi animos Flandrorum, quorum ipse primus stirpis franciceæ hæreditarius Comes erat, primusque Flandrice loquebatur, Ordinem instituit, cujus insigne fuit aureus torques, ex lupulo salictario, cujus flores Belgæ ad condiendam cervisiam (i) decoquunt, compositus, inscriptusque verbis Teutonicis. (k)

Suc-

(g) Imaginem scuti Burgundici atque torquis illius, quem in aliis auctoribus frustra quæsiveris, exhibet Io. IACOB. CHIFLETIUS *in lilio francico veritate illustrato c.* 11. *p.* 77. ubi diserte hunc torquem *ordinis militaris* tesseram vocat, quod ego sine tali ac tanto duce facere non ausus essem.

(h) De Joannis Intrepidi, patre adhuc superstite, suscepta expeditione in Bulgariam, ejusque captivitate Turcica, agunt passim scriptores æquales. Succincte rem narrat HEUTERUS *rer. Burgund. l.* 3. *fol.* 72.

(i) *Cervisia*, quod potus genus Germanis Belgisque familiare, TACITUS *de moribus German. c.* 23. vocat *humorem ex hordeo aut frumento in quandam similitudinem vini corruptum*, est quasi *cerebisia*, quod Ceres bibatur.

(k) Vocatus est hic Ordo *Ordo Lupoli*, cujus originem atque imaginem, ceteris Ordinum Militarium scriptoribus ignoratam, atque prætermissam, protulit in lucem Jo. Jacobus Chifletius *in lilio franc. c.* 11. *fol.* 79. 80. Torquem illum Joannes Intrepidus fœderis, & amicitiæ caussa an. 1411. dederat Ludovico, Aurelianensi Duci, ac similem ipse per omnem vitam gesserat; quo demum spoliatus est, quum an. 1419. jussu Caroli V. Regis Francorum occideretur. Heuterus *l.* 3. *fol* 19. Maximi autem pretii torquem illum fuisse, vel id satis evincit, quod filius, Philippus Bonus, pace Atrebatensi, anno 1435. cum Rege Carolo inita, eum sibi restituendum pepigit. Instrumentum pacis habet Olivarius Marcanus *Comment. l.* 1. *c.* 3. integrum, ex quo huc pertinent verba: *save du Duc son action, & poursuite au regard du bel collier de feu son pere.* Excerpta pacti dedit Heuterus *rer. Burgund. l.* 4. *fol.* 113. ubi dicitur: *Pro iis, quæ Intrepidi detracta sunt Cadaveri, quinquaginta aureorum liliorum rex solvito, his non connumerato torque pretiosissimo, unionibus aliisque pretiosis lapidibus rigente, de quo separatim satisfacito.*

(l) Præ-

V I.

Successit Joanni filius Philippus, Burgundiæ Dux tertius, cui excellens in cives subiectosque indulgentia, & præstantes animi dotes Boni cognomen, æternamque famam conciliarunt (1). Philippus, inquam, Bonus, qui acceptas a patre

(1) Præter ceteros rerum Burgundicarum Scriptores Philippi Boni Vitam, & res gestas peculiaribus voluminibus ad omnem posteritatis memoriam consignarunt Georgius Castellanus, ad cujus Codicem MS. sæpe provocant Heuterus, Chiffletius, aliique; Guilielmus Filatrius, Tornacensis Episcopus, & Ordinis aurei velleris secundus Cancellarius, *in opere de Velleribus Jacob, & Gedeonis*; Joannes Germanus Cabilonensis Episcopus, & Ordinis Aurei Velleris Cancellarius primus, cujus codicem MS. a nemine adhuc citatum, videre contigit in scriniis *Ill. Dn. de* Ludevig, Fridericianæ Cancellarii, dignum, qui typis exscribatur. Titulus ita habet: *Tractatus historicus de virtutibus Philippi Burgundiæ, & Brabantiæ Ducis, Auctore Reverendissimo Domino, D. Joanne Germani, Cabilloniorum Episcopo, & primo Ordinis Velleris Aurei Cancellario, ad illustrem Dominum, D. Carolum, Cadrelesiorum Comitem, ejusdem Philippi Ducis filium unicum, & heredem, scriptus anno MCCCCLII.* Infra marginem tituli manu Iulii Chifletii adnotata sunt hæc verba: *hic liber mihi Julio Chifletio, Balernæ Abbati nuper ejusdem Ordinis Velleris Aurei Cancellario, dono datus fuit Salinis in comitatu Burgundiæ anno 1666.* quo tempore ille jam ediderat breviarium historicum de Aurei Velleris Ordine: unde in eo ad hunc librum provocare non potuit. Eadem manu ad marginem adpingitur: *Extrait d' une lettre du Sieur Andrè du Chesne Geographe de France ecrite le 22. Febr. 1635. de Paris. l' ay vù ici un ouvrage en Latin, intitulè* De Vita, & Moribus Philippi Ducis Burgundiæ ad Carolum ejus filium, Auctore Ioanne Germani, Episcopo Cabilonensi. *C' est un petit in 4to: d' environ 60. feuillets sur papier, duquel un certa in libraire m' a permis l' inspection entre ses mains, mais sans que jamais j' en aye pu avoir autre communication. Il dit, qu' on luy a baillè, afin qu' il soit mis entre mon Recueil d' Historiens; mais que celuy, auquel il appartient, en demande pour cent escus de livres. Cette proposition m' a semblè si ridicule, & desraisonable, que depuis je n' ay pu avoir le courage de revoir ni parler au dit Libraire. Je ne sçai si en vos quartiers il ne se trouveroit point quelque exemplaire. Car je ne puis me persuader, que celuylà soit l' original, ètant assez mal escrit, à convert seulement d' une meschante peau de cuir sans ornement quelconque.* Mihi hic quem Chesneus depingit, codex idem videtur, qui Chifletianus: nam titulus libri est à manu aliena, & paullulum immutatus, ex quo Chesneus eum viderat. Scriptura enim per literarum compendia intricata, & lectu difficilior; literæ initiales ornamentis, quorum ampla spatia relicta, destitutæ; folia LXV. in forma quarta &c. Hæc omnia me movent, ut credam, eumdem codicem, quem Andreas du Chesne spreverat, in Chifletii junioris, deinde in Comitis Consistoriani Regis Francorum Nicolai Josephi Folcaltii, denique in Domini Cancellarii de Ludewig manus incidisse; qui eum inter inedita

patre avoque Provincias Brabantia, Limburgo, Lucemburgo, Namurco, Hollandia, Zelandia Frisiaque auxit, verus Belgici Imperii conditor (m), quippe quatuordecim inferioris Germaniæ Provinciarum Dominus, quas omnes uno Burgundici nominis involucro tegere voluit, principum ditissimus, & maximis regibus æquandus (n). Ille igitur Philippus, talis tantusque princeps, non majorum solum suorum, sed & ceterorum regum, ac principum

---

dita medii ævi volumina cum eruditis communicare non dedignabitur.

(m) Hoc elogio eum ornant Franciscus Harçus *in annal. Brabant. ad ann.* 1430., & Pontus Heuterus in *inscriptione lib. 4. rer. Burgund.*, ubi in præfatione hæc habet *fol. 95. Philippo Bono rerum potiente illustre, ac salutiferum Belgis sidus apparuisse, verissime Georgius Castellanus dixit. Tanta enim in eo Principe industria cum summa felicitate, ac pietate coniuncta fuit, ut circiter quindecim Belgarum Provinciæ partim jure hereditario, partim testamento, ac emtione ad ejus imperium, nullis illata injuria, devenerint, ac felicissime multis annis sub eo, legitimorumque ejus successorum dominatione, floruerint.*

(n) Judice Pio II. P. M. vel, si mavis, Ænea Silvio *Comment. l.* 10., ubi eum vocat principem, *cui opes, & divitiæ omnes affluunt, cui tot latissimæ Provinciæ, tot clarissimæ Urbes, tot validæ gentes, tot ditissimi Populi serviunt, cui cuncta præsto sunt, quæ mortales maxima ducunt.* Hinc etiam Burgundicis legatis in conciliis Constantiensi, & Basileensi 1434. in Conventu Mantuano 1459. in Comitiis Augustanis 1471. primum post reges locum adsignatum fuisse constat: ut inde fratres Sanmarthani *Op. histor. geneal. l.* 12. *c.* 1. a vero haud abludant, dicentes: *Ultimi Burgundiæ duces adeo magni fuère, adeoque potentes, totque ducatuum comitatuumque possessores, ut regibus plerisque in ditionibus, opibus & potentia non æquales modo, sed superiores essent: videturque ad cumulum magnitudinis illis nihil defuisse præter nomen, & titulum regium.* A quo impetrando parum abfuit Philippus noster, si fides adhibenda Pio II. qui *ep.* 395. ita ad eum scribit: *Ex ipsis imperatoris* (Friderici III.) *literis læto animo accepimus, eum decrevisse, nostra præsertim contemplatione, concedere tibi* Regalem *investituram, super quo in tui favorem, sæpius ad celsitudinem suam scripsisse meminimus; & non solum hoc, facere deliberasse, sed etiam affinitatem tecum contrahere ratione filii sui, & filiæ nati tui, ac tibi Vicariatum Imperii in terris Gallicanis ultra Rhenum concedere statuisse: quod profecto nobis est gratissimum. Datum Romæ an.* 1462. 3. *Kal. Febr.* Immo, si Georgium Castellanum audias, Philippus Bonus Imperii Germanici diadema, ipso regnante, ter vacuum, terque sibi oblatum, recusavit sprevitque. Vid. *Vindex. Hispan. fol.* 27. Sigismundum certe Imperatorem, à quo ad singulare certamen an. 1434. provocatus erat, salso scommate repulisse dicitur: *Ego non sum Imperator, nec mundi Dominus, sed magni Caroli sanguis, quem verba terrere non possunt.* Silvius *Comment. l.* 10.

(o)

Erraſſe non neminem in *conditore*, qui tamen notiſſimus eſt, jam diximus [q]. Pleroſque etiam in *tempore*, quo Ordo primum inſtitutus, determinando fluctuare video, quum alii ão 1429., alii ão 1430., alii ão 1431. Ordinis natales adſignent: immo eſt, qui eos ad annum 1477. transferat. Sed nodum in ſcirpo quærunt, atque à Superiorum temporum rebus memoriaque ſe parum inſtructos produnt, qui hic ambigunt animique pendent: quum haud dubia annalium fide conſtet, die 10. Januar: 1430. aurei velleris ordinem à Philippo Bono fuiſſe inſtitutum [r), & quidem inter ſolemnia nuptia.

ſtringit, quæ de aurei velleris ordine dicere inſtituerat. Qui labor tanti non videbatur, ut me vel alium quemque aſcribendo deterreret.

(q) Ad marginem *not.* (o).

(r) *Auctor hujus Ordinis*, inquit Limnæus *jur. publ. l. 6. c. 2. n. 16. primus fuit Philippus Bonus, Burgundiæ Dux, Caroli Audacis, ſeu Bellatoris pater, quem die nuptiarum ſolemni cum Iſabella Regina Portugalliæ* (non fuit Iſabella Portugalliæ Regina, ſed Joannis I. Portugalliæ Regis filia] *inſtituit anno* 1429. *Diſſentire hic quoad auctorem annumque alios reperio. Annum inſtitutionis* 1477. *poſuit Waremundus ab Ehrengerg l. 1. de fœderib. c. 4. n.* 14. Iisdem dubiis ſemet torquet diligentiſſimus Gryphius *p m.* 260., ubi ait „ pleroſque tempus inſtitutionis referre ad annum 1429. qui exprimitur in „ inſcriptione ædis Joanneæ Buſcoducenſis, apud Rajum *obſervat. topograph.* „ *p.* 48. Gollutium tamen, & Mirçum in *Chron. Belg.* exprimere annum 1430. „ & quidem menſem Ianuarium. Aliud rurſus indicare Statuta Ordinis apud „ Leibnitium in *mantiſſa Cod. jur. gent.* quibus ſubiectus ſit annus 1431., Sed vero horum numerorum conciliatio nemini rerum, & hiſtoriarum gnaro, multum negotii faceſſit. Conſtat enim, aurei velleris Ordinem primo nuptiarum die Philippi Boni cum Iſabella Portugallica fuiſſe inſtitutum. Iſabellam autem Philippus duxit *tertio idus Ianuar. an.* 1430. teſte Heutero *rer. Burgund. l. 4. fol.* 106. Quod autem in proœmio ſtatutorum ordinis, & a bi annus 1429. exprimitur, id rationis habet, quod Burgundi, Flandri, B l gæ immo & Angli hoc ævo annum non à Kalendis Ianuariis, ſed à paſchali tempore auſpicati fuerunt, atque hoc modo à calculo faſtorum Romanorum receſſerunt. Unde idem Heuterus l. c. diplomati fundationis, quo ordo tertio idus Januarii anno à redemptione humani generis 1429 inſtitutus eſſe dicitur, adjecit verba: *a feſto Paſchatis numerando*. Si vero hunc interpolatorem non audis, lege Olivarii Marcæni Commentarios, quibus ſemper anni caput Paſcha memoratur. Quod is, qui notas iſti operi adjecit, paſſim obſervavit, præſertim ad marginem *l. 1. c. 5. in C' eſt la mode des autheurs Bourgignons de commencer l' an à Paſques*. Unde etiam Julius Ch ſt ius in *Breviar. hiſtor. c.* 3. quum ordinem anno 1430. 10. Jan. inſtitutum d xiſſet, margini adſcribit, *ſtilo novo, alias an.* 1429. Quæ igitur illo ævo à Kalendis Januariis uſque ad paſcham geſta; ſtilo Burgundico veteri anno; Romano, novo anno adſcribi potuerunt. Quod autem Statutis Ordinis annus 1431. ſubiectus eſt, non movebit eum, quem non latet, ſtatuta ordinis fundationi

Ppppp anno

nuptiarum cum Isabella, Joannis I. Portugalliæ regis filia (s),

Bru-

anno uno fuisse posteriora, quippe comitiis Insulanis demum 1431. non nuptiali Brugensi festo, edita, & promulgata. Quod ad Waremundum adtinet, eum nominis vim non implere jam observavit, & cum scommate dimisit Limnæus *l. c.* mortuos, in quorum numero an. 1477. jam fuerat Philippus Bonus, Equites creare non posse.

(s) *Revertitur Philippus*, inquit Heuterus *rer. Burgund. l. 4. fol. 106. rebus compositis mense Decembri Parisiis in Flandriam, quod Isabella, Joannis Portugalliæ Regis filia, sibi post utriusque sterilis uxoris mortem desponsata, Sulzæ adpulisset. Ducit eam Brugis tertio idus Jan. anno 1430. præsentibus ditionum suarum proceribus ferme omnibus, ac non paucis exteris, pompa sumtuque cum prioribus non æquando.* Quam regalem magnificentiam quum descripsisset, subiungit: *primo nuptiarum die ordinem equitum aurei velleris instituit.* Vid. Olivarius Marcanus *introduct. c. 3. p. 54.* Ex hoc fausto matrimonio descendunt posteri Burgundici, & Austriaci, qui subsecuto tempore non Hispaniam solum, sed novum quoque orbem ditioni suæ adiecerunt. De quibus quum Philippus, & Isabella ne per somnium quidem cogitaverint; produnt se tamen in historia nonnulla omina, quæ tantę præluserunt felicitati. Quæ non ubivis obvia, quum lectori grata ea fore confidamus, in medium adferre non piget. Quod igitur ad Hispaniam adtinet, ominis plenum est, Rudolphum Habsburgicum, postea Imperatorem, augustissimæ domus Austriacæ conditorem, juvenem venisse in Hispaniam, atque ab Alphonso X. Sapiente, Castellæ Rege, qui magno interregno Romanorum Imperator electus erat, Equitem fuisse creatum. *Propter gloriosam famam suam multi nobiles, & egregii viri de diversis mundi partibus veniebant ad ipsum* (Alphonsum), *ut ab eo acciperent cingulum militare. Inter quos fuit illustris Rex Angliæ Odoardus, &* (post multos alios) *Radulfus Comes, qui fuit postmodum rex Alemanniæ &c.* Hæc ex Gaufridi Toletani Archidiaconi appendice ad historiam Roderici Toletani, quam MS. possedit, narrat Jo. Jacobus Chifletius *Vindic. Hispan. fol. 107.* Eundem Gaufridi locum habet Schurzfleischius *diss. de ordin. velleris aurei* §. 4. suppresso tamen Chifletii, ex quo eum procul dubio hauserat, nomine: quo fine, divinent alii. Addit autem Chifletius *l. c. Mirandum prorsus, & divinæ providentiæ penitus adscribendum, quod Rudolfi Comitis, postea Romanorum Imperatoris ejus nominis primi, qui in juvenili ætate constitutus, illo gladio, more per id tempus passim admisso, ab Rege Alphonso X. Eques inauguratus est, illius, inquam, Rudolfi, nobilissimi Principis, seri nepotes, Austriaci Principes, utramque Alphonsi Imperium, Romanum videlicet, & Hispanicum, jam pridem obtineant.* Novus autem orbis illustriori divinæ providentiæ beneficio Isabellæ nostræ posteris obvenit, quod ea ejus aperiendi primam ansam dedisse legitur. Quum enim Vidua in Flandria ageret, accessit ad eam Martinus Behaim, ex Bohœmia Crumlaviensis, navemque impetravit, qua ducem genium suum secutus, ignota maria, & intentata vada scrutaretur. Nec modo Fagalem insulam,

quam

quam primus invenit, aliasque circumjectas, quas ab accipitrum multitudine Lusitani Azores, nostri Flandricas, a Behaimi Comitibus nominat, perlustrandas sibi censuit; verum etiam in Austrum magis magisque progressus usque ad ultimum fretum, quod Ferdinandus Magellanus, hujus ductum secutus, pertransiit, & de suo nomine adpellavit, penetravit. Hæc ex Jo. Christophori Wagenseil oratione parentali, Georgio Friderico Behaimo 1682. dicata, adfert Christophori Cellarius *histor. med. p.* 203., ubi hac de caussa adserit; Christophorum Columbum, cui vulgo detecti novi orbis gloria adscribitur, non tam ingenium suum, aut helicem, & cynosuram cœli, quam Martini hujus Behaimi antiquiorem præcursionem fuisse secutum. Quod ex Orosio, & Petro Cieza, rerum Indicarum scriptoribus, prope manifestum, quos excerpsit Boxhornius *histor. univers. p.* 1025. *seq.*, ubi inter alia hæc habentur *pag.* 1028. *Navis quadam in Oceano Atlantico, nescio quo cursum instituens, ui tempestatis oborta, a vento subsolano gravissime furente, ad terram ignotam, nec ullis cognitam Cosmographiæ libris, violenter rejecta est. Gubernator ejus navis, quem alii Andelusium, alii Lusitanum mercatorem fuisse volunt* (fuit autem procul dubio Behaimus noster, qui pro Lusitano habebatur, eo quod Lusitaniæ Regi militabat) *cum tribus, aut quatuor Sociis, fame, & penuria fractis, vix tandem ad insulam Maderam in Mari Lusitanico adpulit. Habitabat id temporis in illa insula Christophorus quidam Colonus, quem alii Columbum nominant, non magna fortuna, sed acris vir ingenii, Cosmographus solertissimus, natione Ligur, qui, tabulas nauticas ex Lusitanorum navigationibus emendandi studio, in Lusitaniam profectus, & uxore ex insula Madera ducta, eo commigravit. Ad hunc naufragus ille gubernator, auctarium cosmographicum symboli loco afferens, solus* (nam socii in ipso statim portu obierant) *divertit. Sed quum, & sibi mortem ingruere sentiret, scripturas quasdam cosmographicas, ac totam mortiferi illius itineris rationem, & incognitarum terrarum, ad quas rejectus fuerat, delineationem Colono in manus tradidit, & quam hactenus celaverat, rem metu mortis aperuit. Quo facto, statim animam efflavit. Colonus igitur jam alta spirans animum serio erigere cœpit ad ea, qua diu ante agitaverat &c.* Fuit sane Martinus Behaimus inter eos mathematicos, quibus Joannes II. Portugalliæ Rex, anno 1481. negotium dedit, ut aliquid excogitarent ad cursum navium in pelago, quamvis ignoto, regendum, quive astrolabium instrumentum, quod antea ad colligendos stellarum motus dumtaxat astronomi adhibere consueverant, præclaro sane invento, ad usum rei maritimæ transtulerunt, ac pari solertia declinationum tabulas confecerunt, quibus hodie naucleri ad explorandam locorum, quemadmodum cosmographi adpellant, latitudinem utuntur. Vid. Jo. Petrus Maffejus *histor. indic. l.* 1. *p. m.* 12. & Franciscus Hareus *annal. Brabant. t.* 2. *fol.* 458. *in f.* Idem Martinus chartam marinam descripsit, quam Lusitaniæ Rex in Museo suo adservabat, & in qua Magellanus fretum, à se deinceps denominatum, adnotatum viderat: quod ex Benzono refert Cellarius *l. c.* Divitias igitur novi orbis, cui Europæis aperiendo Isabella imprudens insciensque navem sumptumque suppeditavit, haud immerito aureum vellus dixeris, cujus insigni nuptiarum dies paullo ante fuerat distinctus, decoratus, consecratus.

Brugis Flandrorum celebrata (t).

VIII.

Haud minor est scriptorum conflictus, ubi indagandum, quæ res huic Equestri militiæ instituendæ sanciendæque *occasionem* præbuerit. Franci plerique, qui sua tantum mirantur, ceteris iniqui, innata quadam adversus Burgundos Austriacosque æmulatione, putido commento delectantur, quo charta erubesceret, si transcriberem. Ejus tamen mentionem faciendam censui, non ut fabulam in vulgus spargerem, sed ut refellerem (u). Verius est, ut dicamus

(t) Dissentit Andreas Mendo Jesuita Castellanus, in Opere *de Ordinibus Militaribus disquis. 1. quæst. 3. de regia militia equestri aurei velleris fol. 17., ubi n. 19.* inquit: *Philippus I. Dux Burgundiæ, qui ob eximias virtutes Bonus fuit cognominatus* (non primus, sed secundus is est Philippus) *anno 1430. in oppido* De Tomer *in Ecclesia S. Bertini instituit egregiam militiam aurei velleris &c.* Qua orbis terrarum parte situm sit oppidum illud *de Tomer*, quod Hispani scriptoris cerebrum occupavit, cum ignarissimis scio. Mentio tamen Ecclesiæ S. Bertini facit, ut putem, eum scripsisse, vel scribere voluisse oppidum *de S. Omer*, quod est S. Audomari fanum in Artesia. Sed ne sic quidem in viam reductus correctusque auctor caussa vincet, quum non illic, sed Brugis Flandrorum nuptiarum solemnia, quibus hujus militiæ auspicia debentur, celebrata fuisse sciamus.

(u) Contumeliosi commenti primus auctor est Andreas Favinus in *theatro honoris volum. 2. in.* musteus scriptor & famæ ignobilis. Cujus liber quum sit rarior, fabula oblivioni forsan traderetur, ni in omnium manibus esset Limnæi *jus publicum*, Petri Baylii *dictionarium*, &c. quibus ipsis Favini verbis repetitur, atque ad posteros propagatur. Omne mendacium, quo callidi ac solertes homines aliis imponere solent, aliquem ex vero colorem ducit: hoc vero Favinianum omni veri specie destituitur. Si Philippus Bonus è trivio arripuisset occasionem instituendi hujus ordinis, quomodo Heuterus, aliique, dicere possent, eum *antea diu multumque super ea re cogitasse?* Giaci dominam non ipse, sed parens Joannes, deperierat, nec dies quo genialem torum conscendere meditabatur, permittit, ut prohibita venere eum tum arsisse credamus. Facessat igitur Favini, Brantomi, Colomesii ac similis farinæ scriptorum proterva dicacitas. Ut vero manifestius constet, quæ sit doctorum virorum de Favino sententia, quantumque fidei ejus sit auctoritati tribuendum, legenda sunt, quæ olim Fabritius Peirescius, judex sane talium rerum si quis alius, competens, die 31. Jan. 1631. ad Jo. Franciscum Cardinalem à Balneo scripsit: *Del Favino chi volesse notar gli errori, bisognarebbe scancellare il tutto, non avendo egli scritto con discrezione, autorità di Scrittori degni di fede, ne con verità. Anzi ha posto mille imposture falsissime, come se fossero ben costanti, credendo egli, che poco importasse di scrivere cose vere, o false, com' egli disse altre volte con stupore di chi l' intese: di maniera che non occorre farvi fundamento sopra.* Idem heros togatus alia Epistola, eodem anno ad Jo. Jacobum Chiffletium scripta, qui utram-

ut dicamus, Philippum ea in re partim majorum suorum, partim aliorum quoque regum, ac principum exemplum fuisse secutum (x), atque imprimis parentis, Joannis Intrepidi, captivitatem Turcicam in oculis habuisse (y).

Caussas

utramque alio fine evulgavit *Vind. Hisp. fol* 193. hoc ipsum Favini commentum indigitasse videtur: *Il faut que je vous dise, que le pauvre Favin ètoit un bon petit homme, qui se laissoit persuader tout ce qu' on luy disoit, lors meme qu' on badinoit, & qu' on se mocquoit de luy, qu' on forgeoit des chimeres pour le mettre en reverie. C' est purquoy si vous le suivez, vous suivrez un tres mauvais auteur, qui ne savoit rendre raison de rien du tout ce qu' il redigeoit par escrit, comme je l' ay autrefois eprouvè en bonne compagnie. Il ne faut que voir les funerailles qu' il a descrites du feu Roy, ou il a fourrè une infinitè de choses supposèes, auxquelles il ne fut jamais pensè. Que si vous estimez ètre obligè de l' alleguer, ne montrez pas au moins prendre son dire pour autoritè capable de vous faire mettre en ligne de compte ce qu' il a escrit de son chef, sans qu' il s' en trouve de confirmation d' ailleurs.* Pour *ses* Colliers des Ordres Militaires, *il les a tellement forgè à plaisir selon ses caprices, qu' il n' y en a la pluspart rien de veritable, ni bien souvent compatible avec ce qu' on en a de vray d' ailleurs.* I nunc, & cum Favino tibi de aureo vellere obscęna somnia finge!

(x) *Verisimile est*, inquit Jacob Marchantius in *Flandria l.* 3. *p.* 286. *Philippum, animo regio decoranda nobilitatis, & ad majorem benevolentiam, fidem, resque arduas excitandi cupidum, hoc instituto non solum ante oculos habuisse veterem morem Imperatorum, baltheo militari, aut summo patriciatus honore bene meritos illustrantium; verum etiam Joannis Gallia, & Eduardi III. Anglia regum, atque Amadei V. Sabaudia Comitis exempla recentiora &c.* Fusius Heuterus *rer. Burgund. l.* 4. *fol.* 106. *ductus exemplo variorum principum, nimirum Caroli Martelli, qui ordinem genettę instituit; Arthi Britanni, qui Equites mensa orbicularis versatilisque ordinavit; Joannis Valesii, Francorum regis, qui anno* 1351. *signum stella fuit Equitibus, ac aurea monsta dedit; Eduardi III. Anglorum Regis, qui paucis ante annis in gratiam Comitis Salberita, quam deperibat, sui Ordinis Equitibus periscelidem, hoc est, cingulum, quo caligę sub genua adstringuntur, donavit; Amati primi Sabaudia Ducis; qui anno* 1410. *Annuntiationis Virginis matris ordinem erexit. Hos Bonus hoc anno* (1430.) *est subsecutus, eumque paullo post Reinerus, Angium dux, qui anno* 1464. *suis figuram luna crescentis tribuit, quemadmodum Francorum rex Ludovicus XI. anno* 1469. *Francos equites imagine Archangeli Michaelis, cacodamonem e calo deiicientis, ornari voluit.*

(y) Hęc fere sententia arridet scriptoribus Austriacis, quæ magnam veri pręse fert speciem. Barbara Turcarum feritas, qua post victoriam Nicopolitanam sexcentos nobiles, Joannis socios, veluti ludentes atque per otium trucidaverant, ipsumque Joannem cum aliis viginti quinque proceribus rapuerant captiuum in Asiam an. 1396. non nisi solutis ducentis ducatorum millibus

IX.

Caussas instituti equestris collegii ipse conditor indicat [z), singularem in nobilium fortiumque virorum laudes affectum; divini numinis, ac salvatoris nostri honorem; laudem beatæ Mariæ Virginis; Sanctissimi Apostoli, ac Martyris Andreæ gloriam; Religionis Christianæ, atque Ecclesiæ Catholicæ amplificationem, virtutis, ac probitatis incitamentum.

Pro-

bus anno 1397. dimissum, *vindictam* aliquam merebatur, cujus socios Philippus è flore nobilitatis Francicæ, Burgundicæ, Belgicæque eligendos censuit, qui cum ipso accingerentur ad novam expeditionem adversus Turcas, & Thraciæ liberandæ suscipiendam. Ajunt præterea Martinus Crusius *annal. Suev. ad an.* 1396., & Wolfangus Lazius in *comment. gen. Austr. l.* 1. *c.* 8. Astrologandum quendam, nobilem inter Turcas hariolum, Joanni, in carcere Turcico versanti, vaticinatum fuisse „ fore, ut olim ipse, vel ejus posterorum „ quispiam, qui ignem gestaret in pectore, Saracenos vinceret, gentemque eorum deleret universam; eaque de caussa Philippum ordinis torquem e silice atque igniariis contexi jussisse, ut scilicet, judice Chifletio *brev. histor. c.* 4. Equites semper *captivitatis Joannis Intrepidi recordarentur*. Videsis præterea Fuggerum *specul. honor. Austr. l.* 4 *c.* 2. *ad an.* 1396. *fol.* 395.

(z) In Diplomate fundationis, quod idiomate Burgundico conceptum in latinum sermonem verterunt primum Philippus Niger, Harlebecanus in Flandria Præpositus, Ordinis Cancellarius; deinde stilo elegantiori Nicolaus Grudius, ordinis scriba; denique Heuterus, Miræus, Marchantius, aliique. Nos, qui fontes rimamur, ex Diplomate Burgundico proœmium, quo caussæ Ordinis continentur, adferemus: *Philippe par la grace de Dieu Duc de Bourgoigne, de Lothier (Lotharingia sc. Brabantica] de Brabant, & de Lemborch, Compte de Flandres, d' Artois, Bourgoigne, Palatin, de Haynault, de Hollande, de Zelande, & de Namur, Marquis du St. Empire, Seigneur de Frise, de Salins, & de Malines, sçavoir faisons à tous presens, & advenir, que* 1.) *pour la tres grande, & parfaicte amour, que nous avons au noble estat, & ordre de Chevalerie, dont de tres ardante, & singuliere affection desirons l' honeur, & accroissement, par quoy la uraye foy Catholique, l' etat de nostre Mere sainćte Eglise, & la tranquillitè & prosperitè de la Chose publique soient, comme estre peuvent, deffendues, gardees, & maintenues, nous* 2.) *à la gloire, & lovange du tout puissant nostre Createur, & Redemteur,* 3.) *en reverance de la glorieuse vierge Marie, &* 4) *à l' honeur de Monsegneur St. Andrieu, glorieux Apotre, & Martir,* 5) *à l' exaltation de la foy & de la saincte Eglise, &* 6) *excitation des vertus, & bonnes mœurs; le* 10. *jour du mois de Janvier l' an de notre Seigneur mil quatre cens vingt, & neuf, qui fust le jour de la solemnisation du mariage de nous, & de notre tres chere, & tres aimèe compaigne Elisabet, en nostre ville de Bruges, avons prins, creè, & ordonnè, & par cestes presentes prenons, creons, & ordonnons ung ordre, & fraternitè de Chevalerie, ou amiable compagnie de certains nombre des Chevaliers &c.* Leibnitius *Mantissa Cod. jur. gent. p.* 2. *fol.* 19. 20.

(aa)

X.

Propositum autem fuit laboranti succurrere Ecclesiæ, & gementes sub jugo Turcico Christianos adserere in libertatem (aa). Nam, & ante captam à Turcis Constantinopolin Philippus Bonus omnem movit lapidem, ut ab Hungariæ extremis finibus tam atrox hostis distineretur, Byzantiumque conservaretur; & post captam urbem spes ejus recuperandæ præcipua posita fuit in Philippo, qui eam implevisset, ni domesticis calamitatibus, atque mutuis Francorum Anglorumque cladibus, quibus Belgium sæpe afflatum est, à sanctissimo proposito abstractus fuisset (bb).

XI.

Habent omnes ordinum Equestrium sodalitates insignia peculiaria, quæ pro collegiorum diversitate diversa sunt. Quum enim Equitum Ordines diversis regulis, & tesseris insigniri soleant, sintque alii torquati, alii cruciati, alii denique aurati, quorum isti torque; illi cruce; hi aureis calcaribus distinguuntur

---

(aa) Hujus rei testimonium perhibet Olivarius Marcanus *Comment. l. 1. c. 15.* Omni autem exceptione major testis est inscriptio, quam sarcophago suo insculpi voluit Philippus, rythmis francicis concepta.

Pour maintenir l' Eglise, qui est de Dieu maison,
J'ay mis sus le noble Ordre, qu' on nomme la toison.

quam ex Paradini *annal. Burgund.* adfert Julius Chiffletius *in brev. histor. c. 3.* Eo etiam spectat *Constit. ord. art. 5., & 59. Prometrons les Chevaliers, que si nous ou nos successeurs souverains enprenissions aucuns armes pour la deffense de la saincte foy Chrestienne, ou pour deffendre, maintenir, & restabiir la dignitè, estat, & libertè de nostre Mere saincte Eglise, & du sainct siege Apostolique de Rome, en ce cas les Chevaliers du dit Ordre, les puissans en leurs personnes, seront tenus de nous servir personellement, & les autres non puissans faire servir moyennant gaiges raisonables, s' ils n' ont loyal excine, & apparent empechement, au quel cas se pourront excuser.*

(bb) Tanta fuit Philippi potentia, tantaque inter reges, & Principes Christianos fama, & authoritas, ut ab eo in primis Christiani in Thracia salutem sperarent. Unde an. 1443. Imperator Constantinopolitanus legatum misit, qui eum ad opem obsessis civibus ferendam invitaret. Olivarius Marcanus *Comment. l. 1. c. 10.* Quod quomodo præstiterit, ex Filatrio refert Chifletius filius *breviar. histor. c. 2.* Vid. §. *XVII. not (c). (d.* (Capta 1453. Constantinopoli, Legatus Pontificius tantam calamitatem nuntiare jubetur Philippo, qui non solum Pontifici renuntiat, se, si vicini Principes pacem colerent, & pro religione arma sumerent, comitem iturum; sed etiam nobilitatem Belgicam ad expeditionem Turcicam modis omnibus animavit. Immo, & hujus rei caussa iter suscepit in Germaniam anno sequenti, quod tamen exoptato exitu, nescio quam ob rem, fuit destitutum. Vid. Heuterus *rer. Burgund. l. 4. fol.* 139. 141. qui culpam omnem transfert in Fridericum Imperatorem, & *transactio Augustana de circulo Burgundico* 1548. *art.* 7.

(cc)

tur (cc): sciendum est, aurei velleris ordinem, quippe sæcularem, & torque distinctum, ad primum genus esse referendum (dd). Torques autem ille, aurei velleris ordinis insigne, totus est ex chalybe & alternis silicibus flammam emittentibus compositus, e cujus extremitate pendet aureum vellus, seu imago pellis ovis detonsæ aurea (ee); quę præcipue huic militiæ nomen dat (ff), & de cujus symbolica significatione mire digladiantur eruditi, dum alii ad veterem fabulam Iasonis, aureum vellus e Colchide rapientis, respicere sibi religioni ducunt (gg), ideoque Gideonis vellus in oculis

(cc) Vid. Bœmannus *notit. dignit. diss.* 14. §. 1.

(dd) *Hæc Militia non est ordo seu religio*, inquit Mendo *disquis.* 1. *q.* 3. *fol.* 17. *n.* 93. *quum in ea non emittantur tria vota substantialia* &c.

(ee) Ita ipse conditor *Constitut. ord. art.* 3. *Pour avoir connoissance du dit Ordre & des Chevaliers, qui en seront, nous pour une fois donnerons à chacun des Chevaliers d' iceluy Ordre ung Collier d' or; faict à nostre devise, assavoir par pierres & façons de fusilz touchants à pierres, dont partent estincelles ardantes, & au bout d' iceluy Collier pendant la semblance d' ung toison d' or.* &c. Quid chalybi, quid silici flammisque ansam dederit, diximus *not.* (y) Unde simul patet, errare Mendonem, quum ait, hunc torquem primum ex silicibus aureis solum compositum a Carolo Audace excussoriis adauctum, eique adscriptum fuisse: *ante ferit, quam flamma micet*: præsertim quum in *Addit. Constit.* ea de re nihil legatur.

(ff) Ibidem in proœmio: *creons & ordonnons ung ordre & fraternitè de Chevalerie, ou amiable compagnie de certain nombre des Chevaliers, que voulons estre appellè* L' Ordre de la Toison d' or.

(gg) Quæ olim communis fuit ac ubique recepta opinio, eam a plerisque hodie desertam video præter rationem. Collari ordinis appensum est vellus aureum, quod nullo alio verbo circumscribere placuit conditori. Quum autem symbolis hisce alludi soleat ad ea, quę sunt in simili genere celębratissima; vellus autem Iasonis multo sit celebratius, quam vellus Gideonis: non video, quamobrem adlusio ad Colchiden non possit locum habere, præsertim quum ea partim manifestis scriptorum testimoniis, partim ex aliis adminiculis probatu haud sit difficilis. Olivarius certe Marcanus, vir illustris, & in aula Philippi conditoris ex ephebis ad summam palatii præfecturam evectus, annos iam natus septuaginta sex Philippo I. Castellę regi, hanc instillavit sententiam peculiari epistola apud Iulium Chifletium *brev. hist. p.* 8. *Æquum est*, inquit, *ut moneam te, quo fundamento innixus Philippus Bonus dux, proavus tuus fuerit, quum Ordinis Nobilis Aurei Velleris initium dedit: & primum quidem Iasonis mythologiam secutus est, quem ferunt peregre in Colchiden, inde magnę molis arietem, cujus pellis, vellus & universa facies aurea erat, ablaturum, migrasse* &c. Quid igitur mirum, Pontum Heuterum in proœmio diplomatis verba fundatoris *que voulons estre appellè l' ordre de la toison d' or* latine reddidisse, *quem ab aureo argonautæ Iasonis vellere adpellari volumus*. Magis mirum est, gravem scriptorem propterea

pterea a Schurtzfleischio, Pfeffingero, aliisque, tantum non gravissimæ impostura insimulari. Nam, & ipse Limnæus *jur. publ. l. 6. c. 2. n. 19.* inquit: *Si authoris verba respicimus quæ articulis ordinis præmissa leguntur, clarum evadit, ordinem ab aureo argonautæ Jasonis vellere*, Non aliunde, *nuncupatum*. Ipsum Philippum hanc adlusionem, quidquid sacerdotes contra suggesserint, amasse, atque conservasse, vel id satis indicio est, quod magnis illis epulis Insulanis 1454. quibus nobiles Belgæ, & Burgundi ad expeditionem Turcicam variis modis, ac spectaculis incitabantur, Jasonis fata omnia, & aurei velleris raptum ad vivum repræsentari jussit. Deinde quum equites omnes jurejurando adstringendi essent, veteri ritu, quo super avem jurare solebant; phasianus ad hoc non alia de caussa electus fuit, quam quod fabulæ avis illa in primis converiret. Constat enim, a Colchidis præcipuo fluvio Phasi, *ubi eodem nomine oppidum; ubi Phryxi templum, & lucus, fabula vetere pellis aurea nobilis* Pomponius Mela *l. 1. c. 19.* hoc avium genus denominari. De quibus omnino legendi Olivarius Marcanus *Comment. l. 1. c. 19., &* 30. & Heuterus *l. 4. fol.* 139. 140. Non inter eos quidem nomen profiteor, qui in memoriam Jasonis, vel aurei illius velleris hanc militiam institutam sibi aliisque persuaserint, quæ sententia impietate, ac superstitione non careret. Sed tamen ad hujusmodi fabulas salvo pudore adludere, ex iisque emblemata argute texere permissum. *Qui sodalitiorum quorundam nomina*, inquit Chiflectius filius *p. 9. a principibus institutorum non ignoraverint, hanc aurei velleris appellationem minime mirabuntur; præsertim si de sodalitio navis in Sicilia, elephanti in Dania, draconis in Hungaria &c. quidpiam legerint, vel audiverint. Quid porro mirum de illis regionibus Christo, & Ecclesiæ adiungendis heroica consilia Philippum agitasse, unde fabula Jasonem vellus aureum victrici manu rapuisse cecinerunt, & ubi Andream Apostolum Christum prædicasse historia memorant; præsertim quum incolæ infideli jugo oppressi gemerent eo tempore, quo a Philippo votum conceptum fuit.* Eodem respicit Augustinus Erath *p.* 130. *Etsi ergo Philippus Bonus hanc esse poetarum fabulam non ignoraret, accomodatissimam tamen censuit, qua veluti symbolico involucro mens ipsius ac intentio repræsentaretur. Quemadmodum Equestres Ordines alæ in Portugallia, cardui apud Scotos, columbæ apud Castellanos, draconis apud Hungaros, elephanti apud Danos, lunæ crescentis apud Gallos* (Andegavenses) *aliique innumeri sub his symbolis suos explicabant animos; ita Philippus sub aureo Jasonis vellere omnibus palam fecit, se cum ordinis sui sodalibus accingi, ut superatis ecclesiæ catholicæ hostibus, ceu totidem ab infernali dracone seminatis virorum monstris, ac efferatis tauris Turcicis, aureum amplificandæ divinæ gloriæ propriique honoris vellus* (decusque) *reportet*. Ni Heuterus diserte affirmaret, Philippi parentem, Joannem Intrepidum, a Turcis Bursam, Bithyniæ oppidum, abductum fuisse, evidentior emblematis caussa reddi posset, si diceremus, captivum eum in Colchide egisse, memoriæque caussa vellus aureum, quod eam provinciam maxime celebrem reddidit, assumptum fuisse. Famam certe ejus rei per Europam tum sparsam fuisse, patet ex Crusio, Lazio, Fuggero *ll. cc.* Unde nec Augustinus Erath *p.* 135. iis repugnat, qui Joannis captivitatem huic symbolo, ac ordini incunabula dedisse statuunt.

lis habent (hh); alii ad Belgicum lanificium rem totam referunt (ii); alii denique soli Belgici fœcunditatem eo symbolo indigitari existimant (kk). Solet

(hh) Hujus adlusionis primus auctor fuit Jo. Germanus, Cabilonensis Episcopus, primus hujus ordinis Cancellarius, qui gravi oratione equestrem hanc militiam inauguravit. Quod claris verbis indicat Olivarius Marcanus *l. c.* *At supervenit*, inquit, *Cancellarius Ordinis, Cabilonensis in Burgundia Episcopus, nomine Joannes Germanus, prima nota Clericus, & orator insignis, qui eamdem sententiam, & exemplar* (aurei Jasonis velleris) *immutavit, & auctor fuit historiæ Gedeonis, cujus in sacris Bibliis mentio, potius imitandæ.* Hoc consilium deinceps pedibus manibusque plerique secuti sunt, præsertim, postquam Philippus illam Gedeonis historiam opere phrygio ex auro, & argento aulæis illis pretiosissimis exprimi jussit, quibus sacellum Bruxellense exornaretur, & quæ hodienum in aulæ gazophylacio, & in anniversariis sacris exhibentur spectanda. Unde pro hac sententia pugnant Franciscus Mennenius *del ord. equestr. fol.* 135. Ludovicus Guicciard. *in descript. Belg. sub Antwerp. pag.* 89. Andreas Mendo *disq.* 1. *quæst.* 3. *n.* 91., qui vellere Gideonis deiparam immaculatam fuisse adumbratam statuit; Schurzfleischius *de aur. vel.* §. 11. qui suæ sententię assertores laudat quoque Marchantium, Harcum, Miræum, quum tamen hi scriptores fluctuent, atque utramque adlusionem conjungant. Quid autem de hac interpretatione sentiendum sit, facile se ingerit rem totam ęqua lance perpendentibus. Auctor ejus fuit Episcopus. Quid autem mirum, sacrum antistitem, cui de hoc instituto verba facienda erant, ad sacra, quam ad fabulam, adludere maluisse? Etiam sacello exornando convenientior sacræ, quam fabulosę, historię imago. Cocta tamen hæc esse omnia, & comparationem claudicare, vel id satis evincit, quod vellus illud, Ordinis insigne, *aureum* effingitur, quale vellus Gedeonis fuisse nullibi traditur.

(ii) Hujus sententiæ primum adsertorem invenio Andream Favinum *in histor. Navar. l.* 10. *f.* 557 quam plures deinceps amplexi sunt, quum legerent, Burgundiæ duces eo tempore ex lana Flandrica & Anglicana, quæ tum Belgis cruda vendebatur, maximos reditus habuisse. Ita enim Philippus Cominæus *l.* 3. *c.* 6. *Les gros marchands de Londres, dont plusieurs en y avois à Calais, y avoint l' estappe de leurs laines, & est chose presque incroyable pour combien d' argent il y en vient deux fois l' an, & sont là attendants, que les marchans viennent, & leur principale decharge est en Flandres & en Hollande.* Ut igitur *lanam*, ex qua tanti reditus haud immerito *auream* dixeris; ita nescio, an satis ex majestate, ab hoc proventus genere symbolum equestris militiæ arcessere.

(kk) Hanc opinionem, quæ cum priore paria facit, adoptavit Sanjulianus *orig. Burgund. c.* 28. ubi argutatur, non ad Jasonis vellus, sed ad elementa, quibus vocabulum Jason componitur, respiciendum esse, quibus indigitentur menses Julius, Augustus, September, October, November, quæ tempora sint ubertatis terra marique maximæ.

(ll)

XII.

Solet etiam unicuique equitum collegio e cœlitum numero patronus eligi, cui illud penitus consecretur. Nostro placuit D. Andreæ Apostoli tutelare numen, sive quod crucem ejus veteribus Burgundionum regibus cultam crediderit (ll) sive quod eumdem Apostolum in Cholchide, unde symbolum sumsit, atque in Sarmatia Europæa Evangelium de Christo Deo proseminasse audiverit (mm). Torqui adscripta sunt propterea verba: *autre n'aray*, *aliam non habebo*, tesseram videlicet. Quod lepide ad se traxit coniunx Isabella, dum pro tessera usurpavit sceptrum aureum (*un parc d'or*) cum lemmate: *aliam coniugem non habebis*, *donec ego superstes fuero* (nn)

XIII.

Caput (oo) ordinis primum fuit ipse Philippus, qui legem sanxit immutabilem

---

(ll) Credidisse id Burgundos, vel ex Olivario Marcano manifestum, qui *introd. c. 2. p. 25.* de Stephano, Burgundionum rege, a Maria Magdalena e mortuis resuscitato, narrat, *qu'il fit apporter en grande devotion à Marseilles la Croix, ou fut martyrisé le glorieux corps sainct, Monsieur Sainct Andrieu, laquelle est encore à Sainct Victor les Marseilles. Il eut la Croix de Sainct Andrieu en telle devotion, & reverence, qu'il la prit pour enseigne toutes & quantes fois qu'il iroit en guerre ou en bataille, & de là vint, que l'Enseigne des Bourgignons est la Croix Sainct Andrieu. Et c. 3. p. 47. Le Duch Jehan de Bourgogne repris la Croix Sainct Andrieu por enseigne, laquelle les Bourgignons avoient laissée, depuis que par succession la seigneurie vint au roy de France, & porterent la Croix droite, sans que Philippe le Hardy vescut: & reprit son fis la Croix Sainct Andrieu pour enseigne, laquelle dure pour l'enseigne de ceste maison.* Hinc pace Atrebatensi 1435. conventum, *que les sujets de Duc pouvoient porter la Croix Sainct Andrieu en France meme en presence du Roy*, teste eodem *comment. l. 1. c. 3.* Ipse rex Franciæ Ludovicus XI. quum Philippum Bonum sequeretur ad bellum Leodiense, *portoit en son chapeau la Croix Sainct Andrieu en entrant en Liege tout asseurement, & crioit: Vive Bourgogne!* idem *l. 2. c. 2.* Immo; & tesseram militarem vocalem, qua Burgundi olim tamquam bellico clamore usi, fuisse verba *Mon Joye Sainct Andrieu*, demonstrat Jo. Jacob. Chifletius in *lilio franc. c. 11. fol. 82.* quę etiam scuto Burgundico inscripta leguntur *ibid.* Eadem de caussa anniversarius Equitum conventus in diem huic Apostolo sacrum principio indictus erat. *Constit. Ord. art. 21.* Vid. Chifletius filius *c. 14.*

(mm) Vid. Julius Chifletius *pag. 9. 10.*

(nn) Vid. Jo. Jacob. Chifletius *lil. franc. fol. 82. 83.*

(oo) Imperitos rerum equestrium adpellat Chifletius junior *p. 17.* eos, qui hujus Ordinis capita *Magnos Magistros* vocant. Qua de re erroris, & imperitię absolvi non potest Andreas Mendo, qui *disq. 1. quæst. 3.* stilo monachorum adsuetus, nil nisi *magnum Ordinis Magistrum*, *ordinis magisterium* crepat, quum tamen ipse fateatur *n. 93.* hunc ordinem non esse *religiosum*. Sanctio conditoris *constit. art. 1.* ita habet: *dont Nous en nostre tems serons le Chef, & Souverain, & apres nous nos successeurs Ducs de Bourgogne.* Add. *art 65. ibid.*

lem, ut illustris hujus militiç dux, & princeps esset semper, qui eidem in ditionibus Burgundicis Belgicisque successurus esset, sive masculus ille, sive ex fœmina procreatus esset.

XIV.

Sodales autem conditor voluit esse cum natalibus tum moribus integros, & illustres (pp): quorum ipso fundationis die XXIV. elegit (qq), editisque anno sequenti statutis Ordinis non plures XXX. esse voluit, quibus peculiaria vestium genera data, ut iis in conventibus equestribus, & inter anniversarium sacrum uterentur (rr).

XV.

Quemadmodum autem equestre hoc collegium ab Eugenio IV. P. M. confirmatum (ss) & a Basileensi Concilio celebratum (tt); ita brevi tempore tantum

[pp] *Gentilshommes de nom, & d'armes, & sans reproche.* Constit. art. 2. Unde jussit per omnes Belgii Burgundiçque Provincias accuratissimos a fecialibus fieri indices eorum, qui genuina nobilitate pollerent, procerum. Chiffletius *p.* 24. In quo, ut in aliis multis, vestigia ejus secutos videmus recentiorum Ordinum conditores.

(qq) Falluntur, qui principio XXIV., & sequentibus Comitiis XXXI. sodalibus equitum numerum circumscriptum fuisse tradunt. Placuit statim a principio numerus tricenarius, licet ille non statim impleretur, & propterea Conditor ceteros sodales sibi addendos reservavit *art.* 18., *& le surplus pour accomplir le dit nombre de trente Chevaliers de l'Ordre sans le Souverain, reservons estre mis en iceluy Ordre, ou au prochain Chapitre, ou autre subsequent à l'election de nous des freres & compaignons du dit Ordre.* Sic Ludovicus XI. Equites Michaeliticos triginta sex esse voluit, quum tamen die institutionis quindecim tantum crearet.

(rr) *Constit. art.* 25. 26. 27. quæ paullulum immutata *additionum art.* 3. 8. *& als.* a Carolo Audace, Carolo V., & Philippo II., de quibus agit Chiffletius junior *c.* 10.

(ss) In hanc sententiam hæc Georgii Castellani verba profert Chiffletius filius *pag.* 13. *Pour evader des Engles, & de leur Ordre, Philippe mist sus le sien propre, la toison d'or: le fonda en honneur, & en netteté de Chevalerie, & en destruction de villains cas à ceux qui en feroient: le fit dedier, & confirmer par le saint Pere Eugene: le mit & monta jusques ez Royales maisons & jusques ez grands Ducs, & Comtes du sang de France, & mesmes par les Allemagnes.*

[tt] Ita enim Patres Concilii Basileensis in *epist.* ad Philippum, & ceteros aurei velleris sodales, data Basileæ d. 4. Novemb. 1432. *Audemus etiam vos nuncupare non tantum milites mundi, sed & Jesu Christi, pro cujus amore tali confraternitati nomen dedistis sub promissione, & desiderio, fidem christianissimam defendendi, statumque, & libertatem nostrç matris Sanctæ Ecclesiæ. O homines vere Catholicos, & Equestri Ordine dignissimos! o fortissimos pugiles, & Machabæos! o benedictum Ordinem, & sanctam sodalitatem*

tantum splendoris nactum est, ut non solum ad nostram memoriam, quod paucis veterum contigit, propagaretur, sed etiam prae ceteris Ordinibus hoc praecipuum haberet, ut multi Imperatores, ac Reges illo censeri voluerint (uu). Ordinis ministri quatuor sunt instituti: Cancellarius, qui de rebus Ordinis ad praesidem, seu caput refert; Thesaurarius, cui monilium, vestium, instrumentorum, ac librorum custodia incumbit; Scriba seu Graphiarius, cujus partes sunt, literarum, ac diplomatum expeditiones curare; demum Fecialis, seu Rex Armorum, qui Vellus Aureum nuncupatur, & legationes Ordinis caussa obit. Horum officium certis legibus instructum fuit, quae nondum publici juris factae (xx).

XVI.

Alteris Ordinis Comitiis, elapso fere post institutionem anno, Insulis Flandriae celebratis pridie Kalendas Decembr. ipsis feriis D. Andreae sacris 1431. Philippus Bonus statuta Ordinis evulgavit (yy) capitibus, seu articulis LXVI. distincta, & Gallico, seu Burgundico idiomate concepta (zz): quae deinceps in latinum sermonem conversa sunt: quum nonnulli ordinis sodales ut Gallos, ita etiam Gallicam linguam odio habuisse memorentur (a). Excederent

---

sem, qua per omne tempus, laudari debeat !

(uu) Primo ordinis jubilaeo anno 1530. septem jam Imperatores, & undeviginti reges, praeter capita, & supremos ordinis, in his Equitibus numerabantur: quod nulli unquam Ordini contigit. Ex quo honos, & gloria nobilissimae sodalitatis mire aucta est. Singularia, & stupenda sunt, quae Chiffletius junior *p.* 16. memorat, Proceres quosdam ad collatum sibi hujus honoris decus prae gaudio extinctos, immo pari casu triginta trium annorum febrim fugatam fuisse.

(xx) *Constit. Ordin. art.* 19. *En ce present Ordre avons ordonnè, & ordonnons quatre Offitiers, c'est à sçavoir Chancelier, Tresorier, Grefier, & Roy d'Armes qui sera appellè Toison d'or. Lesquels officiers serviront au dit Ordre en la maniere declarèe en ung certain livre, & articles, que leur avons faict bailler par escript pour leur instruction, & enseignement requis à icelui Ordre.*

(yy) Heuterus *l.* 4. *fol.* 107. Franciscus Haraeus *in Philippo Bono fol.* 416. Ludovicus Guicciardinus *descrip. Belg. sub Antuerp p.* 89. 90.

(zz) Eodem idiomate exhibita a Leibnitio *Mantissa Cod. jur. gent. diplom. part.* 2. *fol.* 19. *seqq.* ex quibus patet, non nisi *sexaginta sex* eorum esse capita. Quare erravit Heuterus, *l. c.* qui *nonaginta quatuor* fuisse tradit. Eundem errorem repetiit scriptor novissimus, Honorè de Sainte Marthe *de la Chevalerie ancien., & moder. l.* 1. *diss.* 7. *pag.* 133. *Paris.* 1718. quibus accessere additiones Caroli Audacis, Philippi I., Caroli V., & Philippi II. capitibus *sedecim*, quae habentur *ibid. fol.* 32. *seqq.*

(a) Facetum regnante Philippo II. exemplum Urbinatium Ducis narrat Chiffletius filius *c.* 11. qui, quum oblatum sibi Statutorum codicem gallice scriptum renuit admittere, & latinum praetulit, adjecit, quod in Gallos numquam bene

derent ea hujus opusculi molem, si transcriberem. Id tamen asseverandum, tanta sapientia excogitata atque digesta esse, ut non solum Ludovicus XI. Francorum rex, quum Michaelis Arcangeli militiæ leges daret; sed etiam ceteri omnes recentiorum Ordinum conditores ea præ oculis habuisse intelligantur.

XVII.

Tertius conventus anno 1432. Brugis Flandrorum; quartus anno 1433. Divione in Burgundia est habitus (b). Quintus an. 1435. Bruxellis; sextus an. 1440. ad fanum D. Audomari; septimus an. 1445. Gandavi [c); octavus an. 1451. Montibus Hannoniæ (d); nonus an. 1456. Hagæ in Batavis (e); decimus an. 1461. ad fanum D. Audomari celebratus, & Philippi Conditoris ultimus

bene affectus fuisset. Fuit is Guidobaldus, Urbinatium Dux penultimus, quem comitiis Gandavensibus ultimis 1559. a Philippo II. equitibus aurei velleris adscriptum fuisse, narrat Nicolaus Burgundus *histor. belg. l. 1. p. 15.*

(b) His Comitiis Divionensibus equitum numerum, qui adhuc XXIV. fuerant, sex aliis auctum, & tricenarium perpetuum factum esse, tradunt Guicciardinus, Mennenius, Cornelius a Marca, & Justinianus, quos diploma fundationis, Insulis die 27. Nov. 1431. scriptum, refellit *art.* 1.

(c) Quibus solemnibus triduo D. Andreæ sacro conventus Gandavensis peractus fuerit, diffuse narrat, qui interfuit, Olivarius Marcanus *Comment. l. 1. c. 14. & 15.* ubi: *l'Eveque de Verdun fit ung sermon, ou fut ramenteve la cause de la fundation d'icelay noble Ordre, & dont l'intention singuliere fut pour le remede & l'aide de l'Eglise, & de la sainte foy Chrestienne.*

(d] Hæc comitia copiose describit Jo. Germanus in cod. MS. p. 81. Sequelas prosequitur Marcanus *comment l. 1. c. 22. Au partir d'icelle feste furent envoyez en ambassade Mr. Jean de Croy & Mr. Jacques de Lalain vers le Roy d'Aragon* (scilicet Alphonsum, qui superioribus comitiis Ordinis sodalis electus fuerat Guicciard. *l. c. p.* 90.) *& a leur retour vers le Roy de France, pour aviser aucun bon moyen pour la defense de la foy Chrestienne. Car l'on ètoit adverty, que le grand Turc se preparoit à grande puissance pour entreprendre contre Constantinople. Le bon Duc Philippes qui toujours avoit à son pouvoir labouré pour la defense de la foy Chrestienne, & toujours vouloit continuer, envoyoiet ses Chevaliers, & Ambassadeurs là, ou il cuidoit profiter d'aide pour cette matiere. Mais touts les autres princes furent si negligès ou par volonté divine, ou par leur meme coupe, que rien ne fut en ce pourvù, dont il advint, que la dite citè fut prise, & destruite.* Accepto de capta Constantinopoli tristi nuntio, Philippus Ordinis sodales extra ordinem Insulas Flandrorum convocavit, ac inter festas epulas voto semet, ac nobilitatis suæ florem solenni obstringit de expeditione sacra. Quæ omnia fusius exponit idem Marcanus *comment. l. 1. c. 28. & 29.*

(e) De comitiis Hagensibus agunt Heuterus *l. 4. fol.* 142. Guicciardinus *l. c. pag.* 91. quibus conditus est *Additionum articulus I.*

(f)

ultimus (f). Nam ille an. 1467. die 15. Junii Brugis Flandrorum in ipsis, ubi Ordo aurei velleris inchoatus erat, ędibus, supremum diem obiit. Cadaver quidem Divionem, Burgundici Ducatus primariam urbem, delatum; cor autem ex jussu morientis Hierosolymam missum, adiecta magna auri copia, quo sacræ militiæ votum, quod vivens adimplere non poterat, moriens redimeret (g).

XVIII.

Caput Ordinis secundum ex Conditoris æterno decreto fuit filius unicus, Carolus Bellator, qui an. 1468. in Urbe Brugarum conventum undecimum (h); & an. 1473. Valentinianis duodecimum celebravit [i), crudeli fato extinctus d. 5. Jan. 1477. relicta Maria filia unica (k).

XIX.

Quem quum Maximilianus I. Austriacus in Matrimonium duceret, decreto conditoris Ordinis caput factus est, Ordinemque fecit Austriacum (l). Nam licet Francorum rex, Ludovicus XI. ab obitu Caroli Audacis Burgundiæ ducatum Marię ac Maximiliano præriperet, ac qua Burgundiæ possessor Ordinis Burgundici principatum affectaret (m); prævenit tamen Maximilianus, & anno. 1478.

[f) Quo Joannes, Aragoniæ Rex, & Adolphus Gelriæ Dux Ordinis sodales electi. Guicciardinus *l. c.*

[g] Julius Chiffletius in *breviar. histor. c.* 1. *pag.* 4.

(h) His comitiis Eduardus, Angliæ Rex, aurei velleris insigne accepit, quemadmodum ipse Carolus periscelide Anglicana exornari voluit; unde Philippus Cominæus hos principes vocant *freres d'ordre l.* 1. *c.* 5. *ex l.* 2. *c.* 8. *l.* 3. *c.* 6. In his conditor *Additionum art.* 2. quo conventuum tempus ad capitia arbitrium reiicitur.

(i) Hoc conventu Ferdinandus Aragoniæ, & Ferdinandus utriusque Siciliæ reges sodalium numero adscripti, & Equitum vestis lanea in holosericum mutata, teste Marcano *introd. c.* 4. *&* *comment. l.* 2. *c.* 5. quod sancitum *addit. art.* 3. Fuit etiam adversus Adolphum Gelrium, qui ante diem patrios inquisivit in annos, sententia lata; quod diffuso stilo prosequitur Heuterus *l.* 5. *fol.* 171.

(k) Philippus Cominæus *l.* 5. *c.* 8.

(l) Ita enim sancitum legimus *Constitut. Ord. art.* 65. *Si du trespas du Souverain fille soit heritiere non mariée, voulons, & ordonnons, que soit eslu ung des freres de l'ordre pour conduire les faicts de l'ordre, jusques que la fille heritiere soit mariée à Chevalier en aige d'emprendre, & conduire la charge, & le faict du Souvrain de l'ordre &c.*

[m) *L'Archiduc se tint en sa ville de Bruges, & là furent mandez ceux, qui estoient demourès de Chevaliers de la toison d'or, qui n'etoient point grand nombre. Car l'Archiduc fut conseillè de relever la dite Ordre, vaquant par la mort du Duc Charles, & estoit commune renomèe, que le Roy Louys vouloit relever la dite Ordre, come Duc de Bourgogne, & vouloit dire, que par les ducs de Bourgogne ètoit celle ordre fondèe, & luy sembloit, qu'il se forcèferoit*

1478. Brugis Flandrorum conventum decimum tertium (n), & 1481. Boscoduci decimum quartum habuit. (o).

XX.

Vivente adhuc patre Philippus filius, cui Belgii Burgundiæque hæreditas debebatur, eodem nomine Ordinis recturam suscepit, annoque 1491. ipso pentecostali sacro Mechliniæ decimum quintum (p); anno 1501. IV. Kal. Febr. Bruxellæ decimum sextum (q); anno 1505. Middelburgi in Zelandia decimum septimum conventum habet [r).

XXI.

Carolus, qui patri successit in Regnis Hispaniæ, novi orbis, & utriusque Siciliæ, in principatu inferioris Germaniæ, & in Burgundia, quintus Ordinis Princeps, die 27. Octob. 1516. Bruxellæ decimum octavum (s); Barcinone 1519.

---

pour relever icelle ordre, & que sa conquelle de Bourgogne en vaudroit mieux mais l'Achiduc anticipa. Marcanus *comment. l.* 2. *c.* 9. 15., *& introd. c.* 4.

(n) Quibus solemnibus Maximilianus fit Ordinis caput inauguratus, referunt Marcanus, qui ea solemnia curavit *l.* 10. Guicciardinus *l. c. pag.* 91. Heuterus *rer. Austriac. l.* 1. *fol.* 56. Haræus *in Maximil. fol.* 452. Gerhardus a Roo *hist. Austr. l.* 9. *pag.* 378., qui etiam memorat, Ludovicum XI e regno suo neminem equitum ad hæc comitia proficisci passum esse.

(o) His Comitiis Maximiliani filius Philippus eques creatur, quem ritum, in quo trimuli pueri ardor emicuit, ex Heutero *rer. Austr. l. fol.* 63. & Haræo *fol.* 457. fuse describit Fuggerus *specul. hon. Austr. l.* 5. *c.* 19. *fol.* 908. Paullo post Henricus VII. Angliæ rex Maximiliano offert periscelidem, & sibi aurei velleris insigne expetit, teste Heutero *rer. Austr. l.* 1. *fol.* 106.

(p) Heuterus *rer. Austr. l.* 4. *fol.* 108. His comitiis avus Fridericus Imperator & Anglorum Rex Henricus VII. inter ordinis sodales cooptantur. Guicciardinus *l. c. p.* 91.

(q) Haræus in *Philip. I. fol.* 504. Heuterus *rer. Austr. l.* 6. *fol.* 136. Ubi inscriptio tabulæ, Philippi memoriæ dedicatæ, qua *nobilissimus ordinis aurei velleris dominus, ac princeps vocatur*. His comitiis insignia equitum nationis Francicæ, qui adhuc supremo ordinis principi obsequium detrectaverant, instaurata, & statutis additi articuli 4. 5. 6., & Carolus filius equestri torque ornatus.

(r) Guicciardinus *pag.* 92. Fuggerus *l. c. c.* 7. *fol.* 1165.

(s) Heuterus *rer. Austr. l.* 7. *fol.* 174. *Princeps Carolus, ut Burgundiæ Dux, primum sua auctoritate Bruxellæ Brabantiæ equitum aurei velleris numerum supplet*. In his erant Franciscus I. Franciæ rex; Emanuel Rex Portugalliæ; Ferdinandus frater, Archidux Austriæ; Joannes Marchio Brandenburgicus. Guicciardinus *pag.* 93. His Comitiis, quibus præfuit omnium potentissimus, cujus vastum Imperium plures Proceres obiecit hac equestri dignitate condecorandos, de novo Ordinis incremento cogitatum fuit. Sed quia conditor *constit. art.* 1., *& ult.* id prohibuerat; Pontificis Leonis X. venia accedente, Carolus XX. novos equites ceteris adiecit, constituitque, ut eorum in posterum essent L. *Addit. art.* 7. Immo, & alia quædam innovavit *art.* 8. 9. 10.

(t)

1519. decimum nonum (t); Tornaci 1531. vicesimum (u); Ultrajecti 1547. vicesimum primum conventum agitavit (x), & d. 25. Octobr. 1555. una cum Belgio supremum hujus Ordinis principatum filio commendavit [y).

XXII.

Philippus igitur II. cui parens Hispaniam, Indiam, utramque Siciliam, Belgiumque, & Burgundiam attribuerat, XII. Kal. Febr. 1556. Antuerpiæ vicesimum secundum (z), & Gandavi an. 1559. vicesimum tertium conventum habuit (aa]. Post ultima illa comitia, quum Philippus in Hispaniam se reciperet, atque solemnes illi conventus, extra quos nemo in sodalem Ordinis eligi poterat, cum ob paucitatem equitum, tum ob alias caussas cogi non amplius possent; a Gregorio XIII. P. M. singulari rescripto an. 1577. facultatem impetravit, vacantia tum forte demortuorum commilitonum loca novis electionibus extra comitia restituendi. Et ea deinceps eligendi ratio obtinuit, ut rex hac dignitate ornaret, quos vellet, auro vellere per procuratores, & illustrem aliquem virum absentibus transmisso (bb). Tanto autem in honore aureum vellus habuit Philippus, ut ejus Ordinem non solum ceteris Hispaniarum Ordinibus sane nobilissimis præferret, torqueque isto insignitum in comitiis Jacobææ militiæ 1587. collo appensum gestaret; sed etiam, cessa filiæ Isa-

---

(t) His comitiis allecti Christianus II. Danorum, & Sigismundus Poloniarum reges. Guicciardinus *pag.* 93.

(u) Tornaci Joannes rex Portugalliæ; Jacobus Scotiæ rex; Philippus filius; Renatus Cabilonensis, Arausionis princeps, albo equitum inserti, & Constitutionibus adiecti articuli 11. 12. 13.

(x) Ludovicus ab Avila *de bell. German. l.* 1. *pag.* 4. Heuterus *rer. Austr. l.* 12. Guicciardinus *pag.* 94.

(y) Carolus V. regna omnia abdicaturus, *adveniente die, primum facto mane sacro supremam familiæ Burgundicæ auctoritatem, quæ in ordinis aurei velleris principatu consistit, in filium transfert.* Heuterus *rer. Austr. l.* 14. *fol.* 336. Haræus *in Philipp. II. fol.* 681. Famianus Strada *l.* 1. *pag.* 9. Thuanus *l.* 16. dicendo: *Accipe, fili mi, quem e collo meo detraho, tibi præcipuum aurei velleris torquem, quem Philippus Dux Burgundiæ, cognomine Bonus, atavus noster, monimentum fidei sacræ Romanæ Ecclesiæ esse voluit, & hujusce institutionis ac legum ejus fac semper memineris.*

(z) Haræus *in Phil. II. fol.* 685. Heuterus *l.* 14. *fol.* 341. His comitiis facti sunt Additionum *art.* 14. 15. 16. Carolusque filius, & Ferdinandus Archidux equites allecti.

(aa) Haræus *fol.* 705., Guicciardinus *pag.* 95. Strada *l.* 1. *p.* 55. Thuanus *l.* 23. Ultimis hisce comitiis Franciscus II. rex Galliarum; Dux Montmorencius; Octavius Dux Parmensis Ordini adscripti, & Additionum articulus 17., & sequentes adiecti.

(bb) Julius Chifletius *c.* 6. *pag.* 19. Guicciardinus *pag.* 95.

Isabellæ Burgundia, ac Belgio, hoc sibi decus reservaret (cc].

XXIII.

Philippus III. quum haud major comitiorum cogendorum spes adfulgeret, non, uti parens, pluries petitis a Sede apostolica rescriptis uti voluit; sed unum dumtaxat, quod ceterorum instar esset, & quo vita durante uti posset, a Paulo V. Pontifice est consecutus anno 1606. (dd).

XXIV.

Philippus IV., & Carolus II. eodem instituto usi leguntur. Et prior quidem anno 1631. veteres ritus in sacello Bruxellensi in anniversariis D. Andreæ sacris ex parte revocari jussit [ee]; in posteriori autem duces Ordinis lineæ Carolinæ in Hispania desierunt.

XXV.

Ceterum quemadmodum olim in comitiis cujuslibet commilitonis sedili in templo proprium scutum militare, galea, & laciniis ornatum, memoriæ caussa affigi atque relinqui mos tulerat; ita, ex quo desierunt comitia, Procerum qui in ordinem admittuntur, insignia, eo plane modo, quo depicta olim erant in templis, in codicem singularem, quem Librum Regis vocant, referri cœperunt, suo cuique loco, gradu, ac honore servato (ff).

[cc] Grotius *annal. belg. l. 7. p. m.* 459. 460.
(dd] Julius Chifletius *breviar c. 6. p.* 29.
(ee] Idem *ib. p.* 28., *&* 39., *& in aula sacr. Braxell. pag.* 95. 111. 112.
(ff) Idem *breviar. p.* 22. Augustinus Erath 135. 136.

DIS-

DISCURSUS CCXXXIV.

VELLERIS AUREI

SECT. III.

ARGUMENTUM

Exponitur Genealogia Ducum Burgundiæ: donatio Ducatus facta à Joanne Rege Philippo ejus Filio, qui ex Successione Uxoris Mariæ acquisivit Flandriam, Artesiam, Mechliniam, Antuerpiam, Nivernum, Regisserum Burgundiæ Ducatum. Eadem Maria nupsit Maximiliano Duci Austriæ: dicti Maximiliani Genealogia refertur.

SUMMARIUM

1. *Ducatus Burgundiæ describitur. Exponitur Fundator Ordinis, & Genealogia Ducum*, & n. 2.
3. *Donatio ampla facta à Joanne Francorum Rege Philippo Audaci ejus filio.*
Dictus Philippus Audax ex Successione Uxoris anno 1369 acquisivit Flandriam, Artesiam, Mechliniam, Antuerpiam, Nivernum, Regisserum Burgundiæ Ducatum.
4. *Philippus obiit anno 1462.*
5. *Carolus IV. Dux Burgundiæ obiit in Prælio Narcy 1477., qui unicam Filiam nomine Mariam reliquit.*
6. *Dicta Maria Matrimonium inivit cum Maximiliano Archiduce Austriæ filio Federici Quarti Imperatoris, & jure Dotium in ipsum transtulit tot Ditiones supra memoratas.*
7. *Fundator se ipsum, & legitime Successores in Ducatu Burgundiæ declaravit caput supremum, non autem simplicem magnum Magistrum*, & n. 8.
9. *Genealogia d. Maximiliani exponitur.*
10. *Carolus V. Imperator cessit Torquem Ordinis Philippo II. ejus Filio, qui magnam existimationem Ordinis ostendit cum in Comitiis Ordinis comparuit cum sola d. Torquis delatione.*
11. *Linea Austriaca in Hispania duravit usque ad Carolum II. Regem, cui successit Philippus Borbonius ex Regia stirpe Borboniorum*
12. *Qui Philippus nomine Quintus fuit Rex Hispaniarum, quo defuncto successit ejus Filius ex primo Thoro Ferdinandus VI. Rex Hispaniarum feliciссime regnans.*
13. *Ferdinandus Frater dicti Caroli V. Imperatoris constituit lineam Austriacam in Germania, & duravit usque ad Carolum VI. Imperatorem defunctum anno 1740.*, & n. 14.
14. *Maria Teresia Walburga ejusdem Filia, Hungariæ, & Bhoemiæ Regina nupta Francisco Primo Imperatori.*
15. *Huic Uxor remisit Ordinis administrationem.*
16. *Regni Galliarum prætensiones.*
17. *Regni Hispaniarum Jura*, & n. 18. & 19.
20. *Adducuntur protestationes prædictorum.*
21. *Catalogus magnorum Magistrorum apud Justin., & Collectorem Gallum.*

DISCURSUS CCXXXIV.

VELLERIS AUREI

SECT. III.

NUnc prosequimur Discursum nostrum, dicimusque, quod natura Burgundiæ Ducatus ejusque qualitas 1. late ab Historicis exponitur, & distinctim etiam plurima referuntur in Dissertatione sæpius allegati *Joannis Gasparis de Pogrell*, de quo pluries in hoc ipso *Discursu*, ubi etiam videri poterit Genealogica series Burgundiæ Ducum. Cœterum circa eandem liquet, Ordinis Fundatorem fuisse Philippum

lippum III. cognomento Bonum, Ducem Burgundiæ, qui filius erat Joannis Intrepidi ejusdem Burgundiæ Ducis, qui Joannes Intrepidus filius erat Philippi Audacis, & hic quartus filius Joannis Francorum Regis.

2. Porro antedictus Philippus Audax de proprio Genitore adeo meritus extitit, ex causis de quibus loquuntur Historiæ, quas reassumit *d. Dissertatio Joannis Gasparis de Pogrell n. 2., & 3., ac seqq.*, ut eidem Philippo Audaci, Pugnæ, Itineris, Carcerisque, ac omnium Calamitatum Socio, in navatæ operę, ac virtutis præmium, die *6.* Septembris 1363. Burgundiæ Ducatum ad ipsum tamquam propinquiorem devolutum dederit, concesserit, & donaverit amplissime, juxta tenorem Indultorum, quæ habentur

3. in *d. Differt. sub n. 3. in Annot. sub litt. E.* idemque Philippus Audax ex successione Uxoris anno 1369. Flandriam, Artesiam, Mechliniam, Antuerpiam, Nivernum, Registerum Burgundiæ Comitatum, cum Ducatu conjunxit. De gestis gloriosissimi hujus Principis compendiarie scripsit laudatus *Julius Chiflettius in d. Breviario Historico incliti Ordinis Velleris aurei cap.* 1. per totum, & *cap.* 2.

4. Qui Philippus Audax obiit anno 1462. die 15. Junii: *d. Justinianus par. sec. cap. 67. pag. 727.*, ubi tamen posuit diversum mortis annum: *Chiflettius d. cap. 1. §. Tandem.*

5. Prædictus Philippus cognomento Bonus Institutor Ordinis genuit Carolum IV. Burgundiæ Ducem, qui in prælio apud Narcy, anno 1477. occubuit, & ex Elisabeth Caroli Ducis Borboni, reliquit unicam filiam nomine Mariam, quę ægre ferens Ludovicum XI. Franciæ Regem proprium illius Patrimonium occupavisse,

6. Matrimonium cum Maximiliano Archiduce Austriæ, filio Friderici Quarti Imperatoris contraxit, & jure Dotium in ipsum transtulit Burgundiæ Provincias, ac etiam Flandrias, una cum hujus Ordinis Supremo Dominio: *Comes Alphonsus Loschi Commentarii di Roma, e forse degl' Imperatori pag. 261., & 262. juxta impress. Bononiæ Typis Jacobi Monti 1669.*

7. Fundator se ipsum, & successive alios in Ducatu Burgundię legitime successores declaravit, & statuit hujus Ordinis Caput Supremum: *d. Pater Andreas Mendo de Ordinibus Militaribus dict. disq. 1. quæst. 3. n. 93. Franciscus Sansovinus della Origine de Cavalieri lib. 3. pag. 64. d. Collector Gallus d. tom. 4. pag. 36., & 37. d. Herman. ut tom. 2. pag. 199. d. Pater Honoratus à Sancta Maria pag. 134.*, ubi quod - *Ces Ordre est aujourdhui commun a tous les Princes dela Maison d'Austriche descendus de Marie de Bourgogne fille de Charles le Harchiduc de Bourgogne*: *d. Joannes de Pogrell Vindiciæ Austriacæ n. 13.*

8. Notandum vero est, quod idem Fundator Ordinis se Caput, & quidem Supremum Caput se statuit, & nominavit, non autem simpliciter magnum Magistrum, ut regulariter fit in aliis Ordinibus Equestribus Militaribus, quemadmodum scribit laudatus *Abb. Justin. pag. 736.* Unde ipsi Scriptores ut plurimum nuncupant *Sourano, e Capo, Supremo Capo*: *d. Joannes Gaspar de Pogrell d. n. 13.* ibique in Notis sub *Litt. OO.*, ubi redarguendum dicit *d. Patrem Andream Mendo è Societate Jesu* in suo Tractatu de Ordinibus Militaribus *disq. 1. quæst. 3.*, quia, ut ipse dicit: *Stilo Monachorum assuetus, nil nisi magnum Ordinis Magistrum Ordinis Magisterium crepat*,

Ma-

Maximilianus Philippum I. Archiducem genuit. Hicque Carolum, & Ferdinandum. Carolus electus fuit Imperator, sub nomine Caroli V., & lineam Austriacam in Hispaniis constituit, mediante ejus filio Philippo II., cui idem Carolus V. Imperator in abdicatione Monarchiæ Hispanicæ ad favorem ejusdem
9. Philippi II. ejus filii peracta, voluit etiam cedere, & renunciare supremum hujus Ordinis Dominium, unde in Cappella Palatii Bruxellensis die 25. Octobris 1556. ipse Imperator, detracta è proprio collo Ordinis Torque, illam filio Philippo II. non sine lacrimarum effusione tradidit coram Ordinis Proceribus, eidem filio hæc verba subiungens - *Accipe fili mi, quem è collo meo detraho, tibi præcipuum Aurei Velleris Torquem, quem Philippus Dux Burgundiæ, cognomine Bonus, Atavus noster Monimentum Fidei Sacræ Romanæ Ecclesiæ esse voluit, & hujusce Institutionis, ac legum fac semper memineris*: quæ verba leguntur apud *d. Abb. Justinianum pag.* 732., & in Gallicum idioma translata habet *d. Pater Honoratus à Sancta Maria lib.* 2. *dissert.* 7. *artic.* 4. *pag.* 420.

Patet hinc quam magni Ordinem hunc
10. penderet Imperator: patet quoque in magna existimatione fuisse apud illius filium Philippum II. nam hic in Capitulo Generali habito in Civitate Toletana, occasione Generalis Capituli anno 1587. interesse voluit exornatos sola hac Aurei Velleris Tessera, sicut inquit *d. Justinianus pag.* 732.

Austriaca hæc in Hispaniarum Regnis li-
11. nea usque ad Carolum Secundum perduravit, sine Descendentia defunctum, qui Successorem suum in iisdem Regnis Hispaniarum instituit, & designavit Philippum Borbonium Andegavensem Ducem, e Regia Borboniorum Prosapia oriundum, qui Philippus nomine Quintus Hispania-
12. rum Rex acclamatus, salutatus, & inauguratus fuit anno 1700., de quo *Pater Graveson Hist. Eccles. tom.* 9. *in continuatione Tabularum Chronologicarum in §. Series Regum Castellæ.*

Anno 1746. mortuo d. Rege Philippo V., successit filius ejus ei ex primo thoro Ferdinandus VI. Regali Corona redimitus 10. Augusti anno 1746.

Ferdinandus autem Austriacus Caroli V.
13. Imperatoris Frater, & ipse postmodum Imperator, constituit Lineam Austriacam in Germania, & procreavit Maximilianum II. Imperatorem, continuavitque linea Masculina Austriaca in Germania, usque ad Imperatorem Carolum VI. *d. Gravesonus in Tabula septima Chronologica in fine.*

Carolus VI. obiit anno 1740. de men-
14. se Octobris, die vigesima, hora scilicet decima, relicta Maria Teresia Walburga ejus filia, Hungariæ, & Bohemiæ Regina, nupta Francisco Primo Romanorum Imperatori semper Augusto, coronato 4. Octobris 1745. *d. Graveson in Tabula Septima Chronologica: d. Jo. Gaspar de Pogrell in d. Libello Vindiciæ Austriacæ pro Aurei Velleris Ordine.*

Hujusque Ordinis Administrationem Re-
15. gina Imperatrix remittere voluit ejus Marito Francisco I. Romanorum Imperatori semper Augusto, unde successive Tesseram Ordinis contulit Archiduci Austriæ, & Regali Principi Josepho, quando Sacrosanctum Baptismi Sacramentum suscepit, juxta tenorem solemnis protestationis, de qua in calce.

Posita deficientia lineæ masculinæ Du-
16. cum Burgundiæ, cum successive à Ludovico XI. Galliarum Rege, & postmodum Rege Ludovico XIV., Burgundia

gundiæ, variæque Flandriæ Provinciæ fuerint acquisitæ, sive recuperatæ, non defuere afferentes, ad Reges Galliarum spectare etiam magnum Magisterium hujus Ordinis, veluti fundati à Burgundiæ Ducibus, de qua prætensione meminit *d. Abb. Justinianus* loco prææallegato *pag.* 735. ibi, *Caduto Carlo il Bellicoso, o l' Audace Duca di Borgogna, nella famosa Battaglia di Nancy, Lodovico XI. Re di Francia, seguendo la sorte delli dilui Militari progressi, riportò in breve giro la vittoria, e la conquista della Ducea di Borgogna, riunendo alla dilui Corona quella portione di Stato, che unito all' altra gran parte formava il potente Soglio dei Duchi della Borgogna, e come trassero il sangue da Regi della Francia, così Filippo l' Audace figliuolo di Giovanni Re, per le dilui degne azioni aveva meritato staccare quel fiorito Principato dal Trono Francese, al quale si teneva devoluto per la morte di Filippo, ultimo Duca della linea Francese, morto l' anno 1361. Nel progresso dei tempi continuarono le Guerre tra la Francia, e li Austriaci, ne' quali pe'l Matrimonio di Maria di Massimiliano d' Austria, che fu poi Imperatore, erano passati gli Stati delle Fiandre, e della Borgogna; onde dopo varie emergenze molti di quelli ritornarono alla Sovranità Francese. Così negli anni passati fu unita alla Ducea, la Contea della Borgogna, e varie altre Provincie, sotto di Lodovico XIV. Monarca della Francia ora regnante.*

Non resta però quella Corona senza la pretensione del Supremo diritto sopra l' Ordine Equestre del Tosone, come annesso alla Ducea di Borgogna, e inseparabile dai Duchi Successori in quella, giusto alle prescrizioni fatte negli Statuti al primo Capitolo, da Filippo Fondatore dell' Ordine stesso. Ma perche non è oggetto della presente Storia entrare nelle ragioni de' Principi, resterà solamente accennato il punto, rimettendosi a ciò, chè in più Capitulazioni di Pace, che sono corse fra le due Corone di Francia, e Spagna, sopra di ciò sarà stato stabilito.

Hinc, sive vigore peculiaris concordati, ut invit *Justinianus* mox allegatus, sive attenta qualitate, ac natura Investituræ concessę Philippo Audaci, ex rationibus animadversis in *Dissert. Joannis de Pogrellis*, hic pluries allegata, clarum est magnum Ma-
17. gisterium hujus Ordinis perdurasse in linea Austriaca in Hispaniis. Stante deficientia lineæ Austriacæ in Hispaniis, ex parte Imperatoris Caroli VI. Austriaci excitata fuit prætensio super Jure magni Magisterii ejusdem Equestris Ordinis, quemadmodum post obitum Caroli VI. continvatur prætensio, ad instantiam prælaudatę Mariæ Theresiæ Reginæ Hungariæ, & Bohemiæ, ejusdem Caroli VI. Imperatoris filiæ, ac Uxoris Francisci I. Imperatoris Romanorum semper Augusti: unde in Articulis Præliminaribus, & in tractatu Difinitivo Pacis Generalis firmatæ in Civitate Aquisgranæ, legitur in *Articulo XIII. Sua Maestà Cristianissima, il Sovrano Brittanico, ed i Signori Stati Generali delle Provincie unite, procureranno di far decidere amichevolmente in Congresso la vertenza circa la Carica di Gran Maestro dell' Ordine del Toson d' oro.*

Quę Capitula Præliminaria in dicta Civitate Aquisgrana 30. Aprilis 1748. subscripta fuerunt à Plenipotentiariis Regis Christianissimi, Brittanici, & Statuum Generalium Provinciarum unitarum.

Fuerunt

Fuerunt postmodum in medium productæ nonnullæ Protestationes in Civitate Aquisgrani ex parte Regis Catholici, & respective Responsiones ex parte Imperatoris uti Mariti Reginæ Hungariæ: harum tenorem in calce Discursus referemus.

Præterea de pertinentia hujus Ordinis,
28. tum ad Hispaniarum Regem, tum ad Reginam Imperatricem filiam & hæredem Imperatoris Caroli Sexti Austriaci, sic scriptum reliquerunt præallegati *Pater Honoratus à Sancta Maria Carmelita Excalceatus in suo Volumine - Dissertations Historiques, & Critiques sur la Chevalerie Ancienne, & Moderne lib. 1. dissert. 7. art. 2. pag. 134. juxta impress. Parisiis Typis Petri Francisci Giffart 1718. Cet Ordre est aujourdhui commun a tous les Princes dela Maison d' Austriche descendus de Marie de Bourgogne, fille de Charles le Ardy Duc de Bourgogne.*

Dominus Hermant in suo Libro, cui titulus - *Histoire des Religions, ou Ordres Militaires de l' Eglise, & des Ordres de Chevalerie Tome seconde juxta impressionem Rothomagen. Typis Joannis Baptistæ Besogne 1736. Chapitre XXXV. Histoire de l' Ordre de la Toison d' Or pag. 301. - Cet Ordre est en une singuliere estime dans la Maison d' Austriche, & dans la Rojale branche de Bourbon, qui regne maintenant en Espagne, suivant la disposition testamentaire du feu Roy Charles II., & par le droit legitime qu'elle avoit à cette Couronne.*

In publicis etiam Principum Congressi-
29. bus, & utraque parte, Imperatricis scilicet, & Hispaniarum Regis pro hoc Ordinis Aurei Velleris magno Magisterio emissæ, & exhibitæ fuerunt solemnes Protestationes, quæ etiam per Orbem circumferuntur in Menstrualibus illis Voluminibus nuncupatis *Mercurio*, ac in Folio Ephemeris Hebdomadicæ, vulgo *Gazzette, Fogli di Novelle*: Nosque hic registramus.

Ex hactenus recensitis patens redditur, quid prætendere possit Galliarum Regnum in hoc Magisterio Ordinis; quod Hispaniarum Regna Jus foveant; & demum quæ jura militent pro Austriaca Domo, ac Herede Imperatrice Regina, quæ Administrationem consistit ejus Marito Francisco I. Romanorum Imperatori semper Augusto, qui una cum Hispaniarum Rege respective hanc Tesseram constantissime contulerunt.

Omnesque solemnem protestationem de-
30. eorum Juribus emiserunt in Aquisgranensi Congressu de mense Januarii 1749. quæ in foliis Hebdomadariis Pisauri impressis leguntur die 21. Januarii 1749., & Nos integre referemus prout sequitur.

„ Li Ministri plenipotenziarj dell' Imperatrice Regina, e della Corona di Spagna, avendo rimessa ai ministri plenipotenziarj una protesta circa la gran maestria del toson d' oro, quello di Vienna à data fuori ultimamente una spiegazione concernente questa gran maestria.

„ Egli è certissimo, che questo magnifico, e rinomato Ordine tira la sua origine dalla Borgogna, poichè Filippo Duca di Borgogna, cognominato il buono, lo fondò a Brugges in Fiandra ai 10. Gennajo 1430. il giorno delle sue nozze con Isabella principessa di Portogallo. Quando si tenne a Lilla ai 30. di Novembre dell' anno 1431. il secondo capitolo di quest' ordine, gli statuti, ch' erano in vecchio idioma de' Galli, furonvi pubblicati, e il fondatore vi si nominò capo, e sovrano di quest' ordine, e volle, che giusta il I. articolo i duchi

„ duchi di Borgogna, ficcome anche „ i loro fucceffori portaffero, ed e„ fercitaffero quefta dignità. Il „ LXIII. articolo contiene il regola„ mento maravigliofo, che, cafochè „ il capo foffe ancora minore, fi e„ leggeffe uno de' Cavalieri, che fareb„ be la funzione di Gran Maeftro, „ finattantochè egli foffe pervenuto „ all'età di majorità; e cafochè una „ figlia foffe erede, fi farebbe l'iftef„ fo, finchè ella fi trovaffe in iftato „ di fpofare un Cavaliere, il quale „ diventerebbe il capo di queft' Or„ dine, e ne amminiftrerebbe le fun„ zioni. Quefto medefimo cafo ac„ cadde ben prefto per la morte fu„ nefta di Carlo l'ardito, e la figlia „ ch' egli lafciò dopo la fua morte, „ e la quale chiamavafi Maria di Bor„ gogna, fu erede de' fuoi ducati, „ contee, e baronìe. Si prefentaro„ no nello fteffo tempo più partiti, „ che cercavano di aquiftare quefta „ ricca fpofa, ma fra tutti quefti „ non vi fu, che l'Imperatore Maf„ fimiliano I. in quel tempo Arcidu„ ca, che ottenne quefta gemma „ preziofa, come anche la fouranità „ dell'Ordine de' Cavalieri del tofon „ d'oro. Le cofe però non fi ri„ ftettero fu quefto piede; il Re di „ Francia Luigi XI. credeva certa„ mente di ottenere quella ricca „ Principeffa pel fuo Delfino, ma „ non vi riufcì per difetto d'Olivier „ il Daim. Nientedimeno egli volle „ approfittarfene, e fu dichiarata la „ guerra fotto varj pretefti fra Maf„ fimiliano, e la Francia. Quefta „ guerra, che ceffò fra Luigi XI., „ e Maffimiliano, fu riaccefa da Car„ lo VIII., e finì finalmente per un „ trattato di pace conclufo a Seulis l' „ anno 1439., in cui Maffimiliano „ fu obbligato di abbandonare il du„ cato di Borgogna con parecchi al„ tri ftati. Egli ottenne tuttavia „ per lui, e per fuo figliuolo, il „ quale fu pofcia eletto Re di Cafti„ glia, la maggior parte della Bor„ gogna, la fouranità del Tofon d' „ Oro, e il diritto, e titolo di que„ fto ducato per lui, e per tutti li „ fuoi difcendenti.

„ La Francia non fi è giammai appropria„ to queft' ordine, e Francefco I. ri„ cevette quefto fegno d'onore dal „ principe Carlo di Spagna, che fu „ poi eletto Imperadore fotto il no„ me di Carlo V, poffeffore della „ Borgogna. Quando fi tenne il „ Capitolo a Bruffelles il dì del fuo „ ftabilimento gli fù domandato, s' „ egli n' eccettuava alcuni articoli, „ ed effo rifpofe, ch' era pronto ad „ offervarli fenza veruna difficoltà; e „ gli altri mediante la brama, ch' e„ gli aveva di rimoftrare nel modo „ più obbligante la fua ftima a Sua „ Maeftà Cattolica, capo, e foura„ no di queft' ordine, e a fuo figliuo„ lo Carlo. Finchè gli eredi della „ cafa d'Auftria della linea Carolina „ poffedettero la monarchia della „ Spagna, non fi è fatta mai veruna „ mutazione. Allorche il Re Filip„ po II. di Spagna cedè nel 1598. i „ Paefi Baffi alla fua figlia Chiara „ Ifabella Eugenia, e al fuo Confor„ te l'Arciduca Alberto, riferbò, „ che effi non fi approprierebbero l' „ ordine del tofon d'oro, ma che „ ne lafcerebbero la fouranità, e l' „ amminiftrazione ai Re di Spagna. „ Egli è nondimeno accaduto, che „ codefti paefi, da cui le Provincie „ Unite fi fono feparate, fono rimafti „ alla Spagna; quindi à dato a co„ nofcere chiaramente, che faceva „ d'uopo riguardare la fouranità di „ quefto grand' ordine, come una di„

dipen-

,, pendenza dei Paesi Bassi, e della
,, Borgogna, e così era necessarissimo,
,, ch'egli se lo riserbasse prima del-
,, la sua morte.
,, Avendo principiato la differenza in-
,, torno alla successione di Spagna, e
,, della Borgogna, Carlo VI., e il
,, Re Filippo, i quali procuravano
,, di ottenerli, si appropriarono l'
,, uno, e l'altro la gran maestrìa
,, dell' ordine del toson d'oro. L'
,, Imperadore tanto come Re di
,, Spagna, quanto come Imperadore
,, de' Romani lo à sempre distribuito
,, non solo a' principali ministri di
,, sua corte, ma eziandio a parec-
,, chi principi, e altri signori. Egli
,, celebrò i capitoli di quest' ordine
,, con gran solennità, e ne trasmise
,, i diritti a tutti i suoi discendenti,
,, e benchè sia stato costretto per be-
,, ne del pubblico riposo di rinun-
,, ziare in favore della Corona di Spa
,, gna nella pace conclusa in Vienna l'
,, anno 1725. egli à però conservati
,, i Paesi Bassi, da dove il suddetto
,, ordine tiene la sua origine.
,, Il possesso di questi paesi, essendo
,, pervenuto al suo erede, che gli è
,, succeduto, cioè all' Imperatrice
,, Regina d'Ungheria, e di Boemia,
,, ella à avuta ragione, e diritto di
,, rimettere l' amministrazione dell'
,, ordine del toson d'oro al suo con-
,, sorte Francesco I., Imperadore de'
,, Romani, gloriosamente regnante,
,, in virtù degli statuti, e degli arti-
,, coli summentovati; ed egli à su-
,, bito esercitati questi diritti, dopo
,, la morte di Carlo VI di gloriosa
,, memoria, facendo rivestire di quest'
,, ordine l' Arciduca, e il principe
,, reale Giuseppe, quando fu battez
,, zato, aggregandolo al numero de'
,, Cavalieri.

De coetero Catalogus magnorum Magi-
21. strorum usque ad eorum tempus ha-
betur penes *Abb. Justinianum, & Col-
lectorem Gallum* tenoris sequentis.

I. 1430. Philippus Cognomento Bonus, primus magnus Magister, qui statuit ut omnes ejus successores Burgundiæ Duces Ordinem regerent, cum Titulo supremi Capitis ejusdem Ordinis, non autem cum simplici Titulo magni Magistri, ut fit in aliis Ordinibus: rexit Ordinem annis 37.

II 1468. Carolus dictus *Audax, seu Bellicosus*, natus ex Isabella Portugalliæ, obiit occisus 1477. relinquens Isabellam filiam Caroli Ducis Burgundiæ: rexit annis 10.

III. 1477. Maria, quæ ægre ferens sibi à Ludovico XI. Rege Galliarum eripi proprium Patrimonium, Matrimonium inivit anno 1477. de mense Augusti cum Maximiliano Archiduce Austriæ filio Federici IV. Imperatoris, secum in Dote ferens una cum Burgundia, Flandrias, ac ut dicitur, hujus la Souranità: obiit hæc Principissa anno 1481., aut 1482., sive 1483.
Obiit 23. Martii relicto Conjuge, qui coronatus Rex Romanorum in Civitate Aquisgrani 1486., atque Imperator 1493. mortuus est anno 1519. Rexit (relicto ex eadem Uxore) 42.

IV. Philippus I. *il Bello*, ut dicitur, Rex Castellæ Quartus nomine in Burgundiæ Ducatu: rexit hic Ordinem, una cum Patre ex Joanna Castellæ habuit in Burgen. Civitate defecit anno 1506.

V. 1520. Carolus V. hujus nominis inter Imperatores I. inter Reges Hispaniarum, & inter Burgundiæ Duces II. successit in Regimine Ordinis Genitori suo, atque Avo: rexit annis 36.

VI. 1556. Philippus II. inter Hispaniarum Reges, & inter Burgundiæ Duces il V. successit in Dominio Ordinis, vigore renunciationis, & rexit Ordinem (relicta Uxore Isabella Franciæ) annis 42.

VII. 1598. Philippus III. inter Reges Hispaniarum, & Duces Burgundię VI. successit Genitori in Dominio Ordinis, & rexit annis 23.

VIII. 1621. Philippus IV. inter Hispaniarum Reges VII. inter Duces Burgundię, rexit annis 46. reliquit ex Ann. Maria Austriaca Carolum

IX. 1667. Carolus II. inter Hispaniarum Reges III. inter Burgundiæ Duces, Caput supremum Ordinis.

In dicto Carolo Secundo sistit descriptionem suam de magnis Magistris *d. Abbas Justinianus Historie Cronologi che della origine degl' Ordini di tutte le Religioni Cavalleresche parte seconda cap. 67. pag. 736. juxta impressionem Venetam Typis Combi, & la Noù 1692.*

Dictaque Genealogia magnorum Magistrorum concordat cum illa, quam refert *Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires &c. sub §. 79. De Equitibus Aurei Velleris à pag. 51. cum seqq. impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*

Claudamus modo Discursum cum magnorum Magistrorum Nomenclatura. Non unus solum, ut in cœteris Discursibus patet, sed plures sunt, qui ad hoc munus aspirant; agitur quippe de Magisterio amplissimi Ordinis, quem anno 1430. fundavit inclitus Philippus Burgundiæ Dux cognomento Bonus, ac Joannis Galliarum Regis celeberrimus filius, cui idem Rex Genitor dono dedit vastum illum Burgundiæ Ducatum, ut videri potest apud *Chiffletium in d. suo Breviario Historico, & Gasparem de Progell.*

Ducis hujus Patrimonium notabiliter auctum pluribus est Ditionibus à Matre provenientibus aliisque. Atque ita Ordinis hujus undequaque conspicui Magisterium longe lateque diffunditur.

Galliarum Regum jura ad hoc Magisterium enumerat *d. Abbas Justinianus pag. 735.*, ubi late ratiocinatur, cui ratiocinio tamen valide respondit *Joannes Gaspar de Progell.* in allegato Opusculo *Vindiciæ Austriacæ Sect. 1. De jure Domus Austriacæ in Aurei Velleris Ordinem, ejusque Principatum à pag. 17. cum seqq.*

DISCURSUS CCXXXV.

VIGILANTIÆ

ARGUMENTUM

Exponuntur motiva, quæ habuit Fundator in Fundatione hujus Ordinis, scilicet zelus respectu Sacræ Cæsareæ Majestatis Romanorum Imperatoris, ac solicitudo in servanda augendaque fidelitate erga eundem.

Exponitur Numerus Equitum, qui debet esse viginti quatuor ex Nobili Genere, juxta Nobilitatem, quæ requiritur in Receptione *Ordinis Teutonici.*

SUMMARIUM

Continet idem, ac Argumentum.

Ernestus Augustus Saxoniæ Dux Weimariensis &c. &c. de horum Wei-

Weimariensium Principum Genealogia agit Volumen sub titulo - *Duchi. di Sassonia pag.* 318. *tom.* 1. *impress. Venetiis Typis Sebastiani Coleti, & Joannis Malachin anno* 1720. quem sub *pag.* 332. subdit esse Etherodoxum, ac Sectę Martini Lutheri; cum de Cęsarea Dignitate Imperatoris Romanorum esset solicitus, & summopere exoptans, erga Imperatoriam Majestatem constantem Fidelitatem servari, ac reverentiam excitari, & augeri, novum Equitum Ordinem instituit, & eidem Cæsareæ Majestati dicavit sub titulo *Vigilantia*.

Hujus autem Institutionis præcisum tempus hactenus ignoramus, dum in traditis nobis Documentis, ex Amanuensium incuria Annus Institutionis omissus fuit.

Tessera hujus Ordinis est Stella octidua coloris viridis, cujus à parte superiori conspicitur Falco auro confectus, albo colore circa pectus obumbratus, cujus ungues auro quantum fieri poterit, superbi.

Falco quatuor Adamantibus erit exornatus. Alter nempe Caput, alter pectus, alteri duas alas exornabunt.

In Stellę medio legetur Fundatoris nomen inversis sibi invicem majusculis E., & A. quippe quæ significant *Ernestus Augustus*.

Ponitur supra hæc majuscola Albus, & Ruber Pileus Principibus solitus, infra vero aurati duo, & nudati Gladii.

Ordo ex collo pendens rubiæ auro in medio paululum exornatæ affixus ligulæ gestabitur, & infra Stellam octiduam legetur Ordinis titulus, nempe *L' Ordre de la Vigilance, & vigilando ascendimus*. Causa, & ratio, cur Falco in Tesseram sit electus, ea fuit, & Fundatoris intentio, quod ad Imperialem Aquilam dirigatur: sicut enim Falconis est consuetudo Aquilarum Amicitiam colere, & venerari, sic Fundatoris hoc desiderium est ac cupiditas, sacram Cæsaream Majestatem omnibus in rebus iuvandi, eique sua, omniumque Equitum huic Congregationi inscriptorum servitia consecrandi, ac offerendi. Falconis vero albedo sinceritatis est argumentum, qualem sinceritatem Ordinis membra erga Fundatorem æque, ac sese invicem exhibere conabuntur. Quantum ad ordinis nomen attinet, ac symbolum, hinc est decerptum, quod falco non tantum suæ vitæ causa sit quam attentissimus, sed quia qualemcumque Christianum quam maxime convenit esse quam vigilantissimum, ne vel animæ, vel honoris sui, vel vitæ inhonesto quodam modo patiatur naufragium. Principales Ordinis Regulę erunt sequentes. *Prima*, ut quisquis Ordinis Eques rerum omnium Creatorem speciali pietate, ac virtutum exercitiis venerari studeat. *Secunda*, quantumcumque per ipsum fieri potuerit, scelera evitet, virtutem vero amplectatur. *Tertia*, ut omnes Equites prompti sint, ac parati ad amplificandam, quantum per ipsos licet, Sacræ Cęsareæ Majestatis, Imperiique gloriam; postulantibusque rerum circumstantiis, Sanguinem vitamque ad ultimam usque sanguinis guttulam consecrandum. *Quarta*, ut associata quæque huic Congregationi membra, in amore, amicitia, ac fidelitate vivant, ac sibimet invicem in necessitatibus adjuvari laborent. Studebunt maximo quo fieri conatu poterit, sublevare omnium Pauperum, Officialium singulariter, & Militum paupertatem. Ordinis membrorum numerus consistit ex viginti quatuor aptis ad hanc Congregationem membris, tum Principibus, tum aliis S. R. Imperii Baronibus, & illustribus

 fun.

fungentibus officiis, vel Militaribus, vel Civilibus, natisque Nobili genere, ita ut ad Ordinem Teutonicum recipi possint, & ut post mortem etiam Fundatoris hic Equitum Ordo floreat, & Fundatoris Successores, ac Hæredes hujusce Ordinis instituta, prædicto jamdum modo, iisdem cum Regulis, sine ulla, vel minima mutatione colent, eumque aptis ad hunc subiectis conferent. Quod si vero Saxoniæ Vueimariensis Linea (id quod Superi avertant) emoriatur omnino, ac extinguatur, Ducatusque Vueimariensis a nova quadam Domo, aut Principe possideatur, is etiam, atque etiam ef flagitatur, ac deprecatur, ut Ordinem hunc institutum ad virtutis, Sacræque Majestatis gloriæ, & utilitatis propagationem, prædicto jamjam modo prosequatur. Ordinis Festum celebrabitur singulis Annis die natali Sacræ Cæsareæ Majestatis, consumeturque Festum hocce eximiis virtutum exercitationibus, absentibus etiam a fundatore Equitibus. Post obitum alicujus Equitis, mors a suis Successoribus Fundatori significabitur, remittetur que Ordo, ut diu apto sæpius dicto Fundatore conferatur. Et quo vigeat magis magisque hicce Equester Ordo, eligitur a membris Ordinis Cancellarius, & Secretarius, qui omnia Ordinis instituta æque, ac membrorum vitam, moresque notabit. Ordinis Cancellarius Fundatoris Primus erit Minister, si nobili fuerit natus genere, ita ut ad hunc Ordinem recipi valeat. Datum Vueimariæ secunda Augusti.

DISCURSUS CCXXXVI.

VIRGINIS SANCTISSIMÆ SEU STELLÆ SANCTISSIMÆ VIRGINIS

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

HIC repetimus, quod in præcedenti Discursu, hoc eodem Volumine declaravimus, velle Nos in nostro Armamentario recensere non solum veros Ordines, sed etiam illos, qui falsi, in eorum falsa constructione fuere, unde hic registramus præsenti loco Discursum super asserto Ordine Sanctissimæ Virginis de Stella.

Porro series facti ab Impostore tenta sic exponitur à Scribentibus, quos inter *à Patre Joseph Francisco Fontana in Istoria degli Ordini Monastici &c. e Militari, ab ipso, è Gallico idiomate, in nostrum Italicum translata tom. 8. par. sexta cap. 70. pag. 465., & seq. juxta impressionem Lucensem Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1739. Collectore Gallo Histoire des Ordres Militaires &c. sub titulo Ordres Projettez S. 11. pag. 359. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*

Siquidem, cum de anno 1686. circiter Dominus Du Casse tunc temporis Generalis esset, ut dicitur de *Corsari*, Galliarum Regis, & postmodum Navalium Classium ejusdem Regis Galliarum, ad litora Regni *d' Eisginia*, quod Regnum sub Zona Torrida situm est in Africa nella *Costa d' oro*, ut vocant, & ejusdem Regis obtinuisset Audientiam, ibidem quædam inivit Concordata super Negotiationibus

bus reciproce peragendis in praenominatis Regnis, & assignati, & traditi fuerunt hinc inde Obsides: quapropter a Nigris datus fuit obses quidam Nomine Alcaba, quem supposuerunt esse Filium Regis *Eisζinia*, & sub eadem credulitate translatus fuit ad Gallias sub Anno 1686. Ibi Rex Ludovicus XIV. cognomento Magnus, & revera Rex Christianissimus, Catholicam Christianam Religionem summopere zelans, optimis Praeceptoribus in Mysteriis nostrę Sanctae Christianae Religionis, ut instruerent, mandavit, & insuper moribus Viro Principe dignis. Quapropter subinde Sanctum Baptismi Sacramentum per manus Illustrissimi Praesulis suscepit; ipse Rex Ludovicus, nomen suum indulsit.

Praeterea mortem Eisziniae asserti Patris Aniubae, nec non alterius Fratris ejusdem, d. assertus Princeps publice evulgare fategit, ac illius Regni Populos velle ipsum ad Thronum, Regiamque Coronam extollere; & ob id Galliarum Rex Ludovicus XIV. d. praetensum Regem Eisziniae, mediante Navigatione ad Regnum Eisziniae remisit, & ita ad Patriam suam remeans obses Aniaba, qui ut magis deciperet, voluit publice se ipsum suumque Regnum ideale, sub protectione Sanctissimae Virginis subiicere; quapropter anno 1661. Parisiis instituit Ordinem Stellae Sanctissimae Virginis.

In Tesseram hujus chimerici Ordinis statuit auream Stellam sub encausto albo, quae Crux constructa erat ad instar Stellae, in cujus medio Imago Sanctissimę Virginis aderat, quae Stella alligata erat Teniae albę, quatuor digitorum latae.

Verum hujus Impostoris falsa erat pietas. Vix enim ad supradictas Regiones redierat, Aniaba perfidus rediit ad Idolatriam, & abnegata Sanctissima Fide nostra, resumpsit mores Nigrorum, qui semper ignudi incedunt, & albam Teniam, cui alligata erat dic. aurea Stella, super nigram Pellem imposuit. Haec est series praeallegati *Patris Josephi Francisci Fontana allegata pag.* 466., ubi narrat, à quodam Gallo, qui in illis Regionibus obses fuerat, audivisse, quod *d. Aniaba* minime Princeps erat, neque ex Regia Familia, solumque illius Matrem in secundis Nuptiis nupsisse cum quodam consanguineo Regis, quodque idem Rex pacifice suum Regnum possidebat etiam de tempore, quo *Aniaba* redierat.

Praedictas Narrationes in omnibus concorditer referunt memorati duo Scriptores *Collector Gallus tom.* 4.; *& Pater Fontana d. tom.* 8.

DISCURSUS CCXXXVII.

UNIONIS PERFECTAE.

ARGUMENTO

Et Summario caret.

De isto Ordine nil loqui possumus, quoniam de eo solum notitiam simplicis nominis huc usque habemus. Scimus quidem esse Ordinem Masculinum, & Foemineum, ad Reginam Daniae spectantem; legimusque in menstruali illa Ephemeride in Libello - *Mercurio Storico, e Politico, il quale contiene lo stato presente dell' Europa &c. Tomo* 436. *per il mese di Aprile* 1754. *in Venezia* 1754. *per Luigi Pavini* in verbo *Coppenaghen pag.* 46. in quo sic habetur - *L'annuo giorno del Nascimento*

mento del Re festeggiato il di primo del presente, fù distinto da una promozione delle più numerose sì nel civile, come nel militare, e sua Maestà in tale occasione ha creati nove Cavalieri dell'Ordine di Dannebroe. La Regina Madre per onorare la stessa Festa, ha conferito parimente l' Ordine dell' Unione Perfetta a due Signori, ed a cinque Dame della Corte.

DISCURSUS CCXXXVIII.

VOLUNTARIA SOCIETAS ITALICE COMPAGNIA VOLONTARIA

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

IN præcedenti Discursu in hoc Volumine Tomo Secundo Parte Secunda registrato, in ordine Discursu 23. *pag.* 12. nonnulla innuimus de Statu Regni Corsicæ, ac fuse egimus de Ordine sub Titulo Liberationis invento, & promoto a Theodoro, qui de Anno 1736. se dicti Regni Corsicæ jactabat Regem.

Nunc autem Discursum hic ponimus super alio Ordine, quem designavit, & erexit in eodem Corsicæ Regno post annos 24. ab antedicto Ordine sub *Titulo Liberationis.*

Novus porrò Ordo Nomen gerens *Voluntaria Societas*, italice, *Compagnia Volontaria*, erecta fuit à Generali nuncupato Pasquale Paoli in d. Corsicæ Regno. Et hanc fundationem, seu erectionem per extensum refert Volumen sub titulo - *La Storia dell' anno 1757. Typis Amstelodami, sumptibus Francisci Pitteri Veneti Librarii.* Nosque eodem italico Idiomate, ut habetur in d. Historia integre transcribimus, ut sequitur Libro terzo *Parte Seconda pag.* 17.

„ NEl mese di Giugno il Generale Paoli pretese d' illustrare „ la Nazione coll' instituire una spezie d' Ordine di Cavalieri da lui „ chiamato la *Compagnia volontaria*, „ e volle, che fosse in numero di „ sessanta di Soggetti tutti atti alla „ guerra, e delle più illustri Famiglie „ del Regno. Assegnò poi ad essi „ per distintivo certe mostre di velluto verde sulle maniche, ed una „ beretta pure di velluto simile per la „ Campagna. Il loro abito di panno corto è fatto in forma di una „ sotto giubba rotonda senza alcuno „ adornamento. Ordinò, che portar dovessero una Croce rappresentante da una parte l' Immacolata „ Concezione, e dall' altra, una Santa, e che questa Croce dovesse essere d'argento, e per li Graduati, „ d'oro, e vuole che la portino scoperta solamente dopo che auranno „ fatta qualche azione segnalata. „ Chiunque aspira ad essere aggregato a questo Corpo, ordinò che „ faccia le Prove di Nobiltà, e che „ si esponga con una Supplica ai Voti secreti di tutta la Compagnia, „ in arbitrio della quale stà l' accettarlo.

„ Ciascheduno di essi è tenuto per legge di questo corpo a difendere la „ Patria a proprie spese, e di portarsi a piedi in ogni luogo, dove „ ricerca il bene comune.

„ Vi ha constituito un Capo col tito-

„ lo

„ lo di Gran Maestro, il quale dura „ nel carico sei mesi, e questi „ per ispecial privilegio può andar „ da per tutto a Cavallo.

Il primo eletto a questo posto è stato *Giovanni Rocca di Rossino Segretario di Stato di quelli dell'Isola*. Succedendo la morte di alcuno de' Soggetti della Compagnia in difesa della Nazione, debbono adunarsi tutti nella Città di Corte per celebrare la Memoria con un apparato funebre ogn' anno nel giorno dei cinque di Novembre.

DISCURSUS CCXXXIX.

UOMINI RICCHI
LATINE
HOMINES DIVITES
APUD HISPANOS
RICOS HOMBRES

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

MOrem nostrum servamus, recensendi scilicet in Catalogo Equestrium, & Militarium Ordinum Cœtus illos praeclaros, qui licet proprie Ordines Militares non sint, aliquam tamen cum Equestribus, & Militaribus Ordinibus analogiam tenent, quos inter Cœtus ille celeberrimus numeratur, cujus Viri, & Familiae antiquitus dicebantur, latine *Homines Divites*, Italice *Uomini Ricchi*, in Hispaniis autem *Ricos Hombres*.

Hinc videmus *Dominum Comitem in Koden Sapicha in Tractatu de Ordine Aquila Alba in Discursu Praeliminari pag.* 15. *impress. Coloniae Typis Adami Cholini* 1730. enumerare antedictos *Ricos Hombres* promiscue inter Ordines Equestres: & in Indice sui *Corollarii omnium Ordinum sub pag.* 4. ubi inquit sub littera *R. Ricos Hombres in Hispania*.

De materia hujus Virorum Cœtus non pauca tradidimus quoad horum nuncupationem, antiquitatem, Nobilitatem, & prerogativas in presenti nostro Armamentario *Tomo Primo Disc.* 41. *à n.* 64. *pag.* 580., & *Disc.* 46. *à n.* 22. *pag.* 594. ideoque, ne jam dicta repetamus, Lectores nostros ad prefatos nostros Discursus remittimus.

Caeterum pro dilucidatione hujus Argumenti subdimus, quod in Aragoniae Regno, quilibet Descendens à Stirpe Militari per lineam planam, & vocatur *Infanzione*, hoc est Descendens à Patre Nobilitate claro, profluitque derivatio, à verbo *Infante*, ut vocantur Filii Regis, & *dd. Ricos Hombres*, qui apud Regem summopere pollebant. Sane d. Titulus *Ricos Hombres*, non illis ratione Divitiarum tribuebatur, licet essent ditissimi, sed ratione Nobilitatis: ut inquit *Augustinus Paradisus in suo Ateneo par. sec. cap.* 7. *n.* 11. qui idem repetit in nova impress. *sub tit. Raccolta*.

DISCURSUS CCXL.

U R S I

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

OTto quartus Saxoniæ Dux, qui à Summo Romano Pontifice Imperiali Romani Imperii Diademate fuerat decoratus, enormi erga Sanctam Apostolicam Sedem summo ingrati animi Vitio furere cœperat, Neapolitanum Regnum occupavit, legitimum Regem Fridericum Suevum expoliavit, ipsius Summi Pontificis Innocentii III. consilia, & monita flocci faciendo, quibus violentiis omnium in se ipsum odium excitavit, Deique indignationem: proinde Summus Pontifex Innocentius Tertius illum excommunicationis vinculo innodavit, & Imperio ipso privavit, ac eadem dextera, quę illum Cæsaribus Coronis circumornaverat, attenta ejusdem Ottonis ingratitudine, justissime ex Imperiali Throno dejecit, ut narrant Historiæ: subindeque consentiente Pontifice laudato, Electores Imperii ad novi Imperatoris electionem devenerunt, eligendo Fridericum videlicet, utriusque Siciliæ Regem, in Imperatorem, ut legitur apud *Graveson Historia Ecclesiastica tom. 5. Colloq. 1. à pag. 22. juxta impress. Romæ Typis Francisci Gonzaga 1719.*

Porro, in Militaribus Expeditionibus pro dicto Friderico habitis, militaria subsidia præstiterunt Populi Helvetię, in qua tunc temporis & virtus bellica, & Nobilium Familiarum splendor summopere coruscabat. Ob hæc recepta Bellorum subsidia à Populo Helvetico, quorum Ope ab Imperio expulerat Ottonem IV. erga eosdem Helvetios excogitavit Fridericus II. Imperator grati animi monumentum statuere, & idcirco anno 1213. Equestrem Militarem Ordinem instituit sub nuncupatione *Ursi*. *Abbas Justinianus in Historia Ordinum Equestr. par. sec. cap. 38. pag. 576. juxta impress. Venetam Typis Combi, & la Noù anno 1692. Pater Fontana in Historia Ordinum, ex Gallico in nostrum idioma translata cap. 34. pag. 283. juxta impress. Lucæ Typis Josephi Salani, & Vincentii Giuntini 1738. tom. 3. Laurentius Vigilius de Nicollis in Prax. Canonica tom. 2. §. De Notitia Equestr. Ordinum num. 118. pag. 747. juxta impress. Salisburgi Typis Joannis Joseph Mayr 1719. Collector Gallus Histoire des Ordres Militaires tom. 3. §. 42. Les Chevaliers del Ours, & Suisse pag. 219. juxta impress. Amstelodami Typis Petri Brunel 1721.*, ubi notat, quod d. Ordo Equester Militaris fuit institutus Aquisgrani.

Ordo hic dicatus fuit Divo Gallo Martyri, qui fuit Eques Scotiæ, vel Anglię, ac Regionis illius Apostolus: *d. Collector Gallus d. pag. 219. d. Justinianus d. pag. 576.*, ubi inquit, quod iste Sanctus Ursus unus fuit ex Martyribus generosæ Legionis Tebeæ, & Martyris corona redimitus ante Templum Solis.

Elias autem Asmoles, & Favinus scriptum reliquerunt, Institutorem in Tesseram assumpsisse Ursum, ob venerationem d. Sancti Ursi Martyris. Sed verius sentiendum cum *Justiniano d. pag. 576.*, non ex sola similitudine nominis, simplicique Vocabulo Ursi, præscripsisse in Tesseram Ursum, ut mox dicemus; sed revera intellexit per assumptionem Ursi in Tessera, lo, qui de Historia illius Ursi, qui dum in Eremo commorabatur Sanctus Ursus,

cum

cum illi ingens Ursus apparuisset, jussibus d. Abbatis, naturali feritate deposita, illi inserviebat, & Aquam è Silva deferebat. Magis itaque verosimile est, hujus Ordinis Divo Gallo dicati Tesseram Ursi fuisse desumptam ex recensito miraculo Ursi d. Abbati inservienti, quemadmodum sic narratione *d. Eliæ Asmoli*, *cum Favino* relata, explicat *d. Abbas Justinianus pag.* 576., *& dictus Laurentius de Nicollis pag.* 747.

Ordinis Tessera ergo erat Ursus supra terræ elationem nigro encausto, qui Ursus pendebat è Torque cum aurea catena & circum eam aderant, eamque circumdabant folia di *Quercia* cum encausto, atque eleganter disposita, ut inquit *d. Abbas Justinianus d. pag.* 576. *Bonannus* infra allegandus.

Imago d. Ursi cum Torque habetur apud *d. Justinianum pag.* 576. *Patrem Bonannum n.* 121., ubi notat, quod Abbatibus Sancti Galli administrationem comiserat Imperator, & feliciter Ordo floruit, donec Helvetiæ Populi sub Reipublicæ legibus vivere elegerunt.

DISCURSUS CCXLI.

SANCTI VENCESLAI IN REGNO BOHEMIÆ

ARGUMENTO

Et Summario non indiget.

Pervetustus ad hæc usque tempora continuans plurium Regum, ipsorumque Germaniæ Imperatorum mos fuit, solemni, quo ad Thronum inaugurabantur die, Viros Nobiles Equestri Dignitate decorandi, quique Equites Aurati, seu Aureati nuncupantur, ut de praxi Regum Angliæ, Poloniæ, Hungariæ, Germanorumque Imperatorum diximus in *Discursu Aureatorum Equitum Sancti Stephani Hungariæ Regis*. Ritus vero ut plurimum trino ictu Gladii intra scapulas perficiebantur, quemadmodum videri potest apud multiplici eruditione redimitum *Dominum Joannem Fridericum Sacri Romani Imperii Comitem in Koden Sapieha Equitem Ordinis Aquilæ Albæ in Corollario celebriorum in Christianitate Ordinum impresso in Calce Voluminis ejusdem Auctoris*, cui Titulus: *Adnotationes Historicæ de Origine &c. in Regno Poloniæ Ordinis Equitum Aquilæ Albæ impress. Coloniæ apud Adamum Cholinum anno* 1730. *in verbo Aurati Equites in Polonia, Aurei, seu Aurati Equites in Germania pag.* 239. ubi subdit, quod Imperatores intra solemnia Coronationis, trino ictu Gladii, (quo Carolus magnus utebatur) creare solent Equites, hi vero seligantur ex Comitibus, & Nobilibus Imperii. Reges etiam Bohemiæ tempore eorum coronationis, Equites creare sub titulo Equitum Sancti Venceslai Martyris, scriptum reliquit *d. Dominus in Koden Sapieha in d. suo Corollario in Verbo Sancti Venceslai pag.* 343. subdens, quod hic erat Equitum Ordo, quodque, postquam dictum Regnum transiit in Hæreditatem Austriacam, non amplius practicatur, sed recessit ab Aula.

Verum antiquorum Bohemiæ Regum consuetudinem resumpsit Regia Majestas Mariæ Theresiæ Walburgæ filiæ & Hæredis Caroli VI. augustæ in ævum memoriæ, Romanorum Imperatoris, Hungariæ, ac Bohemiæ Reginæ. Hæc enim cum Pragam Bohemici Regni Metropolim personaliter petiisset, & regia Bohemiæ Regni

Corona, solemni pompa fuerit redimita die duodecima mensis Maii currentis anni 1743. ex primaria Bohemici Regni Nobilitate viginti Equites creavit nuncupatos Sancti Venceslai; manu quippe Regali tenens Ensem illum, quo dictus Gloriosus Martyr Venceslaus utebatur, eidem Reginæ à magno Marescallo porrectum, Candidatis ad Reginæ pedes provolutis, dicto Ense ter singulorum humeros è dextero latere percussit, sicque præfatos viginti Nobiles creavit Equites.

DISCURSUS CCXLII.

WEYSENFELDICUS

ARGUMETO

Et Summario non indiget.

HActenus de dicto Ordine nullum ad Nos pervenit Documentum, imo nec notities: quapropter, ne quid intactum relinquamus, hic referimus quæ scripta reliquit eruditissimus *Dominus Comes in Koden Sapieha, Eques Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario omnes Ordines continente* in verbo *Weysenfeldicus pag. 344., quod Corollarium est impress. in calce Tractatus ejusdem Auctoris*, cui titulus - *Adnotationes Historicę de Origine &c. Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini* 1730. in quo Corollario sic habetur - *Weysenfeldicus Ordo, quem Duces Saxoniæ ejusdem Nominis distribuere solent, est Crux encausto rubro transparente elaborata, quatuor Aquilis per angulos ornata. In medio Crucis conspiciuntur litteræ Nominis Ducalis.*

DISCURSUS CCXLIII.

WIRTEMBERGICUS SEU VENATIONIS AC SANCTI UBERTI SEU HUBERTI

ARGUMENTUM,

Et Summarium non apponitur, cum simpliciter Fundationis Seriem, & Statuta referat, ac Declarationem clarissimæ Memoriæ Caroli VI. Imperatoris.

CUm duo sub gloriosa Sancti Huberti Tutela Equestres Ordines in Germania floreant, in Serenissimis respective Auleis Palatina, & Ducis Wittembergensis, de istis Scriptores agentes, eorum Narrationes adeo involvunt, unumque cum alio miscent, ut de unico Ordine loqui videantur. Nos ergo, rem in claris locare cupientes, distinctim de utroque agemus, & separatim, ac primo loco, de Ordine Sancti Huberti ad Electoralem Palatinam Domum spectante sermo erit: utque integra rerum series exponatur, Historiam ab ovo, ut dicitur, exordimur. Secuto de anno 1423. obitu Rainoldi III. Ducis de *Juliers*, & *Gueldres*, eidem successit Adolphus II. Dux Montis, qui ab Imperatore Sigismundo investituram præfatorum Ducatuum de *Juliers*, & *Gueldres* anno 1425. obtinuit. Verum Arnoldus de Egmont sub obtentu, quod ad ipsum super dictis Ducatibus Jura spectarent, eundem Ducatum *Gueldriæ* occupavit, armisque Ducatum de *Juliers* invasit. Quapropter Adolphus concordiam inivit cum Arnoldo, illique cessit Ducatum de *Gueldres*, & ulterius

ulterius decem mille Florenos pro aliis prætensionibus, & cum eo Treguam fecit ad decem annos. Postmodum absque successione obiit Adolphus, & cum Gerardus V. illius Nepos anno 1437. in Ducatu de Giuliers successisset, rursus prætensiones suas renovavit Arnoldus de Egmont, ut latius diximus *Tomo 2. parte prima pag. 112. Disc. 114*, ut infra dicemus.

Ponimus autem hic Statuta edita a Serenissimo Electore Palatino.

Nos Dei gratia Carolus Philippus Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperij Archithesaurarius, & Elector Bavariç, Juliæ, Cliviæ, & Montium Dux, Princeps Moersç, Comes Veldentiæ, Sponheimii, Marchiæ, & Ravensbergç Dominus in Ravenstein, &c. &c.

Notum facimus, atque exploratum Universis præsentes paginas inspecturis, lecturis aut legi audituris.

POstquam Serenissimus Princeps, ac Dominus Joannes Wilhelmus Comes Palatinus Rheni, S. R Imperii Archidapifer, & Elector Bavariæ, Juliæ, Cleviæ, & Montium Dux, Princeps Moersæ, Comes Veldentiæ, Sponheimii, Marchiæ, & Ravensbergæ Dominus in Ravenstein &c. Perdilectus Frater, ac Prædecessor Noster, laudatissimæ, piissimæque memoriç, Ordinem Equestrem gloriosi Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Marescalli Sancti Huberti, quondam à fœlicissimæ recordationis Principe, & Duce Juliæ Gerardo, ob insignem de Hostibus suis anno millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto Provincias suas hostiliter adortis, in Festo modo dicti Sancti Huberti reportatam Victoriam solemniter institutum, atque ab ejusdem Successoribus gloriosæ memoriæ majoribus nostris, per aliquod tempus continvatum, postmodum autem propter varias temporum revolutiones interruptum, pristino splendori suo postliminio restituere, atque ad Dei Optimi gloriam, & laudem in venerationem Divæ Virginis Matris suç Mariç, & in memoriam supradicti Sancti Huberti, nec non in signum gratiosissimæ propensionis, quam illi, qui Nobis præcipue sunt in amoribus, & præmium aliquod suæ Nobis Serenissimæque Electorali Domui nostrç comprobatç fidei, atque Terris, & Provinciis nostris indefesso labore impensorum servitiorum jam dudum meruerunt, denique etiam in solamen pauperum, de novo stabilire, restaurare, & renovare, legibusque, ac sancitis firmare non dubitavit, nosque laudabilibus prçdicti Domini Fratris, ac Prædecessoris nostri vestigiis, ac bene cæptis insistere cupientes, easdem leges, ac sancita confirmare, atque præfatum Ordinem Equestrem in florenti suo statu, ac decore conservare, imo amplificare statuimus ita.

Primo. Confirmamus, volumus, sancimus, atque decernimus, ut ex nunc, atque futuris retro temporibus hic Ordo Equestris Sancti Huberti, præter magnum Ordinis Commendatorem, solos numeret duodecim Equites ex Statu Comitum, & Baronum, quo in numero Nos & Successores Nostri utpote Capita, Restauratores, & Fundatores hujus Ordinis non computandi erimus, neque etiam Principes, quibus hic Ordo Equestris modo collatus est, & quibus eundem imposterum amplecti placuerit, quorumque numerus in, definitus, & incircumscriptus erit, eodem continebuntur. Omnem vero in vacaturas aliquando Equestres dignitates succedendi collationem (quam vulgo expectantiam vocant) sub quo-

cumque etiam titulo petatur decretorie hisce defendimus, atque denegamus.

Secundo: Nullus huic Ordini Equestri, ex Comitibus, & Baronibus consistenti, idoneus erit, nisi nimium à quatuor Avis, paternæ, & maternæ conjunctim lineæ nobilitatem Equestris Prosapiæ suę docere, ac de eadem luculenta Testimonia producere valeat, sitque a vitę, & morum intacta integritate commendatus, & in obsequiis status, aut militiæ, aliave ratione de nobis, Serenissima Domo Nostra Electorali, & Terris atque provinciis nostris optime meritus, adeoque hac Equestri prærogativa præ cæteris dignus.

Tertio: Nemo in hunc Ordinem admittatur, qui prius in alium adscriptus fuerit, nisi eodem se abdicaverit, nobis autem, & successoribus nostris aliisque principibus, quibus huic ordini nomina sua inscribere placuerit, præter hunc plures paucioresque pro arbitratu Ordines, aut jam susceptos, aut impostetum suscipiendos gerendi facultatem reservamus.

Quarto: Omnes, quos in hunc Ordinem cooptari contigerit, incorruptam erga Nos, Serenissimam domum Nostram Electoralem, nostrosque in Electoratu successores fidem, voluntatemque propensissimam teneantur, ac perpetuo conservent.

Quinto: Omnes passim spectata Vitæ morumque probitate existimationem, dignitatemque suam tueri, ac sustinere adnitantur.

Sexto: Pauperibus se faciles, ac beneficos exhibeant, quibus proinde ex Commendis sibi assignandis decimam partem omnium percipiendorum fructuum in eorundem nosocomiorum sublevationem pro eo, ac deinceps clementissime decernemus, quotannis pendere teneantur.

Septimo: Omnes quotque in Aula Nostra Electorali degunt, sequentibus per Anni decursum festivitatibus in adiuncta Tabella expressis, in Habitu Ordinis, idest in Veste Imperiali, vulgò Imperial. Mcintol Pligith, comparebunt, nec non diebus Salvatoris Nostri Natalitiis, Resurectioni, Missioni Sancti Spiritus, omnibus Sanctis, uti & Conceptioni, Nativitati, Annunciationi, & in Cœlos Assumptioni B. M. Virginis dicatis (quantum quidem Romano-Catholicos concernit) sacra Exomologesi se expiaturi, sacramque Synaxim sumpturi præsumuntur, atque memoratis hisce solemnibus diebus in præcipuo Sacelli nostri aulici altari, imago Divi Huberti, Ordinis patroni exponetur, ad conservandam Ordinis hujus, ejusque Militum, sive Equitum memoriam. Nos in tempore nostro dabimus, & post fata nostra, successores nostri dabunt cuique illorum insigne aureum ad intentionem in primæva institutione Ordinis expressam fabricatum, quod quoque nos, & successores nostri hujus Ordinis supremi, & quilibet Equitum diebus festis in supradicta Tabella designatis portare tenebuntur; cæterum præter dies solemnes supra expressos sufficiet reliquo anni tempore, quotidie portare parvum ordinis symbolum, nec non Crucem ex auro elaboratam in forma vi primęvæ Ordinis institutionis præscripta.

Octavo: Quod si nos, aut successores nostri, utpote hujus Ordinis capita, & fundatores cœtum eorundem nostrorum Ordinis Equitum, eo loco, ubi id temporis nos residere, vel eum Aula nostra morari contigerit, compellare necessarium esse duxerimus, iidem minimum semel quolibet anno coram adesse, vel absentię suę causas afferre teneantur idoneas, quarum

cogni,

cognitionem nobis, successoribusque nostris reservatam volumus, atque hujusmodi causis deficientibus, quarta parte redituum, e commendis provenientium, & pauperibus applicandorum privabuntur; quemadmodum etiam illi Ordinis Equites, qui insigne minus quotidie gestare neglexerint, toties quoties super hac omissione deprehensi fuerint, in viginti Imperialium pœnam pauperibus erogandam incident.

Nono: Quod si quem huic Ordini adscriptum, e vivis migrare contigerit, consueta pro eodem, si Romano Catholicus fuerit, exequiarum Solemnia peragentur; hæredes autem cujuscumque Torquem majorem, sive catenam una cum Ordinis Cruce Torqui annexa, intra tres primos ab illius obitu menses, certo Thesaurario ordinis remittere teneantur, neque ab ejusmodi obligatione, nisi accepto factæ traditionis Chirographo eximantur.

Decimo: Si quis vero memoratum ordinis insigne, in causa Belli, aliove honorifico eventu, aut suscepta laudabili quapiam expeditione amiserit, Nos, & successores Nostri tamquam supremi Ordinis hujus Magistri, eidem aliud nostris Impensis fieri, & tradi curabimus: quicumque autem Equitum culpa sua, aut negligentia ordinis insigne amiserit, fregeritve, intra quatuor proximos menses aliud proprio ære sibi comparare, aut fractum refici curare tenebitur.

Decimo primo: Neque istiusmodi Ordinis Tesseram, aut crucem in pignus, vel arrham collocare, multo etiam minus venundare, vel alienare quisquam ausit, citra Ordinis suscepti jacturam.

Decimo secundo: Quod si in locum defuncti cujuspiam Equitis in hunc ordinem cooptati, quenquam alium surrogare Nobis clementissime libuerit, superstitibus cæteris, id ipsum abunde notum compertumque faciemus.

Decimo tertio: Ad hæc recens in hunc Ordinem adlectus eques memorata insignia minimum, præsentibus octo hujusce Ordinis Equitibus more usitato coram accipiat, qua in re nihilominus gratum, ratumque habemus, principibus eadem per alium Ordinis Equitem, facta eidem supplendi potestate, siquo casu ipsimet adesse nequiverint, suspicere fas sit.

Decimo quarto: Ut porro hic a Nobis instauratus, ac confirmatus Ordo Sancti Huberti, eo melius subsistere, ac inserti eidem Equites annexos illis sumptus tanto convenientius sustinere, pauperes etiam eo melius inde aliquid percipere subsidii possint, Deique ter Optimi Maximi honor promoveri valeat, Equitibus de ordine Comitum, & Baronum, de Commendis, & officiis proxime providere statuimus, ac reservamus.

Decimo quinto: Cum autem hæc Commendæ, seu Officia Ordinem dumtaxat Comitum, & Baronum spectent) siquidem Principes his gravare minime nobis propositum sit); Nosque Principibus etiam, qui hunc ordinem Sancti Huberti assument, compendii, ac emolumenti quippiam afferre meditemur, idcirco singulis trium Seniorum (dummodo hoc ipsi appetant acceptentque) legionem unam copiarum nostrarum eo pacto, conferemus, ut si ex iterato vacaverint, reliqui ætatis Ordine succedant, iisque arbitrarium, & liberum erit legiones illas per semetipsos moderari, aut secus, quo posteriore iterum casu, illis nihilominus Echiliarchę, seu Colonelli, uti vocant, conveniens salarium,

Cancellarius nunquam non è numero sit Equitum Ordinis, & Commendatorum ejusdem: proinde is in omnibus functionibus ad se spectantibus, juxta ætatem receptionis suæ, congruum gradum, locumque sibi vindicabit, præcipue Officiales Ordinis, nimirum vice Cancellarium, Secretarium, Thesaurarium ordinis, Pecialem (quem vulgo Heroldum vocant) atque Custodem ornamentorum ordinis, sive alias Guardarobba dictum, juxta præscriptam iisdem instructionem, suę curæ commissos obsequentes habebit.

Vigesimo secundo: Quod si deinceps pro-Cancellarius, Secretarius, Thesaurarius, Fecialis, vel Guarda robba officio decedant, illis alios idoneos per majora, in legitime compellato Ordinis cętu lata suffragia surrogari volumus, & sancimus: nominatio autem futuri pro tempore magni Commendatoris, & Ordinis Cancellarii, ex gremio ejusdem Ordinis Equitum nobis, ac successoribus nostris, utpote Ordinis hujus supremis Magistris, reservata esto.

Vigesimo tertio: Ab Ordinis Cancellario ad vacantia munia idonei, Capitulo proponantur, eorum habilitas, fama, & existimatio in dicta Congregatione Ordinis, seu Capitulo expendatur, ac discutiatur.

Vigesimo quarto: Ut vero præfati quinque Ordinis officiales ob functiones suas, aliquo emolumento gaudeant, singulis annuum salarium, juxta tabulam desuper confectam adsignari jussimus.

Vigesimo quinto: Clementissime sancimus, ut perinde a nostris dicasteriis, ac Cancellariatum nostrarum judicialibus pretoriis jam ante memoratis, ac impotterum futuris Ordinis Equitibus Commendatoribus in omnibus litterarum, quas ad eos dari contigerit inscriptionibus, uti & alias ejusmodi titulus adiuncta collatæ cuilibet Commendę honorifica mentione tribuatur. Volumus insuper, & decernimus, ut nullus Equitum, & Commendatorum Equestris hujus nostri Ordinis S. Huberti, in causis Equitum Ordinis personas directe, & immediate concernentibus, neutiquam coram aliquo nostrorum Electoralium, aut Ducalium Tribunali, sed coram Nobis, & hoc nostro Ordine, in reliquis autem civilibus realibus, aut mixtis actionibus, coram judice competente conveniatur: quemadmodum etiam Ordinis Equites sub signis nostris militantes, in causis quibuscumque militiam concernentibus, coram judice Militari respondere tenebuntur. Quod si autem, quod quidem superi auertant, quempiam capitis reum damnari, aut in illum sententiam famæ, atque honoris gravissimam lęsionem in se continentem pronunciari contingeret; priusquam sententia executioni mandetur, ab Ordinis congregato Capitulo, ordinis insignibus, prærogativis, & dignitatibus solemniter privandus, atque ex Equitum albo delendus erit.

Vigesimo sexto: Ad extremum Nobis plane, ac diserte reservatum volumus, ut si quo casu brevi, longove abhinc temporis lapsu, hanc quam Nobis clementissime placuit, ratam probatamque habere ordinis constitutionem, quovis modo immutare, corrigere, emendare, vel imminuere, aut dilatare necessarium esse duxerimus; Nobis integrum sit, hoc ipsum per Cancellarium ordinis, in Capitulo ejusdem legitime congregato proponere, omnibusque rei momentis serio, ac mature accedente congrua informatione perpensis, quod plerique suo suffragio faciendum, omittendumve

dumve censuerint, executioni dare, aut missum facere.

Demum ad majus robur, majoremque nostræ confirmationis, memorati ordinis Equitum Sancti Huberti firmitatem, prçter intimç status Cancellariç nostræ Electoralis sigilli appressionem, præsentes Tabulas manu nostra subscripsimus; Neoburgi ad Istrum 31. Januarii 1718.

Carolus Elector Palatinus.

Vid. liber. Baro de Giese.

CATALOGUS

Dierum Festivorum, quibus Equites Ordinis in veste Ordinis, idest Imperiali comparere tenentur.

JANUARIUS

1. Festo Circumcisionis Salvatoris nostri.

FEBRUARIUS

2. Festo Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ.

MARTIUS

25. Annunciationis B. V. Mariæ.

MAJUS

1. Festo Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi.

JUNIUS

29. Festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

JULIUS

25. Festo Sancti Apostoli Jacobi.

AUGUSTUS

15. Festo Assumptionis B. V. Mariæ

SEPTEMBER

8. Festo Nativitatis B. V. Mariæ.
29. Festo Sancti Michaelis Archangeli.

OCTOBER

28. Festo Sanctorum Apostolorum Simonis, & Judç.

NOVEMBER

1. Festo Omnium Sanctorum in venerationem Divi Huberti.
3. Festo Sancti Huberti Ordinis Patroni.
30. Festo Sancti Apostoli Andreæ.

DECEMBER

8. Festo Conceptionis B. V. Mariæ.
25. Festo Nativitatis Christi.
26. Festo Sancti Protomartyris Stephani: item diebus festivis Paschatis, Dominica, & lunç; festo Ascentionis Christi.

Diebus festivis Pentecostes, Dominica, & lunæ.

Festo Corporis Christi.

Die Funerali Equitis Ordinis.

Diebus Capitularibus.

Norma, & Regula in Creatione Equitum Divi Huberti observanda.

I. Posteaquam Serenitati suç Electorali, utpote supremo Ordinis Magistro, Cancellarius Ordinis, de commisso sibi munere sedulò, ac integre administrando Juramenti Religione cavit, atque eidem vicissim reliqui Ordinis Officiales, Vice-cancellarius, Secretarius, Thesaurarius, fecialis, & ornamentorum custos, vulgo Guardarobba fidem jurato præstiterunt.

II. Jussu Cancellarii dies, locus, & hora per fecialem dicitur in Equestrem hunc Ordinem adoptandis.

III. Simulque ab Ordinis Guardarobba ex mandato Cancellarii stella argentea cuivis Equitum traditur ad sinistrum pectoris latus vesti adfigenda.

IV. Quando dies adest huic solemnitati peragendæ destinatus, Serenis. Elector velut Ordinis supremus Magister, majori ordinis insigni atque stella argentea circundatus, præeunte consueto Aulicorum Comitatu, atque Aulæ supremo Marescallo, aut qui ejus vices gerit, gladium evaginatum Serenitati Suæ Electorali præferente, ad conclave se se confert, in quo Thronus duorum triumve graduum erectus, ad cujus sinistrum latus subsellium aulæo

aulæo instratum, ad dextrum vero tabula, cui Crucifixi imago cum duabus candelis accensis, & Sancti Evangelii liber pulvinari rubro holoserico impositus, itemque ad idem latus alia tabula, in qua tot Ordinis majora insignia, quot Equites creandi erunt, singula singulis pulvinaribus rubro-holosericis substrata jacent; in quo Comitatu renunciati ordinis Equites bini, & bini, ordine quique suo, ante supremum Aulæ Mareschallum, aut ejus munere fungentem, ad destinatum functioni conclave Serenitatem suam Electoralem præcedunt.

V. Simul ac Serenitas sua Electoralis Thronum conscendit, electi ordinis Equites ante subsellium, aut sinistrum Serenissimi Electoris latus composito ordine substiterunt, atque Serenissimus Elector, utpote ordinis supremus Magister, caput texit

VI. Ordinis Cancellarius in medium ex ordine quem inter Equites tenet, ad dextrum Serenissimi Electoris latus, Vice-cancellario, & reliquis ordinis Ministris subsequentibus, procedit, expositisque brevi, & ponderosa oratione causis, quę Serenitatem suam Electoralem ad Ordinis hujus restaurationem comoverunt, Equites à Serenitate sua Electorali clementissime designatos, ordine, quemque suo denominat, quo peracto

VII. Ordinis Vice-cancellario Constitutiones ordinis distincta, & alta voce prælegendas tradit, atque ad suum se se locum recipit.

VIII. Pręlectis Statutis, Vice cancellarius Neo-equites interrogat, num illorum tenorem recte perceperint? illisque (qood ita) affirmantibus admonet: quando à Serenissimo Electore tamquam ordinis supremo Magistro ordinis hujus Equites clementissime sunt pronunciati, illud nunc agi, ut solemne juramentum Sancti Evangelii attactu pręstetur; quare

IX. Singuli Equites ad tabulam, cui Sancti Evangelii liber impositus est, accedunt, atque manu dextra Evangelium genuflexi tamdiù attingunt, donec Vice cancellarius juramentum, prælegit, in hoc summarie consistens.

Deo omnipotenti, & Sancto ejus Evangelio fidem præstabitis vos, quantum in vobis erit, prælectas ordinis Constitutiones, & Regulas integre, ac religiose observaturos, honorem, ac commoda Serenitatis Suæ Electoralis, tamquam supremi ordinis Magistri, nec non dignitatem, & incrementum hujus ordinis Divi Huberti pro viribus promoturos, egenis large, ac benefice adfuturos; quod fideliter ac Sancte appromittitis; ita Deus vos adiuvet, & Sanctum ejus Evangelium.

JURAMENTUM.

Quod mihi modo prælectum est, & cujus tenorem probe intellexi, illud in omnibus, & singulis me fideliter observaturum spondeo, & appromitto: ita Deus me adjuvet, & Sanctum hujus Evangelium.

Quod si vero Princeps quidam in Equestrem hunc Ordinem assumatur, à juramenti hujus præstatione liber quidem erit, attamen non detrectabit sub fide, & verbo principali sequenti sponsione illud supplere.

Vestra Serenitas, sub fide, honore, & verbo principali stipulabitur, & spondebit, se nobiscum, utpote Equestris Ordinis Sancti Huberti supremo Magistro veram, constantem, atque infucatam amicitiam, & concordiam esse culturam, & necessitate exigente pro viribus, quantum Serenissimæ Domus nostræ ratio permittet, nobis auxilio futuram, dignitatem, &

 incre-

incrementum hujus Ordinis, quantum poterit promoturam, nec non erga Pauperes se præstituram misericordem, atque beneficam.

Ponatur manus supra Evangelium

IPSA APPROMISSIO

Prælectam mihi, & probe intellectam sponsionem, me sincere servaturum sub fide principalis mei verbi, & honoris polliceor, & appromitto.

Si vero Principem absentem per delegatum Ordinem sumere contingat, delegatus supra memoratam appromissionem sequenti modo præstabit.

Nomine Serenissimi Principis N. N. sub Serenitatis suæ honore, fide, & verbo principali pollicebitur, & appromittet, Serenitatem suam nobiscum, ut pote Equestris Ordinis Sancti Huberti supremo Magistro, veram, constantem, atque infucatam amicitiam, & concordiam esse culturam, & necessitate exigente, pro viribus quantum Serenissimæ suæ Domus ratio permittet, nobis auxilio futuram; dignitatem, & incrementum hujus Equestris Ordinis, quantum Serenitas sua poterit, promoturam, nec non erga pauperes se præstituram misericordem, & beneficam.

Ponatur manus supra Evangelium

IPSA APPROMISSIO

Prælectam mihi, & probe intellectam sponsionem, me nomine Serenissimi Principis NN. sub Serenitatis suæ honore, fide, & verbo principalis mei sincere servaturum polliceor, & appromitto.

X. Hoc peracto, singuli Ordinis Equites ad priorem locum se conferunt, atque à Vice cancellario Equitum ordine primus compellatur, utque ante Thronum in secundo, tertiove gradu genuflectat, admonetur.

XI. Deinde Serenitati suæ Electorali à supremo Aulæ Camerario Serenissimi Electoris dexterum latus, non nihil retro sedile claudente, majus Ordinis insigne in pulvinari rubro holoserico à Thesaurario ipsi porrecto, præsentatur.

XII. Quod Neo-creati Equitis collo hac adlocutione Serenissimus Elector circumdat.

Accipe signum Equestris Ordinis nostri S. Huberti, & clementissimæ propensionis nostræ, & semper memor sis fidelitatis nobis tanquam supremo Ordinis capiti debitæ, nec non commiserationis erga Pauperes in vim hujus Ordinis extraordinarie recommendatæ.

Præsenti Principi tali adlocutione Ordinis majus insigne circumdatur.

Accipe Serenissime Princeps signum Equestris Ordinis Sancti Huberti, & constantis affectionis nostræ, ac semper sis memor amicitiæ nobis promissæ, nec non commiserationis erga pauperes in vim hujus Ordinis extraordinarie recommendatæ.

Delegato Principis modo sequenti.

Accipe nomine Serenissimi Principalis tui signum Equestris Ordinis Nostri S. Huberti, & constantis affectionis nostræ, ac semper sis memor Amicitiæ nobis promissæ, nec non commiserationis erga pauperes in vim hujus Ordinis extraordinarie recommendatæ.

Ad hæc Serenitati suæ Electorali à supremo Aulæ Marescallo, aut ejus Vice gerente gladius Serenitati suæ prælatus, & quo Serenissimi Electoris latus sinistrum, non nihil retro sedile claudit, porrigitur, quo utrumque

Neo

Neo-creati Equitis humerum ferit, dicitque.

Hoc gladio ego te creo, & facio Equitem Militaris Ordinis nostri Sancti Huberti, in honorem Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, Beatissimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Huberti, & Georgii, ut sis mihi, tanquam hujus Equestris Ordini supremo Capiti, fidelis, atque eundem juxta omnes Vires tuas protegas, & conserves.

PRO PRINCIPIBUS.

HOc Gladio ego creo, & facio Serenitatem tuam Equitem Ordinis Sancti Huberti, ut sis mihi tanquam hujus Ordinis supremo Capiti, & successoribus meis verus amicus, & eundem juxta omnes vires tuas protegas, & conserves.

PRO ILLORUM DELEGATIS

HOc Gladio ego creo, & facio Serenissimum Principalem tuum Equitem Ordinis nostri Sancti Huberti, ut sit mihi tanquam supremo capiti, & successoribus meis verus amicus, & eundem juxta omnes vires suas protegat, & conservet.

Expleta hac functione, Gladius supremo Aulæ Marescallo, aut ejus vices gerenti redditur, atque Serenissimus Elector Neo-Equitem amplectitur, qui Serenitatis Suæ Electoralis manum osculatus, ad suum se locum recipit; quem reliqui juxta ordinem sequuntur; acceptoque Ordinis insigni, ante se insignitos amplectuntur, atque in suo se se loco collocant: quo peracto, atque singulis Equitibus Ordine decoratis

XIII. Serenitati suæ Electorali, Ordinis Vice cancellarius singulorum Equitum nomine, succincta oratione humillimas gratias agit, ac demum

XIV. Serenitatem suam Electoralem priore ordine ad Sacellum aulicum Equites comitantur, in quo destinatas ipsis sedes oratorias occupant, atque Serenissimo Electore tanquam Ordinis supremo Magistro ad offertorium se præparante, signo a Ceremoniario dato, ad dextrum Evangelii latus se sistunt, ac Serenissimo Electore ab Offertorio in Oratorium regresso, Equites vicissim ordine quisquis suo, ad Offertorium accedunt, & deinde ad suas se sedes conferunt. Re Divina peracta, Serenitatem suam Electoralem, è Sacello ordine prædicto comitantur, atque Serenissimo Electore in interius Conclave ad deponendum majus Ordinis insigne, & minus sumendum se se recipiente, Equites ad prius conclave se conferunt, ubi minus insigne sumunt, majus autem deponunt cujusvis custodiæ servandum.

VENATIONIS SEU WIRTEMBERGICUS.

QUod Ducalem Wirtembergensem Equestrem Ordinem, hic transcribimus ea, quæ paucis periodis tradit *Joannes Fridericus S. R. I. Comes in Koden Sapieha Eques Ordinis Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ in suo Corollario celebriores in Christianitate Ordines enumerante, impress. in calce sui Voluminis, cui titulus - Adnotationes Historicæ de Origine &c. Ordinis Equitum Aquilæ Albæ in Regno Poloniæ impress. Coloniæ Typis Adami Cholini anno 1730. pag. 283. in verbo Sancti Huberti*, ubi inquit - *Ordo in*

in Germania anno 1444. per Gothardum Ducem Juliæ, Cliviæ, & Montium fundatus esse creditur, in gratiarum actionem Deo, pro Victoriis reportatis. Extincta Domo Clivensi, exoleverat: veruntamen Guilhelmus Elector Palatinus, ad exornandam suam Curiam, eundem restabilivit anno 1709. adjuncto supremi Magisterii titulo, sua suorumque Successorum Persona: insuper ad alios Ordines accessum præclusit Equitibus. Insigne habent: Crucem albam, cum Effigie Sancti Huberti pendentem à brachio dextro sub sinistrum in Tania quatuor digitos lata rubri coloris; Stellam vero à parte cordis argenteam, cum parva crucula in circulo, necnon circum circa hanc inscriptionem – Amicitia, virtutisque fœdus; vel ut alii volunt – In fidelitate constans – Dux Wirtembergensis, successionem Clivensis Domus prætendens, eundem Ordinem in sua curia distribuit, & supremum ipsius vendicat sibi Magisterium. Ex Polonis Michael Dux Radzivil Præfectus stabuli M. D. L. obtinuit hunc Ordinem ab Electore Palatino.

Idem *Comes in Koden Sapieha in dicto Corollario pag. 344., & seq.* in verbo *Wirtembergicus*, inquit – *Ordo à Ducibus hujus Familiæ distribui solet, cujus insigne est Crux alba ex auro, habens litteram in medio* W, *appenditur collo in Tania rubra.* Hoc donatus est frater Principis Regiæ Constantinæ. *V. ffelius*, & alii dicunt eundem nominari Ordinem *Confidentiæ:* nec non *Joannes Hybner in suo Lexico litt.* W. verbo *Der Wirtembergische* colum. 124. *post medium juxta impress. Lypsiensem anno 1735.*

Cum in *Tomo 2. Parte Prima Armamentarii nostri, Discursu 124.* fuerit per Nos exposita Historica series Equestris Ordinis Sancti Huberti ab antiquis Ducibus Juliacensibus Geldriæ, et ex causis à Scriptoribus adductis fundati, ac renovati, ibique sub §. *Postremo tandem* dictum fuerit Ducem Wirtembergensem, jure successionis Domus Clivensis etiam eundem Ordinem conferre, quod asserit quoque bo: me: *Comes in Koden Sapieha*; & sub §. *Verum* fuerit tandem à Nobis assertum, Nos Discursum peculiarem servare super Vertembergensem Ordinem; idcirco, ut stemus promissis, hic eundem Discursum registramus, ut sequitur, & sic de utroque Ordine, sub Sancti Huberti Patrocinio sermonem confecimus, & attenta declaratione Cæsarea, quam in calce registramus, sub §. *Et ut apud omnes*, cessant omnes Contentiones Partium.

Ordinem hunc renovavit, aut fundavit Ludovicus Dux Wirtembergensis cum Regulis opportunis, quas confirmavit, auxit, & dilucidavit Dux Carolus Alexander ejus successor, quorum Statutorum tenorem hic ad Literam referimus, prout ad manus nostras devenerunt ex Germania, ex qua etiam transmissa fuerunt Insignia Ordinis, una cum Stella argentea, cuncta quidem optimo penicillo, optimis coloribus distincta, ac referentia formam, quæ in Statuto describitur sub numero *Duodecimo*, & sequenti.

Bonum Regimen Ordinis habetur ex iisdem Statutis, in quibus enumerantur requisita eorum, qui ad hunc Nobilissimum Ordinem debent admitti.

Et ut apud omnes, & præcipue apud Nos exteros, qualibet confusio, aut æquivocum de medio tollatur, notitiam subdimus, quam ex Alemania accepimus, quod scilicet relatus Equester Ordo ad Serenissimum Palatinum

tinum

tinum Electorem spectat, & appellatur Ordo Sancti Huberti, hic autem ad Wirtembergensem Ducem Ordo nuncupatur Venatorius, juxta Declarationem clarissimę Memorię Caroli VI. Imperatoris editam, pro compescendis Diffidiis, ac sub motivo, quod Dux Wirtembergensis præclaro insignitur Munere, & Titulo Magni Venatoris Imperii, atque ita non immerito ejus Ordo hoc Titulo, & Nuncupatione peculiari gaudet.

STATUTA DUCALIS WIRTEMBERGENSIS EQUESTRIS ORDINIS DE VENATIONE.

Dei Gratia Nos Carolus Alexander Dux Wirtembergensis, Tergensis, & Tecensis Comes in Mompelgard, Dominus in Heidenheim

NOtificamus, & præsentibus innotescere facimus, posteaquam nostri in Domino quiescentis Domini Cognati Eberardi Ludovici Ducis wirtembergensis charitati piissimæ memoriæ laudabilibus de causis, Ducalem wirtembergensem Equestrem Ordinem de Venatione fundare placuit, desuperque certa Statuta, & Regulas, quibus Equites illi, queis in hunc Ordinem, ut suscipiantur, honor obtingit, decenter se se conforment, confici jubere, jamque ab illius beatissimo obitu, divina mediante providentia, successio in Nos & regimen in hoc ducatu, & terris devolutum est, ac proin nos, re mature perpensa, consultum duximus, antefatum a Domini Cognati nostri charitate fundatum nobilium Equitum Ordinem ad majorem illius gloriam, Domusque nostræ principalis splendorem, in suo flore, in honorem, & memoriam fundatoris conservare, & in posteros propagare; hinc Nos hisce non tantum Ordinem talem cum omnibus suis prærogativis, juribus, & privilegiis denuo confirmare, verum & prælaudati Ordinis statuta, prævia eorum revisione, in sequentes regulas, & Articulos, quæ ab omnibus, & singulis membris Ordinis servanda illæse, & observanda sunt, typo denuo dari voluimus, & quidem

I.

QUemadmodum quilibet, qui in hunc Ordinem wirtembergensem de Venatione suscipitur, honorem, membrum tam celsæ, & nobilis Societatis se fieri maximo sibi, & spectatissimo ducet emolumento, ita servit id ei semper in notorium, & laudabile suorum singulariter æstimandorum meritorum, & proprietatum testimonium, queis sine nemo, quotusquisque fuerit, ad illum valet pervenire.

II.

Fovet Dominus Ordinis illos omnes, quos illius facit participes, singulari affectu, & fiducia, redditque certos omnes, & singulos pro cujusque statu, & conditione, continuæ Amicitiæ suę, benevolentiæ, gratiæ, & protectionis eo modo, quatenus promptus existat, & propensus ad eorum usum pro omni casu iisdem impertiendum.

III.

Vigebit insuper inter omnia hujus Ordinis commembra, aperta & constans harmonia, charitas, & amicitia, & tanquam Ordinis vinculum firma omni tempore, & inconcussa conservator, nisi quem culpa propria, ut subsequetur postea, eadem indignum redderet, privaretque.

IV.

Semel in nobilem hunc Ordinem susceptus jus dein habet, & veniam in omnibus solemnitatibus recreationum, præsertim Venationibus, quæ jussu Domini Ordinis instituuntur, comparendi, unaque iis fruendi, absque eo, quod ab iisdem, extra casum prætactum, excludi valeat.

V.

Par privilegium, & Venationis participatio, etiam apud omnes Ordinis consortes inter se ipsos intelligator, & introducta esto, ubi uspiam apud eosdem occasio præbeatur.

VI.

Obligatio hunc Ordinem ingredientium præ omnibus esto, ut unusquisque, nisi cœteroquin hujus Ordinis honore indignum se reddere & privare velit, pro suo porro statu, & conditione fidelitatem sinceram constantemque amicitiam, affectum, respectum, & obedientiam erga Dominum Ordinis foveat, & imutabiliter servet, omnia eidem semper bona faveat, comodumque ejus procuret, & promoveat, inque ea qualitate ceu Dominus, & supremum caput hujus Ordinis, nemo alius putandus ab iis, respiciendus, aut compellandus venit æque ac Dux Wirtembergensis pro quavis vice regens, postque ipsius obitum Heredum suorum, & Successorum is, cui regimen horum Ducatus, & terrarum proprium est & debetur, qui & Ordinem hunc Nobilium Equitum conservate, simulque cum incremento veteriori promovere, atque eo semper intentus erit.

VII.

Quemadmodum virtus, & honor hujus Ordinis bases sunto, & manebunt, ita pariter maxima cujusvis, qui particeps ejus fieri desiderat, exigit obligatio, eidem quoad vixerit, præ cœteris adhærendi, & inhiandi: Insuper curabit quilibet pro statu suo, & facultate, quatenus beneficum sit, & generosum in quemvis, illos præsertim, qui egeni sunt, aut alias honesti viri favore, vel comiseratione digni, exhibeat, jus justitiamque, quantum in ipso est, tueatur promoveatque, innocentum partes tutela, & consilio suscipiat, neque sciens permittat, viduas, orphanos, aut alium quemquam molestia gravari, vel injustitia.

VIII.

Cum igitur insuper Venatio erigendi hujus Ordinis fundatori ansam primum dederit, & occasionem, idcirco omnia ejus commembra nobili huic exercitio faventia, & addicta monento, utque eidem eo melius laudabilisque indulgeri, & pretium ejus, & dignitas eo efferri altius possit, omnium in Nobilem cadentium exercitiorum, & dexteritatum satagunto.

IX.

Cupientes ad hunc Ordinem pervenire, omnibus ad eum requisitis qualitatibus

bus instructi sunto: ut 1. Nobilitate generosis; 2. Honestate, absque obiectu facinoris cujusdam, vel delicti per omnem vitam, atque; 3. ad nobilis venationis exercitium constitutione, & habilitate.

X.

Porro, qui Eques inscribi desiderat, annum ætatis vigesimum attigisse, & ad sessionem, votumque in Ordinis concilio assequendum, quintum supra vigesimum complesse debet; integrum tamen est Domino Ordinis, quovis tempore existenti, personis principalibus, quę ad Ordinem hunc ab eodem vocantur, aut illum, per modum requisitionis impetrabunt, pro rei congruitate dispensationem impertiri.

XI.

Præter Dominum Ordinis, qui caput est Ordinis, & supremum Cancellarium, uti, & præter arbitrarium numerum principalium, Principibusque dignitate parium personarum, & præter duodecim veteres Regentes imperii Comites subsistet is ex tribus Equitibus, unoque Secretario Ordinis. Primus ex Equitibus, qui semper Princeps Sanguine, simul fungitur officio, & Nomine supremi Cancellarii, unusque reliquorum Equitum Magister esto cæremoniarum.

XII.

Signum Ordinis manet, ut antea crux ex puro auro, rubini instar encaustico opere obducta, in figura Crucis Malthensis, cum quatuor ex toto aureis Aquilis, in quatuor angulis, & inter medias inferioresque cuspides cornu quodque Venatorium; in medio stat rotundum ex viridi fusum scutulum, in quo ex una parte latinum W. in auro erectum cum superposito ducali pileo, quo Ducatus Wirtembergensis indigitatur, & alia ex parte tria aurea cornua venatoria, juxta scutum Wirtembergense tortuose innexa oculis obiiciuntur, prout ex ęre hic apposito clare relucet.

XIII.

Crux mox descripta plerumque ex flammeo - rubra, manum lata, serica undulata vitta super tunica à sinistro humero ad latus dexterum pendula gestator, insuperque, conformiter æri hic occurrenti, uti antea; sic porro super tunica in pectore sinistro gestatur crux argentea acu picta, in cujus medio, & basi insigne Ordinis elaboratum, una cum Ordinis in viridi annulo acu in auro picto lemmate *Amicitiæ Virtutisque Fœdus*, & quidem hoc ab omnibus Equitibus, exceptis iis qui sublimiores Ordines simulque in tali loco alterius modo Ordinis stellam habent; qui nihilominus nostri Wirtembergici Ordinis stellam gestabunt simul, eandemque Camisio, affixam, ordinisque dein cruculam, ex rubro angusta vitta pendulam de collo gestanto.

XIV.

Ut quoque innotescat magis, quis ad nobilem hanc Ducali - Wirtembergensis Ordinis Societatem de Venatione pertineat, Equitum quilibet, qui ceu Ordinis commembrium honorifice admittitur, obligator ex suo inferius gentilitio scuto Crucem Ordinis, de Ordinis Catena pendulam ad vitæ tempus pręter notatos in sequentibus

28.

28. 29. 38. 39. 40., & 42. punctis casus gestare, quę proin Catena ex viridi encaustico rotundis scutulis constat, in quorum uno latinum W. in auro eminens cum imposito desuper pileo Ducali, & in altero tria ex auro venatoria cornua tortuosis invicem nexa flexibus, inter hæc autem bina scutula aurea, quæque Aquila explicatis in altum alis utrumque unguem tenens ad scutula, in oculos incidunt, prout in appresso hic ære oculentius videre est.

XV.

Solemnitates Ordinis celebrantur plerumque, sive cum incidit festivitas universalis congregationis Ordinis, sive cum quidam Eques Ordinis investitur, & introducitur: absque eo nihilominus penes arbitrium Domini Ordinis est, ubi insuper ob singulares casus Ordinem cum Cœremonia, placeet convocare.

XVI.

Festum universalis cœtus Ordinis quovis anno incidit in tertiam Novembris Diem Huberto Sacram, qua omnes ad hunc Ordinem pertinentes conveniunt, atque Venationi à Domino Ordinis, in nobilis hujus fundationis honorem instituendæ oportet interesse, ad Festum hoc eo magnificentius, & spectabilius faciendum. Poterunt, & alię, ubi Domino Ordinis libuerit, principales magnæque conditionis personæ ad illud invitari, quę dein debita observantia respiciuntor.

XVII.

Quod si unus alterve Eques festo huic interesse impediretur, tamen is, quocumque in loco degat, modo possibile sit, neque adversa valetudine, aut aliis similibus relevantibus de causis inde abstrahatur, in honorem Ordinis eadem die tenetur ad Venationem excurrere, cumque Amicis instituere recreationem quamdam, occasione cujus Domini Ordinis totiusque nobilis Societatis cum observantia recordari non oblivisc.tor.

XVIII.

Tam ad hoc festum Ordinis, quam ubi ob singularem ab Ordinis Domino datam occasionem, omnes Ordinis consortes convenire debent, iidem quavis vice. Per literas sub proprio Domini Ordinis Sigillo, & Secretarii subscriptione convocantor, cujus intuitu comparere nequeunt recusare, nisi in hujus eventum legitima eis foret excusatio, quam eo casu adverso scriptis indicanto, suumque responsum ad Magistrum Ordinis Secretario Ordinis submittunto.

XIX.

Siquid momenti in bonum Ordinis tractandum, sive Regulæ noviter conficiendæ, sive abusus abrogandi, quod in Regulis, & Statutis mutationem exigit, Magisterque Ordinis talia ob singulares circa rem forte versantes circumstantias per se solum ordinare nollet, aut abrogare, sed cum Equitibus prævie de eo deliberare placeret, potest eos, qui præsto sunt, aut in vicinia, in Concilium desuper requirere, quo proin casu pariformiter comparebit unusquisque, bonoque tunc jure, non in iis solum, quæ tunc proponuntur punctis, verum & ubi aliud quid momenti ordinem attinens observasset, sententiam suam libere, & intrepide edicato.

Quod

XX.

Quod si Domino Ordinis admittere novum Equitem, & quemquam, qui dignus ordine, eodem cohonestare liberet, sive sit ad complendum in undecimo Articulo denominatum numerum, sive quod postmodum quidam forte locus vacaret, denuo sufficiendus; in utroque casu vult Magister Ordinis, id pro ratione rei Equitibus intimare, & communicare, insuperque hujus intuitu, ubi necessitatis exigeret ratio, resque pro suis circumstantiis, deliberatione quadam egeret, existentes in vicinia Equites concire, cœtum capitularem celebrare, cum Equitibus circumstantias in concilium venientes mature ponderare, inque illo tanquam Ordinis Magister, sic decernet, ut ubique splendor augeatur, & incrementum nobilis hujus Ordinis præ omnibus respiciatur, eæque admittantur personæ, quarum nota sunt merita, & qualitates, quæque communitate, & honore ordinis non sunt indignæ.

XXI.

Quoniam nunc tali modo in præfatis casibus ad ejusmodi deliberationes Capitulares non omnes semper Equites valeant congregari, hinc quoque absentibus factum inibi conclusum in scripto impertiatur.

XXII.

Insuper Dominus Ordinis hoc Ordinis festum, in destinata antehac in Ludwigsburg Ordinis Aula, siquæ alia non obversentur impedimenta, cum personis illuc convocandis, & recipiendis, tempore sibi reservando, die, & loco, quæ actuali semper installationi præfiget, quavis vice celebrare cogitat.

XXIII.

Præcipuæ cæremoniæ apud novi Equitis installationem in his versantur, quatenus, ubi omnes ad Ordinem pertinentes, & comparere valentes, tempore, & loco ipsis assignato congregati sunt, facta novi Equitis denominatio cum omnibus denuo circumstantiis per Cancellarium Ordinis proponatur; quo facto Cancellarius Ordinis, nomine Domini Ordinis, Magistro Cæremoniarum demandat novum Equitem in cœtum adducere; exin prælegantur eidem Statuta, & leges Ordinis, & postquam, se conformare illis honoris sui periculo, stipulatus est, à Cæremoniarum Magistro ad Dominum Ordinis pro confirmandis promissis adducitur; dein Dominus Ordinis insignia Ordinis de manu supremi Cancellarii accepta dat novo Equiti inter inducendum collo funiculum, & amplexum, qui porro, posteaquam Domino Ordinis, pro Ordinis honore debite gratus fuit, suum occupat locum à Magistro Cæremoniarum designatum.

XXIV.

In hujus ingressu Ordinis moneatur quilibet, quatenus liberalitatem suam pro propriæ generositatis impetu exhibeat erga egenos.

XXV.

Tam peractis installationis cæremoniis, quam in anniversaria Ordinis festivitate, Dominus Ordinis cum Equitibus suis publicum celebrat convivium.

XXVI.

Facta modo supra descripto installatione, in hunc Ordinem admissus suum nativum stemmatis scutum vivis adumbratum coloribus Secretario Ordinis tradato, ut hic illud in scuto de ferrea lamina facto pingi denuo, & in Aula Liedvigsburg ordinata appendi curare, idque quamprimum in Registrum Ordinis scripto transferre possit, in quo insuper uniuscujusque nomen, status, & ætas una cum installationis suæ die notari, & ab ipsomet in suæ ordini debitæ observantiæ argumentum manu propria debet subscribi.

XXVII.

Vicissim Equitum quilibet à Secretario Ordinis dein literas apertas, vel patentes sub Domini Ordinis propria inscriptione, & aperto Ordinis Sigillo, etiam ab Ordinis Cancellario, & ulterius à Secretario Ordinis subsignatas, præter fide dignam horum Statutorum copiam accipiato, quæ vicissim ei in testimonium esto, se ordinario, & legitimo modo investitum esse, simulque per hoc jus ad omnes hujus fundationis honores, & emolumenta impetrasse.

XXVIII.

Cum amicitia, & concordia ad conservandum hunc Ordinem præ reliquis necessaria sint, omnibus, ejusdem qui participes facti sunt, præsentium vigore interdictum esto, per id, quod in joco licito in Venationibus aliisque occasionibus diceretur fieretve, se acerbe nimis tactum ostendere; qui contra egerit eo modo, quod suum Ordinis consortem odisse idcirco aut ei vellet insidiari, is tanquam bonæ armoniæ, & fiduciariç necessitudinis, utpote vinculi hujus fundationis debite observandæ incapax à cœtibus Ordinis excludator.

XXIX.

Detractiones insuper, vaniloquia, & calumniæ ab hoc Ordine semota sunto; quocirca non minus esto prohibitum, quod in concilio Ordinis aut aliis Congregationibus occurrit, & tractatur, detegere alibi, & evulgare sub eadem, qua in priori Articulo exclusionis pęna.

XXX.

Siquis vero ex nobili hac Societate legitimam succensendi, deque altero conquerendi causam se habere opinatur, deferet id quamprimum ad Dominum Ordinis, qui rem disquirens, eo respiciet, quatenus pro ratione rei, conformiter ad leges hujus Ordinis, læso jus obtingat, ordinataque ei satisfactio procuretur.

XXXI.

Pariformiter, siquis Ordinis hujus consors, dissidii, aut inimicitiæ inter duo Ordinis membra notitiam acciperet, obligator is, incunctanter Domino Ordinis desuper deferre, quatenus confestim valeant reconciliari.

XXXII.

Non in periculis tantum, quæ venationem non raro comitantur, verum, & in casibus Bellicis, ubi duo pluresve ordinis consortes simul versantur, alter alteri tamdiu succurrato, neque deserato, quamdiu spes adiuvandi eum affulgeat, & servari is fœliciter possit.

In

XXXIII.

In casibus ejusmodi omnium prȩsertim Ordinis membrorum exigit obligatio officiumque, propriæ etiam vitæ periculo servandi Domini Ordinis curam gerere, atque si contingeret, quod belli tempore ordinis hujus Eques Hostilibus sub vexillis in oppositum staret, nihilominus, quantum in ipso est, a Domini Ordinis personâ omnem aversato impetum, aut saltem propriis armis contra eandem non utator.

XXXIV.

Quod si etiam in operationibus bellicis duo hujus Ordinis Equites, qui ab oppositis stant Bellantium vexillis, obviam sibi invicem fiant, quantum possibile est cavento, ne personaliter congrediantur, multo minus duellum conferant, & si alter ab alterius partibus captivus duceretur, is, qui stat à parte victrice, eo vires omnes intendet, ut ordinis consortem asserat in libertatem.

XXXV.

Ut quoque omnis occasio zeli, & inacquiescentiæ, ratione prærogativæ, vel præcedentiæ modo possibili eo magis sustollatur, hisce ordinatur, quamvis personæ de Principum prognatæ sanguine, huncque in Equestrem Ordinem susceptæ, conformiter stemmati suo & statui, prȩ cœteris Equitibus, etiam in negotiis ordinis servent prȩrogativam, & inter se tantum, pro ratione temporis susceptionis sui in ordinem, eandem sumant, quandoquidem omnes principalis Domus nostræ Principes de futuro, ut primum nati sunt, Ordinem hunc consequuntur, quod nihilominus inter cœteros omnes ordinis consortes prȩrogativa, aut præcedentia in cœremoniis Ordinis, utpote quo casu ea solum juxta ætatem in ordine sumitur alias, & in aliis occasionibus, nullam meritorum distinctionem, aut ullam aliam prȩrogativam det, vel significet, idcirco quoque, quoniam necessitudo, & familiaritas, in quibus hic ordo conquiescit, bene omnino valeat subsistere cum respectu, & observantia, quam cœteroquin alter alteri in communi vita debet, ut pote in quo per hanc fundationem nullam prorsus mutationem jurium introductorum, & consuetudinum facere mens est, ita quilibet huic se conformato, quatenus extra ordinis cœremonias in prærogativa sua ordineque se contineat, quæ ipsi plerumque ratione status sui, Nativitatis, & conditionis, aut muneris debentur, & competunt; in solemnibus autem ordinis congregationibus non aliud ratione prærogativæ fundamentum respiciator, quam tempus, & ætas uniuscujusque receptionis, ita ut Equites omnes (qui non sunt de statu Principum) ut in ordinem successive recepti, sic invicem sibi succedant.

XXXVI.

Atque hoc quidem ex patentibus literis, quæ post cujuslibet installationem extraduntur, poterit demonstrari. Si vero contingat, duos pluresve Equites eadem die installari, is, qui Ordinis insigne de manu Domini Ordinis primus acceperit, prærogativam lucratur præ illo, qui dein acceperit, & conformiter huic ordini insuper nomina in ordinis Registro describuntor, scutaque in Ordinis Aula in Ludvvigsburg suspenduntor.

XXXVII.

Omnes illi, quibus Dominus ordinis insigne ordinis impertitur, merito illud summo in honore habento, ac proin illud, conformiter ad tertium Articulum Statutorum, in dies gestando. Siquis vero contra egerit, ita quatenus ab alio ordinis consorte publice sine illo deprehendatur, in pœnam incidit, delatori par probatorum Scloporum, & egenis imperiales viginti impertiturus.

XXXVIII.

Si quis autem suum Ordinis insigne adeo non pendat, ut in annos integros illud non gestet, reapprendere illud unquam ei prohibitum esto, verum & pro omni tempore illo privatus sit, propterea quod debitę dignissimæ huic fundationi observantiæ oblitus fuerit, teneturque, ut primum Crux ordinis ab eo reposcitur, eandem sine reluctantia extradere.

XXXIX.

Multo minus cuiquam ex hoc Ordine liceat permutare Crucem suam, mutuo dare, vendere, oppignorare, aut alia quavis via sub quocumque nomine, aut prętextu abalienare, usque adeo sine exceptione summæ necessitatis, & indigentię; qui contra egerit, pariter pro ratione circumstantiarum, excludi meretur.

XL.

Si insuper in undecimo jam articulo prævisum fuerit, quod ad hunc Ordinem nemo valeat pervenire, qui quodam semel facinore, aut tali se delicto contaminarit, ratione cujus, vel honoris sui, vitæ, vel bonorum omnium jactura ei adiudicata sit, ita per se liquet; quod, siquis insuper postquam receptus fuit, tale quid commisisse convincatur, quamvis sententia in ipso executioni data non esset, sed gratia obtigisset illi, is nihilominus degradationi subiaceat; pariformiter puniator is, qui in operatione Bellica legionem, vel stationem sibi demandatam, absque eo, quod summa coactus necessitate, & liquido minor sit viribus hoste, desereret, aut alias male se, & ignominiose gereret.

XLI.

Ubi Ordinis hujus Eques rei cujusdam incusaretur, ratione cujus ex Ordine excludi posset, vult Dominus Ordinis ipsemet interesse disquisitioni, quo casu incusatus, si in vicinia moretur, insimul citator, & in defensionem sui audiator; absenti vero puncta contra ipsum adducta in scripto communicantor, quatenus intra certum tempus præfigendum defensionem suam vicissim scripto insinuare possit.

XLII.

Lata vero dein contra ipsum sententia, ante omnia reposcitur ab illo Crux Ordinis, quam & facta prima notificatione, a Secretario Ordinis desuper accipienda, sine oblocutione extradere, eidemque remittere tenetur, absque eo, quod appendere eandem ausit præsumere. Pariformiter literas patentes, seu investituræ suę testes reddato, quæ lacerantur dein, nomen ejus in Registro ordinis expungitur, Scutumque illius in ordinis Aula appensum sustollitur reiciturque.

Si

XLIII.

Si quis ex hoc ordine moriatur, tenentur pariter hæredes illius Crucem ejus, ceu Ordinis insigne, Secretario Ordinis remittere, propterea quod eadem non ad gestantes illam, sed ad Ordinem, cui & desuper reddenda ratio, proprietarie pertineat. Præter hoc vero neque in Aula ordinis, neque in Registro ulla omnino fit mutatio, præterquam quod sub scuto nigra crucula, in signum obitus, illius, ad quem pertinet, notetur, tempusque mortis in Registro ordinis ordinate describatur.

XLIV.

Si ordinis hujus Eques in campo Martio Hosti vitam suam gloriose immolaverit, aut alias, ita ut insigne ordinis auferatur ei, deperdatur, aut alia prægnans obversetur causa, ut afferri idem, reddique posse impossibile sit, poterit Dominus Ordinis habita desuper sufficienti notitia, Hæredes onere restitutionis liberare; siquis porro adhuc existens in vita sine voluntaria culpa Ordinis sui Crucem deperdat, licet ei similem in locum prioris fieri curare, deperditam illam compensando.

XLV.

Ut igitur insuper Dominus ordinis ceterique ordinis consortes, qui penes ipsum morantur, sciant semper, quo in loco & statu versentur absentes, tenentur hi, saltem annuatim semel, & præsertim, si anniversaria Ordinis festivitas ingruat, Ordinis Secretarium literis desuper certiorare, quatenus is in convocatoriis huic se possit conformare.

XLVI.

Si cui in terris exteris notabilis quoque status sui mutatio obtigerit, is si non fiat citius, in ea tamen rei facie illud confestim intimato, ut tota nobilis Ordinis Societas gaudere desuper, aut quo ei modo succurrendum, intenta esse queat. Hisce eo modo præscriptis legibus, & statutis quilibet, qui nostri hujus Ordinis consors fieri desiderat, in omnibus punctis, & clausulis se conformato; Nobis tamen ceu Domino Ordinis integrum semper & liberum maneto, eadem in bonum ordinis, & incrementum emendare porro, pro ratione rei amplificare atque permutare.

Quod testabamur sub proprii nominis nostri subscriptione, & appresso Ordinis Sigillo; Actum in Residentia nostra Stuttgart quarta Novembris anno 1731.

Quoad Catalogum magnorum Magistrorum Ordinis, cum magnum Magisterium spectet, ut prænotatur, ad Ducem Wirtembergensem, eorum series a tali Descendentia sumenda est.

Non abs re Dux Wirtembergensis, eundem Ordinem fundando, & renovando, Militarem statuit sub tutela ejusdem Sancti Huberti, ut legitur in Documentis adductis, & apud *Hybner* superius allegatum.

Non

NOn exiguam legalis Armamentarii Nostri tribus Voluminibus, cunctas omnium, & singulorum Equestrium, & Militarium Ordinum, & Societatum Historias referentibus, completam videmus Molem; Tertio solum superextante Tomo, quo Juris Theoremata, Sacræ Rotæ Decisiones, Sacrarumque Congregationum Oracula cumulantur ad ornatum ejusdem Armamentarii, & Equestris Materiæ: quem Tomum Tertium cum suis annexis confidimus quamprimum per nostrum Impressorem publicandum.

Cœterum Armamentarii Ædificium undequaque constructum murisque munitum Documentorum tribus Voluminibus Prælo datis D. O. M. favente felicem sortitur Epocam, à qua incipientur numerari anni, & tempus, quo idem Armamentarium integre Historicum prodiit in lucem eo scilicet tempore, quo hanc Æmiliæ Provinciam, & Exarcatum Ravennatensem perfecta Justitia, & egregia æquitate regit, & gubernat cunctorum plausu summisque omnium laudibus, Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus JOANNES FRANCISCUS STUPPANUS Legatus à Latere, Patricio Mediolanensi clarissimo Sanguine cretus; quique optime in omnibus semper se gessit, & conspicua munera pro Apostolica Sede exercuit, & sub quo inclito Nomine, ac fortunatissimo Omine præsens prodit in lucem completum Armamentarium Nostrum Historicum.

F I N I S.



IN-

I N D E X

Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, quæ in Materiis Statutorum Sacræ Hierosolymitanæ Religionis referuntur in Tomo Secundo Parte Prima Armamentarii Historico-legalis.





